



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

B

648923





3-1-6

878

C8

1821

CLAUDII CLAUDIANI

OPERA OMNIA.

VOL. III.

CLAUDII CLAUDIANI

OPERA OMNIA

33149

EX EDITIONE P. BURMANNI SECUNDI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.



VOLUMEN TERTIUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1821.

NOTÆ VARIORUM

IN

CL. CLAUDIANI OPERA.

EX EDIT. NICOLAI HEINSII, FILII DAN. HEINSII :
AMSTELODAMI, APUD ELZEVIR. 1666.

NOTÆ VARIORUM

IN

CL. CLAUDIANI OPERA.

I.

IN SEX. ANICII PROBINI ET SEX. ANICII HERMOGENIANI
OLYBRII FRATRUM CONSULATUM

PANEGYRIS.

In scriptis exemplaribus post libros in Rufinum legitur hoc carmen: quamquam in plerisque desideratur. Leidensis ac Moreti meliores, unus Petavianus codex, tres Medicei cum Vaticanis et Pulmannianis totidem exhibent. In Gyraldi quoque et Pricæi libro et Farnesiano ac Palatino legebatur. In primo Vaticano manu recentiori erat additum. *D. Heinsius.*

Hæc Panegyris videtur primus esse fœtus Claudiani: ait enim ad Probinum: 'Romanos hibimus primo te Consule fontes:' sed facile credo multa opuscula eidem meditata et composita, priusquam auderet hoc carmen publice recitare. Hic vero Consulatus contigit anno 395. de quo alibi. vide et Symmach. Ep. lib. v. Cæterum Proba, teste Hieronym. trium liberorum fœlmatore, Olybrii, Pro-

bini, et Probi, ordinariorum Coss. Claver.

1 *Sol qui flammiferis*] *Flammigeris* libri scripti constanter: minimum refert. *D. Heins.*

Sol, qui, &c.] Solem compellat invocatque ut lætum diem producat: antiquissimo more felicitatis observandæ, ut momentum Principi laudando faciat non ultimum serenitatis diei: inde enim et mores Principis æstimabantur. Sic Papin. xvii. Consulatu Domitiani: 'Aspicis ut templis alius nitor, altior aris Ignis, et ipsa mens tepeant tibi sidera brumæ, Moribus atque tuis.' Accedit et superstitio prisca, quæ numinum favorem cæli serenitate metiebatur. Deinde *Solis* nomine omnes summos Deos intellige. Oriens etiam universus velut privilegio quodam numinum Solem præcipuum venerabatur, ut nunc quoque

Persæ ignem. *Barth.*

Flammigeris] Sunt qui leg. *flammi-feris*: flammiferi hinnitus equorum Solis sunt: ut et Ovid. *Metam.* II. 'hinnitibus auras Flammiferis implet.'

Mundum complexus] Τὸ πᾶν, universam rerum machinam. *Complexus* scil. luce, radiis, fulgore: sic enim Poëtæ voce complectendi utuntur. Papin. Equo Max. 'Quæ super imposito moles geminata colosso Stat Latium complexa forum.' Cujus nobilissimum decus erat, quodque forum illustrabat. Vel ad cursum aut volatum, ejusque velocitatem spectat.

2 *Volvis inexhausto*, &c.] Longe doctissima temporis periphrasis, quod a Sole per annuos recursus vertitur et constituitur, in orbem immensum rediens ab emenso, seque repetens atque conficiens. Inde annus quasi annulus, quod in se redeat. Sic Virgil. *Ge.* II. 401. 'redit agricolis labor actus in orbem, Atque in se sua per vestigia volvitur annus.' *Barth.*

3 *Meliore coma*] Radiis nitidioribus.

4 *Blandius elato surgans*] Placet Isingrini lectio, *rubeant*: sic et sequenti versu 'rosenm efflantes ignem' dixit: quomodo 'rosea lora' Phœbi equis a Statio dantur, Theb. III. 'laxant roseis humentia loris Pectora:' ita bene scripti; non *calidis*. De Aurora Silius lib. I. 'roseasque movebat habenas.' Apposite noster Gigantomachia, 'flectitque rubentes Phœbus equos.' *Blandum rubere* dixit, ut 'dulce rubere' Statius Theb. IV. 'Dulce rubens viridique genas spectabilis ævo:' et 'dulce rubenti Murice' epicedio Glancia: et 'lætum rubere' Achilleide: 'Mulcetur lætumque rubet.' Sic recte Vossianus liber alique nonnulli a me inspecti: et *crudele rubere* Theb. III. 'quanti crudele rubebitis amnes:' ubi quantum perperam vulgati: ævum rubere eodem libro: 'incurvi sævum rubuere ligones:' altum rubere Theb. VII. 762.

et Theb. IX. 439. *forte rubere* Achilleidos II. 'At ærus Eacides radiantem ut cominus orbem, Cælatum pugnas, sævis et forte rubentem Bellerophoni maculis, acclinem et conspicit hastam.' Ubi τὸ forte perperam pro adverbio sumitur: *cælatum pugnas* elegantiori Græcismo vetustus codex exhibet: vulgati *pugnis*. D. Heins.

Blandius, &c.] Temonem blandius attollere dicuntur repexi jugales; ne scil. cum furore ineant, aut asperis animis, diei illius cursum. *Barth.*

5 *Roseum ignem*] Rubicandiorum diurno, qualis solet esse Auroræ aspectus. Suavitatis ergo colos est, ipso nomine vernum et hilare aliquid inferens, Veneris Gratiarumque flori concolore conspectu. Ipsi consules vix primo flore vestiti genas, florum diem, roseumque Solem videbantur exposcere. *Barth.*

6 *Germanis Cons.*] Non tamen hi primi fratres Consules: sub Constantino Julianum et Paulinum lego Romanas curules tenuisse.

Annus] Nomine suo annum insignire, hoc est, Consulere esse, summus tunc quoque honos. *Barth.*

Vestigia torqueat annus] Legendum videtur *fastigia*: sic consularem dignitatem vocant tam noster quam alii auctores: torquere autem fastigia vel consulatum, pro anno seu consulatus tempore. Infra, hoc ipso panegyrico, 'ad summi quoties fastigia juris Venerit:' ubi male etiam *vestigia* in scriptis quibusdam. Silius summum jus vocat consulatum. Atque ita lib. II. in Eutropium lego ex pagi conjectura, 'Nullaque calcati starent fastigia juris.' VI. Cons. Honor. 'nulloque magis se colle potestas æstimat, et summi sentit fastigia juris.' Lib. II. in Stilic. 'Plus ideo sumenda tibi fastigia juris, Ne pereat tam priscus honos.' Nuptiis Celerinæ: 'tenuit summæ fastigia sedis, Eoem stabili moderatus jure senatum:' *fastigia* pro dignitate Impera-

toria Epithalamio Honorii, 'fastigia supplex: Deposni, gessique procum.' *D. Heins.*

8 *Scis genus Auchenium*] Mirum, quam exercuerit hic locus viros eruditos. Nos veterum editionum lectionem revocavimus: quam et ex scriptis quidam tuentur. Gyraldi vetustissima et Medicea libri Lucensis excerpta, *Alehenium*. Alii codices *Auchemium*, *Anthentum*, *Auchenium*, *Achenium*, *Aucherium*. Pannius in Fastis *Anthemium* legit: quod secutus Raphaelengius. Delrius, *Anicium*: quomodo tam hic quam infra in vetusto codice legi testatur Claverius, quod et in editione sua exprimendum duxit. Sed cum nullos ille veteres libros inspexerit, præter exemplar cum libris manu exaratis a magno Cujacio collatum, viri summi conjecturam pro veteris membranæ lectione ab illo arreptam vix dubito; ita enim alibi deceptus: nam in nostris nihil simile invenias. Quid quod prima in *Anicio* syllaba corripitur, producitur secunda, apud ævi hujus scriptores, nec solum in contraria visse Claudianum sit verisimile: etsi non ignoro inscriptiones extare, in quibus *Aniciorum* nomen per duplex a scribatur: raro id tamen. Jam quod negant gentem *Aucheniam* extitisse viri docti, quo id jure dicant, ipsi viderint. Eandem enim et *Aniciæ* esse ex lapide antiquo patet, cuius inscriptionem primus, quod sciam, in Variis Lectionibus publicavit Josephus Castalio, et post illum vir celeberrimus Jacobus Sirmondus Dissertatione de Suburbicariis Regionibus: eam ecce:

Ad Forum Trajanum.

AUCHENII

ANICIO. AUCHENIO. BASO. V. C.

QUAESTORI. CANDIDATO

UNO. EODEMQUE. TEMPORE.

PRAETORI. TUTELARI.

PROCONSULI

CAMPANIAE. PRAEFECTO. URBI.

TRINI MAGISTRATOS
INSIGNIA FACUNDIAE. ET. NA-
TALIIUM. SPECIOSA. LUCE
VIRTUTIS. ORNANTI.

Videtur autem is ipse esse, qui cum Philippo Honorianis temporibus consulatum obtinuit, et pari nominum triga in antiquis fastorum membranis insignitur. Nihil igitur in Claudiano mutandum. Mox *potentes Annidae* pro parentes edendum curavimus, scriptos secuti, quotquot inopimus, si unum Palatinum recentioris notæ excipis: male eam lectionem damnat Barthius. De Anniis et Aniciis Ausonius nonnulla Epist. III. et Prudentius non uno loco. Anicii Quæstoris sub Constantio, hominis potentissimi, meminit Ammianus Marcellinus, libr. XVI. 'Quæstor in Urbe Anicius, qui in regiam æmulationem posteritate tendens, satiari numquam potuit cum possessione multo majore:' et sane hæc familia ad imperatoriam dignitatem post evecta est. *D. Heins.*

9 *Annidae*] In v. codicib. ita scriptum; sed Ausonii vetus liber de Probo: 'Stirpis novator Amniæ:' et vetus marmor habet: 'Amnios de eadem gente:' at fuit nomen *Anni* olim celebratum, et exstat *Anni* Paulini monumentum insigne, quem suspicor affinem huic domui: sed lapis antiquus ideone arguetur falsi? forte sculptoris vitium est, aut ejus qui descripsit. Prudentius: 'Anniadum soboles, et semina clara Proborum.' *Claverius.*

Ductoribus] Consulibus, qui duces anni. Papin. IV. Silvar. 1. 'lucemque a Consule ducit. Omnis honos.' *Barth.*

10 *Instaurare vias*] Recentare annos, et felicibus titulis mactare. Papinianum est ex eodem carmine, Jado Cæsarem alloquente: 'Salve, magne parens mundi, qui sæcula mecum Instaurare paras.' *Barth.*

Addere nom.] Honoris ipsius anni gratia. Noster alibi, 'ornatur For-

tana viro.'

11 *His neque per dubium*] Liber Barthio collatus: *His neque per dubium pendit Fortuna pavorem, Nec, &c.* Hoc est, Ignorat aestimari, non solet censeri ab his dubio pavore. Scriptura eleganti, cum de judicio hominum prudentissimorum loquatur, qui Fortunam ipsam in suo habeant arbitrio. *Barth.*

Pendet Fortuna favorem] Sic jam puer olim legendum vidi; quod membræ septem aut octo confirmant. Vidit et Barthius in priori editione: nam in posteriori pro vulgata pagnat immerito. Perperam hactenus lectum pavorem. Tantundem est ac si dixisset, fortuna his non pendet a dubio favore, non debent fortunas suas dubio favori. P et F in manuscriptis promiscue confundi notum: ita apud Val. Flaccum lib. III, non longe a fine, legitur, 'Non ea fax odiis, oblitaque numine fesso Juno sui:' cum *pax* scribendum sit. Sed modus exemplorum non esset: de quibus alibi. Hoc interim *des de rapides. D. Heins.*

12 *Sed fixus, &c.*] Fato veluti debitas et immobilis.

13 *Procedit honos*] Ordine non interrupto. Hinc cognomen nacta nobilitas Probinorum et Olybriorum, ut *Trabeata* speciatim appellaretur. *Barth.*

Quemcumque requires] *Require* plerique veteres. *D. Heins.*

15 *Per fasces numerantur avi*] Singulos patrum ait Consules fuisse: avos proavosque omnes, nominibus Fastos decorasse. Ab initio enim principatus Constantini Magni, Probi stemma effloruit, eoque IV. Consule fuit Probianus vel Probinus Proconsul Africæ; dein Crispo Consule Probianus; sub Constantio Olybrius Proconsul Africæ, dein P. F. urbi. Exin Probus Præf. Præt. postea Consul cum Gratiano; postea Olybrius Consul cum Ausonio. Is vero Probus

longo tempore domum sua luce claravit, donec Olybrius et Probianus fierent Consules. *Claverius.*

Semperque renata, &c.] Nullam obscuritatem subiisse genus hoc, sed sibi quemque per gradus nobilitatem avitam reparasse ait: indicans non tam jactasse stemma quam vindicasse sibi contentione virtutum et gloriæ cum patribus. *Virer* autem, flos, *lux* cujusque rei memoratur; sic *virens exstimatione* apud Symmachum. *Barth.*

16 *Prolem fata seq.*] Auctorem suum æmulatur et *παρὰδύξει* Papiu. 1. Thebald. 'immutabile sanctis Poudus adest verbin, et vocem fata sequuntur.' *Barth.*

17 *Continuum simili, &c.*] In membranis nobis collatus erat: *Continuum simili signantis lege nepotem*; ut velut characterem aliquem Consularis dignitatis inuasci dixerit Aniciorum et Anniorum stirpi. *Barth.*

18 *Nec quicquam procerum tentat*] *Malo tentet*: ut apud Statium, 'nec tu divinam Æneida tenta.' *D. Heins.*

Licet ære vetusto] De imaginum apud Romanos æstimatione et usu lege Polyb. lib. VI. et Lipsium, Elect. lib. I. Papiu. 'Quid referam veteres ceræve ærisve figuras, Si quid Apellæi gaudent animasse colores?' *Barth.*

19 *Cingatur Roma*] Ad copiam nobilium Senatorum respicit, qui ipsam Romam velut compleant.

20 *Prima sede relicta*] Anicios suos omnes Romanorum procerum familias nobilitate excellere facit, exceptis Principibus, quos forte fastigium eximebat. *Barth.*

Prima sede] Ait Ancheniis, vel, ut alii volunt, Anniciis, propter nobilitatem generis, illud a Senatu privilegii concessum, ut dicendæ primo loco sententiæ jus haberent. *Delrio.*

21 *Jure licet certare*] Jus, jurisdictionem denotat, Honorem, Magistrat-

tam. Scitius tamen, mea opinione legas *secunda*, sedis nimirum. *Barth.*

22 *Haud secus ac tacitam*] *Atraciam* Leidensis a secunda manu : ut illa Statii repperit Theb. 1. 'qualis per nubila Phœbeis Atracia rebet arte labor.' *Arcton* pro nocte posuit, quomodo *Lycaoniam umbram* idem Statius Thebaid. III. *D. Heins.*

Tucitam Luna regnante] Partem cœli intelligit Septentrionalem, ubi propter aëris frigiditatem, lucidiores stelle, et Lunæ regnum illustrius est. *Barth.*

23 *Fratre retuso*] *Retruse* emendatur in libro suo magnus Scaliger, quod Raphaelengius expressit : nolim factum. Barthio majoribus Commentariis aridere video *recuso* : quod Leidensis et Moreti codex cum duobus aliis præferunt : quomodo 'repercussum solem' Ovidius dixit. Vulgatam lectionem primæ editiones et Medicæ unus cum duobus Vaticanis et Farnesiano tænentur : de qua non dubitandum. *Retuso* pro *obuso* : I. II. Rapt. Proserp. similiter 'hunc fronte retusa Delius, hunc fracta Cephissus arundine læget.' IV. Cons. Hon. 'Visa etiam medio populis mirantibus andax Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso Languida.' Quem locum frustra Delrius tentavit. VI. Cons. Honorii, 'Namque velut stellas Babylonis cura salubres Optima tunc spondet mortalibus edere fata, Cælicolæ cum celsa tenent, summoque feruntur Cardine, nec radios humili statione retundunt.' Quomodo illic quoque loci ex vetustis libris scribendum monni : *radios frangere* dixit Statius Achilleidos II. non dissimili loco, 'Frangebatur radios humili jam pronus Olympo Phœbus, et Oceani penetrabile litus anhelis Permittebat equis.' Ita enim malo, quam *Promittebat*, quod nunc legitur. *Confusa sidera* dicit Bello Gildonico noster, 'Et continua vagos jeculentur sidera crines' : sic enim antiquissimus Gyraldi

liber, et multi alii. Vulgo *confusa*. Avienus in Prognosticis de Luna, 'si crassior atque retusis Cornibus ingreditur.' et Virgil. Georg. 1. 'Pura nec obtusis per oclum cornibus ibit.' et ibidem, 'Nam neque tum stellis acies obtusa videtur.' Statius, Theb. x. 'Iris et obtusum multo jubar excitat igni.' Sic et *hebetari sidera* Silio et Avieno dicta, *hebere* Lucano, Statius ac nostro *languere*. *D. Heins.*

Sidera cedunt acies] Matri nimirum : non injuria ; stellarum enim mater *Luna*. Ordines dicit *acies* sive chororum. Inepte Delrius, qui comm. in Senecæ Hippolyt. *facies* legit. Comparatio similis in Horatio : 'micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores.' *Barth.*

24 *Æmulus orbis*] Plenum Lunæ orbem dicit. Petronius : 'Delectata illa risit tam blandam, ut mihi videretur plenum os extra nubem Lunæ proferre.' Ergo *Æmulus orbis*, quasi parem splendorem dignitatemque affectaret.

Adversis ignibus] Ab oppositione enim Solis illuminatur Lunæ globus : et tum Luna obscuratur, quæ Solem non excipit adversum. *Barth.*

25 *Jubar Arcturi*] Ipse Arcturus : jubar enim stellarum fulgor. Sic et *Leonis ira*, pro ipso Leone. *Barth.*

26 *Intermisit*] Modo micat, modo obscuratur, perque intervalla relucens, tandem cedit Lunæ. *Barth.*

27 *Caligantibus armis*] Orionis sidus armatum fingi, nemo nescit. Ovid. lib. XIII. 'nitidamque Orionis enses.' *Barth.*

28 *Quis facta*] Ne scil. fatis adscribatur homo virtute partus. Facta enim sunt memorata dignæ res gestæ. Alii *fata* legunt, per quæ et vitam omnem denotare videntur.

29 *Nimias*] Immensas, summas. Apuleius, lib. VIII. 'Abactum sibi nocte asinum perquirentes, nimio studio cuncta diversoria scrutantur.'

31 *Vixit adhuc*] Integram gloriam

indicat.

32 *Gloria fusa Probi*] Idem Probus, ut patet ex vet. inscriptione fuit Proconsul Africæ, Præfect. Præt. Illyrici, Africæ, Galliarum. Consul ordinarius, Consulum pater, de quo Prudentius: 'Fertur enim ante alios generosus Anicius orbis Instaurasse caput.' Alias *urbis*: contra veritatem: nam Ovid. 'Roma triumphatim caput orbis erit:' ut obiter hoc indicem. *Claverius*.

Quam nec ventura, &c.] Barthius sic legendum censet: 'quem nec ventura silebunt Lustra, nec ignota rapuit sub nube vetustas.' Nobilitatem vetustissimam modo supra commendavit: *per fasces numerantur avi*: ut ergo nulla ei vetustas nocuerit hactenus, sic spondet illi posterorum porro celebrationem.

33 *Nec ignota rapiet sub nube vetustas*] *Ignotam* Gronovius: *obscura* Isingrini liber: ut apud Silium, lib. xiv. 'Mulciber obscuræ tectas caligine nubis.' Barthius præterea *rapuit* reponi vult pro *rapiet*, aliud agens: non enim de aliquo dudum e vivis sublato verba hic facit Claudianus, sed de patre Olybrii ac Probi, quem ipse Barthius adhuc superstitem fuisse, cum hæc scriberentur a Claudiano, paulo ante asseverabat p. 2. quamquam immerito, ut opinor. *D. Heins.*

Sub nube] Sub obscuritate.

35 *Tethyos ambages*] *Ambages* sunt exorbitationes et evagationes de via: alibi Claudian. 'longis illuc ambagibus itur.'

Atlanteosque recessus] *Atlantidosque* unus Medicæus. Forte *Atlantiacosque*: sequenti versu si quis *Maotida* idem liber. *D. Heins.*

36 *Maotica*] Scilicet *palus*. Barth.

Maotica pascit] *Maotia* Claverii editio: paulo rectius, quod et Barthius curis secundis monuit. Ad quæ annotamus infra iv. Cons. Honorii, vs. 180. *D. Heins.*

37 *Sub Jove gelido*] Hoc est, aëre frigido. Sic Horat. 'manet sub Jove frigido Venator, teneræ conjugis immemor.' Barth.

Calido si quis conjunctus in are] Hoc corruptum putant: non ego: *conjunctus*, scilicet nascenti Nilo, quod sequitur. *Conjuncto* disjunctus opponitur. *Conjunctus* igitur contiguus, oonterminus; subintellige, nascenti Nilo: primus Vatic. *convinctus*. Barthius ex editionibus nonnullis notat *cognatus*, et interpretatur: sed frustra. *D. Heins.*

38 *Virtutibus ille*] Summa laus in potentissimo homine. Velleius pulchre de Catone: ut et Lucan. lib. ix. 'Fortunaque perdat Opposita virtute minas.'

39 *Nunquamque levantibus, &c.*] Utriusque Fortunæ victor; nec elatus prospera, nec victus adversa. Hinc Horat. 'Rebus angustis animosus atque Fortis appare,' &c.

40 *Circumsua luxu*] Abundantissimam abundantiam dicere vult. Barth.

Circumsua luxu] Talis ille, sed vaffer, Crispi nepos apud Tacitum, per cultum et mundicias luxu propior, vigore animi par erat ingentibus negotiis, eoque acrior, quo somnum et inertiam magis ostentabat: multi vero, Seneca teste, per ornamenta feriuntur: atque de hoc Probo, quædam sinistra apud Ammian. Marcell. Claver.

41 *Intactum vitio servare rigorem*] Non vigorem optimus Gyraldi liber: ut Cato apud Lucanum dictus *rigidi servator honesti*: unde et apparez perperam *regnare* hic in nonnullis libris legi. *D. Heins.*

Rigorem] Barthius legit *vigorem*, id est, nobilitatem animi, rebus gerendis aptam.

43 *Sed largior imbre*] Sparsionem intelligit, plena manu, larga mente factam. Barth. Et mox 'currentia munera' addet: eleganter et præclara allusione ad missilia et sparsionem.

45 *Densus currentia munera nimbo*] Ita rectius unus Mediceus, et Delrii Hiber, quam vulgati, *denso nimbo*: nimbi a poetis passim hæc munera dicuntur, quæ in populum spargebantur; præsertim cum de sparsione theatri agit. Martialis, lib. viii. Ep. lxxviii. 'Nunc veniunt subiti tasciva numismata nimbi': sic bene veterrimus Vaticanus, non *subitis nimbis*: sic nimbus croci et similia passim apud poetas. 'Grandinem serenam' dixit Statius Sylvarum lib. i. Saturnalibus: 'Qualis per cuneos hyems Latinos Plebem grandine concutit serena:' perperam illic nunc legere est *serenam*: sic *imbres sereni* apud nostrum Idyllio de Nilo, et *madidum serenum* Raptu Proserp. ii. 91. *nubes serena*, Virgilio. D. Heins.

Currentia munera] Veluti flumine perenni; eorum enim est currere. Tum nimbi et *imbres* copiam notant.

46 *Populis undare penates*] Eleganter ex Virgil. 'Mane salutantur totis vomit ædibus undam.' Ex eo dicuntur *comitoria*, unde populus emittitur. Marcellinus: 'in Amphitheatrali cariculo undatim coeunte plebe.' Claver.

48 *Præcepit illa manus*] Quod scilicet ipsa vota liberalitas Probi præcipere quiverit: qualem in Stilicone laudat, lib. ii. ejus laudum, idem Claudianus noster, præcipiens exemplo, non exspectandam necessitatem, sed præcipiendam hominum largitate benevolentiam, cum eam nondum exspectent; tum enim longe acceptissimam cadere. Et veteres *præcipitem* in hanc sensum, pro insigniter benefico, propensique animi, docet auctor Glossarii. Barth.

49 *Sic quis tellure revulsa Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum*] Hæc procul dubio corrupta sunt. Claverii lectionem expressimus: nam vulgo *si quis*. Raphelengius *si quid*. Scalliger in ora libri sui, *ut qui*. Petavianus liber, *sed quis*, per interrogationem: quomodo et unus Pulmanni.

Delph. et Var. Clas.

Claud.

Leidenais a manu secunda, quantum: sed scripti plerique cum vulgatis *si quis* tuentur. Forte, *con qui tellure revulsa Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum*: vel, *ut qui*. Cl. Barthius transpositione huic loco medetur, qui videndus: *rei auri* superflua repetitio est, cum jam dixerit 'Anrea dona vomena.' Puto scriptum fuisse *austri*: quod et pro *auster* et *austrium* capi potuit: *re austri* vero pro *Astur*: quomodo et alibi peccatum. De auri fossoribus Asturibus notum. Lucanna, lib. iv. 'Non se tam penitus, tam longe luce relicta Merserit Asturii scrutator pallidus auri:' ubi perperam *Assyrii auri* nunc circumfertur, etiam in membranis omnibus, quas magno numero consului: pari modo *pallentem Bessum* noster hic vocat. Paulinus in carmine Sapphico ad Nicetam, 'Pallidos auri legulos in aurum vertis:' ubi *Callidos* perperam legitur. Silius lib. i. 'Astur avarus Visceribus laceræ telluris mergitur imis, Et redit infelix effosso concolor auro.' Statius Sylv. iv. ad Junium Maximum de Dalmatis, 'Quando te dulci Latio remittent Dalmatæ montes, ubi Dite viso Pallidus fossor redit, erutoque Concolor auro.' Quibus locis alter alterum manifesta imitatione expressit. Sed *sollicitis collibus* cur dixit? id enim dariusculum videri possit. Quare fuit cum et hoc corruptum arbitraret, scriptumque *Galliciis* olim pro *Callaiciis*, ut sæpe libri veteres habent: atque adeo totum locum sic legendum, *quidquid tellure revulsa Callaiciis fodiens rimatur collibus Astur*. Latinus Pacatus, 'quod de venis montium aut fluminum glareis quæsitores Bessus, scrutator Callaicus eruiisset.' Callaicus enim Actures vicini: aut, si Paulo Orosio credimus, Callæciæ pars fuerunt. Ita ille lib. vi. c. 21. apposite Martialis lib. x. Ep. 16. 'Accipe Callaiciis quicquid fodit Astur in arvis:' ubi veterrimus codex Thanasus *Galliacis*.

4 H

Callaicum aurum et *Callaicum metallum* Martialis idem alibi dixit: quomodo et Silius Italicus lib. x. Confirmant ista Lucani, lib. vii. quæ noster respexisse videtur: 'Quicquid fodit Iber, quicquid Tagus expulit auri, Quodque legit dives summis Arimasps arenis.' *Sollicitis* tamen *collibus* dixisse videtur, quomodo 'carcerem sollicitum' Ovidius Amor. lib. i. El. vii. Certe auri fossoribus plurimum molestiæ devorandum erat, partim ob continuos gravissimosque labores, partim ob aërem pestilentem. Strabo, lib. xii. καὶ θάλασσαν καὶ θέραιον αὐαὶ τὸν ἀέρα φασί, ubi de fodinis agit: quibus paria habes et apud Lucretium, lib. vi. adeo quidem ut raro vitales essent hi fossores, et pallorem vultu plerumque præferrent: quod ex Lucani, Sili, ac Statii locis jam prolatis liquido apparet; atque ea de causa *pallentes Bessi* nostro dicuntur. Eo nomine et inter gravissimas poenæ habitum ad metalla damnari. Aliter hæc Barthius. *Sollicitis* ergo *collibus* non tentandum: de cæteris sententiam haud muto. *Rimatur* porro ex Isingrini libro, non *miratur*, Raphelegius bene. Cons. Manlii, 'venas rimata sequaces Abditæ pallentis fodit sollertia Bessi.' iv. Cons. Hon. 'Patulis rimatur faucibus aurum.' *Scrutari* Lucretius de auri fossoribus dixerat. D. Heins.

Sic quis tellure revolsa] Barthius sic transponit hos versus: 'Præceps illa manus fluvios superabat Iberos, Aurea dona vomens; quanto pretiosa metallo Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta, Despumat rutilas dives Pactolus arenas: Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis Effluxero decus, si quis tellure revolsa Sollicitis fodiens rimetur collibus aurum.' Et *effluxere* poetice positum dicit pro *effluant*.

50 *Sollicitis*] Nam 'itum est in viscerâ terræ, Quasque recondiderat, Stygiisque admovent umbris, Effo-

diantur opes, irritamenta malorum.' Ovid.

Fodiens miratur] Sensus est: Si quis in imis terræ radicibus aurum fodiens, inventam quantitatem aliquam miratur; admiretur ille potius liberalitatem Probi, qui tantum quotidie largiebatur, quantum stagna Tagi, &c. *Detrio*.

51 *Stagna Tagi rudibus stillantia venis*] *Pallentis* primus Vattæ. a manu secunda: a manu prima *fallentia*. D. Heins.

Rudibus venis] Intactis. Tum *rude* quidvis ut natum est, ornatu nullo extra accedente. Bartl.

52 *Effluxere decus*] *Decus*, aurum, quod omnia condecorat.

Quanto pretiosa metallo] Sic conjecturam jam olim; atque ita in ora libri sui Livineius: scripti quique confirmant. Vulgo *metalli*. Sequenti versu durum videtur *quantas rutilas arenas*. Scriptum a nostro igitur putem, *quantum per Lydia culta Despumat rutilas dives Pactolus arena*. D. Heins.

55 *Reconent si vocibus ora*] *Pateant* primæ edd. et scripti aliquot. Mox *Multifidæque ruat*, non *Multifidæque* Leidensis et unus Pulmanni: quod aridet Barthio. D. Heins.

57 *Acta Probi*] Legi nuper in Ecclesiastica viri illustriæ historia, Epitaphium huius Probi, quod Maff. Vegius ab interitu vindicavit: 'Primus eras, nullique parum virtute secundus: Nunc renovatus habes perpetuam requiem.' Erat et eodem in templo Proba ejus uxor sepulta, quibus hæc posita erant: 'Sublimes quisquis tumuli miraberis arces, Dices, Quantus erat, qui Probus hic situs est. Consulibus proavis, socerisque, et Consule major Quod geminas Consul reddidit ipse domos. Præfectus quantum toto dilectus in orbe, Sed fama emensus quicquid in orbe hominum est. Solamen tanti conjux tamen optima luctus Hoc Proba sortita est; jungat ut urna pares.' *Claver*.

Acta Probi narrare quam] Numerare Delrii codex, ut III. Cons. Honor. 'Facta tui numerabat avi.' Mox *lento voto non longo* idem Delrii codex et unus Palmanni: Statius tamen Theb. I. 'longo consumit gaudia voto.' D. Heins.

58 *Ad summi fastigia juris]* Consulatum dicit. Quem alibi portum honorum oranium vocat.

59 *Itaque late cum frena, &c.]* Jam loquitur de Prefectura Prætorii, honore tum re ipsa Imperatoribus proximo. Italia autem non suberat Præfecto P. Hlyrici, quo nomine bona pars tum Romani Imperii censebatur.

60 *Quos arat Africa]* Fertilem partem pro universa Romana intelligit.

61 *Nati vicere patrem]* Optabilis gratia parentibus victoria.

Solique merentur] Nec alius enim ea tempestate Patriciorum honoribus pluribus hoc viro functus. Barth.

62 *Non contigit illi]* Nunc Medicus et Palatinus. Puto, num. D. Heins.

Non contigit illi, &c.] Non habuit fratrem Probus, qui virenti ævo cum eo gereret Consulatum, quam liberorum felicitatem vidit, eaque fructus est. Barth.

63 *Prima ævi]* Primum ævum, prima adolescentia.

65 *Non anxia mentem, &c.]* Pusillanimitatis index. Non votis inanihus perdere momenta rerum, neque aggrediundis cunctari autumat. Spes enim inter summos animi tyrannos. Hinc Joh. Saresburiens. de Nugis Curialium: 'Omnia tutus agit, quem nec spes nec timor angit.' Barth.

66 *Longo tendit, &c.]* Et ut recte Papinus ait: 'Spes anxia mentem Extrahit, et longo consumit gaudia voto.' Delr. *lento.*

67 *Cepistis, qua, &c.]* Qua alii destiterant, inquit, vos incipiebatis.

68 *Quo finis erat]* Qua omnino legendum: et sic Barthius. D. Heins.

69 *Flos juvenilis]* Prima barbæ eruptio; quæ cum sit tenellor, obum-

brare genas scite dicitur; ita ut quis dubitare possit, utrum vera lanugo sit, an umbra quedam ejus.

70 *Lanugine vestis]* 'Tunc mihi prima genas vestibat flore juvenas.' Festus: 'Vesticeps puer, qui jam vestitus est pubertate. Investis contra.'

73 *Fulminis impellens, &c.]* Engonium dicit, quem perperam Cassiodorus tradit his Consulibus debellatum. Cum Claudiano recte Idatius, victoriam eam in annum XVI. Theodosii collocans, qui XVII. Imperii sui his iisdem Consulibus excessit. Barth. Postquam ergo Theodosius, tyrannia devictis, Alpes Julius patefecit. Delr.

74 *Augustus]* Theodosius.

75 *Dignas persolvere grates]* Tum temporis enim pro præmio ob maximas res gestas Consulatus tribuebatur. Barth.

76 *Pro natia]* Gnatia unus Pulmanni. D. Heins.

Dominum flexura] Consules enim in annum futuri designabantur ab Imperatoribus, missa trabea Consulari. Exemplum habes in Gratianum Actione Ausonii ad Gratianum. Barth.

77 *Famuli currum, &c.]* De curru Martis famulos, ejus sobolli, Romæ, adjangit. Vide Papin. lib. VII. Theb. *Idem.*

79 *Romam comitantur]* Dominam Gronovius: ut alterum ex glossa sit procusum. D. Heins.

80 *Cuspide turbet]* Innuitt alluditque picturam urbis, quæ hastata producit. Barth.

81 *Sub juga ferrea nectit]* Isingrini liber mittit: quod Raphelengius et Claverius secuti. Vulgatam lectionem non temere damnam: Sic 'nexos ad juga tarda boves,' Avienus dixit fab. 32., et fab. 28. 'cervicem innectere aratro:' noster Nupt. Celerinæ: 'Mollia purpureas adnectunt frena columbas.' *Sub juga veritatis pri.* Vatie. D. Heins.

83 *Qua possidet æthere regnis]* Qua

legendum ex Leidensi libro bene vidit Cl. Gronovius: nec aliter Aldus. Sic et supra Barthius, 'Cœpistis, qua finis erat.' Infra etiam cum scriptis corrigendum, 'qua fine sub imo Angustant aditum curvis anfractibus Alpes.' *Idem.*

Possidet athera] Quia consecrata, interque Deos illos egregios relata erat, cum Venere commune fanum sortita.

Triumphatis] Omnibus sub unum redactis. *Barth.*

84 *Ritus imitata Minervæ*] Armaturam, habitum.

85 *Cæsariem*] Incusat vir summus Scaliger in fœmina *Cæsariem* dici, quamcunque etiam comam. In nuptiis Honorii tamen sic loquitur: 'Cæsariem tum forte Venus subnixa corusco Pingebat solio.' *Barth.*

86 *Ornatu retorto*] Torquem intelligit, etymo alluso. *Idem.*

87 *Exserta lacertos*] Talis Romæ figura. Tales ad conflictum paratos, inducit non uno loco Papinius. *Idem.*

88 *Audacem reteggit mammam*] Habitu Heroinarum ad prælium euntium, aut armatarum. Sidonius de eadem: 'Sederat exerto bellatrix pectore Roma.'

92 *Armatur terrore pudor*] Palladi propria descriptione, ut viraginem virginem agnoscas.

Galeaque minaci] Nam monstra conis galearum infigebant veteres, Dracones, Leones, Gryphos, &c. *Barth.*

94 *Et formidato*] Terrificum clypei iubar. *Idem.*

96 *Et patrius Mavortis amor*] Quo patrem Romuli et Remi Mars fatetur. *Patrius enim amor Mavortis*, qui eum patrem fecit tam nobilium puerorum, quemque ille fatetur Romuli et Remi glorians esse pater. *Idem.*

97 *Romulei: pius annis inest*] Sic plerique scripti. Moreti liber, *pius annus*: unus Mediceus, *pius annis*: proxime verum. Vulgo *post annis*. *Pius annis*, quod pueris pepercerit:

atque ita curis secundis Barthius. *D. Heins.*

Pius annis] Ovid. Fast. iii. 'Amne jubet mergi geminos: scelus unda refugit: In sicca pueri destituuntur humo.' Hanc pietatem expresserat Vulcanus, Tiberim cedentem fingens. *Barth.*

Bellua nutrix] Lupa.

99 *Fingunt ara lupam*] Hæc magni Scaligeri conjectura, quam Raphelengius et cum Claverio Barthius merito probabant. Gyraldi liber cum Petaviano, *Pingunt*. Vulgo, *Tingunt*. lib. i. de Rapt. vs. 265. 'Nec non et patruus fingit sacraria ditis.' Sic enim scripti quidam: ante ibidem dixerat, 'tenero clementior ævo Fingitur.' Vera scriptura est in primo Vaticano. *D. Heins.*

100 *Jam simul emissis*] Simul ac Zephyros ærem sereniorum, minime gravibus ventis turbatum, intelligunt. His ferri numina, ut et aliis ventis: Papin. lib. i. Theb. 'Portantes præcedere Notos, Cyllenia proles.' *Barth.*

101 *Cursuque rotarum saucia*] Idem dicit Papin. lib. i. 'Nec mora, sublimes raptim per inane volatus Carpit et ingenti dissignat nubila gyro.' Hoc est, dispescit, ut orbita in iis appareat. *Idem.*

102 *Clarescunt nubila*] Semitam enim lucidiorem facit rota perlabens aut pervolans. *Idem.*

104 *Quem poscunt, tetigere*] Sola voluntate: unde scite etiam dixit, *lapsu protenus uno*, quod ipsum omnino tempus considerationi eximit. Dii autem quod vellent, continuo id factum habere dicebantur, effectum illico nacta voluntate, si quid fieri placuisset.

Tetigere locum] Ipsi videlicet equi noverant quo eundum foret.

Fine sub uno] Tò uno præcesserat proxime, *lapsu protenus uno*. Quare scribendum *fine sub imo*. Barthius malit *sine supino*. Statius Via Domitiana, 'Sed quam fine vim recentis

imo Albam crinibus infulisque cerno? qui locus Barthianam conjecturam satis enervat ac jugulat. *Imus finis* pro extremo ponitur, quomodo et *imius angulus* sæpe. Idem Barthius paulo post præfert scriptorum quorundam lectionem, *Creantur in tumulum strages*: vulgati in *cunulum*; sed *acerci stragem* passim occurrunt apud poëtas. Bello Gildonico, vs. 39. ex antiquis codicibus *cunulos repletos stragibus* habes. D. Heins.

Fine sub imo] Barthius legit, *qua fine supino*, &c. Quasi supini illic montes procumbant.

106 *Conjectis scopulis*] Barthius legit *congestis*, id est, arcte junctis.

107 *Reseranda manu*] Quia *claustra* ante dixit; quorum est injecta clavi reserari.

108 *Geminisque fidem mentita*] Eugenio et eum ducenti Magistro Equitum Arbogasti: hos enim admiserunt Alpes, non transmiserunt, superatos occupanti Theodosio transitum. Possis et de Maximo capere, quem et alibi inessit in gratiam suorum Principum Claudianus.

Tyranni] Usurpatores illegitimi Imperii hoc nomine censentur. *Barth.*

109 *Mænia fumant*] Urbibus pessumdatis incendio. *Idem.*

111 *Æquavere jugis*] Expletas fuisse valles cadaveribus, ait.

Stagnant immerga cruore] Ita ut sanguis tlexerit et pene abstulerit cadavera. Sunt qui leg. *immoesa*, id est, ultra modum et fidem multa et magna. *Barth.*

112 *Turbantur permixto funere manes*] Sic Isingrinus et scripti aliquot ex nostris. Primæ editiones *traduntur*: quomodo ex conjectura viri illustri Raphelengius, cum *traduntur* in vulgatis libris legeretur insulse. Libro i. in Rufinum sub finem, 'imo barathri trudere recessu:' ita secundus Vaticanus: non *claudere* aut *condere*. iv. Cons. Honorii, 'patria mæs-

tus non traditur exul.' Epist. ad Hadrianum, 'hic undique traditur exul.'

Turbantur funere] Permistum funus, tumultuaria sepultura, raptim per acervum congestis cadaveribus. *Barth.*

114 *Cespite gramineo*, &c.] More heroum veterum spernens sellas Imperatorias, pompamque magnificorum stratorum. Continentiam Theodosii commendat Victor. *Idem.*

115 *Acclines humeros*] Sic optimi Codices. *Acclinis*, rei culpam acclinans sese.

Dominum gavisa coranat] Agnoscens legitimum Principem, pulsus tyrannis. Deo acceptis sanctisque mortalibus Coronatio aut cultus talis a Tellure adscribitur. Persins: 'Quicquid calcaverit hic, rosa fiet.' Tacite autem universæ terræ Imperatorem facit Theodosium. *Barth.*

117 *Crebroque recurrit halitus*] *Creberque* Aldus et scripti: rectius, ut lib. ii. in Eutrop. 'creberque recurrit Nuncius incassum.' D. Heins.

118 *Placidi radiant*, &c.] Etiam in medio fervore belli clementia dulces radios in vultu victoris agnoscit. Papin. 'juvat ora tueri Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.' *Barth.*

119 *Qualis letifera*] Hæc comparatio in laudem Theodosii adhuc viventis, recenti victoria de Eugenio. *Clauder.*

120 *Procubat horrendus Getico Gradivus in Hæmo*] Sic Delrii codex et tres ex nostris: non *in arce*; recte. Illa Statii respexit Theb. ix. 'qualis Getico procumbit in Hæmo Cælo mixta comas quercus.' Noster lib. i. in Rufin. 'Mavors, nubifero seu tu procumbis in Hæmo.' Hæmus certe Marti sacer, unde *Mavortius* Siliio dictus. Statius, Theb. vi. 'adverso risit Gradivus ab Hæmo:' et lib. vii. Martis hospitium describens, 'adverso domus immansueta sub Hæmo.' Cal-

limachus hymno in Delon, 'Ἡμερος
 ἐφ' ἡλῆς κορυφῆς ἐπὶ Θρήϊκος Αἵμου Θούπος
 Ἄρης ἐφύλασσε σὺν ἑστέσι. Atque ita
 passim Poëtæ: quoniam pro vul-
 gata scriptura facere videtur illud
 Maronis, 'Gradivusque pater, Geticis
 qui præsidet arvis.' Cæterum pro
horrendus, horrendum Leidensis; op-
 time: *procubare horrendum*, ut Cons.
 Manlii, 'Nec dentibus unquam In-
 strepis horrendum.' *Æneïdos* XII.
 'horrendumque intonat armis.' Sic
 et *blandum rubere* supra: *æcum fre-*
mere, lib. II. de Rapt. Pros. vs. 248.
 et *præsagum canere*, ibid. vs. 7. ex an-
 tiquis codicibus: *cruentum iugire*,
 lib. I. in Rufin. *regale tumere* et *sævum*
nutare, lib. II. *immane fremere*, Cons.
 Manlii: *factum anhelare*, lib. I. in Eu-
 trop. *flebile suspirare* et *insanum pro-*
clamare, lib. II. *anile gemere*, lib. I. in
 Stille. atque ita passim: quorum et
 pleni Statius, Silius, alii. Emendan-
 dus tamen ille IV. Theb. ex mem-
 branis: 'capiti tremit ærea cassis
 Ter niveum scandente juba.' Jubam
 triplicem intelligit, cujus et Virgilius
 mentionem facit. Vulgo, 'Ter nivea
 scandente juba.' D. Heins.

Gradivus in Hæmo] Monte et regi-
 one, Martis domicilio notissima, ibi-
 que quiescebat post bella.

121 *Exuvias Bellona levat*] Gerit
 Gyrard, pri. Vatic. Farnes. et unus
 Medicus: sed præstat alterum. D.
 Heins.

122 *Cornus in hastam porrigitur*] *In*
hostem Barthius legit primis curis,
 secundis in actam; alius, in astra: ni-
 hil mutandum. Hoc vult: Immen-
 sam illam cornum Marti pro hasta
 fuisse, usum hastæ præbuisse. Sic
 infra, 'turrigeræ surgunt in culmina
 ripæ.' Vide notas ad lib. I. in Rufin.
 vs. 151. apud Statium, Achill. I. 'jam-
 que Odrysiam Gradivus in hastam
 surgetet.' D. Heins.

Cornus in hastam porrigitur] Hasta
 ex corno facta. Placet tamen in ac-

ten porrigitur: id est, prope Hebrum
 in litus hasta ponitur: ut cum quie-
 scente Domino et ipsa respiret.
 Barth.

124 *Discussas Roma per auras*] Dii
 enim nebulis amicti inter homines
 versari dicebantur a poetis. Sic Ho-
 rati: 'tandem venias precamur,
 Nube candentes humeros amictus,
 Augur Apollo.' Barth.

125 *Conscia*] Adventu Dæ; nam et
 inanimata eos præsentis sentiebant.
 Barth.

Conscia ter sonuit rupes] Sic op-
 timus Moreti liber, ut olim conjece-
 ram: vulgo *tunc sonuit*. Lib. II. de
 Rapt. 'ter cardine verso Præsagum
 cecinere fores:' sic et alibi. *Concita*
 etiam Leidensis: non male. Mox
inhorruit atrum, non *acri*, cum scrip-
 tis legendum: quod Delrius jam vi-
 dit et Raphelengius; ut apud Virgil.
 'Horrentique atrum nemus imminet
 umbra.' D. Heins.

Inhorruit atrum] Densam illam syl-
 vam inhorruisse tanti numinis acces-
 su, ait. Barth.

126 *Prior hic*] Malim *prior huic*.
 D. Heins.

127 *Dux ait*] Imperator Romanus.

Legum genitrix] Quibus orbis ter-
 rarum in unam velut gentem redac-
 tus est. Barth.

128 *Circumfusa polo*] Ex ambitione
 Romana, qui limitibus cæli non com-
 prehendi suum jactat Imperium. Epi-
 grammatarius vetus: 'Sol citra nos-
 trum flectitur Imperium.'

Consort adjuncta Tonanti] Roma ve-
 lut assidens atque affixa ei: recte ca-
 pitur de templo: alludit enim in
 monte Palatino juncta Jovis et Romæ
 fana. Barth.

131 *Tolerare vapores*] Sic recte ex
 suo libro Delrius: perperam vulgo
labores. Lucanus, lib. IV. 'Quoque
 minus siccos possent tolerare vapores,
 Quæsitæ fecistis aquæ.' Bib. IX.
 'monstrat tolerare vapores, Non ju-

bet.' Sic vetus liber. Ovidius, lib. II. Metam. 'neque epim tolerare vapores, Uterius potuit.' 'Æthiopum vapores' sic et noster dixit lib. I. in Stilichonem, et alibi. *D. Heins.*

Vapores] Hæc non ab Honorio, sed Theodosio seniore, qui nondum obierat, dicuntur. *Dekr.*

132 *Coros]* Vide Gellium, lib. II. cap. 22.

134 *Nulla sub tempestate]* Quocunque cælo, ait, favente sive adversante.

137 *Quam tua]* Ita pro diversa lectione in Petaviano notatum; et bene. Vulgo, *Quod tua.* Quam pro quantum: neque aliter Palatinus, et a manu secunda primus Vaticanus. *D. Heins.*

138 *Servitium rursum, furiaque rebelles]* Arbogastea summum belli ducem per furiarum vocabulum intellige: per *servitium*, hominem primum tenuis fortunæ et ledimagistrum Eugenium; mox quoque sceptro Romano, instinctu Arbogastis aspirantem, et jam pene positum. Arbogastes quidem sub ipso Theodosio antea præclare fortiterque bellaverat, et sub Eugenii umbra, imperium utique ipse moderaturus erat: vid. Paul. Orosium, &c. *Barth.*

139 *Paribus triumphis]* Priorem simul victoriam de Maximo et Victore intelligit. Utrique mira virtute et felicitate paucis innumeras hostium copias superavit, ut merito *pares triumphis* dicantur. *Barth.*

140 *Libertate recenti]* Barbarum hominem perstringit, velat in servitatem rapturo Rempub. Arbogaste. *Barth.*

Sed precor hoc donum cum libertate recenti Adjicias] Adde, precor, Gyrالدinus: vere ut puto. Certe primus Vatic. et Farnes. *Adde* pro *Adjicias*, claudicante verum. Geminatione illa *roû precor* efficax est. *D. Heins.*

142 *Alto de semine]* Generoso, illustri.

148 *Festa quos luce creatos]* Minime omine adverso, aut die nefasto. Na-

tales fratrum horum observatos, et incidisse in diem lætum Rempub. hinc constat. Bonos festos dies et familiæ singulæ peculiares suos habebant, et in iis persone. Macrobi. Saturn. lib. I. cap. 15. *Barth.*

144 *Fovi gremio]* Parentes enim recens natos liberos sublatis gremio imponebant: hos erge et suscepisse et educasse sese, ait Roma. *Barth.*

146 *Solacres]* Lacina tenebat et solvebat maturos partus. *Aperire* dicit Horat. 'Rite maturos aperire partus,' &c. *Barth.*

Præferrent sidere partus] Sic meliores scripti. Vulgatum *præferrent* admittere non potest, cum *proctularem* mox sequatur: *præberent* Gyrالدii liber. Mox iidem scripti rectius, *Hic ego nec*, quam non. *D. Heins.*

147 *Decies pulchros, &c.]* Lucan. l. VII. 'Si Curios his fata darent redeasque Camillos Temporibus, Deciesque caput fatale voventes.'

150 *Piortis pollutæ studiis]* Omnem humanitatem, omnem ingenii cultum intellige. *Barth.*

161 *Desidiis, &c.]* Voluit omnes anas et instrumenta omnia nequitie, quæ desidia parit ac fovet, semel proloqui; præsertim variis ejus speciebus sese ex opulencia subjicientibus, quam celebrat in iisdem heroibus. *Barth.*

162 *Licentia vitæ Abripit]* Quæ virtus summa est. Laudavit supra in patre: 'Mens circumfusa luxu, Noverat intactam vitæ servare rigorem.'

163 *Abripit]* Sequor hic Claverium. Vulgo *Arripit*. Idem Claverius bene ut *relaxet*, non aut *relaxat*: haud dubie ex veteri libro. Certe Palatinus, quem Barthius ubique suum codicem appellat, nescio quo jure, ut *relaxat*: proxime verum. *D. Heins.*

Aut mores relaxat] Ordinem vitæ ad sapientiam compositæ, seu vitam ad præcepta virtutum compositam. *Barth.*

165 *Ignos juvenius]* Impetum ef-

freneum et furibundum dicit ad desideriorum expletionem. Alibi: 'Sed quoniam calide rapuit te flamma juvenæ.' Sic *facem juvenæ* legimus apud Florum.

Longævo corde] Prudentia et sapientia senili. *Barth.*

156 *Ducunt ab origine, sortem*] Debitum stirpi, videlicet Consulatum.

158 *Devoceas*] Nomini ipsorum adscribendum. *Barth.*

159 *Domus hoc*] Non hæc scripti meliores. *D. Heins.*

160 *Sic nobis Scythicus*] Clausula voti Romani, usurpata nostro sæpius.

Araxes] A vicinitate Scythiæ. *Araxes* enim Armeniæ fluvius. *Barth.*

161 *Per utrumque latus*] Alterum invictis gentibus cultum, eludebat Romanas vires.

Mediæque subactis] Horat. 'Neu si nas Medos equitare inultos Te duce, Cæsar.'

162 *Semiramia turres*] Babylonem dicit, seu Parthorum Metropolin.

Timeant insignia turres] Unus Pulmanni stupeant: ut vi. Cons. Hon. 'Romanum stupuit Mæotia terra tribunal.' *D. Heins.*

166 *Conduunt oblivia mentem*] Malo *condant* cum Livineio. *Idem.*

167 *Quo vindice*] Barthius legendum censet *judice*, atque idem significare quod *præfectum*: nam Probus, ut notum ex superioribus, Præfectus erat Prætoris, in Italia.

168 *Fœsusque resurgere gentes*] *Turres* Moreti liber; elegantius: ut apud Statium, Theb. iv. 'magnæque Amphionis arces Jam fœsum senio nudant latus.' De quo alibi in his notis. Hoc tamen loco vulgatæ scripturæ controversia temerè movenda non est, cum *turres* præcesserint. *Vindice* etiam pro *judice* Gyraldi liber et tres alii ex nostris: quod Scaliger ac Delrius probant. Barthius improbare non debuit. *D. Heins.*

169 *Ante dabunt*] Producent, mittent. Per hypallagen: pro, *ante* Ni-

lus dabit hyemes, hoc est, Ex ejus partibus spirabit Aquilo, hibernas tempestates ferens.

170 *Glacique niger damnabitur Indus*] Puto *glacique piger*: agit enim de Indo flumine. *D. Heins.*

172 *Intercisa dies*] Interrupta, interpolata. Sic *intercisi dies* in veteri jure Pontificio Pompiliano, tam hominibus quam Diis dati: uti in quibus et humana negotia et religiosa tractari possent; veluti non integros dicas; nec huic nec illi parti addictos. Vide et Macrob. Saturn. lib. i. cap. 16. *Barth.*

175 *Strepuere chori*] Divinitus impulsii.

176 *Septena voce*] Mallet *septena valle*, si per libros veteres liceret. *D. Heins.*

177 *Lætatur veneranda parens*] Priecorum heroum more, quibus matres illustriores habitus concinnabant. Successus enim et felicitas liberorum, parentum justa lætitia est. *Barth.*

178 *Auratus trabes*] Hic graphice depingitur Consularis trabea, qua Consules labente imperio, cæperunt uti. *Delrio.*

Cinctusque micantes] Ita scripti nostri: etiam veterrimus Gyraldi. Vulgo *curruque*: perperam. Cinctum Gabinum intelligit, quem Virgilius quoque cum trabea conjungit: 'Ipse Quirinali trabea cinctusque Gabino Insignis.' Alibi quoque noster sic consularem togam vocat: ut l. i. in Entrop. 'cum tenderet artus Exanguis onerare toga cinctusque gravatos.' L. ii. in Stilichonem, 'Hos etiam mirare libens ac suscipe cinctus.' iv. Cons. Honorii Aug. 'Hoc si Mæonias cinctu graderere per urbes.' Quo loco nihil mutandum. L. i. in Entrop. 'Rupta Quirinales sumant ergastula cinctus.' vi. Cons. Hon. 'Membraque gemmato trabem viridantia cinctu.' *D. Heins.*

179 *Molli tendent de stipite Sces*] Quomodo *molli stipite*? Stipesne ergo

ideo mollis, quia abinde sericum tale detondebatur? Alludit crebram asperionem aquæ, qua materia stipiti hærens mollièbatur, ut deduci depective posset. Plin. lib. vi. cap. 17. 'Primi sunt hominum qui nascuntur Seres; lanitio silvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem, unde geminus fœminis nostris labor, redordiendi filia, rursumque retexendi.' Vide et Ammian. lib. xxiii. et Solin. c. 58. *Barth.*

Tondent de stipite Seres] Ita cum vulgatis omnes nostri præter unum Medicum et Palatinam, in quibus *cepitis*: quod frustra probatur *Barthio*.

181 *Et longum tenuis tractus, &c.*] Dicas videre te, ut hoc confiat: non poterat melioribus verbis describi. Aurum tenuare in lamellas subtilissimas, unde decissæ lineolæ circumplcantur filiis, *concrevere* elegantissime dixit Claudianus. *Barth.*

182 *Concreto metallo*] Ita enim artificiose aurum circum fila serica ducitur, ut ita natum, nec aliam materiam tegere videatur. Pariter Cataphractis equis cognatum metallum addicit, II. in Rufinum: 'credas simulacra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.' *Barth.*

Squalere] Vide Gellium lib. II. Macrob. lib. vi. cap. 7.

184 *Numinibus Latona suis*] Ex sematis. Erant statim numina cum in vitam prodirent: non per vitam mortalem, fortiter faciendo opus habebant cælum acquirere, ut Hercules, alique nonnulli Jovis filii. Et hoc voluit Claudianus.

Redirent] Venatu et serpentum persequatione. *Barth.*

185 *Jam non errantia*] Latonæ enim partus fixerat insulam eatenus fluctuantem. Senec. Herc. Furent. 'Quibusque natis mobilis tellus stetit.' *Barth.*

186 *Illa feros saltus*] *Feris* legit inhabitata, ut ipse putat, conjectura

Barthius. Sed *feros montes*, Virgilius, Eclog. v. dixerat: 'montesque feri silvæque loquuntur.' Naso in Ibin, 'Perque feros montes tauro rapiente traharis.' *D. Heins.*

187 *Lassato certis venatibus arcu*] Sic codices plerique: optime. Insulse vulgo *Cretum*: unde *pharetram* vir doctus. Claverius ex suo libro *centum*. Nos veram lectionem exhibemus. Sic 'certa Phœbus sagitta metnendus' Horatio. Priscianus Periegesi, 'Sacæ nimirum certis gens certa sagittis.' 'Certus mucro' apud nostrum libro I. in Eutrop. 'Advolat Armenius certo mucrone recisos Edoctus mollire mares.' Noster de Scipione, 'Tyrias certa fracturus cupide vires:' et de arcu alibi, 'certique petitor Vulneris, et jussam mentiri nescius ictum.' Ovid. Amor. lib. III. El. IX. 'Viderat Iasium Cretæa Diva sub Ida Figentem certa terga ferina manu.' Vide quæ notamus ad Remed. Amor. vs. 112. atque ita intelligendum illud Statii Theb. VIII. 'jam palpitat arvis Phœdimus, et certi nondum tacet arcus Amyntæ.' *D. Heins.*

Certis venatibus] Claverius mavult *centum*. Sic enim Ovid. 'Mille feras sylvis Phœbe venata redibat.' Scimus vero *certam sagittam* dici eleganter a Lyrico: sed quia *lassatum arcum* dicit Cl. ei *centum* convenire arbitror.

188 *Nigris venenis*] Maxime mortiferis.

190 *Lambit amica pedes*] Sordidula scriptio: cani enim aut catello dignus hoc quam Insulæ.

Ægeus] Nomen quoddam *Ægeo* ponto peculiare. *Barth.*

192 *Sic Proba, &c.*] Hæc fuit doctissima, et quæ præcipuo amictu filios exornaverit, id est, virtute et doctrina, velut altera Cornelia, de cuius laude multa B. Hieronym. tum vetus Inscriptio: ANICIE FALCONIÆ PROBÆ, FIDELI ET NOBILITATIS ANTIQUÆ, ORNAMENTO ANICIANÆ DOMUS,

FAMILIÆ SERVANDÆ AC DOGENDÆ, CASTITATIS EXEMPLO, CONSULUM PROLL, CONSULUM MATRI. *Claverius.*

193 *Decorat mundum*] Consulam geminorum partu et ornatu et institutione.

Romana potestas] Consulatui.

194 *Augetur*] Veteri sensu, Ornatur, Decoratur. *Barth.*

195 *Stare pudicitiam*] Adstare presentem, rebus humanis adesse. Sæculo enim ferreo subolescente, Pudicitia cælum petierat, abominata tot mala facta, cædes, raptus, &c. *Barth.*

196 *Junonem Inachidis, &c.*] Græciam enim præcipue addicta fingebatur Juno, jam inde ab injuria apretæ formæ.

Oculos advertere] Quod cum facit placidissimo ore est, matronalem gravitatem gratosius temperans arrisibus. *Respectus enim Deorum felicitas mortalium.* *Barth.*

197 *Antiquis pagina lib. &c.*] Usitam doctissimo Vati antiquorum depressione suos extollere heroas, sua commendare tempora. *Barth.*

198 *Latæ tubæ*] *Tubas* Latio præ cæteris Musices instrumentis assignat, ob ruditatem agrestis Musæ in primis ejus vatibus: tum quod Romani sermonis major omnino asperitas; 'Grælis' enim 'ingenium, Grælis dedit ore rotundo Musa loqui.' *Barth.*

Nec Græca vetustas] Moreti liber *græta*, pro *Græia*; qui error frequentissimus: neque aliter primus Vatie. et Farnes. iv. Cons. Hon. 'nec desinat unquam Tecum Græia loqui, tecum Romana vetustas.' *D. Heins.*

199 *Exeat*] Eminent.

201 *Cœu sibi certantes*] Horum quatuor versuum, qui inquinatissime ab Isingrino primum in lucem prolati erant, quosque asteriscis ut deploratus Raphaelangius notarat, restitutio Claveriano codici debetur. Male eos alii tentarunt: a nostris scriptis absunt.

Cœu sibi certantes, &c.] His vero ac-

cinit locus in laudibus Serenæ, ubi domus Theodosii dicitur, 'Geminao certatim splendida sexu.' *Clav.*

202 *Pelion*] In monte Pelio, celebratæ sunt nuptiæ Pelei et Thetidis, quam *Nereida* vocat Claud.

O duplici] Talis exclamatio in laudem Herenæ: 'o maxima rerum gloria.' *Claver.*

204 *Nomina parturit annis*] Nomina annorum, pro Consulibus dixit, quum ab horum vocabulis illi dicerentur. Sic Lucan. lib. v. 'aut annos a Consule nomen habentes?' Sidonius Pagnyrico Anthemii: 'Judiciis populos atque annum nomine rexit.' *Barth.*

205 *Ut sceptrum gess.*] Majestatis Consularis insigne sceptrum ex ebore, cui insidens Aquila erat efficta, Romanæ virtutis avis index. Sic et Juvenal. Sat. x. 'Da nunc et volucram, scepro que surgit eburno.'

Rigentes togas] Anro ductiili.

206 *Signum dat summus hincula*] Erupta subito nube. *Fulmen sanciens* confirmandum magistratum intelligit: contractibus enim aliisque rerum gerendarum auspiciis secundum fulmea.

207 *Gratamque facem*] Ita omnes nostri: cave igitur Barthium mutantem audias.

208 *Tonuerunt omnia nimbi*] Sic vel sine libris scribendum jam olim vidi, quod et Cl. Gronovio in mentem venerat: *τὸ omnia* tamen exstat in nonnullis scriptis. Vulgo *tenuerunt omnia*, sine sensu: quomodo et peccatur in Rufo Festo Avieno, descriptione Orbis, 'tremit Indica tellus Pressa pede, et toto tonuerunt classica cælo:' ita enim castigandus is locus: *Tonare omnia*, ut 'tonare verba' apud Propertium lib. iv. El. 1. 'tonare minas' apud Ovid. lib. i. Amor. El. vii. et Alcimum Avitum lib. iv. 'tonare bella,' Silius lib. i. de Marte: 'flagrantia bella Cornipedum afflatu tonat et stridoribus axis.' Sic prima editio, *Vulgatum, domat*, merito vir-

gula censoria a Scaligero patre notatum. Dausqueium tamen patronum invenit: ita glandes ille sectatur semper. Mars accendit bella potius quam domat. 'Tonare bella' Martialis dixit, lib. viii. Ep. 3. et Ep. 23. de Lacano: quæ vera illic lectio, atque ita scribendum puto Ep. 56. ejusdem libri, non *bella sonare*. Noster iv. Cons. Hon. 'Si bella tonant, prius agmina æuris Exerce studiis:' ubi libri non audiendi, qui variant. iii. Cons. Hon. 'civilia rursus Bella tonant.' Silius lib. xii. 'Dum bellum tonat:' quibus tamen locis aliter sumendum. 'Arma Lethiferum intonare,' Silius lib. ii., et Statius Theb. iii. 'tonitru armorum.' Val. Flacc. lib. iii. 'Occupat os barbarumque viri, clavamque superne Intonat:' sic scripti, non *clava*. 'Jovis Esceladique tumultus Intonet,' Propertius lib. ii. El. 1. noster denique Epigrammate in Olybrium ex veteri libro, 'Carmina seu fundis, seu Cicerona tonas:' nam vulgati Cicerone agnoscant. *D. Heins.*

209 *Tiberinus*] Tiberis fluvius: Tiberipus ipsum numen.

210 *Arrectisque auribus*] Licet minus proprie de hominibus dicatur *auris erigere*, ut quæ nunquam jaceant, id tamen attente audientes agunt, ut auribus adaint, auditumque acuant, sensibus cæteris eo se velut conductibus. Sic Terent. 'arripe aures, Pamphile.' *Barth.*

211 *Unde repentinus populi fragor*] *Scopulis* legunt: sed Puteanea excerpta *cæli*; quod sequor: agit enim de tonitru. Statius Theb. x. 'non hic pelagi licet horrida clament Litora, non illic cæli fragor.' Pro *arrectis* bene *Raphelengius arrectisque* superiori versa: eadem id excerpta confirmant. Phædrus libro iv. Fab. lxxiv. de tonitru, 'Canes confusi, subitus quod ruerat fragor, Repente odorem mixtum cum mædis cacant:' qui locus in vulgatis exemplaribus male affectus est, cum legatur *Canes,*

confusus subito quod fuerat fragor. *D. Heins.*

212 *Pallentes thalamos*] *Lego aequalentes*, ut et apud Ovid. lib. i. Met. 'Ad delubra deæ, quorum fastigia turpi Squallebant musco:' nam et ibi *Pallebant* in editionibus. Noster Nupt. Honorii, 'vivo squalleutiæ murice terga.' lib. ii. in Eutrop. etiam videtur scribendum, *infelix etiammum aquallet Orontes.* Idem.

Pallentes thal.] Veteri musco obstitos. *Barth.*

213 *Urnam*] Alii *domum* leg. Et notum Nymphis talia antra data. Alii leg. *Dominam herilem*, et intelligunt Ilam, Tiberini uxorem.

Urnæ commendat herilem] Sic Gyraldi liber, primus Vatic. et novem præterea: vulgo *dominam*. De Urnis fluviorum notissimum. Lib. i. in Rufin. 'Rhenus projecta torpuit urna.' Lib. ii. in Eutrop. 'aurata Pactolus inhorruit urna.' Perperam utroque loco in vulgatis *unda*. Statius Theb. ii. 'In lævum prona nixus sedet Inachus urna.' Theb. v. 'emissæque indulgens Inachus urnæ:' quæ ex illis Virgilianis hausit, 'Cælataque amnem fundens pater Inachus urna.' Claverius ex suo libro hic ediderat, *atque domum nymphis commendat*: non probamus, quamvis applaudente Barthio.

216 *Densatur gramine colla*] *Densatur* Leidensis, eleganti obvioque apud Poëtas Græcismo. Sic lib. ii. de Rapt. ex veteri libro, 'primo signatur tempora cornu:' non *signatur*; et apud Ovid. lib. ii. Fast. 'positis urgetur pectora palmis:' non *urgentur*. Moreti liber, 'crispo densatur gramina collo:' recte etiam, dummodo *densatur* retineamus. *D. Heins.*

217 *Crinalis arundo*] Quæ loco crinalis.

219 *Æstivo candere*] Incandescente velut aëre.

Mori] Deficere, exsiccescere, quæ mors et abolitio fluviorum. *Barth.*

220 *Taurina levantur Cornua*] Videntur Romani Tiberinum homini corrupto assimilasae: quemadmodum Athenienses, *Æliano teste*, *Cephisum*. Alii aliis fluminibus cornua adscribunt: rationem Sophoclis in *Trachiniis* interpret reddidit. *Delrio*.

221 *Raucos sudantia rivos*] *Rauci* rivi ebullientes cornibus aquas. *Tamen sudare* coactum quid et rarum; *rauci rivi* vim proflum aquarum notant. *Barth*.

Raucos sudantia rivos] Non placent isti *rauci rivi*: libri veteres nil juvant. *Glauco riri* possent reponi, sed ea vox jam præcessit. *Curis secundis* ad *Nasonem Met. xiv. vs. 447.* monui videri scribendum, *flavos rivos*. *D. Heins*.

223 *Se barba repectit*] *Repectit*; et mox pro *Illis*, *Ilia* legendum docti jam viderunt: libri nostri utrumque confirmant. Manifesta æmulatione hæc imitatus est *Sidonius Apollinaris Panegyrico Majoriani*, de *Tybride*, '*Pectus palla tegit, quam neverat Ilia conjunx*', et quæ ibi sequuntur. Plura ad rem collegit *Barthius*. Sic initio hujus *Panegyrici solis equi crinem reperi dicti*. *Statius Theb. ii.* '*Libyco Tritone repexas Lota comas*.' *Lib. vi.* '*stantesque repectit Aura comas*.' Ita bene scripti. *Prudentius Hymno in Romanum*, '*Mitra infulatus, festa vittis tempora Nexus, corona tum repexus aurea*.' Sic totus ille locus ex optimis membranis scribendus: perperam *replexus* Indice *Lucretiano Giphanius*. *Idem*.

Se barba repectit] Sponte sua componit, velut pectine depressa atque discriminata. *Barth*.

226 *Procumbens*] Scite, ob planitiem. Sic de *Nilo* per plana exeunte *Valer. Flaccus*: '*septem projectus in amnes Nilus*.' *Barth*.

Insula] Hæc primum nasci cœpit, pulsus *Tarquinius*, autore *Dionys. Hal.* fuitque *Æsculapio* sacra, teste *Ovidio*: '*Accepit Phæbo nymphaque*

Coronidæ natum *Insula*, dividua quam premit amnis aqua.' Ibi adhuc visitur (ait *Leander*) navis e lapide *Tasio*, cujus uno in latere serpens in honorem *Epidaurii*, atque hæc *Insula* ad formam navis redacta fuit. Vid. *Ovid. Metam. Claverius*.

228 *Subeunte freto*] Fluvio non admodum lato.

Minantes] *Excelsæ. Barth*.

229 *Surgunt in culmina*] *Tiberis* ripa, qua amnis urbem transit, amœnissimis prætoriis et villis erat prævelata. Sic *Claud. ii. Stilich.* '*Thybridis in morem domibus prævelet amœnis*.' *Barth*.

230 *Votum*] Rem diu votis omnibus desideratam. *Barth*. Antiquo more, illis etiamnum temporibus, *Consules*, cum magistratum iniissent, vota pro salute principis et civium, atque pro imperii æternitate, nuncupabant: eo respicit. *Delrio*.

231 *Juncto stipante senatu*] *Frequens Senatus* ante ædes fratrum *Consulum* convenerat, iis producendis in *Curiam*, aut ad *Rostra*, ubi ad populum aut *Patres* verba facerent. *Barth*.

Juncto stipante senatu] Ita scripti: vulgo, *junctos*: *Barthius cuncto*: unus *Vatic. juxta*. *Lib. i. in Rufin.* '*junctoque sequor tentoria currus*.' *Lib. i. in Stilich.* '*Tyrrhenum poteras junctis transmittre signis*.' Sic legendum. *D. Heins*.

237 *Eurota Spartani*] Fluvium fluvius alloquitur, Græcum Romanus, *Castoras* provocans contra gloriam *Probi* filiorum. *Eurotas* notus *Laconiæ* fluvius. *Barth*.

238 *Faleus olor*] *Jupiter*, qui oloris forma *Ledam* compressit. *Euripid. in Helena. Delrio*.

241 *Signifer optat Adventum*] *Mortui* liber inter emendatissimos, *aptat*. *Pato, aptat adventu*, scilicet convexa. *D. Heins*.

242 *Stellisque parat convexa*] Ut in *Deorum* numerum referantur, choris *astrorum* adscripti.

245 *Ipsi vela regant*] Navium magisterio imperia omnia humana, multis locis scriptorum, comparantur; non minus incertis quippe dilata ut plurimum turbinibus vita nostra, quam rates in pelago solent. *Barth.*

248 *Niveos jam pandite catus*] Occlusos ante velut choros. Sic alibi, victoria reparatis temporibus: 'Pandite defensum reduces Heliconæ sorores, Pandite, permissis jam licet ire choris.' *Niveos* autem habitus ob restitutam libertatem, et lætissimæ ætatis Consules. Festos etiam lætosque dies Romani colebant niveis togis aut comparatis aut reparatis. *Barth.*

Pandite catus] Vir incomparabilis in ora libri sui, *pandite cinctus*. Cl. Barthius, *pangite catus*: quod tamen secundis curis damnavit. In Priæano, *niveos jam plaudite catu*. Nihil mutandum. Sic 'pandere Heliconæ,' Virg. *Æn.* vii. et nostro præfatione libri ii. in Rufin. 'pandere mentis penetrantia;' idem lib. i. de Rapt. quam veram lectionem puto. 'Pandere aciem' pro explicare, Livius. 'Picta pandit spectacula cauda,' de pavone Horat. lib. ii. Sat. 2. 'pandere vestigia' Gratius de Cane, 'Effuge, qui lata pandit vestigia planta.' noster lib. i. in Rufin. 'hic mollis panditur herba.'

249 *Violis prætexite*] Velate. Postes ita myrto obducere imperat nuptiali festo Venus, Epithalamio Honorii. *Barth.*

250 *Mella ferant sylvas*] Cave fluent admittas cum Barthio, cum *profluat* sequatur: quod ille affirmat in Palatino, quem suum appellat, sic legi, falsum est. Ex Pulmannianis Pameli codex sic agnoscit, et unus Susii pro diversa lectione. Nostri omnes vulgatam scripturam exhibent. *D. Heins.*

252 *Spirantia balsama*] Suaveolentia.

256 *Vulturinusque rapax*] Campanie fluvius.

Et Nar] Virgil. 'Sulfarea Nar albus aqua.' Sic Silius Italicus: 'Narque albescentibus undis In Tiberim properans.'

259 *Tenens querceta Marica*] *Terrens* cum scriptis octo nostris et Delriano codice: miror dubitasse Barthium: pari modo idem versu proximo *temperat non reparat*. Virgilius de Galeso, 'scatebrisque arentia temperat arva.' *D. Heins.*

Terrens querceta Marica] Sciendum etiam ab aliis legi, *tenens*. Lucan. 'et umbræ Liris per regna Maricæ Vestinis impulsis aquis.' Maricam Nympham, Fauni uxorem fuisse, tradit Servius.

261 *Semper honoratus*] Annuo, perpetuoque cultu. Sic Sidonius: 'Quicquid agis, quocunque loci es, semper mihi faustus, Semper honoratus, semper quoque maximus esto.'

263 *Et Nymphæ*] Reguatori flaviorum adscribuntur, quæ alloquiæ mari. *Barth.*

264 *Tecta parant epulis*] Raphelengius *peplis*, secutus conjecturam viri maximi: male. Lib. ii. in Rufin. 'Nunc epulas tempus, socii, nunc larga parari Munera.' Lucanus lib. vii. 'epulisque paratur Ille locus.' Virgil. *Æn.* vi. 'Epulæque paratæ Regifico luxu.' Val. Flaccus, lib. viii. 'Mox epulas et sacra parant.' Ovid. ii. Fast. 'Dumque parant epulas potandaque vina ministri:' et eodem libro idem Naso: 'parat inscia rerum Infelix epulas hostibus illa suis.' Virgilius lib. i. 'mediisque parant convivia tectis.' 'Dapibus paratis' supra habuimus. Seneca Agamemnone, 'Parantur epulæ: causa natalis tui, Egisthe, venit.' *D. Heins.*

265 *Gemmiferis*] Gemmis in pocula cavatis veteres usos nemo nescit. Virgil. 'Ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro.'

267 *Consanguineis*] Fratribus. Etai Germanos potius fuisse puto. *Barth.*

Anne] Pro annis.

Felix auctoribus anne] Sic Gyralt

liber et Puteanea excerpta. Vicetina editio *annus*. Vulgo *annus*: sic et *Dec* quinto casu dixit Prudentius. *D. Heins.*

268 *Quadrifidum*] Totum annum, qui quatuor constat temporibus.

271 *Sed tepido calefacta noto*] Ita Scaliger: confirmant primæ editiones et scripti. Vulgo *trepido*. Tibull. 'Et jubeat tepidos irrita ferre notos:' mox *ambiat uis*, non *imbuat*, Aldus et scripti; bene: perperam pro vulgatis stat Barthius. *D. Heins.*

272 *Liquidi Favoni*] Clari, serenit. Virgil. Eclog. vi. 'Et liquidi simul ignis.'

273 *Præis te croceis*] Picturatis, pulchris. Omnem grati coloris aspectum *Croceum* vocare Poëtæ, notum. *Barth.*

274 *Mudentibus uis*] Vino fluentibus, uberantibus. *Barth.*

275 *Tibi gloria soli, &c.*] Dubia non tam, quam prorsus falsa hæc assertio. Poëtice scil. laudans, non historice describens: ut videre est in notis Barthii.

278 *Scribent in floribus Horæ*] Ma-

lim *inscribent floribus*, ut apud Virgil. 'inscripti nomina regum Nascuntur flores:' quanquam et 'scripti flores' apud Ausonium occurrunt Cupidine crucifixo. Naso Met. xi. 'Ipse suos geminis foliis inscribit.' *D. Heins.*

Horæ] Ut priscorum Heroum nomina æternitati consecrare volentes, floribus inscriptas sinxerunt indidem literas primi Poëtarum. Horæ temporum moderatrices Græcis vatibus notæ. Idem eleganter commentum sunt Virgines esse Horas, Virgines illas Horas perpetuæ vacare textrinæ; textrinam illam variorum minutorum omnis generis esse florum, qui in corollam tandem egregie pulchritudinis evadant. Easdem lanificii ritu texere stamina et subtemina. Stamina illa et subtemina in nobile tandem textum sive pannum aliquem procedere. Corollam post sive texturam illam eximiam esse Annum ipsum Solarem, perpetuo suo se obitu repetentem, unde lustra tandem seculaque perennia conficiantur. *Barth.*

279 *Longaque*] Æterna, perpetua. *Barth.*

II.

IN RUFINUM LIB. I. PRÆFAT.

RUFINUS genere Gallus, ex Aquitania Oceano Pyrenelsque proxima, auctoritate valuit apud Theodosium Aug. qui præfectura Prætorii ornatus, Consul extraordinarius designatus fuit, ad quem scripta est lex, *et major annis* 41. C. de transact. ut putat Alciatus. Cæterum Theodosio decedente, immaturo Arcadio Aug. jam Constantinopolim adepto, tutor designatus, Alaricum regem Gothorum ad arma capienda sollicitavit; ut aut bello, aut dolo, pupillo suo

sublato, Orientis Imperio, quod cupidissime affectabat, potiretur: sed re explorata, artibus Stilichonis, quem alteri filio Honorio tutorem Theodosius scripserat, periit cum sociis factionis, et caput pompa solenni hastæ affixum. *Dempster.*

1 *Decidit arcu*] Ad molem monstri. Dejici enim dicuntur, quæ non sine labore sternuntur. *Barth.*

2 *Cyrrhæo iugo*] Ad Delphos famosum illum serpentem dejecit Apollo. *Barth.*

Fadit] Explicuit, porrexit.

3 *Spiris tegeret*] Immania de immanni illo monstro commentii sunt Poëtæ. Spiræ sunt flexus, quæ procedunt Dracones. *Barth.*

4 *Tangeret astra jubæ*] Male quidam cum scriptis nonnullis *tingeret* legunt: quod et Aldinam Editionem inedit. *Tangere sidera, calum, astra*, obvium apud poëtâs; nec locus Virgilii illos juvat: aliud enim sanguine cultros *tingere*, aliud *astra jubæ*. Oxoniensis tamen liber pro diversa lectione *tergeret*; elegantissime: quod quartus et quintus Vaticanus quoque exhibebant: hoc est, Raderet. lib. II. in Stilich. 'tremit orbe corusco Jam domus, et summæ tergunt laquearia cristæ.' Ita et illic optime vetus liber, Martialis, lib. II. Ep. XI. 'Lugubre quiddam quod tacet piger vultus, Quod pene terram tergit indecens nasus.' Sic Vaticanus: vulgo *tangit*. 'Tergere palatum gallina,' Horatio, lib. II. Sat. 2. pari significatione: nam interpretes, qui aliter capiunt, non sunt audiendi. 'Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin Hoc potius, quam gallina tergere palatum.' Sic Persius Sat. III. 'tenero latet ulcus in ore Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.' 'Tergere limina pectore' eodem modo Statius Pietate Abascantii: 'tergere pectore curas' apud eundem Epicedio Glauciz, 'Noverat effigiem generosique ardua Blæsi Ora puer, dum sæpe domi nova sarta ligantem Te videt, et similes tergentem pectore curas.' Ita libri veteres; etiam Parmensis editio ex optimis membranis expressa; nec sollicitanda ea scriptura. Vulgati *colocentem*: poterat eadem significatione dixisse, *simili tergentem pectora cura*, pro Detergentem curas ac solantem: nisi simpliciter sumi MAVIS; quomodo *pertergere oculos et pupillas* pro Perstringere Lucretius non semel. Idem Statius Epicedio in Vernam puerum: 'Nunc tempus, amici, Quorum ego manantes

oculos et sanctia tersi Pectora, redere opem, sævasque exsolvere grates:' ubi *pectora tergere* pro *detergere* posuit. Minus bene nunc legitur *reddite opem*. Idem Statius Sylv. libro I. Tiburtino Manlii Vopisei, 'sic docta frequentes Otia, sic omni detorsus pectora nube Finem Nestoræ precor egrediare senectæ:' quomodo illic quoque castigandum esse censeo, cum perperam scribatur *detectus pectora*. 'Detergere sterilis soli pudorem,' Via Domitiana. Initio libri VI. Theb. 'Polveremque fera crinem detersit oliva:' non *detorsit*; ita castigaveram, cum vidi Gronovium nostrum id occupasse jam in editione sua. *Detersus pectora nube* pro *nubem pectore detersus*: quomodo apud nostrum Consulata Manlii, 'fædo detergis sæcula victa,' pro *fædum victum sæculo deterges*. 'Detergere nubila cælo' Horat. lib. I. Od. VII. et noster alibi, 'Principis et solis radiis detersa removet Nubila:' quod *tergere* dixerat Silius libro XVI. 'Aurora obscuri tergebat nubila cæli.' Sed jam nimii sumus. *D. Heins.*

5 *Nexuque soluto*] *Malum solutum*: quomodo optimus Moreti pro diversa lectione. *Idem.*

Nexuque soluto] Nexus, quibus implicabat serpens arbores, solvebantur ejus morte. *Barth.*

7 *Spatiosis tractibus*] Vel *squamosis* primus Vaticanus: quomodo Statius Theb. I. in hac ipsa narratione, 'squammis annosa terentem Robora,' Pythonem describit. *D. Heins.*

9 *Spumavit sæpe veneno*] *Fumavit* sex scripti. Patavinus, *spiravit*. Apud Silium tamen lib. VI. 'Lentus arenoso spumabat Bagrada campo Viperea sanie.' Mox pro *Cephius* meliores *Cephius*: ut apud Lucanum, 'Fatica Cephisos aqua:' et *liquidis*, non *nitidis*; quod glossema alterius. *Nitidis* tamen in primo Vat. *D. Heins.*

Vipereo] Pythonis ab Apolline sagittis confixi.

10 *Cephius*] Fluvius Delphicus,

per medium Phociorum urbem labens, ut scribit Vibius Sequester.

Liquidis purior, &c.] Nigro veneno fontes illos tumentes facit, ob potantem inde draconem, cui atrum virus ascribunt. *Barth.*

11 *Omnis Io Pæan*] Prima gratulatio incolarum Delphicorum Apollini victori serpentis. *Barth.*

12 *Carmine ducti*] Ita olim ex vestigiis Isingriniani codicis correxi, in quo *docti*. Confirmant sex scripti, neque aliter primus Vaticanus et Rottendorphianus pro diversa lectione, quod et Barthius curis secundis approbat. Vulgo *dulci*. Ovid. xi. Met. 'Carmine dum tali sylvas animosque ferarum Threïcius vates et saxa sequentia ducit:' quæ illic vera lectio, non *traxit*: ubi plura diximus. Silius lib. xiii. 'ducit stabula omnia cantu.' Idem lib. xi. de Amphione, 'lapidem testudine felix Ducere et in muros posuisse volentia saxa.' Quomodo locus ille ex antiquissimo libro scribendus: *volentia* pro *volentia* legendum parens meus in Crepundiis Silianis jam viderat, quod Dausqueius concoquere non potuit, ut nullius est iudicii. Idem Amphion apud Horatium dictus 'Saxa movere sono testudinis et prece blan-

da Ducere quo vellet.' Noster Cons. Manlii, 'attonitas sermo qui duceret aures.'

14 *Themidos antra*] Ante Apollinem enim Themis Delphis colebatur.

Dei] Omne genus Deorum, non solas Deas confluisse huc ait Poëta. *Barth.* Hic locus curiam Romanam, ubi iustitiæ templum fingitur, aperte designat. *Claver.*

Antra severa Dea] *Dei* libri omnes: et recte: *antra sonora* fors sit ut scripserit Claudianus: sic Epistola ad Sereenam de Orpheo, 'Quippe antri memores, cautes ubi sæpe sonoræ Præbuerant dulci mira theatra lyrae.'

15 *Pythone*] Rufino.

16 *Sacra cætera*] Nihil aliud quam pacis et armorum præsidēs, vel sanctum Senatum indicat; quo præsentia hæc et pene reliqua admirabilis poëta recitavit: sed et poëseos candidati forte intererant.

Lyram] Hæc dictio non Lyrica sed herœica nobis significat. Anacreon: *δὲρα μοι λῆρα* 'Oup'pov. *Claver.*

17 *Augustis fratribus*] Hinc patet jam obiisse Theodosium Imp. relictis Arcadio et Honorio. Ceterum hi duo libri in Rufinum editi sunt Olybrio et Probino Coss. anno ccc. xc. v. *Claver.*

III.

IN RUFINUM LIB. I.

1 *Sæpe mihi dubiam, &c.*] Quoties aut læta aut tristitia obveniebant, toties varia de diis opinio. Plin. lib. xi. cap. 7. qua de re exstat Oratio Mureti. Seneca, l. ii. nat. quæst. c. 1.: 'videbimus an Diis humana sint curæ,' &c. et lib. de Providentia, c. 1.: 'supervacuum est ostendere non sine aliquo custode tantum opus stare;

nec hunc siderum cursum certum fortuiti impetus esse.' Lucan. l. vii.: 'mentimur regnare Jovem,' &c. cum antea dixisset, 'mortalia nulli Sunt curata Deo.' Suadet ergo impliorum felicitas, vexatio piorum, nullos esse Deos, ex stultorum quorundam sententia: at stabilis rerum cursus divinitatem arguit; denique sic apud

Tull. concludit Poëta: 'nam si current, bonis bene sit, malis male.' *Dēmpster.*

Sententia] Opinio, agitur enim de divina providentia.

2 *Curent superi*] Omissa est vocula *ne*, aut *an*, absolutam redditura interrogationem. *Barth.*

3 *Rector*] Expressit Juvenalis versus, Sat. XIII.: 'Sunt in Fortunæ qui casibus omnia ponant, Et nullo credant mundum Rectore moveri.'

Fluerent mortalia] Instar mobilis a qualibet aëra æquoris aquæve, nec uspiam constantis per naturam suam, nisi cum corrumpenda est. Sic Tacit. Hist. XI.: 'ande primùm creditor Cæcinæ fides fluitasse.' Manilius lib. IV.: 'Tunc et opes et regna fluunt.' Hinc *fluxus*, mollis, incertus, instabilis. Salust. 'Divitiarum et formæ gloria fluxa atque instabilis.' *Barth.*

5 *Præscriptoque mari fines*] Sic Aldus cum Barthio, et sedecim scripti. Vulgo, *maris*. IV. Cons. Honor. 'Ne pete præscriptos homini transcendere fines.' Mox pro *annique meatus*, Gyraldi liber et unus Medicus *amnisque*: unde *amnisque* conjeci, scilicet *præscriptos*. Thuanus confirmat: quintus Vaticanus *annoque*. Sequenti etiam versu forsân legendum, *Et lucis noctique vices*, ut a superioribus hæc dependeant. *D. Heins.*

Annisque meatus] Ob tarditatem per signa annum absolventia, verbo sedato et considerato, Solis cursum proposuit: ut, et Virgil. VI.: 'cællique meatus Describent radio, et signa sidera dicent.' *Barth.*

6 *Et lucis noctisque vices*] Rectissime *vices*, cum alternatim succedant, nec sit quod interrumpat ordinem. Sic Minutius Felix Octavio: 'Quid tenebrarum et luminum dicam recurrentes vices, ut sit nobis operis et quietis æterna reparatio?' Juvenal. Satyr. XIII.: 'Natura volvente vices et Lucis et Anni.'

7 *Qui lege præceteri*] Sunt illi, ordi-

Delph. et Var. Claud.

nati præscriptique cursus sui et momenta procedendi, quæ leges vocant doctissimi scriptores. *Barth.*

9 *Qui variam Phæben*] Quia toties crescit, decrescit, colorem, vultum variat.

Alieno igni] Solis scilicet. *Barth.*

Insperis igni] Non igne scripti potiores. Hæc tam levia imposteorum non monebo, ne otio lectoris et meo abutar. Satis est, si tester, nihil a me tacite mutatum in poëta nostro contra auctoritatem librorum veterum, quos diligenter semper fide, literque expressi. *D. Heins.*

12 *Tanta caligine volvi*] Quia penetrari humanæ mentis acumine non possunt, cæcum tenebrisque obitum rerum ordinem facit.

Volvi] Argumentum contra providentiam a felicitate malorum. *Barth.*

13 *Latæque diu florere nocentes*] Senec. 'Cum videris, inquit, bonos laborare, malos lascivire, cogita nos filiorum modestia, vernularum licentia delectari; ut ut sit, Deus nulli unquam injurius est; idque Plato innuit: *Θεὸς οὐδαμῶς οὐδαμῶς ἄδικος*.' *Claver.*

14 *Vexarique pios*] Quocumque modo affligi aut cruciari. Vide Gellium, Macrobi. et Lactant. v. 23.

15 *Religio*] Qualiscumque opinio de Diis, quæ eos tamen esse crederet, et curam humanarum rerum gerere.

Causæ] Opinionis, argumenti.

Non sponte] Quippe integri judicii homo, Platoniorum præterea præceptis imbutus; cumque vix ullis tam rudis tamque fatuus natus sit, quin conscientia suapte pro teste convictus, fateatur Deum creata omnia gubernare. *Barth.*

16 *Vacuo motu*] Inani rationis, minime providentia quapiam ordinato. *Currere*] Moveri hinc inde, nullo rectore aut auctore, ut casu coglobentur deinceps, et rerum formas extundant.

Semina] Inseparabiles quasdam par-

Claud.

4 I

ticulas, aut minima quæpiam frustilla, sive *drôques*, quæ primorum instar, atque compacta faciant omne genus corporum. Quæ Virgil. Eclog. vi. expressit, inquit: 'Namque cane-bat uti magnum per inane coacta Semina terrarumque animæque ma-risque fuissent, Et liquidi simul ignis; ut his exordia primis Omnia'

17 *Novas figuras*] Rudes illas, quæ sursum et deorsum pervolantibus atomis reguntur et fiunt fortuito, secundum stultissimam Atheorum doctrinam.

Per inane] Quid sit hoc spatium, docet nos ex opinione principis hujus sectæ Galen. lib. i. de Elementis. Barth.

18 *Qui numina censet ambigua, vel nulla putat, vel nescia veri*] Optime Ms. meus Codex: qui numina sensu Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia veri. Dempst.

19 *Nescia nostri*] Multi veteres veri. Primus Vaticanus utramque scripturam refert, *veri vel nostri*. Vulgata merito tuetur curis secundis Barthius. D. Heins.

20 *Tumultus*] Est quasi dissidentium cogitationum quædam pugna.

21 *Abolvitque*] Intra cogitationem nimirum æstimantis: nam judicium quoddam advocarat, taciti animi libra perpensurus Deorum causam. Sic causa Deorum sæpius disceptatur a stupidissimis Sophistis penes Lucianum. Id.

Ad culmina rerum] Summam auctoritatem magistratumque. Barth.

22 *Tolluntur in altum, &c.*] Minut. Felix Octavio: 'Nisi forte vos decipit, quod Denm nescientis divitiis affluant, honoribus floreant, polleant potestatibus. Miseri! in hoc tolluntur altius, ut decendant altius: hi enim ut victimæ saginantur, ut hostiæ coronantur.' Sic et Horat. 'Et celæ graviore casu Decidunt turres,' &c. Juvenal. Sat. x. de Sejano: 'numerosa parabat Excelsæ turris tabu-

lata, unde altior esset Casus,' &c.

24 *Lucæ*] Pestis mala. Homo enim malus, potentiam nactus, sævit instar mali morbi. Id.

Eruperit] Purulentæ materiæ instar, quæ affectis corporis locis erumpit. Barth.

25 *Incanduit*] Ut furiosum pecus igneis stimulis agitatum. Est autem *incandere*, totum igne concepi, et veluti in eum mutari.

Atræx] Trux, feralis. Barth.

26 *Placidus late, &c.*] Hoc invidiæ erat maxime contrarium, quæ gaudet malis successibus rerum. Vide Ovid. Metam. ii.

27 *Limina tetra*] Vivis abominabilia. Omne enim jam vita functum, vivis est abominabile. Barth.

29 *Pestes Erebi*] Sic distinguit Barthius.

Innumera pestes, Erebi quascunque sinistro, &c.] Erebus enim pater, Nox mater dicitur illarum pestium.

Sinistro] Infelici. Alluduntur scilicet genethliacorum, qui sinistros dextrosque, hoc est, felicitatis et infelicitatis indices aspectus in nascentibus considerant siderum. Barth.

Pestes Erebi] De inferno, monstri-que incolis, abunde Maro toto lib. vi. *Æneid.* Silius lib. xiiii. Senec. Herc. Fur. Act. 3. scen. 2. Lucan. lib. vi. ad finem: quos si cum nostro conferas, apertum erit, quid intersit inter hunc et illos: nam hic et mira brevitæ, et aptissima epilheta-energia: quum apud eos quædam sint languida, nonnulla trita. Dempster.

Erebi quascunque sinistro] Bene sic distinguit Barthius. D. Heins.

32 *Impatiensque sui*] Morborum omne genus unus appellatione notavit. Sic vero *impatiens*, quia excutere se sibi velut laborat, vel quia de malo in malum semper excendit. Barth.

Livorque secundis anxius] Aliena felicitate cor suum edens.

33 *Scisso velamine*] Mos omnium fere gentium antiquus, scindere in

luctuoso aliquo nuncio aut mœrore singulari vestimenta. *Barth.*

34 *Cæco cultu*] Non enim videt præ furore.

35 *Quem semper adhærens*] Sic scripti constanter omnes: et ex Alani Anticlaudianus Cl. Barthius confirmat. Vulgo *cui semper*: potuit ἀρχαῖος sic loqui, ut apud Lucret. lib. III.: 'Quandoquidem connexus corpus adhæret.' Simplicius tamen τὸ *quem τῷ comitatur* conjungas. Sic apud Ovid. lib. XIV. Met. 'nactusque hoc litus adhæsi': 'inhæreret laqueos' Apuleio Met. VIII.: 'timore hoc inani perfuncti longe pejores inhæsimus laqueos': Virgil. 'clavumque adfixus et hærens Nusquam amittebat': ubi *clavosque* perperam nonnulli codices: apud Nasonem, Met. XII.: 'Instantique sequens instat,' non, Instantemque. *D. Heins.*

Semper adhærens] Quid mirum? cum nihil parcere egestatis sit initium. Et ut Martial. lib. III. Ep. 10.: 'Luxuriam premeret cum crastina semper egestas.'

37 *Complexæ pectora matris*] Viscera quinque veteres: sic apud Statium Sylv. libro III. ad Uxorem, 'ter me, victrici Albana ferentem Serta coma, sanctoque indatum Cæsaris auro, Visceribus complexa tuis': quomodo restituendus ille locus: vulgo scribitur, 'ter me vidisti Albana ferentem Serta comes': in aliis codicibus est *nitidis comes*: sed *victrici coma* Statium scripsisse sum certus. Pietate Abascanthi, libro V.: 'sed te seu virginitate jugatam Visceribus totis animoque amplexa fovebat:' et Epicædio Veræ pueri, 'ecce lacertis Viscera nostra tenens animaque avellitur infans': lacertis pariter et anima complexus mea viscera: nihil ergo necesse animamque legi, quod in editionibus quibusdam vetustis exstat. *D. Heins.*

Complexæ pectora] Alii leg. *viscera*. Scite enim viscera matris Avaritiæ

complexæ sunt Curæ, intimis ejus penetralibus nimirum inasit: et est mos auctorum filios filiasve, aut qui eorum loco, ob intimam charitatem, viscera appellare. *Barth.*

38 *Insonnes Curæ*] Similiter curas aviditati jangit Virg. in Culice: 'Curæ Quæ lacerant avidas inimico pectore mentes.'

39 *Ferrata sedilia*] Inferorum habitacula ferrea. Virgil. VI. Æneid. 'Ferretique Eumenidum thalami.' *Barth.*

Ferrata sedilia] Vel *secreta* pri. Vaticanus. *D. Heins.*

41 *Alecto stetit in mediis*] Scripti quidam *in medio*: frustra. Statius Theb. II.: *Constitit in mediis*: et sic non raro poetæ noto Græcismo. Homerus Iliad. T. 'Ἰφὲ δ' ἂν ἐν μέσσοισι, Διὶ δ' ἔλπερο βουλῇ' atque ita ille sæpe: *in medios* prim. Vatic. Virg. Æn. V.: 'Æneas quibus in mediis sic deinde locutus.' Æneid. I.: 'magno Calchanta tumultu Protrahit in medios.' *Idem.*

Vulgusque tacere] Nutu, manu, voce.

42 *Reppulit angues*] Hydros Oxoniensis: omnino rectius: noster alibi de Furia: 'Illyricis pingues pectebat stragibus hydros.' Cons. Manili: 'laceris morientes crinibus hydri:' sic passim poetæ. *Id.*

44 *Inclusam iram*] Tectam hactenus et nutritam. *Barth.*

45 *Tranquillo*] Inoffenso cursu. Tum *ducere* est verbum ei negotio aptum. Sic Catullus: 'Currite ducentes subtemina, currite fusi.' *Barth.*

47 *Quo*] Quorsum? qua de causa? Horat. 'Quo mihi fortuna, si non conceditur uti?'

Nova] Incognita, non nota hactenus. *Barth.*

Quo nova corruptis] Ita veteres nonnulli, ut *quo pro cur* sanatur. Sequentia confirmant, *Quo rabies innata perit?* Vulgo, *qua nova corruptis*: quintus Vatic. *corripuit*. *D. Heins.*

49 *Verbera*] His exagitari crede-

bantur malefici a furis aut manibus preceptorum. Et his quidem conscientie stimuli describuntur, qui quiescere non sinunt, sed velut verberibus animum lancinant, ne securus sit ullibi.

Facibus] Igneis stimulis.

Cingimur] Armamur.

Facibus nequicquam cingimur atris] Accingimur Thuanens: utrumque probum est. Videatur hic Barthius magno commentario. *D. Heins.*

60 *Quas Jupiter arcet Olympo*] Sic veterrimus Lucensis: cæteri, cum vulgatis, *quas cælo Jupiter arcet*: sic IV. Cons. Hon. 'Sinceram patrio mentem furatus Olympo:' et sæpe alibi. *Idem.*

51 *Theodosius*] Pro Theodosius.

53 *Cumque Fide Pietas*] Duæ sorores Justitiæ, nam post aureum sæculum cum iis ad cælum abiisse poëtæ finxerunt: Juvenal. Sat. vi.: 'Paulatim deinde ad superos Astræa recessit, Hac comite, atque duæ pariter fugere sorores.'

Alta service] Erecto animo, et successibus rerum confidente. *Barth.*

55 *Liquidas per auras*] Cælum purum, quod invidens Furia commemorat. Sic Horat. 'Feras Penna bifor-mis per liquidum æthera.' *Idem.*

56 *A stirpe*] Ab et cum ipsis radicibus. *Idem.*

57 *Tenebroso e carcere*] Sane Theodosio principe reffloruit quodammodo Respubl. Romana: unde alibi: 'ponunt Caniciem leges, emendanturque venustæ, Acceduntque novæ.' *Idem.*

Tenebroso e carcere leges] Scripti non agnoscunt *rd e*: primus tamen Vatic. aliique complures in *carcere*. *D. Heins.*

58 *Indecores*] Sine vigore aut gloria.

60 *Quid furias deceat*] Mala scilicet omnia, nil omnino probum.

61 *Conventus*] Concilio, seu potius conlue. *Barth.*

62 *Jam cupio, &c.*] Sic Virgil. *Æn.* l. vii. 'cui tristia bella Iræque insidiæque et noxia crimina cordi.'

63 *Flatu violare diem*] Afflatus Furiarum aut inferorum diem violare credebatur. Vide illud de raptu Proserp. 'afflataque curru Sidera Tænario.' Contra *afflatus lucis* cælestis inferi non patiebantur. *Barth.*

65 *Et rerum vexare fidem*] Ita recte Claverius: nec scripti meliores dissentiant. Vulgatum *laxare* ferri non potest, quod præcesserit. Alii *lapsare* pro *lassare* etiam non male. Duo *turbare*: Barthius *laxare*. *Vexandi* verbum Claudiano non novum: l. i. in Stilic. de navi: 'Nubilus Ægæo quam turbine vexat Orion.' Lib. ii. 'Vexatum corpus laceri regni' dixit: et 'urbem legionibus vexare,' l. iii. Lib. i. de Rapt. 'Obvia centeno vexasset fulmina motu.' Ibid. 'Et nullo rigidi vexabere vomeris ictu.' Sic vetus liber. bello Getico, 'Quid mirum, si regna labor mortalia vexat?' unde et apparet infra libro ii. 'Solito pacem vexare tumultu,' veram lectionem esse. Adeatur A. Gellius Noct. Attic. ii. 6. plura alibi dicemus. *D. Heins.*

66 *Et tortos serpentum, &c.*] Vide Virg. *Æneid.* vi. 'Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.'

Hiatus tortos] Pro tortis serpentibus dixit, qui hiatu orium maxime timentur. *Barth.*

Tortos serpentum erexit hiatus] Ita prior Leid. unus Petav. et Oxon. non *totos*. Furiis tortos angues a poëtis dari obvium. Ovid. in Ibin: 'Quasque ferunt torto vittatis angue capillis Carceris obscuras ante sedere fores.' Et alibi de Tisiphone, 'tortoque incingitur angue:' quomodo et de eadem Virgilius, 'tortosque sinistra Intentans angues,' ut vetustiores libri scribunt. Seneca Thyeste, 'Quid ora terras verberare, et tortos ferox Minaris angues?' Medea, 'agmen infernum faces Intentat: ingens angui'

excusso sonat Tortus flagello.' Sed aliud est *torti angues*, aliud *torti hiatus*: nihil igitur mutandum. *D. Heins.*

68 *Anceps motus erat*] Ex Marone: 'Scinditur incertum studia in contraria vulgus.'

69 *Ditis jura tæntur*] Quia sub ejus imperio vis eorum constabat. *Barth.*

Ditis jura tæntur] Sic Lucensis: alii multi ex melioribus tæntur. Vulgati minus bene veretur, quicquid dissentit vir doctus: veretur Farnesianus. Naso l. iii. Amor. El. 4. 'vultusque severos Exue: nec rigidi jura tuere viri:' sic *legem defendere* Val. Flacc. lib. 1. 'Æquoreos vocat ecce deos Neptunus et ingens Concilium: fremere et legem defendere cuncti.' *D. Heins.*

70 *Dissensuque alitur rumor*] Sonus quispiam tumultuosus, nec distinguendus auditus; qualem scite maria tumoribus mox æquat. Est ergo rumor obscurus quidam strepitus absque certis vocibus audiendus. *Barth.*

71 *Impacata quies Pelagi*] Quies quæpiam, quam tamen pacem, pacatamque dicere non possis, ob pelagus incertum, quod mox proverbio extulit 'flavis incertius undis.' Sic et apud Horat. 'Magnas inter opes inops.' *Barth.*

Flamine fracto] Ita Cujaciani, Alidini, Bentiniani, Lugduensesque antiqui. Tres vero Belgæ, Delrianus, Nosterque *flumine*. Lucanus, libro 1. 'mollis tum cætera rumpit Turba vado fracti faciles jam fluminis undas.' Nescio tamen an pro æquoreo fluctu voluerit *flumen* dicere. Quare alterum malim. *Idem.*

72 *Sæviturque tumor*] Reliquiæ tempestatis in immenso æquore post eam timore quopiam sævitiam præteritam referentes. Sic *tumor æquoris* prædixit tempestatem. *Idem.*

Dubiumque per astum] Incertum velut resurgat an consadat penitus. Virgil. Georg. 1. 'Hinc tempestates

dubio prænoscere cælo Possumus.' *Idem.*

73 *Vestigia ventis*] Reliquiæ, ultima indicia. *Idem.*

75 *Animi profanus error*] Cum animus sede sua motus errat velut, nihil neque sanctum neque profanum æstimat. Error animi, insaniam. *Idem.*

76 *Spumis furialibus*] 'Ira furor brevis est;' de quo infra. *Spumare* iracundorum in extremis fariis. Gellius, 1. xxvi. 'neque in spumam ruboremque effervesco, neque pudenda dico aut pœnitenda, neque omnino trepido ira aut gestio, hæc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent.' *Idem.*

78 *Illicitumque*] Non hostilem sed amicorum. *Idem.*

79 *Terræ Herculis ora*] Megæra insaniam movebat. *Idem.*

80 *Et defensores*] Ita cum Lucensi malo quam Hæc: de Hercule enim adhuc sermo. Pro *Tada*, *Thebæ* mox cum primo Vaticano quatuor scripti: male. *D. Heins.*

Defensores terrarum] Omnem orbem terrarum pacavit Hercules. *Barth.*

Pollux] Parricidio. Vide Euripidem et Senecam in Furente.

81 *Spicula dextræ*] Athamas Thebarum rex, primis nuptiis Nephelen duxit, ex qua suscepit Phryxum et Hellen: ea vero dimissa Ino uxorem cepit, quæ illi peperit Learchum et Palæmonem, quorum primum furens interfecit; alterum simili fato functurus, nisi cum eo mater Ino fugisset: sed nil opus in re nota immorari. Stat. lib. 11. Sylv. 1. 'Torvus adhuc Athamas insanos flecteret arcus:' et lib. Theb. princ. Qui plura cupis, evolve Natal. Com. vi. 9. *Dempster.*

Spicula] Nullis ambagibus opus. Vide Ovidium, l. iv., &c. Intelligit sagittas quibus conjugem liberosque peremit Athamas. Lege Apollodorum, lib. 1. Hyginum, Scholiastas

Tragicorum, alios. *Barth.*

82 *Inter bacchata penates*] Malo, *intra*: lib. II. 'major oberrat intra tecta timor.' *D. Heins.*

83 *Alternis ludit jugulis*] Fabulæ notissimæ. Agamemnon a conjuge Clytemnestra in gratiam adulteri Ægistel occisus est, ipse prius adultæriis infamis. Clytemnestræ maritici-dium ulturus parricidio interficit Orestes, matrem filius, in vindictam paternæ cædis. Revera lusu furia-rum. *Barth.*

Hac auspice] Nuptiæ honesta at-que eximia aliqua persona auspice conciliabantur moribus Romanis. Vi-de Brissonii, Hotomani, aliorum, nup-tiales Observationes. *Barth.*

Hac auspice, &c.] Tantum olim reli-gioni tribuebatur, ut sponsalia con-trahere, citra Deorum voluntatem exploratam, nefas duceretur; ideo-que et prima luce auspices auguria captabant. Tull. l. I. de Divin. Serv. ad Æn. IV. post princ. et ad illud Æn. I. 'promisque jugarat Ominibus.' Tacit. lib. de nuptiis Sillii et Messali-næ, et lib. XIII. de nuptiis Neronis et Pythagoræ ejusdam obsoleti. Juv. Sat. X. 'Veniet cum signatoribus auspex.' Et Lucan. lib. II. de Bruti et Porciæ nuptiis, 'contentique aus-pice Bruto.' Senec. Troad. Act. IV. sc. I. optimum autem augurium ab *accipitris* ducitur. Plin. X. 6. Hisce au-tem auguriis Pilemnus et Picumnus Dii deputati, ex Varrone Nonius, c. 12. *Dempster.*

86 *Signa quidem, o socia*] Præstan-tiores rō o nom agnoscunt. *D. Heins.*

87 *Nec fas est, nec posse reor*] Æ-que potestatis hæc duo. Alioquin apud Furiarum maximam nullum fas. Latinis nefas idem sonat quod *ἀδύνατον*. Horatius: 'levius fit patientia Quicquid corrigere est nefas.' Tamen et Furis sua sunt crimina, cum po-testas ipsarum alienæ subdita sit. *Barth.*

Mundum] Humanum genus. *Barth.*

89 *Canctis immanis hydris*] *Natis hydris* argute Pricæanus: ut hydroa natos suos appellet. *D. Heins.*

Immanis Hydris] Immanitas om-nium immanissima serpente termi-natur. Hinc Hydrus *δεδωδὲ δράκων* apud Tigretem Carem, ei enim inscri-bi Batrachomyomachiam in priscis exemplaribus notatum eruditissimo Nunnesio ad Phrynichum. Et mo-nuit ante Henricus Stephanus Sche-diasmatis. *Barth.*

90 *Mobilis*] Celerius ad rapinam et perniciem miserorum. *Barth.*

Violentius Austris acribus, Euripi refuis incertius undis] Gyraldini et Lucensis libri lectionem expressimus: nisi quod in illo *fulvis*, in hoc *flavis*, quomodo vulgati: *refuis* ab Isingrino est: qui et *velocis Austris* habet: sed male: lib. II. de Rapt. 'quantas vio-lentior Auster Decutit arboribus fron-des:' sic enim scripti, non *truculen-tior*. Statii illa cogitabat, 'refluum-que meatu Euri-pum:' hinc castigandus idem Statius Sylv. libro I. de eo-dem Euri-pio, 'sic Chalcida fluctus Dispercutunt refluxi: sic dissociata pro-fundo Brutia Sicaniū circumspectit ora Pelorum:' ubi perperam nunc scribitur *Expellunt fluxii*: possit et refingi, *fluctus refugii*: nam Senecæ in Hercule Furenti, 'Vicibus alter-nis fugax Euri-pus:' 'æstuantem Eu-ri-pum' dixit Boëthius de consolatione Philosophiæ. Chalcida enim a Bæotia discescit. De Chalcide Mela, libro II. cap. 7. 'Cæterum longa, to-tique Bæotiæ opposita, angusto fre-to distat a littore. Enri-pion vocant, rapidum mare, et æterno cursu, sep-ties die ac septies nocte, fluctibus invicem versis, adeo immodice fluens, ut ventos etiam ac plena ventis navi-gia frustretur.' Ad quem locum multa erudite, ut solet, vir summus Isaacus Vossius. Videatur ille, et alii Geographi de Euri-pio: nos alio properamus. Vulgati, *Acrius Har-pyis*, in hoc Claudiani loco. *D. Heins.*

91 *Flacis incertius undis*] Dubium non est pelagi ondas intelligi, cum proverbium quoque sit, mari eas leviores. *Barth.*

92 *De matre cadentem Suscepi gremio*] Susceptio solennis infantis recens nati in gremium Parentum, indicium prolis agnitæ et educandæ. Alioqui exponebatur. *Barth.*

93 *Suscepi gremio*] Notum omnibus infantem natum in humum deponi solitum, atque e terra levare manu patris; atque illud est, quod *cadentem* ait poeta, et *terram tangere*. Sueton. Aug. cap. 5. et in Nerone, cap. 6. Plin. lib. 11. cap. 68. pr. 'quæ nos nascentes excipit Terra, natos alit.' et in *Præfat.* ad lib. vii. 'hominem,' inquit, 'nudum et in nuda humo natali die natura abiicit.' Deinde *Statia* erat Dea, cujus numine e terra sublati poëllæ, rectus constituebatur: ex Tertull. Cujacius lib. 11. observ. cap. 30. Locus est elegans apud Varr. l. 11. de vita pop. Rom. 'Natus si erat vitalis, ac sublati ab obstetrice, statuebatur in terra, ut auspicaretur rectus esse: diis conjugilibus Pileum et Picumne in edibus lectus sternebatur.' Lege Stat. lib. 1. Thebaid. v. 60. &c. unde *tolle* pro educare usurpant, Juvenal. Sat. vi. Senec. de Provid. cap. 4. et 5. ad Marciam, cap. 17. fine, &c. *Dampster.*

94 *Teneroque per ardua colla volutus*] Minus calebrosi erunt numeri, si leges cum secundo Vaticano, *tenero perque ardua colla volutus*: paulo ante parvus reptavit scripti: pro *Ubera quæstis fletu*, septem aut octo codices *Oculis quæstis*. D. Heins.

95 *Flaxerunt membra cerasta*] Isingrini liber, et ex nostris quidam cum primo Vaticano, ora: ut Prudent. Hamart. 'virides adlambunt ora ceraste.' *Id.*

Flaxerunt membra] Instar ursorum lambendo informeis parteis fingentium. Gellius, lib. vii. cap. 10. et Ælianus, lib. 11. cap. 19. *Barth.*

Ceraste] De his quædam cognitione digna Nicander.

97 *Neque etiam tradente dolos artesque*] Sic idem Isingrinus, prim. Vaticanus, alique præstantiores: quantum nonnulli tamen *artemque*: pro *Eddicit, Et didicit* est in quibusdam: sed nil necesse: sensus magis erigitur, si legis, *Me me etiam*: ut apud Virgil, 'Me me, adsum qui feci:' sed hoc timide adfirmo. Vulgo legebatur, 'Me tradente dolos gestas artesque nocendi:' quod si sequimur, pro *gestus* forte *astus* erit reponendum: aliter hæc Barthius. D. Heins.

99 *Frudem prætexere*] A vestibus aliæve rebus quibus tegendis aut velandis aliquid induitur. Hinc additas et nobiliore specie delitentes res traducitur. Virgil. l. iv. 'Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.'

Ries] Fuit revera malitiosus, atque truculentæ avaritiæ homo, quæ vitia per ambages Poëticas illi a Claudiano obijciuntur. *Barth.*

100 *Lucrique cupidine fervens*] Scivile ingenium lucro omnia facere. De avaritia Rufini, quæ et aliorum ejus nominis velut hereditaria, vide Franciscum Juretum ad Symmachum, libro vi. Epist. 14. 'Prædonem animum et ærarii expilatorem.' *Barth.*

101 *Satiaret arenis*] *Satiari* rectius quatuor libri: uti et Barthio visum: mox *rabido ingenio* pro *rapido* Isingrinus, et scripti quidam: sic 'rabida Megæra' apud Statium Theb. 1. Supra *rabidas voces* jam habuimus, v. 44. sed recte *rapido ingenio* Barthius tætur. Horatius, ni fallor, 'rapido torrentius anni Ingenium:' paulo ante probò illud ejusdem Barthii, *Ipsa equidem fætor vinci*, pro *quidem*: deinde *unanimis sodales* Mazarinians liber. D. Heins.

102 *Tempestas*] Inundatio: si totus Tagus fluctibus ingrueret auriferis: imitatur Papiniam primo Silvarum, quamvis alia re: 'Huic Hermum fulvoque Tagum decurrere limo Nec

satis ad cultus, &c. jussi.' *Barth.*

104 *Majore siti*] Avaritia. Maro : 'auri sacra fames.' Infra : 'Crescebat scelerata sitis, prædæque recentis Incestus flagrabat Amor.'

105 *Unanimes*] Quorum una anima in duobus corporibus divisa. Sane ad exprimendam veram amicitiam uno hoc vocabulo omnia Unitas complexa est, eamque pariter magna vis scriptorum expressit. *Barth.*

106 *Talem progenies hominum*] *Hominem* nonnulli : quod Barthius amplexus est. *D. Heins.*

107 *Pirithoum fugerit Theseus, &c.*] Horum disjunctio monstrosissimis ingeniis adscribitur. Martialis, l. vii. Epigramm. 23. 'Te fingente nefas Pyladen odisset Orestes, Thesea Pirithoi destitnisset Amor.' Ansonius ad Pontium Paulinum, Epist. 24. 'Impie, Pirithoo disjungere Thesea posses, Euryalumque suo socium secernere Niso. Te suadente fugam, Pylades liquisset Orestem, Nec custodisset Scivulus vadimonia Damon.' *Barth.*

109 *Rabidoque*] Consentunt libri omnes *rapido* scribendum : rapaci, igneo velut, atque adprehendenda mala nimio opere celeri atque apto. *Barth.*

Rabidoque] Membræ *rapidoque*, hoc est, omnem in partem mobili et expedito. *Delrio.*

110 *Plus*] Diutius, amplius. *Barth.*

111 *Solus habet scelera*] Hæc de Rufino capitali Stilichonis patroni sui inimico. *Barth.*

112 *Accommoda*] Utilis, proficua, acceptabilis. Glossarium Philoxeni : *accommodatissimum, accommodatior.* *Barth.*

113 *Regalem ad summi*] Versus mirifica rei majestatem spondæorum gravitate et concinnitate lente procedentium syllabarum exprimens. *Barth.*

Producam principis aulam] Non producam : ita olim conjeceram : confirmant duo Medicei cum primo Va-

ticano et Rottendorphiano. *Producam*, promovebo. Cicero pro domo sua : 'Quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras : noster lib. r. in Entrop. de Abundantio : 'qui rebus Eois Exitium primoque sibi produxit : is enim Entropium promoverat. Lib. r. in Stilich. 'cujus producere famam sufficeret natus Stilicho.' Ita illic scripti : *preferre* dixit alibi. 'Nullius Entropius, quam qui se protulit, ante Direptas possedit opes.' *D. Heins.*

114 *Numa gratior*] Martialis : 'Ardua res certe est opibus non tradere mores, Et cum tot Cræsos viceris, esse Numam.'

Sis denique Minos] Tò denique arguit nihil sanctius superasse. Sic Martialis : 'Nasutus sis usque licet, sis denique nasus, Qualem noluerit ferre rogatus Atlas.' Nil majus in rerum natura dicere poterat quam cælum immensum, infinitum. De Minœ vide brevem sed divinum Dialogum Platonis. *Barth.*

115 *Flectetur*] In Avaritiam.

116 *Orantem sequitur clamor*] Nota probati sermonis acclamatio. *Barth.*

117 *Porrexere manus*] Affectus fere omnes manibus protentis significatur. Lucanus, lib. r. Pharsaliæ : 'cunctæ simul assensere cohortes, E-latasque alte, quæcunque in bella vocaret, Promisere manus.' Xenophon, Anabasi, v. testis, manus protensionem injunctam ad signum probatæ sententiæ : et erigebant dexteræ milites ad ardorem pugnandi indicandum. *Barth.*

119 *Nodavitque adamante comas*] Iis nempe opus erat in tergum rejectis ad expeditionem cujuscunque negotii. Quare veteres retro nodatis comis plerumque procedebant, qui quidem pendulis utebantur. *Barth.*

Nodavitque adamante comas] *Nodavitque comam* prim. Vatic. *D. Heins.*

120 *Pocit*] Ab ripa ipsius funestam pinum poscit. *Barth.*

123 *Pigraque seloces*] Mos Poëta-

tum contraria jungere. Horatius :
'ardentem frigidus Ætnam Insilnit.'
Barth.

123 *Est locus extremum pandit qua Gallia litus*] Haud dubie Galliam ideo nominat Claudianus, quod exinde ducti natales Rufino. *Extremam Galliam dicit Oceano finitimam.*

124 *Oceani pratentus aquis*] Cinetus Oceano. *Barth.*

Ubi fertur Ulysses] Sic Isingrinianus et Lucensis. Vulgatum quo duriusculum, quia *qua* præcesserat: mox idem Lucensis rectius *populumque silentem* quam vulgati *silentum*: lib. II. de Rapt. 'populoque silenti Tradetis.' Statius Theb. IV. 'In speculis Mors atra sedet, dominisque silentes Annunerat populos:' ita minima mutatione scribo; nam scripti, *dominique silentes*. Vulgati *dominique silentis*. Plutonem et Proserpinam intelligit: noster de Rapt. lib. II. 'dominis intransibis ingens Adsurgit Phlegethon.' Possis et *domino*: quomodo Theb. XII. 'Umbrarum custos inhumataque corpora regi Annunerat:' sed alterum præstat. Seneca Hercule Fur. Act. III. sc. 2. 'Tristi silentem núbilo liquit domum,' cum antiquis libris. *Umbras silentes* Virgilius dixit lib. VI.; et Ovid XIII. Metam. 'Æacus huic pater est, qui jura silentibus umbris Reddit.' Male vulgo, *silentibus illic*: plura ibi dicemus. *D. Heins.*

125 *Sanguine libato*] Necessario more ad evocationem umbrarum: vide Arnobium, lib. VII. *Barth.*

Populum] Omne genus. *Barth.*

127 *Flebilis auditur questus*] *Auditus* quartus Vaticanus. *D. Heins.*

Simulacra pallida] Umbras mortuorum quas fingebant miris formis veteres. Ovidius: 'Persequar et vultus ossea forma tuos.' Lucretius, I. 'Sed quædam simulacra modis palientia miris.' *Barth.*

128 *Migrare Aguras*] *Catervas* primus Vaticanus: *mugire* Rottendorph.

et secundus Mediceus: male. *D. Heins.*

129 *Dea prociitit*] Totus hic locus expressus est ad similitudinem Statii, lib. I. Thebaid. vs. 125. quæque flie de Græciæ regionibus, noster de Britannia, Gallia, Germanique dicit. *Dempster.*

131 *Britannia*] Utpote vicina illi Gallis loco. *Barth.*

132 *Revolutaque Thetys*] Sursum versum, contra ventum venientem retroacta. Pulcherrime Lacanus hinc illustrandus lib. I. 'Quæque jacet litus dubium quod terra fretumque Vendicat alternis vicibus, cum funditur ingens Oceanus, vel cum refluxis se fluctibus anfert,' &c. *Barth.*

133 *Rhenus projecta torpuit urna*] At cum Rhenus aquas suas si quis alius finiviorum deorsum agat, miraculum facit Claudianus ipsa illa profusa aqua obtorpuisse, non secus atque mare æstul jam imminens, et littora inundaturum. *Barth.*

Projecta torpuit urna] Sic Gyrald. Lucens. et sex alii. Vulgo *unda*: diximus Cons. Olybr. vs. 213. perperam vulgatam scripturam tuetur Barthius. *D. Heins.*

135 *Severas*] Seniles. Senes enim *κατὰ τὰς* severi, superciliosi, queruli, rixosi. Horatius: 'Multa senem circumveniunt incommoda, vel quod Querit,' &c. *Barth.*

136 *Ficto languida passu*] Qualis ætate affectorum gradus. Serpere senes, non incedere ait Euripides Bacchis. *Barth.*

137 *Invadit*] Vadit in muros. Virgilius: 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.' *Barth.*

Elusa] Civitas Gallie provincie Novempopuloniæ, quondam nobilissima, hæc scribebat Claudiano, patria Rufini hujus, hodie *la ville d'Esse en Gascogne*. *Barth.*

Elusa] Cæsar, lib. III. Tarbelli, Bigerri, Preciani, Vocates, Tarusates, Elusates, quos neque Plinius neque

Ammianus ignorant.

138 *Oculis liventibus*] Ex Invidiæ Ovidianæ descriptione. *Barth.*

139 *Tunc talia*] *Tò tunc* collectionem quampiam spiritus insinuat, antequam oratio aliquid proponat. Sæpius ita Virgilius: 'Tunc sic orsa loqui vates.' *Barth.*

140 *Frustraque juvenæ Consumis florem*] Ipsam vitæ æquæ, summum decus, tempusque nobilissimum. Ætulem vocat Apuleius hunc florem, quia brevissimum vita tempus habet in esse, ad apicem aut ascendens cæteroque aut descendens. Apuleius: 'Ætatis florem floribus ut decores.' *Barth.*

141 *Patriis arvis*] *Elusa* nimirum. *Barth.*

142 *Quid sidera donent*] Gyrard. et Isingr. debent: etiam prim. Vatic. pro diversæ lectione: quod secutus frustra Raphelengius. Lucens. *dedent*: prior Moreti, *spendent*. Cæteri pro vulgata lectione stant, quam et nos amplectimur. Sequenti versus *toto donabere mundo* scripti nonnulli: quos inter primus Vaticanus: unus *dolabere*: frustra. *D. Heius.*

Sidera donent] Fingit Furia Chaldaeam aliquem aut astrispicem, ut ex sequentibus clarum. Tria Verba posuit, quibus omnem de Eventibus humanam Speculationem Philosophia complexa est: Fata, quæ sunt Stoicorum: Sidera, seu Deos, quæ Academicorum plurimumque eo redeuntium scita faciunt: Fortunam, quæ Epicuræorum, et ejus gregis cæteforum. *Barth.*

143 *Toti dominabere mundo, Si parere velis*] Neque abit quod de Cæsare scribit Dio Cassius, lib. xxxvii. parum sollicitum fuisse quorsum se demitteret, quamque humilitatem præ se ferret, modo per eam potentia augeretur. *Barth.*

146 *Præcius ardor*] Flammæ divini præsentia. Non enim humanarum vitium præsentia futurorum. *Ar-*

dorem dixit, quia Deus Igneum quipiam Pagani sciscebant. Vide Macrobius, lib. i. in Somnium Scipionis, cap. 14. Ita a Deorum cultu vaticinia petebantur: vide Jamblichum, lib. i. de vita Pyth. c. 28. *Barth.*

Incat] *Adest*. Sic alibi *amethystus inest*. *Barth.*

Quo Thessala cantu] Thessalia studiis Magicæ deditissima, et ejus gentis incantationes celeberrimæ. *Barth.*

147 *Eripiat lunare jubar*] Cælo detrahat. Lunam enim cælo detrahi carminibus Magicis credebant. *Barth.*

Signa sagacis Egypti] Characteres.

Eripiat lunare jubar] Vetus gentium error, Lunam magicis cantibus vexari, et e cælo deduci. Mart. lib. xii.

Epigr. 57. Ovid. lib. ii. El. 5. Amor.

Ideoque ne illa audiret incantamenta, tinnitibus sacra ejus peragebantur. Ovid. lib. vii. Met. Fab. 2. Senec.

Med. Act. iv. Scen. 2. 'inque auxilium Dictimna tuum pretiosa sonent æra Corinthi.' Juvenal. Sat. vi.

'Una laboranti poterit succurrere Læmæ.' Hinc defectum putabant proficisci.

Serv. ad ii. Georg. Stat. vi. Theb.

'quoties avellitur astris Solis opaca soror procal auxiliantia gentes Æra crepant.'

Quod autem *Thessalam* ponat Claud. pro qualibet saga, docte quidem; nam Thessalia veneficii devota.

Dempeter. Hieroglyphicæ notæ, varia rerum indicia, quæ vulgus obscuris ductibus figurarum consignata, etiam cum edita essent, fallerent.

Sagacem Egyptum propter omnium fere artium initia inde petita nuncupat, hærentia nimirum iuibi a primæ Patriarcharum Judæorumque cultu, unde mater artium dicitur a Macrobio, lib. i. Saturn. cap. 15.

Gellius, lib. xi. cap. 18. 'apud veteres Egyptios, quod genus hominum constat et in artibus reperiendis solertes exstitisse, et in cognitione rerum indaganda sagaces, furta omnia fuisse licita.'

Hinc *Alywardes*, nulum malignumque esse, proverbio lo-

cum fecit. *Barth.*

Eripiat lunare iubar] Pato *Deripiat*, quanquam dissentientibus libris. *Detrahere cælo Lunam et deducere*, passim poetæ: pari modo et Barthius coniecit. Horat. Epod. v. 'Quæ sidera excantata voce Thessala Lunamque cælo deripit.' Idem Epod. ult. 'Refixa cælo devocare sidera.' *D. Heins.*

148 *Gens Chaldæa*] Magicis sacrificiis tam quoque celebris. *Barth.*

149 *Fluenteis Arboribus succi*] Primum numen, nobilisque nutrimentum generis humani Arbores, post in abusum Magicarum præstigiarum venit. Plinius lib. xii. 1. *Barth.*

151 *Quicquid lethali gramine pollens Caucasus, et Scythica vernant in carmina rupes*] Hæc inquinatissima erant: nam hactenus legitur, *germine pollens Caucasus et Scythia vernant in gramine rupes*: pro *germine*, *gramine* scripti omnes agnoscunt priori versu, et recte: nisi quod Isingrinianus et tres ex nostris *carminæ*: quam vocem posteriori versu reddendam existimo, unde exciderat, legoque minima mutatione, in *carmina*, id est, in usum carminum, in munus magicum. Amat hos loquendi modos noster: ut Cons. Olybr. vs. 122. dictum. Cons. Maullii, 'Vecte laborantes in carmina conclat undas:' ubi de Organo Hydraulico agit: infra hoc ipso libro, 'Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Massagetes:' hoc est, in usum poculorum: lib. iii. de Rapt. 'totæ fremerent in pocula ripæ.' 'Seges crescit in prælia' Idyllio Hystricis. iv. Cons. Honor. 'In civem rnbuere genæ.' Lib. ii. Raptus: 'omnis in herbas Turget humus.' Cons. Olybrii: 'Cornus in hastam Porrigitur:' atque ita sæpe. Horum et plenus Statius et Apuleius: apud quem emenda in transcursum locum male affectum, lib. viii. Met. 'Interea quidam semex de summo colle prospectat, quem circum capellas pascentes opilionem

esse professione (vel *ex professo*, vulgati *perfecto*) clamabant. Eum rogavit unus ex nostris, haberetne vœnui lacte, vel adhuc liquidum vel in caseum recenter coagulatum.' Eleganter 'lac in caseum coagulari' dicitur. Vulgo 'in caseum recentem incoactum.' *Inchoatum* scripti codices et prima editio: lib. ix. 'misceri in Venerem.' Statius Sylv. lib. i. Epithalamio stellæ: 'Excludunt radios allvis decussa vetustis Frigora: perspicui vivunt in murmura fontes.' Ita opinor a manu Statiana esse: nunc legitur in marmore: quæ scriptura minus elegans. 'Vivere in Venerem frondes' pari modo Claudianus Nuptiis Honorii: sic 'motæ in murmura voces' eisdem Statio lib. iii. ad Claudiam Uxorem, 'in procurentia primis Carmina nostra sonis, motasque in murmura voces Aure rapis vigili.' Sciolus aliquis, qui ignorabat aurem vigilem poetis pro attenta frequenter poni, illic loci refinxit, 'totasque in carmine noctes:' quomodo nunc legitur: quasi Statius totis noctibus aliud nihil egisset. Epicedio Glauciæ, vs. 106. 'mutas murmure voces' habes Theb. vi. 'Audiit et vocis decerpit murmura primæ.' Epicedio Glauciæ, 'desunt in munera flammæ.' Theb. lib. i. 'paulum in verba minasque Cunctantur.' lib. iv. 'rejecitque canes in vulnus hiantes.' lib. v. 'in solam patuerant lumina noctem.' lib. xi. 'misere crescent in pabula fibræ:' atque ita ille passim: sed ad rem. Plura qui cupit, adeat hoc loco Barthii curas secundas. Duplicem igitur magiam tangit; alteram quæ herbis, alteram quæ incantationibus perficiebatur: utramque poetæ ut plurimum conjungunt. Lucensis liber conjecturam meam confirmat; is enim, in *gramina*. *Gramina* pro *Carmina*, et vice versa, frequenter scribi in antiquis membranis nemo nescit: male etiam vulgo *Scythia rupes* pro *Scythica*. Lucensem lib. si audimus, priori versu re-

tineundum, *germinæ*: ut per *germen Caucasum*, aconiton intelligat ex Promethei cruore natum. Seneca Medea, 'Congerit in unum frugis infaustæ mala Quæ fert operis hyeme perpetua jugis Sparsus cruore Caucasus Promethei.' *D. Heins.*

152 *Caucasus*] In eo monte omnium Magicarum herbarum potentissima Promethæis nascitur. Est et cæterarum eodem facientium feracissimus. *Barth.*

Vernant in carmina rupes] Efficaciora ad toxica, germina montana, quod observatum est a Turneb. lib. xviii. cap. 12. et videtur consentire Virgil. vii. *Æneid.* 'Marsis quæsitæ in montibus herbæ.' De herbarum vi in veneficiis, lege Plin. lib. xxiv. cap. 2. qui Homerum citat. *Dempster.*

153 *Legit Medea*] Medæ veneficia et furores notissimi ex Ovid. lib. vii. Fab. 2. ex Seneca, Ovid. *kanorexplas* lib. ii. 'Non faciens ut vivat amor Medeides herbæ.' Tibull. lib. i. Eleg. 2. 'Sola tenere malas Medæ dicitur herbas.' Quibus locis moveor, ut errorem ex Propertio tollam; apud quem lib. iv. Eleg. 7. depravate, ut puto, legitur: 'si te non totum Chloridos herba regit,' repone *Colchidos*, id est, Medæ. *Dempster.*

Ferox] Ob cædeis plurimas. *Callida Circe* ob dolosas hospitem captiones. *Barth.*

154 *Sacrisque citavi nocturnis Hecaten*] Loci hujus restitutio Claveriano codici debetur. Vulgatum *litavi σολουκίæ*. Seneca *Œdipo*, ex fide optimarum membranarum, 'fundit et Bacchum manu Læva; canitque rursus, et terram intuens Graviore manes voce et attonita citat:' ubi *ciet* in vulgatis, etsi minimum refert. Isingr. et Lucena. *levavi*: quomodo et Pricæanus pro diversa lectione: prim. Vatic. *litando*: non male; alii quidam *litatis*. Forte *citatum*: ut ad τὸ τραχὺ referatur. Noster lib. i. de Rapt. 'patesfacta ciebo Tartara.' Val. Flac-

cus, lib. iii. 'furiarum dittemque ciebo:' ubi frustra movebo Carrionis liber. Barthius nova distinctione parum hinc loco consulit. Idem Valerius, libro vii. 'Noctis heram Ditemque ciens.' Virgil. 'Nocturnosque ciet manes.' et Ecj. viii. 'manes excire sepulchris.' Ammianus, libro xxix. 'Pollentinianum tribunum iisdem diebus convictum confessumque quod infernis manibus excitis de permutatione imperii consulere ausus est, abire jussit illæsum.'

155 *Nocturnus*] Noctu enim placabatur Hecates numen, aut illa exciebatur ad Magicas præstigas. Vide Apollonium Argonaut. iii.

Condita funera] Fallaces mortuorum figuras. Hoc enim inter ludibria eorum quibus Satanas fascinabat mentem, posse eos jam sepulta cadavera carminibus reducere in vitam. Tibull. lib. i. 'Hæc cantu funditque solum, manesque sepulchris Elicit, et tepido devocat ossa rogo.' *Barth.*

157 *Quamvis Parcarum restarent flata*] Contra fati ordinem, contra tempus vitæ præfixum. *Barth.*

158 *Ire vagas quercus*] Nemesianns. Ecloga iv. 'Cantavi quod Luna timet, quo rumpitur anguis, Quo currunt scopuli, migrant sata, vellitur arbor.' Pariter Poëtæ alii, de translatis arboribus et segetibus, campo nempe in suo. *Barth.*

Et fulmina stare coëgi] Sic Aldus et Isingr. Alii, *flumina*. Lucensis, *fulmen*. Vulgo, *flamina*. Seneca Hercule *Œtæo*, 'Et bruma messes videat, et cantum fugax Stet deprehensum fulmen.' Ita optimus codex: non *sif*. Naso Epist. vi. 'Illa refrenat aquas, obliquaque fulmina sistit:' quomodo illic scripti nonnulli. Barthius in hoc Claudiani loco vulgatam scripturam frustra tuetur. *D. Heins.*

160 *Locutum*] Ita libri manu exarati: et exigit res ipsa. In senem enim non animum mutavit formam Megera. *Barth.*

161 *Penates*] Ipsum domicilium, ipsos postes. Virgil. lib. viii. 'ac nostris succede penatibus hospes.' *Barth.*

163 *Metallo*] 'Auro kar' *ἄτοκρον*. *Barth.*

164 *Avaro Pascitur intuitu*] Summam cupiditatem oculi velut praelebant: et partem ex re cupita ipso intuitu hauriunt. *Barth.*

165 *Pascitur intuitu*] Gyrard. et Lucens. *aspectu*.

165 *Ad prima*] Graecanicum: *εἰς τὰ πρῶτα*, primo. Maro, lib. v. 'Non jam prima peto Mnesteus.' Et alibi, 'Prima tenet plaususque volat, fremitusque secundo.'

Tumebat] Elatus superbia, ob accessionem tantarum opum. *Barth.*

166 *Maonius*] Midas Rex Phrygiae; Lydiarum, ut alii. Vel utriusque, ut Ovidius. *Barth.*

167 *Reviactos*] Idem est ac si *vincitos* dixisset. Virgil. lib. xii. 'recalent nostro Tiberina fluenta sanguine adhuc.' *Barth.* quod tantumdem est ac si *calent* dixisset. *Barth.*

168 *Munus acerbum*] Noxiam, nocuum, contrarium sibi. *Barth.*

169 *Inviso votum damnavit*] Fulgentius, Mytholog. lib. ii. cap. 14. 'Mida Rex Apollinem petit, ut quicquid tetigisset, aurum fieret. Camque promeruiisset, munus in ultionem conversum est, coepitque sui voti effectu torqueri. Nam quicquid tetigerat, aurum statim efficiebatur; erat ergo necessitas aurea, locuplesque penuria,' &c.

Inviso auro] Ovidiusque: 'divesque miserque Effugere optat opes, et quae modo voverat, odit, Copia nulla famem relevat, sitis arida guttur Urit, et invisio meritis torquetur ab auro.' Scite vero glaciem fulvam, aurum ex aqua vinove factum nuncupat, ut niveam.

Inviso votum damnavit in auro] Scripti quidam *invite*: perperam. Ovid. de eodem Mida, 'et invisio meritis tor-

quetur in auro.' *D. Heins.*

170 *Ergo animi victus*] Animum Priæanus: frustra. Virgil. 'Immemor heu, victusque animi respexit.' Adstantur quæ bello Gildonico notamus v. 381. *Id.*

Animi victus] Maronianum Georg. iv. 'Immemor heu, victusque animi respexit.' Sic Apuleius, libro rv. 'animi saucia.'

Sequimur quocunque vocabis] Exclamatio victæ voluntatis, Virgil. iv. 'sequimur te, sancte Deorum, Quisquis es, imperioque iterum paremus ovantis.'

173 *Instabilesque olim*] *Dia* duo veteres, tres vocaris pro *vocabis* paulo ante. *Instabiles* prim. Vatic. et tres alii. *D. Heins.*

Instabilesque olim Symplegades] Cyaneae scopuli, quia fugebantur collidendi, Symplegadam nomen nactæ. Strabo, lib. iii. De Cyaneis Symplegadibus vide Apollonium late lib. ii. Valerium Flaccum, et Scholiastas. *Barth.*

Instabilesque olim] Ante navigationem Argonautarum, testibus iis qui Argonautica conscripserunt. *Delrio.*

174 *Thessaliciis*] Minyarum, quo nomine censetur flos universæ Græciæ ea tempestate. Catullus: 'Cum lecti juvenes, Argivæ robora pubis, Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi.' Jason autem expeditionis auctor Thessalus. Valer. Flaccus: 'Debitus Eois dux Thessalus appulit oris.'

Celsa Bosphorus urbe] *Bosphorus*, a bovis meabill transitu sic dictus, ut ait Plin. lib. vi. cap. 1. duplex erat, Cimmerius et Thracius; hic autem de posteriore, qui Asiam ab Europa sejungit. Isid. de eo lib. xiii. cap. 16. et Petronius Satyr. 'Veneratus erat submissa Bosphorus unda.' Othrysiæ oræ sunt Europa: nam Othrys mons est Thessaliæ, Lapitharum sedes, Plin. lib. iv. cap. 8. Valer. Flacc. Argon. lib. i. de Pelia: 'Ille

Othryn et Hæmum, Atque imam felix versabat vomere Olympum: et alii. Intelligit autem poeta Byzantium seu Constantinopolim, non longe a Bosporo situm. *Dempet.*

Qua Bosphorus urbe] Non arce scripti: et recte; nam *Eos arces* ante dixerat: mox *Odrysiis* pro *Otrysiis* lege. Odrysia, Thracia. Miror Barthium aliis scriptorum locis pariter mendosis in medium prolatis corrupte scripturæ patrocinari. Vide Stephanum Byzantium in *Ὀδρυσία*: inde enim Odrysius deducitur. *Disterninat* etiam pro *discriminat*, Moreti liber et Farnesianus: quod placet. Plinius, lib. xii. cap. 21. 'Arabia Judæam ab Ægypto disterninat.' Lucan. lib. i. 'Gallica certus Limes ab Ausoniis disterninat arva colonis.' Sic et 'Tartessos disternina' Silio lib. v.

175 *Odrysiis]* Thraciis, quæ in Europa. Ausonius Epigramm. i. 'Sed carmen non molle modis, bella horrida Martis Othrysi, Thressæque viraginis arma retractat.' Martialis, lib. vii. 'nunc ludite, Musæ, Victor ab Odrysiis reditur orbe Deus.' *Barth.*

177 *Subrepsit in aulam]* Malis artibus. *Ilicet*, quia Furie adventus mores mutabat: animo ejus illapsæ, quod innuit dicens *ergo animi victus*. *Idem.*

178 *Ambitio nasci]* Expulsatrix justitiæ. Unde pulcre in Laudibus Stilichonis: 'Tradis avaritiam ejus fœdissima natrix Ambitio, quæ vestibulis foribusque potentum Excubat, et pretiis commercia pascit honorum.' Sic hoc loco: *Venum cuncta dari*, Ambitione ingruente. Et Petronius: 'Venalis populus, venalis Curia Patrum, Ipsaque majestas auro corrupta jacebat.' *Barth.* Nil sane turpius quam mundinatio Magistratum; illa iniquitatis principium et finis; illa omnium scelerum fons Justiniano dicitur. *Claver.*

Rectum] Regula justitiæ, juris ad-

ministratio nusquam flexa. Inde rectum, ipsa justitia. Horatius, lib. xv. Carm. 4. 'Doctrina sed vim promovet insitam Rectique cultus pectora roborant.'

179 *Proferit arcana]* *Proferre* excerpta Medicea: ut legendas sic totus locus videatur, 'proferre arcana, clientes Fallere, et ambitos a principe vendere honores: ita sæpe noster historicorum exemplo. Tò *ambitos* male in *indeptos* Claverius mutavit. *D. Heins.*

Proferit arcana] Aulæ Regniq̃ue, quæ plurima. Hæc vero sceleratus homo ob pretium hostibus populoque prostituit. At sapientissime Horat. i. Epistolar. 'Arcanum neque tu scrutaberis ullius umquam, Commisumque teges et vino tortus et ira.' Idem alibi: 'Regibus hic mos est multis urgere culullis Et torquere mero quem perspexisse laborant.'

Clientis Fallit] Summum crimen hominum potentium, usque adeo ut vix ullum a Sacris Prophetis abominabilius proclametur, quam afflictos miserosque homines se et sua fidei alicujus committentes, ab eo decipi et deprædari. *Barth.*

181 *Ingeminat crimen]* Delator hominum, quorum errata veritati additis immensis mendaciis in prodigialia crimina apud Principem extendit. Talis Sejani animus apud Tacitum, Annal. iv. 'inflando odio Tiberii in Germanici sobolem.' Pulcre vere Titus, qui traductos per Amphitheatrum Delatores flagellis cecidit in foro, et in servos vendidit, ut auctor Suetonius, cap. 8.

Ignem] Odium iracundiamque principis. *Barth.*

182 *Nutrit]* Auget consentiendo. *Stimulando]* Ab equis quos stimulis fodiebant veteres. *Barth.*

Stimulando vulnus acerbat] Codices nonnulli *cumulando*. *D. Heins.*

183 *Vebat innumeros annes]* Insatiabilem Avaritiæ gurgitem pelago

comparat. Ambrosius: 'Mare fenerator est, omnium patrimonia tanquam fluctus absorbet.' *Barth.*

184 *Nescit*] Non sentit. Virgil. Georg. I. 'Nescivere hyemem.' Cur autem mare non crescat tot fluviis ingredientibus causam dat ex aliis Nicephorus Blemmydes Physicis.

Undantem Istrum] Ob copiam. Est enim cumprimis ingens fluvius Danubius. *Barth.*

185 *Septeno gurgite Nilum*] *Littore* Isingrini codex: ut infra lib. II. 'Ignotaque littora Nili:' de laud. Stilich. 'Niliusque ad littora tendens,' pro *similiisque meat*, præter Lucensem et duos aut tres alios, reliqui *manet*, approbante Barthio. Pro *Expleri calor ille nequit*, Priscænus citis ista. D. Heins.

Æstivum Nilum] Ab Æthiopibus orlandum, ut putarunt veteres, vel quod æstivo tempore angetur. *Barth.*

Æstivum Nilum] Nilus Ægyptum irrigaturus, primo vere aut solstitio autumnali excurrit, hyeme nunquam. Solin. cap. 35. Polyhist. Lucan. lib. x. v. 210. Tibull. lib. I. Eleg. 7. 'Fertillis æstiva Nilus abundat aqua.' Plin. lib. XVIII. cap. 18. princip. 'septeno gurgite,' quod septem ostiis se in mare exoneret. Noster Epithal. Honorii et Mariæ princip. 'Septem despectans cornua Nili.' Maro, Æn. VI. 'septem geminum' vocat: at Plin. lib. v. cap. 9. 'multas tantum fauces' ponit. Strabo lib. I. *ὀρὸν ἀναρὰ*. Dempst.

186 *Par semper similitudine*] Et magnitudine et figura.

Fluctibus auri] Magnis confluxibus.

187 *Expleri calor ille nequit*] Hoc maxime vexantur avaritiæ mancipia, semper possidendo plura cupiunt, nec minuitur habendi cupido ullis opibus. Seneca Furente: 'nullo fine beatus Gazis inhians componit opes, Et congesto pauper in auro est.' Horat. Epist. lib. I. 'Semper avarus eget: certum voto pete finem.'

Cuicunque monile Contextum gemmis] Sordidam publici prædonis rapacita-

tem dicit, etiam muliebribus ornamentis non parsuram. *Barth.*

188 *Aut prædia culta fuissent*] Suidas ad verbum, voce *Ποσειδῶνος, καὶ θεοῦ Ἰσὺ ἐχλῆς τῶν ἀποδοτέων εἰ τοῦ τιμῆς χροῖον ὑδρῶναι παρρηγυρῆς τε καὶ ἐκκαρῶν*. Ubi et plura in hanc rem. D. Heins.

189 *Rufino populandus erat*] Sic Prædo annosus idem dicitur, et voluisse ærarium urbanum spoliare, a Symmacho, lib. VI. Epist. 14. Sic enim Claudianus noster mox ad verbum, 'orbisque ruinas Accipit una domus.' Quid mirum autem Præsidii alicui hoc crimen faisse, cum Romani eam legem fere tenuerint, satis causam ad spoliandum aliquem, quod foret dives. *Barth.*

190 *Metuenda colonis Fertilitas*] Evertébantur enim fundis suis qui singulari aliqua fecunditate nobiliores habebant. *Idem.*

191 *Laribus pellit*] Similia omnia de Gildone: 'perturbat avita Quemque domo, veterels detradit rare colonos.'

Detradit avitis finibus] Pacatus Panegyri. 'non contenti miseros avitis evoluisse patrimonii, calumniabantur in sanguinem, et vitas premebant reorum jam pauperum.' Fines possessiones ipsas notant, alioqui termini eas circumscribentes. Celsus JC. c. 18. de acq. vel am. poss. 'si vicinum mihi fundum mercator in mea turri demonstrat, vacuamque se possessionem tradere dicat, non minus possidere coepi, quam si pedem finibus intulissem.' Hoc est ipsi fundo. *Barth.*

192 *Occupat hæres*] Gildonico: 'Instat terribilis vis, morientibus hæres, Virginibus raptor, Nuptis obscænus adulter.' Miserrima coactio etiam mortuorum sub principibus impotentissimæ vecordiae, si quis salvas ex aliqua saltim parte necessitudines suas vellet, testamento Principi hereditatem vel integram, vel potiozem, cedere necesse habebat. *Idem.*

193 *Orbique ruinas*] Divitiarum excussiones et contrubationes opum, unde Conturbare quoque dicuntur qui bonis exciderunt. *Barth.*

Orbique ruinas] Isingr. et Patavin. *rupinas*: recte, nisi *ruinam* mavis. Pro domus etiam manus quatuor alii: placet: lib. 1. in Eutrop. 'nunc uberiore rapina Peccat in orbe manus.' D. *Heins.*

194 *Accipit una domus*] Rufini domus erat quasi spelunca latrocinii.

Populi servire coacti] Venditos vult pretio; parum sollicito Rufino quomodo provinciae regerentur, modo pretium a Præsidibus ante ingressum, postque administrationem, et in ea, grande ad se rediret. Hoc vere est deglabere oves. *Barth.*

197 *Oceanum*] Limites hos credebant τῆς οὐκουμένης, tam inepti talium rerum indagatione, ut Britanniam quæ ex Galliæ confiniis conspici eminere potuerit, alium orbem putarint. Itaque Oceanum navigaturos jam Solem relinquere, et in Deorum non hominum sedes ire dicebant. Pedit. Itaque ad Oceanum venire, erat ultimas τῆς οὐκουμένης oras tenere, quo et fabulosa quæque removebantur.

Rutilos tibi Lydia] Ob Pactolum *Χρυσόφορον* cognominatum. Similia 14. Cons. Hon. 'Tu licet extremos late dominare per Indos, Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent, Si metuis, si prava cupis, si ducis ira, Servitii patiere jugum,' &c. *Barth.*

198 *Cyrique tiara*] Scripti *solum Cyri Cræsiqve tiara*, vel *tiaræ*: nihil muto, nisi quod *tiaras* malim: ut 14. Cons. Hon. 'Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras.' Vulgatam in cæteris scripturam jure Barthius præfert. D. *Heins.*

199 *Nunquam dives eris*] Pulcre ex Rutilio Lupo, lib. 11. 'Nequaquam mihi dives est, quamvis multa possideat, qui neque finem habet cupiendi neque modum statuit utendi. Nam et multum desiderare est egentis sig-

num, et nihil parcere egotatis est initium.' Hinc Horat. recte dicit, lib. 111. od. 9. 'Non possidentem multa vocaveris Recte beatum: rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus sapienter uti, Duramque callet pauperiem pati, Pejusque letho flagitium timet,' &c. *Barth.*

200 *Semper inops quicumque cupit*] Et hæc traducta videntur omnia ex divinis monitis Senecæ, Epist. XVI. 'Ab Epicuro dictum est: Si ad naturam vives, nunquam eris pauper; si ad opinionem, nunquam dives. Exiguam natura desiderat, opinio immensum,' &c. Apuleius Apolog. 'Is plurimum habebit qui minimum desiderabit; habebit enim quantum volet, qui volet minimum.' *Idem.*

201 *Fabritius parco*] Lucanus libro x. 'Pone duces priscos et numina pauperis ævi Fabritios, Curioque graves, hic ille recumbat Sordidus Hetruscis abductus Consul aratris.' Quos tres ejus imitatione Claudianus hoc loco protulit.

Munera Regum] Quæcunque a Regibus dari poterant, non solum Pyrrhi illius, sed quicquid regali ambitu morum regulæ nocere posse videbat. *Barth.*

202 *Serranus*] Rutilius Itinerar. 1. 'Exiguus Regum Rectores cespes alebat, Et Cincinnatos jugera panca dabant. Hæc etiam nobis non inferiora feruntur Vomere Serrani Fabritique foco.' *Sudabat* dixit, ut ipsum manum operi admovisse declararet. *Idem.*

203 *Casa*] Vilis, plebeia, de raris similitudine, imo in ipso rure domuncula.

Pugnaces Curios] Mares vocat inde Horatius: 'Et maribus Curis et decantata Camillis:' in opprobrium seculi sui. Erant enim qui vultu et incessu fœminas morbumque, ut Juvenalis appellat, fatebantur. *Barth.*

204 *Hæc mihi paupertas augustior*] *Opulentior* Isingrin. Lucens. Gyrald.

Helmastadiensis, et Putcanus: placeat. Augustum proprie sanctum: quod hic locum non habet, etsi Barthio sic volente: auctor Paegyrici ad Pisonem, 'Ipsaque possesso mens est opulentior auro.' *Tenebat pro tegebat paulo ante multi veteres ex nostris cum Aldo et Isingrimo. D. Heins.*

Hæc mihi paupertas angustior] Vestustissima Philosophia hæc est, Sapientiam censere Naturæ bonis contentum esse, nec fines Felicitatis extracum in divitiis aut gloria ponere. Prudentius: 'O felix nimium Sapiens et Rusticus idem, Qui terras animamque colens, impendit utrique Curam pervigilem, quales quos imbuat auctor Christus, et assumtis dedit hæc præcepta colonis.' Virgil. 'O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas.'

Augustior] Splendidior meo animo. *Barth.*

205 *Culinibus*] Diversa duo hæc vox notat: ingentia et splendida; *tilia*, pastoralia, humillima.

Tibi queris] Terra marique luxuries Romana ciborum genera conquirit; non fami, sed gula: quare *inanes cibos* dixit Claudianus.

Queris] Ob laborem ea placent. Petronius: 'Ales Phasiacis petita Colchis Atque Afræ volucres placent palato, Quod non sunt faciles,' &c. Lucanus, lib. iv. 'Et quæsiturum terra pelagoque ciborum Ambitiosus fumen.' *Barth.*

206 *Luxuries nocitura*] Pro confesso inter eos qui humani status naturam inquirit, morhorum tam varia genera non aliunde quam ab ciborum varietate et gula intemperantia venire. Senec. Epist. xxiv. 'ipsæ voluptates in tormenta vertuntur. Epulæ eruditatem afferunt, Ebrietates nervorum torporem tremoremque, libidines, pedum, manuum, articulorum omnium depravationes,' &c.

Fructus Terra dapes] Prisca frugalitate, eaque beatissima. Horatius: 'Et herma dulci vicia promens dolio, *Delph. et Var. Clas. Claud.*

Dapes inemptas apparet.'

207 *Tibi vellera succos*] *Ibi cum scriptis legendum, ut r̄q̄ hic respondeat, quod sequitur: sic et infra laetas ibi peratrepit ædes, non tibi. Fucos etiam optime quatuor scripti agnoscunt. Tyrios fucos, ut Ovid. Met. lib. vi. 'Conscendunt in equos, Tyrioque rubentia fuco Terga premunt:' de omnino scribendum: plura illic. In Catalectis Pithæi: 'Intertexta rosa Tyrii subtemina fuci Involvit quoties nobile roma latus.' Lucanus etiam lib. x.: Strata micant, Tyrio quorum pars maxima fuco Cocta dia, virus non uno duxit aheni.' Ita enim legendus, vel, ut in aliis scriptis, prior versus, 'Hic torus, Assyrio cujus pars maxima fuco.' Nam et Assyria purpura in pretio: sic Festus Avienus Phænom. 'Assyriumque bibant nova vellera fucum:' et noster de Rapt. 'Assyrii spumis fucantur aheni:' et *Assyrium venenum* apud Virgil. ii. Georg. Petronius: 'Assyria concham landabat miles in unda.' Virgilius Ciri, 'Nec Libye Assyrio sternetur lectulus ostro.' In Cilice: 'Si non Assyrio fuerint hic lauta colore Vellera.' 'Assyrii succi unguentum,' Statius, Theb. vi. Ovid. lib. i. El. 1. Trist. *purpureum fucum* dixit: 'Nec te purpureo velent vaccinia fuco.' Sic bene veteres libri. Sidorius Apollinar. ad Majoranum: 'Sic te purpureo recocta fuco Multos purpura vestiat per annos.' *Rosum fucum* dixit Catull. nuptilis Pelei: *rubens* Seneca Hippol. 'Longum rubenti spargitur fuco lacus.' Ubi fucum tauro marino erudite dat. Fucus enim proprie herba marina, Græcis *φύκος θαλάσσιος*, teste Plinio. Petronius: 'Quæsitus tellure nitor certaverat ostro.' Avienus Ora Maritima: 'Adjicit et illud, plurimum inter gurgites Exstare fucum, et sæpe virgulti vice Retinere puppin.' *Sanguineum* Virgil. Ciri: 'Horrida sanguineo pinguntur prælia fuci.' Sic*

4 K

enim scribendum puto, cum in antiquis editionibus sit, *succo*, unde *cocco* fecerunt. *Tanarium fucum* Val. Flacc. lib. 1. Statius Propemptico Metili Celeris: 'Quo pretiosa Tyros rubeat, quo purpura fucō Sidoniis iterata cadis:' sic scribendum jam alii, puto, viderunt. Hinc et *fucare*, pro quo *fuscare* sæpe perperam legitur, ut dicemus ad lib. II. de Rapt. vs. 96. *D. Heins.*

208 *Picturata saturantur*] Purpureæ illæ vestes non solum tinctæ erant murice apud Romanos, sed variis etiam picturis textæ, acque pictæ: unde picturatas demum satiatae ait Claudianus. *Saturantur*, ad iterationem coloris. *Barth.*

209 *Prati viva voluptas*] Vivum est et perhibetur omne quod nativum est, neque alieno fucō inquinatur, aut mutatur a natura sua. Marius Victor ad Salmoneum: 'Cui fratrum ad requiem frondosæ vitis in antro Herbida cespitibus sunt structa sedilia vivis.' *Idem.*

210 *Ingenio variata suo*] Naturali venustate. Sic Petronius: 'crines ingenio flexi.' *Idem.*

211 *Mollis panditur herba*] Tenax gramen scitissime ob summam in eo cubandi voluptatem vocat Horat. Od. II. Epodon. Et otia ista nimium Philosophice dia omnino Lucretius, lib. V. de tibia pastoralis: 'Avia per nemora ac silvas saltusque reperta, Per loca pastorum deserta atque otia dia.' Talia strata vel ad sedendum vel ad cubandum feliciora habentur, a veris Philosophis, omnibus thoris fortunatorum hominum. *Idem.*

212 *Sollicitum*] Procul omnibus anxietatibus, curis, sollicitudinibus, animus compositus ad veram Sapientiam, summa est felicitas. *Idem.*

213 *Turba salutantum*] Ambite, comitatu, et salutantium agnibus contenditur apud Tacitum: at in pectore amicus, non in atrio. *Salve* aut *Ave* matutinum est, *Vale*, vesperti-

num, ut probant Martial. et Suet. Et hanc cultum ambitio miserorum mortalium in numeros absolvendæ Felicitatis referebat. *Idem.*

214 *Avium cantus*] Maxima accessio voluptatis in animo soluto curis et ad quietem composito.

Labentis murmurum rivum] Horatius: 'Labuntur altis interim ripis aquæ, Querantur in silvis aves.' *Barth.*

215 *Vivitur exiguus melius*] Hic jam summa quapiam omnia comprehendit: veram vitæ voluptatem in parvo esse et secundum Naturam, cætera ludibria mentis humanæ rapere eam variis illecebris ad inania deliramenta. Respexisse de proximo videtur ista Lucani, lib. IV.: 'o prodiga rerum Luxuries, nunquam parvo contenta paratu, Et quæditorum terra pelagoque ciborum Ambitiosa fames, et lautæ gloria mensæ, Discite quam parvo liceat producere vitam, Et quantum Natura petat,' &c.

Beatis omnibus esse dedit] Seneca ad Helviam, cap. 5.: 'id agit rerum natura ut ad bene vivendum non magno apparatu opus esset,' &c. Vide illud Epist. 90. quæ huic rei scripta videtur. *Barth.*

217 *Simplicis cultu*] *Victu* Oxoniensis, probe: huc alludit et prim. Vaticanus in quo *vultu*. 'Victus' enim 'verbo continentur, quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini sunt necessaria,' testis Ulpiano de verb. signif. Silius lib. VIII.: 'Tu campum noscas ante, exploresque trahendo, Quantum hostis victu valeat, quæ copia rerum:' sic emendo. Vulgo, *quantum hostis ritus*: prima enim editio, *ictus hostis*: liber Oxoniensis, *hostis ritus*: mox dicturus est, *eget improbus arcto Jam victu Libys*: sequenti versu *gemerent pro fremerent* Isingrin. et prim. Vatican. *D. Heins.*

218 *Classica non fremerent*] Horat. Epod. 'Beatus ille qui procul negotiis, &c. Non excitatur classico miles

truci.'

Fraxinus] Hastarum omne genus unius earum usu excellentis arboris posuit. Papinius, lib. vi.: 'belli potura cruores Fraxinus.' *Barth.*

219 *Non ventus qualeret puppes*] Avaritia excogitavit maria navigiis transgredi, mercaturæ gratiæ; quam inter causas turbatæ vitæ humanæ ponebant vel maximam veteres. *Idem.*

220 *Crecebat scelerata sitis*] Pacatus de eadem cupiditate: 'Spes inter hæc nulla prædonis explendi: nec enim, ut natura fert, copiam satietas sequebatur: crecebat indies habendi fames, et parandi rabiem parta irritabant.' Qui idem mox Charybdi comparat, ut noster supra Pelago. *Ætnæ* Boëthius: 'Sed sævior ignibus *Ætnæ* Fervens Amor ardet habendi.' *Sceleratam sitim* impiam et abhorrentem a communi vita vocat. *Idem.*

221 *Petendî*] A Principe nimirum Arcadio. *Idem.*

222 *Perjuria*] Hominem Reipublicæ in parte sibi commissa præsentem maxime hoc genus dedecet. *Idem.*

Perjuria nectis Blanditiis] Ita Aldus, et omnes scripti, uno Moreti excepto, in quo *nutrit*. Vulgo, *miscet*. Sic apud Statium, Theb. v.: 'quid longa malis exordia necto.' Lib. ix.: 'Gratiæ Sidoniisque simul nectebat funera Mavors.' Lib. viii.: 'Talia nectebant, subito cum pigra tumultu Expavit domus.' ita meliores scripti, *non jactabant*. Achilleidos i. vs. 185.: 'Tum libare dapes Baccheaque munera Chiron Orat, et attonitæ varia oblectamina nectens, Elicit extremo chelyn:' ita castigaram, quod in veteri codice deprehendissem, *attonitam varia oblectamina nectens*, cum vidi me præventum gnsto Statiano Gronovii nostri. Vulgo, *attonitam vario oblectamine mulcens*: quod ferri non potest, cum *pectora mulcens* paulo ante præcessisset: sic 'nectere fraudes' Sillio, 'nectere dolos' Livio, 'nectere nefas' Val. Flacco: et similia.

Sequenti versu Oxon. et Regius *perituras*, non *perituro*: quod non displicet: neque aliter prim. Vaticanus a manu secunda. Versum proxime sequentem non immerito suspectum habet Barthius. *D. Heins.*

223 *Federe dextras*] Manus, ut nostris moribus hodie, sic priscis quoque secalis, fidei et amicitiae sponsonem facit. *Fœdera* hic dicit Claudianus, quia juramenta manibus datis concipiebantur. *Barth.*

224 *Semel*] Aliquando. Virgilius: 'Semel informem vasto vidisse sub antro Scyllam.' *Tanti* tot signant. *Idem.*

226 *Quæ sic Getuli jaculo*] *Getulo* legebam olim: nunc placet Bononiensis libri lectio, *gentili*. *Getulis* Rottendorphianus. Juvenal. Sat. iiii. de Oronte, 'gentilia tympana secum Vexit.' Seneca Hercule Fur. 'Te ramus oleæ fronde gentili tegat Thesen:' populari Ovidius dixisset: ut lib. vii. Met. de Cephalo: 'ramumque ferens popularis olivæ.' Glossæ Stephani bene, *Gentilia, quædæm*. Nemesianus Cynegetico, 'Sit tibi præterea sonipes, Maurusica tellus Quem mittit, modo sit gentili sanguine firmus.' Ammianus, libro xvii.: 'Occuparunt latibula Sarmatarum, quos repentinus fefellit aspectus, gentiles lembos et remigia conspicantes.' 'Gentile fretum' Statius Surrentino Pollii: et Hercule Surrentino, 'ridetque benigna Parthenope gentile sacrum:' quia Graja Parthenope: *gentiles terræ* hominibus respectu æquoris Propemptico Metil Celeris: 'Smyrna tibi gentile solum' Pietate Etrusci; atque ita ille infinitis propemodum locis. Calpurnius, Eclog. ii. 'non gentilia poma' vocat, quæ 'ad optiva' non uno loco Ovidius, hoc est insitiva, et ex arbore in qua nascuntur originem non ducentia. 'Non minus arte mea mutabilis induit arbor Ignotas frondes et non gentilia poma.' Ita enim scribendum ex an-

tiquis libris. Vulgo *genitalia*. Illa Virgilii respexit: 'Miraturque novas frondes et non sua poma.' Imitatur Maximianus Eleg. prima, etsi diverso sensu: 'Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis Pervigil observat non sua poma draco?' quibus paria habes Anthol. i. 20. in Caltinii Epigrammate: 'Ὁβελὸς δ'ἔοισι μετέμφοτος, ἥμερα θάλλω. Οὐκ ἐμὲν ἡμετέροισι κλασὶ φέρουσα βάρος.' Loquitur piris silvestris. Idem Virgil. *Æn.* vi. 'Quale solet silvis brumali frigore viscum Fronde virere nova, quod non sua seminat arbor:' *adultera arbusta* Manilius vocat eleganter: 'Atque arbusta vagis essent quod adultera pomis:' *ἐτεροφύτων δένδρων γενέσεις*, Ju- liano, Ep. xxiv. Ennodius: 'Inserit externas peregrino in cespite plan- tas, Advena conjunctis sociatur nexi- bus arbos, Truncantur stirpes, de- messum falce maritat Virgultum, te- nero lignum mordetur hiatu, Germine nobilitas consurgit non sua parvo.' Sed redeamus in orbitam. *D. Heins.*

[*Getuli jaculo*] Getuli Leones cele- berrimi. *Barth.*

[*Leona*] Hoc genus feminam sævi- ore mare faciunt. *Idem.*

227 *Hyrcanus bellua*] Tigrim dicit, quæ nobilis de Hyrcania. Martial. 'Tigris ab Hyrcano gloria rara jugo.' *Idem.*

228 *Jurata Deorum Majestas teritur*] Prius jurat omnium numinum majes- tatem, deinde proculcat eam pedi- bus, homo vecors et impurus, nihil non lucri gratia ausus. Rufinum qua- si imminutæ majestatis videtur ac- cusare, sprevit enim Arcadium non solum, sed et memoriam retro prin- cipum, qui divorum loco post obitum habiti; quinimo Theodosii viventis parum fuit reverens, quem tamen Athalaricus Gothorum rex Deum pro- nunciavit. Silius Italicus, lib. i.: 'Juratumque Jovi fœdus, conventa- que Patrum Sidenii fregere duces.' Claver. *Idem.*

229 *Nunquam reverentia mensæ*] *Nun-* quam rectius libri alii quot: quod Bar- thius vidit. Post hæc aliquid deesse suspicor, non enim cohærent: nec Claverii lectio quicquam juvat. Paulo ante pro *raptorem partus*, *Parthum* Gyrald. Lucens. prim. Vatican. et sex alii: sequor. Mox *non pignora cæsi* pro *cæsa* prim. Vatic. *D. Heins.*

[*Nusquam reverentia mensæ*] Reve- rentia mensæ jungitur divino cultui: non sane principalis, neque de Cæsa- ribus hic sermo, ut Claverio visum, sed proximam a Templis arisque Deo- rum immortalium consecrationem ve- terem Religio habebat in mensæ com- muni participatione. Itaque Rufi- num invitatos ad mensam suam et numine adjurato extractos cum uxori- bus et liberis tradidisse carnifici ob- questum ait. Tacitus *Annal.* ii. 'per epulas ac vinolentiam incautum Cotyn, et postquam dolum intellex- rat, sacra Regni, ejusdem familiæ Deos et hospitales mensas obtestan- tem catenis onerat.' Sic mensis suis Romani proceres non aliter Deorum imagines præponebant atque altari- bus arisque Templorum. Sic in salis convicta habebant jus prisci, et eo illato mensam consecrari arbitra- bantur. *Barth.*

230 *Non conjux, non ipse simul*] Non explent odia cæsi conjugibus liberis- que mixtis in eorum sanguine miserli parentes et mariti. Non convenit hæc uni alicui adscribere cum Clave- rio; nam de avaritia Rufini sermo est, nefandis cædibus per orbem universum bacchante, ut satis te- nor ipse sententiæ sequentis arguit. *Idem.*

231 *Odiis*] His carere laudi contra- dat Stilichoni, etiam in iis qui suppli- cium meriti: non enim sibi vindic- tam præstant homines cordati, sed legibus. *Idem.*

232 *Notos*] Amicos, clientes. *Egissæ*, exsulatum. Vel est Græcicum *ἐ- γισσ* καὶ *φίλων*, quorum *ἐγισσ* ad anti-

mantium prædam, *quæpau* ad rerum prædam pertinet. Junctaque hæc summam et capitalem atque immensissimam prorsus vastationem sonant, atque direptionem. *Barth.*

Extinguere cives] Exstirpsse jam præcenserat. Recte ergo Barthius cum Isingrino, *exstirpare*: atque ita Gyrald. Lucens. prim. Vatic. et Delrii codex.

234 *Nec celeri mittit letho]* Gyrald. prim. Vatic. Isingr. et edd. quædam, cum tribus aliis scriptis, *celeri perimit letho*: nihil muto tamen. Ovid. Fast. II. 'Corpora non letho missa trecenta forent:' et lib. v. 'manus misuras Hectora letho' dixit. Statius, Theb. VII. 'quem fas dimittere letho.' Postea *cruciatum* prim. Vatic. *mox retardet* quam *retardat* malo. *D. Heins.*

Nec perimit celeri letho] Explicat causam sequentibus concessaque *vita doli*. Exemplum in Tiberio, Dio lib. LVIII. Et eodem lib. 'Inter eos qui tum necati sunt, Asinius etiam Gallus fuit, cum quo vix tandem, ita enim ipse loquebatur, in gratiam redierat. Ita modo quodam inusitato efficiebat ut vita nonnullis supplicium, mors esset beneficium.' *Barth.*

237 *Parcendi rabies]* Ammian. 'Nulla crudelior sententia est ea qua parcere videtur.'

Parcendi rabies] Dum se, ut iis parcat, mortem differre simulat, multo sævit crudelius, quam si subito vitam evitaret, quemadmodum dixit vetus Tragedus.

Concessaque vita doli] Tyrannorum ars et lætitia homines miseros, quos excarnificare omni genere dolorum volunt, a morte prohibere, ne finem accipiant optatum tormentis. *Barth.*

Concessa doli] Supplicio. *Delrio.*

238 *Mors adeone parum est]* Sic Cæsar apud Salsut. 'De pœna possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem non, cruciatum esse, eam

cuncta mortalium mala dissolvere, intra neque cura neque gaudio locum esse.' Mors optatissimum perfingium vite ærumnarum. Est vero exclamatio Virgilio: 'Usque adeone mori miserum est?'

Causis fallacibus] Per delatores et insidiatores. Quia sub alieno Imperio erat Rufinus, et alieno id nomine moderabatur, nectendæ erant causæ ut homines innocentes in iudicium traheret, subornatis qui crimina objicerent, ut jure facultatibus spoliati videri possent. Cum autem in iudicium protracti essent, ipse Judex erat: itaque cum scirent ab illo perniciem strui, et ad causam decidendam ipsam præsidere, percelebantur animi. *Barth.*

239 *Cætera segnia, Ad facinus veloci]* Talem astutiam exosam Deo sapientissimus mortalium Salomon, Rex, Proverb. VI. testatur: 'Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus: Oculos sublimes, Linguam mendacem, Manus effusidentes innoxium sanguinem, Cor machinans cogitationes pessimas, Pedes veloces ad currendum in malum,' &c. *Idem.*

240 *Penitus regione remotas Impiger ire vias]* *Regione* itaque est, habitatione omni, *εὐκωνία*, remotas ab omnibus terram colentibus. *Regio* est clima cæli. Itaque Rufinum inaccessa etiam cultui mortalium loca penetrasse ducente avaritia dicit. *Regionem* motum tramitem dicere Claudianus potuit, ut Virgil. *Æn.* II. 'namque avia cursu Dum sequor, et nota excedo regione viarum.' *Idem.*

241 *Impiger ire vias]* Ob avaritiam. Horat. 'Impiger extremos currit mercator ad Indos.' *Idem.*

242 *Riphae stridens Aquilone]* Aquiloni Riphæos montes et Thraciam pro domicilio consensu assignavit vetustissimorum Poëtarum chorus. Avaritiam autem nulla pericula metuere, omnia terra marique exquirere, non

nno loco lamentatur, acerrimus ejus hostis, Seneca. *Barth.*

243 *Efferat torquebant*] Supra: 'Efferat prætumido quatiebat corda furore.' Jam vero avaritiam etiam cumularat crudelitate et sanguinis siti. *Idem.*

244 *Effugeret ne quis gladios*] Gladius et ferrum idem apud JC. L. nemo potest. ff. de Reg. Jur. et qui ad ferrum damnatur, ad gladium damnari dicitur: Paulus lib. v. sent. tit. 17. et 'gladio puniri.' i. capitali sententia. L. aut damnum. princ. ff. de pœnis. Salvian. l. vii. 'gladio impudicitiam exercere:' quæ verba sunt L. quamvis 2. C. ad legem Juliam de adulteriis: neque omiserim ignominiosorem et gravio rem pœnam securis, levio rem gladii: quare Caracalla, Papiniano securi percusso, lictori dixit, 'gladio meum jussu exequi oportebat.' Spartian. in eo et in Geta. Vide Juvenal. Sat. viii. fine: et Serv. ad vi. Æneid. 'Sævumque securi Aspice Torquatium.' *Dempst.*

Ne perderet ullum] Tanquam lucrum aliquod in cædam patratiōne habens. Ita perendi verbo sæpius utuntur optimi scriptores. Statius, l. v. Silv. 'ne perderet ullum Libertas tam parva diem.' *Libido* non minus in cædibus est quam opibus aut voluptate. Arnobius: 'libidinose hominis inhiatum est cruori.'

245 *Augusto*] *Arcadio.*

Non flectitur annis: Non ætate labat] Neque juvenia neque senecta ætate furor cædisque aviditas movetur. *Barth.*

247 *Ante patrum vultus*] Hoc maximum crudelitatis exemplum Virgilius Priamus jam moriturus non tamen abstinnit Pyrrho exprobrare: 'Dii debita reddant Præmia, qui nati coram me cernere lethum Fecisti, et patrios fœdasti sanguine vultus.' Ubi atrocitatem maxime exprimit, quod, observante Servio, non de cæde sed de spectaculo querentem Pa-

trem inducit. *Idem.*

248 *Ibat grandævus nato moriente superstes*] Sceleratissimum hoc, tum sua natura, tum ideo etiam rebanitur Romani, quod ordinem fatorum enim facerent, ut pater sine turbatis iis non posset ante filium obire; eumque ordinem turbari, superiorum suorum nedum hominum crimen appellabant. Papinius, l. v. Sylvar. 5. 'Nonne horridus ipsos Invidia superos injustaque Tartara pulsem? Nonne gemam te, care puer?' *Idem.*

249 *Post trabeas exul*] Consulares viros in exilium pulsos dicit, nec unum aliquem; aut de Poëta veritas Historica exigenda in unius alicujus persona. Omnes ordines, honores, omnia jura, omnia denique divina et humana conturbasse avaritiam et crudelitatem Rufini declamat.

Post trabeas] Defunctus consulatu. Trabea vestis regum Latii, ante Romam conditam. *Peci, Æneid. vii.* 'parvaque sedebat Succinctus trabea:' postea a Romulo recepta, et ad alios transmissa. *Isid. xix. c. 24. Plin. l. viii. c. 48.* 'Trabeis usos accipio reges.' Tertio, equitum gestamen. *Valer. Max. l. ii. c. 2. Mart. l. v. Ep. 42.* ideo equites, 'trabeata agmina,' dicta. *Stat. lib. iv. Sil. 2. Idem lib. v. Sil. 2.* 'neque sanguine certus Turmalis, trabeaque Remi:' sic enim legendum docuere viri docti: et de transvectione equitum, *Pers. Sat. iii.* 'Censoremque tuum, quem tu, Trabeate, salutas.' Quarto, Consulnū vestis. *Auson. in Consulatu suo:* 'trabeam non magis auro suo, quam munere tuo, splendidam:' noster de tertio Honor. Consulatu princ. l. ii. de landib. *Stilich.* 'Innumeras trabearum insignia terras Certatim petiere tibi.' *I. L. in Eutrop.* 'Flabella perosi Aspirant trabeis,' id est, ad Consulatum. Adde aurum trabeis intertextum. *Auson. epist. xxiii. ad Panlinum:* 'quos sacra Quirini Purpura et auratæ trabes velavit amic-

tus.' Idem in Protreptico ad Nepotem; in fine, videtur confundere cum toga picta. De auro noster de laudib. Stilichon. l. ii. 'graves auro trabear, insigne Minervæ Spirat opus:' adde et gemmas insertas, ex nostro de vi. Honorii Consulatu: 'Membraque gemmato trabear viridantia cinotu.' *Dempst.*

[*Tanta*] Tot: ait omnia verba minora esse tantis totque sceleribus. Plantus Amphitr. 'ita tanta mira in ædibus sunt facta.'

251 *Immanes*] Vide Macrobius, l. i. Saturn. c. 3. Tacitus de Caligula, l. vi. 'immanem animum subdola modestia tegens.' *Barth.*

252 *Vel Sinis*] Scinis arbores in terram vi premebat infixas, quibus impositi homines, brachiis arborum sursum nitentibus, crudelissime disceperantur. Plutarch. Theseo. Ovid. Metam. l. vii. Fab. 23. Senec. Hippolyt. act. v. scen. 1. vs. 1164. 'membra quis sævas Scinis, Aut quis Procrustes sparsit?' Immanissimis ergo Tyrannis sæviorem facit Rufinus, Scini, Scirone, Phalari, &c. de Syllæ etiam feritate multa Senec. lib. v. de benef. c. 16. et l. i. de Clement. c. 12. Valer. Florus, et inter poetas Lucanus, l. ii. 'Gnati maduere paterno sanguine,' &c. Illud vero superat fidem, quod non tantum in hostes sæviit, sed et occisorum filios e reprob. submovit. Senec. l. ii. de Ira, c. 24. *Dempst.*

Sinis Isthmiaca pinu] De Sini autem seu Scini hoc Pausanias Corinthiacis: 'In prima Isthmi fronte locus est ubi Sinis latro curvatis ad terram diversarum picearum ramis ad eos quos pugnando vicisset arctis utrinque vinculis alligabat, ut cum in suam naturam arbores reddissent, miserabilem illi in modum distraherentur: quo ipse Sinis postea supplicii genere a Theseo affectus est.'

[*Rupe profunda Sciron*] De hoc Latrone idem Pausanias Atticis: 'Nam alia saxa quæ Moluridi adjacent infa-

mia et conscelerata putant, quod cum ea accoleret Sciron, inde quoscunque nactus esset hospites, in mare detruderet; eos vero adnatans marina testudo conficere dicebatur. Sed Sciron eodem postea mortis genere scelus luit, in idem mare projectus a Theseo.' Virgilius in Cæli: 'Præterit abruptas Scironis protenus arces, Infestumque suis diræ testudinis exit Spelæum, multoque cruentas hospite canteis.' *Barth.*

253 *Sciron*] Consule si lubet Diodorum lib. v. Pausaniam in Attica, Plutarchum in Theseo, et Ovid. Met. vii. qui crudelia tetri latronis facinora recensent. *Delrio.*

Vel Phalaris tauro] Norunt omnes hæc portenta. *Barth.*

255 *Spartace, lenis*] Gladiatorum emotor, vir fortissimus, inter exempla quoque crudelitatis refertur. *Idem.*

256 *Dejecerat amens*] Sic meliores libri præter primum Vaticanum, non omnes, quod glossema: *amentem metum* simili modo Lucanus, lib. i. dixit. Paulo ante Medicus nunc eleganter: 'O mites Diomedis equos, Busiridis aras.' *D. Heins.*

Dejecerat omnes] Omnes dejecti erant, quia versutiam bellæ norant, occultissime odia sua gerentis, ne in herba perirent aliquando, aut cavere possent quia exitio destinabantur. *Barth.*

257 *Tacitique sepultos Suspirant gemitus*] Oppressa libertate, nulli sermones, ne gemitus quidem concessi sunt aperti. Claudian. lib. ii. hujus operis, vs. 86. 'Quis populi tunc vultus erat, quæ murmura furtim? Nam miseris nec flere quidem aut lenire dolorem Colloquiis impune licet.' Tacitus, Ann. vi. 'Ne fœminæ quidem exsortes periculi; quæ occupandæ Reipublicæ argui non poterant, ob lacrymas incusabantur; necataque est annis Vitia Fufii Gemini mater, quod filii necem flevisset.' *Idem.*

Taciturne sepulchre] Ore conclamos, neque inde in auras prodeuntes. *Delrio*.

258 *Indignarique verentur*] Meta delatorum. Metus enim male necis tormentorumque instantium lætitiā fingere cogit. Cæterum elegantissima etiam scriptura est, quam in nostro Codice reperio, *indignantique*. Cum intus in imo pectore indignati fuerint, circumspectant et verentur ne quis sit intus inimicus etiam cogitationum delator. *Barth.*

Indignarique verentur] *Indignantique* in nonnullis codicibus : quod cur placuerit Barthio, causam non video. *D. Heins.*

259 *At non magnanimi*] Estque hæc transgressio ducta ex Lucano, lib. II. vs. 234. 'At non magnanimi percussit pectora Bruti Terror, et in tanta pavidi formidine motus Pars populi iugentis erat.' *Barth.*

Virtus Stilichonis] Hanc belli dæcem toto orbe clarissimum, cujus fidei commissus erat Oriens et Occidens ex ultima Theodosii voluntate, cujus sub quasi tutela juvenculi Iæpp. fuerant, multi in crimen vocavere. *Claver.*

260 *Solus mediæque in turbine rerum*] *Medio solus sed turbine rerum* Aldus et scripti quidam : prim. Vatican. *solus medio sed*. Alii *medio aces*. Primæ editiones, *aces medio sed turbine*. Lucensis *solus medio de*. Gyrard. *aces medio de* : legendum opinor, *solus medio qui turbine rerum*. Barthius vulgatum tuetur, nisi quod distinguit post *et* metu : mox *contra pestiferos rictus*, non *lethiferos*, primæ Vaticanus pro diversa lectione. *D. Heins.*

Turbine rerum] Bello, aut infortunio publico. Sic *turbide agere* est cum tumultu et offensione pacis publicæ. *Barth.*

261 *Ferum*] Ob avaritiæ ingluviem. *Idem*.

Vetoris] Non adjutus monstrois equis aut portentis, ut Deorum natos

flagunt Poëtæ. Contra omnes antiquos Heroes Stilichonem laudat, et ita non semel alibi. *Idem*.

265 *Turris erat*] Perfugii locus tutus : Rex Psalmographus, Psal. LX.

Porrectus] Vibratus, extensus. *Barth.*

266 *Adversa que signa furori*] Lucens. Oxon. et Ambrosianum unum secuti sumus cum primo Vatic. *Vulgo regna* : alibi dixit, *signa deis adversa*. Putean. *tela* : unus Petav. *adversa hic signa*. *D. Heins.*

268 *Harrebat*] Opposita immobili mole. Sic alibi 'nullis Victoria nodis Hæsit.'

269 *Hibernæ tumidus cum vertice*] Nec tamen ego montem aliquem hibernum dici sed fluvium existimo, et Claudiani scripturam esse *vertices* : *æquappos* enim *torrens* Græcorum describitur, torrens hibernæ glacie et concursu nivalium aquarum auctus.

Vertice torrens] Ita scribendum, non *vertice*, monent Grammatici : nec aliter libri meliores.

271 *Frangitur objectu scopuli*] Ex illo Virgilii : 'objectu laterum, quibus omnis ab alto Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.'

272 *Illic montem circumtonat unda*] *Illic montem circumtonat* pri. Vaticanus : cave *circumtonat* admittas, quod in multis veterum : mox *humeros subjeceris* Pricæanus, non *objeceris*. *D. Heins.*

274 *Tuos humeros*] Pariter primo Stilichoniarum : 'Ancipites rerum ruituro culmine lapsus Æquali ceruice subis.' *Barth.*

275 *Cen sidus dulce*] Sidus dulce est Castor et Pollux : auspiciū navigantibus desideratum, quod vulgatissimum est. Hinc Horat. 'quorum simul alba nantis stella refuluit, Deūit saxis agitates humer, Concident venti,' &c. At ego puto posse exponi de Helena, licet Solin. Polyhist. c. 4. perniciosissimum navigantibus sidus Helænes vocet : et Plin. II. 37. 'di-

raga ac minacem stellam:’ quod ex iis observavit Natal. Com. viii. 9. tamen Eurip. in Orëste contra sentit, cujus locum vide apud Muret. in var. lect. vi. 12. *parvulus oeripuos, salutaris nautis*. Comparat ergo Rempub. navi: ut Horat. lib. i. Od. 14. Rññum tempestati; Stilichonem, Castoribus, aut Helenæ. *Dempet.*

276 *Ostendere Dei*] Ostendi est subito a Diis adferri. Ut de Marcello Virgilius: ‘Ostendent terris hunc tantum fata.’

Geminis quæ lapsa procellis] Lapsabunda. Simile de duabus tempestatibus navem concutientibus legitur in Themistio. *Cæca* significat obscuram, non videndam. *Barth.*

Geminis quæ lapsa procellis] Vulgo *lapes*. Unde *quassa* olim legebam: ut *quassa rates* apud Horatium: ‘Quassa eripiant æquoribus rates:’ et apud Statium, ‘blandamque quietem Intravit non quassa ratis:’ utque passim poëtæ. Nunc quatuor scriptos sequor et Barthii conjecturam, cum primo Vaticano: ipse tamen Barthius conjecturam hanc secundis cæcis videtur damnassee, cum ejus non meminerit. Stat. Theb. i. ‘lassatiæque diu tamen aura superatas Immo-ritur velis.’ *D. Heins.*

Geminis procellis] Fortasse undarum et venti. *Delrio.*

278 *Inachius*] Inachi nepos. Fabulam eleganter doctis versibus Manilius expressit, ut et Ovid. *Idem.*

279 *Pæon*] Omnia marina monstra pecori Neptuni adscribebant, et iis pastorem Protheum. Horatius de dilavio: ‘Omne cum Protheus pecus egit altos Visere montes.’ Etiam monstrosos pleræque homines eo natos. Gellius, xv. 21. Fabula Persei apud Higynum, c. 64. Apollodorum, lib. ii. Ovid. lib. ix. *Barth.*

280 *Rigida*] Ab effectu quod obri-gecebant in Lapides qui eam intuebantur. *Idem.*

282 *Suspensæ virginis*] Suspensio-

nem autem elegantissime descripsit Manilius, cum dixit: ‘Et cruce virgineæ meritura puella pependit.’ Voluit in patibulo expansa. *Idem.*

Egit] Adegit. *Idem.*

Suspensæ virginis] Andromedæ, seu, ut nonnullis placet, eospeæ, quæ non cum monstro marino esset exposita; sed demum interempto ceto, liberata, Persei conjunx fuit. *Delrio.*

283 *Taceat*] Sic Pamegyrico Pro-
bini et Olybrii: ‘Taceat Nereidæ nuptam Paleus.’ *Barth.*

284 *Actus*] Nobilita et memoris digna gesta: Lucanus, lib. v. ‘Noct ingentes abruperit actus Fœstinatæ dies fatia.’ *Idem.*

285 *Cleonæum leonem*] Ad Cleonæ erat Leo ille famosissimus, inter Labores Herculis non postremus. Apollodorus breviter omnia enarrat, libro ii.

286 *Arcadia aper*] Erymantheus. Est autem mons Arcadiæ Erymanthus. *Barth.*

287 *Compressa matre rebellis*] Raphaelengius cum viro incomparabili, *compressa*: nulla opus metatione: post terram enim a se tactam pressamque vires Antæus recolligebat: obstat præterea membranarum auctoritas. *D. Heins.*

Compressa matre rebellis] Late hanc fabulam exsequitur Lucanus, ut velut dedita opera eam describens lib. iv: Albericus barbaro ævo satis argutus Mythologus: ‘Antæus erat Gigas filius Terræ, cui mater concesserat ut quoties terræ prostratus oceumberet, viribus duplicatis exsurgeret. Cum hoc Hercules pugnans in lucta, eamque bis prosternens, comperit illum exurgere fortio-rem. Unde illum brachiis apprehendens elevatam a terra constrinxit ad pectus, et tandem tenuit suspensum donec deficiens exspiraret.’ *Barth.*

289 *Fulmine*] Ignivomo: de quo legitur: ‘Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus,’ &c. *Delrio.*

Resonat Creta] Celebrabatur, famosa erat. Virgil. lib. vii. 'Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduus resonat cantu.' Barth.

292 *Latia quicquid ditione subactum Vicit*] Videri vult omnia viva subdita Romanæ ditioni esse. Quamvis enim rem aliter se habere scirent, ita tamen loquebantur. *Idem.*

293 *Primis Ganges horrebat Iberis*] Occidentem primum vocat a dignitate Romani Imperii, cujus sedes illic vetustissima. Sic Primum Occidentem non loco sed auctoritate dicit. Nam alioqui prior Oriens, ut Virgil. de Aenea: 'Arma virumque cano Trojæ qui primus ab oris.' *Idem.*

Et a primis, &c.] Quotquot eum sinum terræ incolunt, qui ab initio Orientis ad Occidentis usque finem porrigitur. *Delrio.*

294 *Hoc neque Geryones*] Non Geryon: recte Raphaelengius: et confirmat primus Vatican. et prima editio. *Geryon* quidem bis Seneca dixit in Tragædiis, sed secunda syllaba correpta: æquabant etiam ex primo Vaticano aliaque nonnullis, non æquabat legendum. *D. Heins.*

Turbidus Orci Janitor] Cerberus extractus inter labores Herculis. Virgil. lib. viii. 'Te Stygii tremuere lacus, te janitor Orci.' Barth.

296 *Vix Hydra*] Id est, Hydra ipsa. Collectio in unum versum pluribus modo narratorum. Et hæc modo suo constricta, orationem magnificam non dedecet. Estque ita aliquoties a nostro Poëta cum gratia usurpata. *Idem.*

Scyllæque fames] *Canes* Regius et Oxon. placet. Nota de Scyllæ canibus fabula, quorum meminisse plerumque poetæ solent, quoties Scyllæ meminerunt: noster lib. i. in Eutrop. 'Scylla novos mirata canes.' Laude Serenæ, 'quot stagna Charybdis Armavit, quot Scylla canes.' Silius, l. v. 'Scylla super sævosque canum pandebat hiatus.' Lib. xiv. 'Scyllæ

tacuerunt canes.' Ovid. Fast. iv. 'Et vos Scyllæi naufraga monstra canes:' atque ita alii.

297 *Sed moribus impar*] Nemo hoc nesciat dispares mores esse vitiorum atque virtutum; Lucanus, lib. ix. 'Tunc respicit omnes In cæta motuque viros.' Et sane non de moribus, sed de pugna contrariarum inter se partium loquitur Poëta. *Sublime* autem certamen dixit quod ad clavos Reip. gereretur, omnium animis in eventum arrectis, et gloriosum, celebre, notat. Horat. 'Sublimi feriam sidera vertice.'

Sed moribus impar Virtutum scelerumque fuit] Tres scripti motibus: quod Barthius amplexus est: nil motto: *mores incidiæ* apud Martialem: *mores æquoris*: de quibus eruditè Gronovius Diatribes Statianæ, c. 29. *D. Heins.*

301 *Infesto celo*] Aëre. Lucret. lib. vi. 'mortifer ventus Aëris emensus spatium camposque natantes.'

302 *Primos pecudum depascitur artus*] Ita meliores scripti: non primo: lib. i. in Eutrop. 'rebus Eois Exitium primoque sibi produxit.' lib. ii. in Stilich. 'primam scelerum matrem trudit Avaritiam:' sic utroque loco cum membranarum legendum. Virgil. lib. vi. 'primam qui legibus urbem Fundabit.' Ita citant Grammatici, et Spartianus in vita Hadriani, non primo: nec aliter illic optimus Medicus. Silius, lib. x. 'Jam maria ac terras primamque invaserat urbem.' Cicero Philipp. ii. 'ut eum primum nominem ex illius temporis consularibus: non primo, optimæ membranæ. *D. Heins.*

303 *Urbesque rapit*] Habitatores. Barth.

Ventisque perustis] *Venisque* excerpta Pomponii Læti: quale mendum ex Nasone sustulimus Met. vii. 567. hoc loco tamen nil mutari placet. *D. Heins.*

306 *Avidus prædo*] Symmachus,

lib. iv. Ep. 14. *Barth.*

'307 *Ardent prosternere vires*] Sic scripti omnes, non *audent*. Statius; 'Sternere, farre domos ardent.' amat valde noster id verbum: alibi de leonibus, 'alacres ardent cum sternere tauros:' sic *calent prosternere* de leonibus in simili comparatione Epistola deprecatoria ad Hadrianum: 'Quæ stravisse calent, eadem prostrata relinquunt.' Ita enim illic loci monebitur in optimis membranæ extare: *flagrant elidere*, lib. ii. in Rufinum, vs. 437. præeuntibus priscis exemplaribus castigavi. Silius, lib. iv. 'Marte probare genus factisque Lacona parentem Ardebant.' Noster libro proximo, 'Illyricis ardet succurrere damnis.' Apud Virgil. *Æn.* xi. 895. 'primæque mori pro mœnibus ardent.' Ita optimæ membranæ, cum pari modo *audent* illic etiam loci in vulgatis libris circumferatur: sequenti versu pro *Jam gentes, Jamque Getas* Gyrard. ac Lucens. cum Pricæano et Læti excerptis: et pro *receptat*, nonnulli *retentat*: nihil muta. Laudib. Serenæ: 'gentes quas fœdere Roma recepit.' *D. Heins.*

308 *Gentes*] Alienos ab Imperio Romano, Barbaros.

Gentes Istrumque movet] Propter Rhadagalsum Scytham hoc dicit, qui a Rufino cum cc. millibus Scytharum et Gothorum in Italiam excitus venit. Orosius, vii. 37. Is autem Radagalsus a Stilichone exercitu deletus captus est; Rufinus autem tum jam receperat meritis pœnas, ad urbis CP. obtruncatus.

Receptat] Recipit. More Poëtarum. Virg. l. x. 'hastamque receptat Ossibus hærentem.' *Barth.*

310 *Descendit*] Daciam montanam innuit. Et omnis iste tractus Getis, Dacis, Tauriscis, Thracibus, quondam cultus, montibus præaltis habitatus. Vide Strabonem, l. vii. Plin. iv. 12.

Mixtis] Unus enim jam dum Plinii ætate idemque populus erat. *Barth.*

Mixtis Dacis] Daci, populi Septentrionales, Gothis vicini. *Iisd.* xxiv. 4. sub Arcadio et Honorio AA. parebant Romanis, tamen sub Augusto nondum victi. ii. Georg. 'Aut conjurato descendens Dacus ab Istro:' quare et idem Augustus expeditionem in Dacos meditatus est. Sueton. in eo cap. 8. Flor. l. iv. c. 12. Iidem aut rebelles sub Nerone, aut nondum subacti. Senec. Thyeste Act. iii. in choro: et qui sub eodem scripsit Senec. epist. 71. fine: ut ~~bellissimos~~ eos celebrat: neque enim puto *Dahas* legendum. Dacos non superavit, sed tentavit tantum Domitianus, licet adleitur Stat. lib. i. Thebaid. princ. 'et conjurato dejectos vertice Dacos.' Veruntamen a Trajano primum domitos, præter historicos, noster de vi. Cons. Honor. 'Dacia bellipotens quum fregerit Ulpius arma:' deque his idem triumphavit: de vi. Cons. Hon. 'Alta quod invectus stratis capitolia Dacis.' *Dempst.*

311 *Cornipedes in pecula vulnerat*] Omnium fere Thraciæ Scythiæque gentium apud Poëtas consuetudo sanguine equino lacti mixto pro potu uti. De Massagetis pariter Seneca Cædipo: 'Lactea Massagetas qui pecula sanguine miscet.' *Barth.*

312 *Patriamque bibens Maotia Alanus*] Quidam scripti, *patriumque bibens Maotis Orontem*: ut Mæotides fœminas intelligat: quomodo apud Senecam Troad. *Tenaitis et Maotis*: et Ovid. 'Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis:' sed nihil illis cum Oronte: proba igitur vulgata lectio: at Lucensis liber pro *patriamque, casamque*: optime. Statii illa respexit Theb. xii. 'Et tristes ducuntur equi truncæque bipennes, Quis memora et solidam Mæotida cedere suetæ:' *solidam*, glacie concretam. Noster infra lib. ii. 'per terga ferocis Danubii solidata ruunt:' *frangere* lib. ii. de Raptu dixit: ut hic *cadere*: 'sive forte rigentem Thermodontiaca Ta-

anin fregere bipenni.' Sidonius Panegyrico Majoriani: 'Ligerimque bipenni Excisum per frustra bibit.' Idem Panegyrico Aviti, 'savus in pocula, fracte Sicambris, Rhene tinnens:' sic et apud Statium Protrepticus Crispini: 'Rheni fracta natabis Flumina.' *D. Heins.*

Maetia Alanus] Josephus, lib. vii. Halos. c. 27. Egeaipp. lib. v. cap. 50. 'Per idem tempus Alani gens fera et diu nostris ignota, quod interiorum locorum difficultate et claustris portarum ferros, quam Magnus Alexander prærupit Tauri Montis imposuit iugo, cum cæteris feris et indomitis introrsum gentibus cohibebantur. Incolebant Scythicum Tanaïm, finitimæque ejus et Mæotidis paludea, velut quodam carcere clausi memorati Regis ingenio ut suas terras exercebant, alienas non incursarent.' Bellica autem laus hujus gentis celebratur a Claudiano nostro alibi non uno loco; quo refero quod Marius Victor canit ad Salomonem celeritatem ejus laudans: 'si quid vastavit Sarmata, si quid Vandalus incendit, velocique abduxit Alanus.'

313 *Gaudet pinxissæ Gelonus*] Vibius Sequester: 'Geloni Thraciæ populi picti corporis parte:' Virgilius Georg. ii. 'Easque domos Arabum, pictosque Gelonos:' Servius, 'Stigmata habentes.' Et id clare ei genti peculiare facit Claudianus. *Barth.*

314 *Rufino collecta manus*] *Collata* Isingria. et decem ex nostris. Lucan. lib. i. 'Ipsam omne auxilium collataque signa ferentem, Nec qualem meminere vident:' nostrarum bello Gildonico: 'Qui stetit, æquatur campo, collataque nescit Majestatem acies.' *D. Heins.*

Rufino collecta manus] Contra Stilichonem pro Honorio Orientem recipere cupientem, Zosimus, lib. v. narrat omnia quæ huc faciunt. Nam multitudinem Barbarorum illam immensam Rufinus excivisse scribitur,

licet mors ejus adventum hujus præverterit.

315 *Innotuitque moras*] Idem hoc de Alarico obicitur vel imputatur Stilichoni ab Orosio et ejus associis Chronologis. Me si quis sententiam roget, dicam non credere. Non occidit Alaricum, non delevit ejus copias, ais, cum posset? Sane prudenter. Et contra Rufinum enim, et contra Constantinum, tyrannos, irrumpentesque barbaros, eo uti volebat; quod consilium ejus clare apparet ex Zosimo. Cum enim omnes fere evaderent bello Alaricum persequi, ille dum pecunia placandum dixit, cum Radagaisum modo delevisset. Quo scæ? Ut molitionibus ineptorum hominum, Rufino et Eutropio succedentium in Arcadio moderando, obviam iret, utque Constantinum jam Arelate regnantem eo misso provincia expelleret, et hoc quidem urgebat cum extrema pericula illum felicitati suæ exemerant. Eucherio, ais, imperium parabat. Minime vero, cum et hostis ipsius Zosimus testetur nunquam Tribuni Notariorum dignitatem illi altiore induluisse, unde sane ad Imperium nullus omnino gradus erat. *Barth.*

316 *Geticas straxisset dextra catervas*] Sic Lacensis: vulgo *dextera turmas*: infra lib. ii. 'Geticis Europa catervis Ludibrio prædæque datur:' in Epigrammat. 'Sic Geticas ultrix foriat rhomphæa catervas.' *D. Heins.*

317 *Ulla Ducis socii lethum*] Est *Promotus*, de quo hic sermo, Dux reipublicæ utilissimus, scelere Rufini impactum colaphum ulciscens, interfectus, non aliter quam Drusus postquam alapam duxisset Sejano, ut scribit Tacit. Annal. iv. Ejus historiam habes apud Zosim. lib. iv. 'Ex his autem quibus erant commissi magistratus summo apud Theodosium loco erat Rufinus,' &c. *Barth.*

321 *Hunnorum laturus opem*] Ita meliores constanter: quidam *ablatus*

rus vel *ellaturus*: quos nollem audire vel Barthius: nam *ferre* et pro *auferre* et pro *afferre* frequenter ponitur. D. Heins.

Hunnorum allaturus] Hunnos enim accersisse Rufinum, rebus Getarum Stilichonis victoria accisa, dicit, an ex communi fama nescio; certe cum Rufinus occideretur non longe aberant. Hunnorum militia tum apud Romanos magni aestimabatur, Stilicho enim ipse armigeros ex his lectos habebat. Zpsim. lib. v.

323 *Max se conjungere*] Coniuncturas esse. Est figura commutati temporis in sermone, qualis auctoribus optimis familiaris.

Invisis] Principi, Reique Romanæ, quibus illudebat Proditor imperii. Barth.

Conjungere castris] *Dextris* Moreti prior: quomodo et infra lib. II. milites vocat: 'tradisne tuas, dæx optime, dextras?' sed *ad dextras* paulo ante præcesserat. D. Heins.

323 *Est genus extremæ*] Hunnorum descriptio hæc videtur esse eruditiss. Ammian. I. XXXI. 'Hunnorum gens monumentis veterum leviter nota ultra paludes Mæoticas glaciale Oceani accolens omnem modum feritatis excedit,' &c.

Scythia vergentis in ortus] Ex illis tractibus notissimum plerasque omnes eas gentes venisse, quæ Romanum Imperium pessumdederant, Gothos, Alapos, Herulos, Gepidos, Huanos, Gothanos, Caycos, et magnam vim aliarum, quarum ipsa etiam nomina Romano ori portentosa sint. Barth.

324 *Que non famosius ullum*] Ita scripti omnes, prim. Vatic. et Pricæano exceptis, qui *animosius*. Mazarin. *violentius*. Vulgo, *deformius*: max *turpes habitus*, non *tristes*, quatuor vetricimi: cur *turpes habitus*, addit causam illis, *frontemque securi* Ludus: sic enim optime Lucensis et primus Vaticanus cum Isingriniano: alii multi ex melioribus *frontemque secure* proxime verum: nonnulli cum vulga-

tis *fratresque secure*, vel *fratrumque secure*: noster bello Get. de Alanis: 'reacissimæ comitis Gloria fodati splendet jactantior oris:' quæ illio vera lectio: ut nihil omnino causum sit, cur hoc loco de vera lectione dubitet Barthius. Recte ergo *turpes habitus*, cum nihil æque probrosum apud Romanos haberetur, quam facies stigmatæ notata, quæ delatorum olim ac calumniatorum pœna, et servus propria: notus iste barbarorum mos: sed nec recte codices quidam mox pro *occisos pulchrum jurare parentes*, præferunt *jugulare*. Per manes parentum jurare pulchram his, quos tamen ipsi occiderant. Alaricus bello Getico: 'Non ita dii Getici faxint manesque parentum.' Patres senio oppressos ac viribus defectos a liberis occisos notum: qua de re capiendus et emendandus Val. Flaccus, I. VI. 'Aut mecum mediam, juvenes, agite ite per urbem Argolicamque mantum, aut charis occumbite natæ:' sic recte veterimus Vaticanus, et Carrionis liber: quod ille non intellexit. Vulgo, *aut clavis occumbite factis*: ante dixerat: 'Magnanimis mos ductus avis, haud signa mortis Jura pati, charæ sed dextra occumbere prolia.'

325 *Obsecraque viæ*] Talium enim obvia facies pro malo omine habebantur. Priore in Estropium: 'cum pallida audis Osibus horrorem dominis præberet imago Decolor et macies occursum læderet omnes,' &c. Barth.

326 *Namquam cessura labori*] Ammianus, I. XXXI. legendus. Idem.

327 *Vilanda Cervæ*] Velut ex lege quapiam. Radicibus enim tantum herbarum, et semicruda cujusvis pecoris carne vescabantur, ut ex Ammiano retulimus.

Fratresque secure] Itaque et Aldus. Belgæ Quatuor, connumerato Deliriano Ma. *frontemque secure*. Ego vere minimo minus probe; quorsum enim frons secta criminis immanissimi loco

componatur parricidio, juramento quopiam jactato? Frustra autem hæc Claudiani ad Historicam veritatem exigas; cum enim fide pleraque Rufini facinora exaggeret, et hostes ab eodem Romano Imperio inductos, quam maxime atroces potest, describit. Potest et *ad secare* retineri, quod Poëtice valet *occidere*. Barth.

328 *Ludus*] Ludus erat, formula loquendi nota Maroni, *Æn.* ix. 'flectere ludus equos.' Sidon. Apollin. *Carm.* v. 'Clypeosque rotare Ludus.' *Carm.* vii. 'albentes niveo sub pectore lunas Frangere ludus erat:' et nostro de *III.* Cons. Hon. 'regumque feroces Exuviae tibi ludus erant.' De laudib. Serenæ: 'Veterum tibi carmina vatum Ludus erant.' *Dempst.*

Jurare parentes] Solenne iurandum concipiebatur per defunctorum umbras: Lucan. de Pompeio, lib. ix. 'per quem nunquam jurare pudebit.' Ovid. *Fast.* ii. 'Perque tuos manes, qui mihi numen erant.' Stat. v. Thebaid. 'Jam ponere manibus aras Concessum, et multum cineres jurare seputos:' qui ritus proflexit a Spartanis ex Demosthene. Quintil. ix. 11. et exemplum notissimum exstat apud Athen. xii. 10. *Idem.*

329 *Nec plus nubigenas*] Non ipsi, ait, Centauri arctius natura juncti equis erant quam Hunnorum gens assuetudine equitandi. Curabant Hunni omnia negotia equis insidentes, et vix stare firmiter solo poterant. Ammianus, lib. xxxi. Barth.

Natura bimembres] Sic ex suo libro Claverius. Vulgo, *biformes*: parum refert. iv. Cons. Hon. 'non ipsi poterant æquare bimembres.' *D. Heins.*

331 *Mobilitas*] Celeritas.

Insuperatique recurvus] Zosimus, libro iv. Barth.

332 *Spumantis ad Hebr]* Alludit doctissimus Poëta turbines et volutiones crebras hujus fluvii, ob quas, antea quam Hebrus Cassandri Regis filius patrem falsa novercæ accusatione eadem intentantem fugiens, in

eo periret, Rhombus vocabatur. *Idem.*

333 *Ante tubas ferrumque precatus*] Quatuor veterimi. Iningr. Gyrard. Lucens. prim. Vatican. cum Puteaneo, *aciemque precatus*. Vulgatam lectionem Statius tuetur Theb. vi: 'Primitias egomet lacrymarum et cædis acerbæ Ante tubas ferrumque tuli.' *D. Heins.*

Ante tubas] Antequam tubæ occiderent, ferrumque expediretur. *Delrio.*

334 *Nubifero seu tu procumbis in Hæmo*] Propter altitudinem, qua quidem omnes ejus regionis montes excellit Hæmus, proximo Rhodope, ut auctor est Strabo, lib. vii. *Procumbere* autem ibi Martem et habitare facit propter perpetua bella quibus inter se gentes illæ digladiabantur. Inde Lucanus 'æterni Martis Alanos' dixit. Barth.

335 *Canagelu Rhodope*] Mons Thraciæ, nivibus diu servatis nobilis in scriptoribus.

Remige Medo Sollicitatus Athos] Quomodo autem Xerxes Persa effosso Atho ex continente tenentibus urbibus insulas fecerit, ipsamque montem remige sollicitaverit, lege apud Herodotum, Diodorum Siculum, lib. xi. Hoc facinus cum Græca vanitate in immensum augetur, tanquam rem maximam celebrare cœperunt et incredibilem Poëtæ, ut et alii scriptores. Virgilius Culice: 'Non perfossus Athos, nec magno vincula ponto Jacta, meo quærent jam sera volumine famam.' Juvenalis, Sat. x. 'creditor olim Velificatus Athos, et quicquid Græcia mendax Audet in Historia.' Barth.

336 *Nigris ilicibus*] Opacis. Virgil. de ramo aureo: 'Talis erat species auri frondentis opacæ Ilice.' Vel, *nigris*, quia, Theophrasto teste, ilices nigram medullam habent, lib. i. de hist. plant. cap. 9. *Delrio.*

337 *Pangæa*] Vibius Sequester: 'Pangæus Thraciæ et Macedoniæ mons.'

Accingere mecum] Socium enim Sti-

lichonem Marti dat in profligandis hostibus, ad felicitatem indicandam. Infra: 'Hinc Stilicho turmas, illinc Gravius agebant.'

338 *Thracas defende tuos*] Thracia fertilis Heroum ora, ut ab Sidonio appellatur. Marti proprium a scriptoribus dedicata erat, utpote hominum præ cæteris animosorum mater, ut scribit Niceforus Callisti, xi. 14. Manil. lib. iv. 'Thrace Martem sortita colonum.' Barth.

339 *Vestita spoliis donabere quercu*] Tropæum inuit, qualia Marti post victoriam e quercu erigebant qui hostem pepulissent. Virgil. lib. xi. 'Ingentem quercum decisis undique ramis Constituit tumulo, fulgentiaque indoit arma, Mesenti ducis exuvias; tibi, magne, tropæum, Bellipotens; aptat rorantes sanguine cristas,' &c.

Vestita] Tecta, induta. Barth.

Quercu] Trophæo.

340 *Pater*] Ex Romanorum persona loquitur. Erynnæ Lesbia: *Χαῖρε μοι Πάτερ θυγάτηρ Ἀφροδίτης*.

Scopulisque ripalibus anni] Inibi habitatio Martis. Papinius, lib. vii. 'Hic steriles delubra notat Mavortia silvas, Horrescitque tuens, ubi mille furoribus illi Cingitur adverso domus inmansueta sub Æmo,' &c. Barth.

341 *Hortatur celeres clamore ministros*] *Celeri clamore* prim. Vatican. et Pomponii Læti excerpta. D. Heins.

Clamore] Quo gaudere Mars sæpissime Homero fingitur. Barth.

342 *Fer galeam, Bellona*] Hæc armatrix et anigra Martis. Papin. lib. vii. 'regit atra jugales Sanguinea Bellona manu, longaue fatigat Cuspide.' Quin prorsus ipsi in conjugium datur Valer. Flacc. lib. ii. 'Intonnit, signumque dedit Mavortia conjux,' &c. Hanc nulli pugnantium parti favere fingebant, sed cædibus ubique delectari: vides apud Quintum Smyrn. lib. viii. *ἡραπα*. Eo respicit quod hujus Dæmonis sacerdotes sese ferro vulnerabant, cruoris visu eam delectari credentes.

Nexusque rotarum] Quibus nectebantur curru rotæ. *Nexus* autem tendere est lora capitibus axis adnectere, quibus currus trahebatur, non enim temonibus erant alligata ea lora, sed capitibus axium, ut clarum ex nummis aliisque picturis priscis. Barth.

343 *Tende, Pavor*] Hic armigerorum Martis unus. *Idem*.

Tende, Pavor] Pavorem et Formidinem Martis famulos facit, Hesiodum secutus. Currum Martis et famulos descripsere etiam Homer. Iliad. 14. qui δαῖμον, φόβον, ἔρδα, τὸν φόβον, πᾶν, contentionem ponit. Et Maro, Æn. viii. 'Tristesque ex æthere Diræ; Et scissa gaudens vadit Discordia palla: Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.' Et noster lib. ii. de laudib. Stilich. 'Carrum Bellona cruentum Ditis exuvias, tendentem ad sidera quercum, Præcedit lictorque Metus, cum fratre Pavore, Barbara ferratis innectunt colla catenis, Formido ingentem vibrat succincta securim.' Dempst.

344 *Urgete manus*] Operas, pro quibus manus ipsas dicunt scriptores. Barth.

345 *Ad bellum Stilichon*] Cum aspiratione ubique scribendum id nomen: quomodo fere antiquæ inscriptiones; quicquid Barthius obloquitur. Græcis *Στελιχών* male ergo Portus apud Suidam *Στελιχών* reponi jubet. Scripti etiam nonnulli cum Pomponianis excerptis *Stilichon*, tam hic quam alibi, Græcorum more: quomodo etiam *Gildon* et *Aquilon* iidem non raro scribunt. Sequenti versu *Ditet* et *suspendat*, non *ditat* et *suspendit*, legendum puto. Paulo ante *frena rapidos* pro *frænet* duo Medicei: bene: superiora confirmant. D. Heins.

346 *Arbore*] Tropæa de lignis facta.

Cristas] Galeas hostium cristatas. Virgil. lib. xi. 'Mesenti ducis exuvias, tibi, magne, tropæum; Bellipotens; aptat rorantes sanguine cristas.'

347 *Communes semper hæræ*] Ut non interruptum cursum victoriarum Sti-

liebonis designet. *Barth.*

349 *Campo*] *Aciei. Idem.*

350 *Turbas, illinc Gradivus agebat*] *Turbas agebant omnes fere scripti: sequor: approbavit et Barthius. D. Heins.*

351 *Et clypeis et mole parcas*] *Clypeus, cum armati fere totum corpus tegat, ejus molem ipse ingens præcipue representat. Papinius, lib. vii. vs. 310. Molem autem dicit, ut humano corpore majorem Heroem suum faciat. Virgil, 'ingenti mole Latinus Quadrijugo vehitur curra.' Figmentum autem eo pertinet, ut opinio divinitatis quædam Stillicioni concilietur. Deis enim formas quidem humanas, sed communibus tamen hominum majores, ascribant, et ita viris Principibus sapientia et virtute.*

Stat cassis utrique] *Tò stare horrorem infert, velut constitisset minabundus, vel ut minaretur fulgor in galea. Legendi J. Durantius Variarum, II. 15. J. Gulielmus Verisimilium, I. 21. ut et Adr. Turneb. lib. xxxii. Adversar. cap. 32. Barth.*

352 *Sidereis hirsuta juba*] *Juba prim. Vaticanus: ut fortassis a manu Claudiani sit, Sideres hirsuta juba. D. Heins.*

Loricæque cursu Æstuat] *Cursum Tholozanus: eleganter. In primo Vaticano sic etiam a manu prima videbatur fuisse: nam post tò cursu litera una erat erasa: cum accusativo etiam id verbum Statius conjunxit: 'Piscæque domos non æstuat anuum.' Et Prudentius Hymno Laurentii, 'quid ille fervens ambitu Sitemque honoris æstuat.' Sic vere antiquissimus Puteanorum codex ante mille et plures annos litteris majusculis Romanis scriptus. Vulgo, *Sitique.* Idem Cathem. Hymn. x. 'Rex ipse Coos æstuantem muricæ Lenam revulsa dissipabat fibula.' ubi male Torrentius, *Coos exæstuantem muricæ.* Idem.*

Sidereis hirsuta juba] *Instar siderum*

fulgorem quæmpiam emittens. Sarpis de Heroum suorum armis talia Silius Italicus. Virgil. lib. x. 'Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma Fnaditur, et vastos umbo vomit aureus ignes.' Barth.

Hirsuta juba] *Cassides pellibus hirsutis ornabantur, docuit abunde Lipsius de militia Rom. Silius, lib. iii. 'Ore ferarum Et ricta horrificant galeas.' Propert. lib. iv. El. 11. 'Et galea hirsuta compta lupina juba.' Stat. lib. vii. 'Tela rudes trunci galeæ, vacua ora leonum.' Sed et peninis: noster de vi. Consul. Hon. 'Quod picturatas galeæ Junonis aristas Ornet avis.' *Dempst.**

353 *Satiatur vulnere cornus*] *Ita loquebantur veteres de armis Heroum, quæ instar animantium quorundam cupere cædem hostium dicebant. Sic et Esaias cap. xxxiv. 'Quoniam inebriatus est in cælo gladius meus. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe,' &c. Barth.*

354 *Acrior interea voto*] *Hoc est successione voti. Sic roturus, quod minus notum, felicem sonat. Apuleius, lib. v. 'cunctisque oculus tecum relatis votivis neptilis hominem te jungemus homini.' Et sic contra devotare est infelicem aliquem reddere. Idem.*

Multoque Megara Luxuriata malo] *Non multis malis scripti: si primum Vaticanum et excerpta Pomponii excipias: acrior etiam voti pro voto corrigendum puto, quomodo sæpe Claudianus. Exempla ex aliis scriptoribus congestit nonnulla Barthius ad vs. 377. hujus libri. D. Heins.*

355 *In arce*] *Aulæ Imperatoris, ut supra vs. 52. vel et poli aut cæli, quæ ubique Poëtis in ore est. Arx vero quivis tutus monitus et editus locus. Barth.*

356 *Diroque prior sic ore laceasit*] *Ita quatuor veterissimi: vulgati, atque prior diro: mox renovatæque sæcula rursum non revocatæque rursum primus Vaticanus. D. Heins.*

357 *En tibi*] Etiam Foris ipsius omnium malorum auctricis sermone blanditur principibus suis, aureum seculum eorum temporibus tribuens, homo ad adulandum factus.

Revocataque secula rursus] Παρόλιν τὸ ρεύσας. Apuleius, lib. III. 'nec qui laverim, qui tarserim, qui domum rursus reverterim præ rubore meminî.'

360 *Barbaricis*] Barbararum nationum irruptionibus, quas excivisse Rufinum supra dixit. *Barth.*

363 *Sortemque meam*] Portionem, quasi sorte divisæ essent regiones. *Idem.*

364 *Vergit in Austrum Signifer*] Zodiacus circulus signifer, a signis duodecim nomen habet. *Plin.* lib. II. cap. 4. et cap. 16. 'hinc connexa latitudinum signiferi obliquitatisque causa est.' et cap. 77.: 'positio signiferi circa media sui obliquior est.' *Tull.* ex *Arato*, lib. I. de *Divinat.* *Serv.* ad *Georg.* I. 'Obliquus quæ se signorum flecteret ordo.' noster de *sphæra Archimedis*: 'Percurrit varium meatitus signifer annum.' *Lib.* I. de laudib. *Stilichonis*: 'nec dubiis titubavit signifer astris.' *Dempst.*

365 *Sedes vicina leonî*] Cessat videlicet, quod ἀπὸ κοινῆς advocandum ex sequenti versu. *Barth.*

366 *Jamdudum gemina cecant*] Sic ed. *Vicent. Gyrard. Patavin. Eccles. Cathed.* excerpta *Pomponii*, et *Claverii* codex, qui tamen *egelida* præfert. Sed docere nos debuisset, cur *egelida* libra vocetur. *Vulgati gelida.* *Lucena.* et *Regius gelidaque vacant.* *Lego, geminaque vacant:* ut *Lucan.* lib. I. *para atheris illa sereni Tota vaet:* ubi plura habes in hanc rem. *Distinctione etiam locum juvenis.* *Barthianum sedes pro sedes* quid sibi velit non assequor. *D. Heins.*

Gemina Libræ] Injustitiam enim qui vel pingunt vel fingunt, τὰ ζυγὰ καὶ τὰ οὐαδύα addunt, indicantes cuncta illam hominum facta cogitationeque

Dolph. et Var. Clas.

οὐαδύα καὶ ζυγοστάται. *Gemina* ergo propter duas lances a statere jugo æqualiter dependentes: tum quum Sol in Libræ domo versatur, diei noctisque vices æquales esse. *Sin gelida* legas, dicendum, quia autumnale signum, et ideo frigidum. *Delrio.*

369 *Tuus iste*] Tò iste ignominiosum est. Eo enim utuntur scriptores cum ludibrio adversarium habent, aut contentus gratia nomen reticent. *Barth.*

370 *Ipsumque fatigat athera*] *Virgil.* 'et cælum territat armis.'

371 *Nec vili moriens condetur arena*] Indicat Rufinum, diis et hominibus invisum, ne villissima quidem arena sepultum iri; quæ certe extrema et miseria et poena. *Horatius*, lib. I. *Od.* 28. *Arenæ* autem tenuis inspersio quamvis sepultura non erat, jussu tamen ejus obtinebat persuasione *Paganæ* superstitionis. Unde *Archytas* precatur apud *Horatium*: 'Quamquam festinas, non est mora longa, licebit Injuncto ter pulvere curras.' *Barth.*

373 *Jamque aderis*] Quasi divinitus rebus infelicibus *Sospitator* adventurus. *Idem.*

375 *Fratre corusco*] *Glorioso*, illustri. *Sidereum* sæpe *Heroem* vocat eodem sensu. Alluditur simul juvenilis decor, quem ubique in principum ætate illa laudat adulator. *Idem.*

374 *Qui subiget*] *Subigat* et *proterat* *Lucens.* rectius: qui proteret, non et *Moreti* prior, nervose, et sic *Rapheleng. D. Heins.*

375 *Asper*] *Glacie* concretus, frigidissimo enim loco situs, unde et quondam *Arctaro* huic fluvio nomen fuit, ut auctor *Plutarchus* περὶ νεραίων. *Barth.*

376 *Pontemque pati cogetur Araxes*] *Fluminis* pernicitas et violentia proverbium quoddam de re maxime operosa et gloriosa *Poëtis* dedere, *Araxem* ponte sternere. *Virg.* lib. VIII.:

4 L

'pontem indignatus Araxes.' *Araxis* autem nomine postremis seculis *Parthia* seu *Persia* omnis censebatur. *Idem.*

377 *Graribus ferri*] *Idem* ac si *ferro* dixisset. Sic Horatius, lib. III. Carm. 27. 'abstineto, Dixit, irarum calidæque rixæ.' Statius v. *Silvarum*: 'laudum festinus et audax Ingeniil.'

Religata catenis] Exemplo Virgilii: 'furor impius intus Sæva sedens super arma et centum vinctus ahenis Post tergum nodis fremet horridus ore cruento.' Intelligit autem altissimam pacem quam Theodosius Magnus confecit Imperio priusquam excessit: de qua Orosius, lib. VII. cap. 34. *Barth.*

378 *Draconum*] Serpentum. *Idem.*

379 *Tonsa comas*] *Jubas* Oxon. Placet: sic et anguineam Medusæ comam *jubas* Ovidius vocat: *sanguineas jubas* anguium habes apud Virgilium, et apud Plautum Amphitryone, *anguis jubatos*: *condere* etiam pro *claudere* quatuor scripti: non male: nisi quod *condetur arena* præcesserat: *trudere* sec. Vatican. de quo Cons. Olybril, vs. 3. *D. Heins.*

Tonsa comas] Victarum gentium effigies in dehonestamentum detonsæ in triumphum ducebantur; hinc *tonsus* victum, triumphatumque designat. Propertius: 'Quorum sub titulis Africa tonsa jacet.' *Barth.*

380 *Tellus communis erit*] Ut fuisse aureo seculo tradunt quicumque illud Poëtæ descripserunt. *Idem.*

Tum tellus] Omnia hæc de sæculi aurei felicitate translata sunt ex lib. I. Metam. Fab. 3. Tibull. lib. I. El. 3. Senec. Octav. act. II. scen. I. *Valgata* sunt omnia. *Dempot.*

381 *Discernetur ager*] Sidonius: 'indescritosque per agros Fragrat odor.' *Barth.*

Vomere sulcus adunco] *Obunco* Delirii codex et ex nostris nonnulli, cum primo Vaticano et Pomponii excerptis. *Frangetur* etiam pro *Findetur*

duo scripti: ut apud Alcimum Avitum, lib. III. 'Aut si frangenti cedens succumbet aratro.' Maro, Ge. I. 'rastris glebas qui frangit inertes.' Ge. III. 'Et campum horrentem fractis invertere glebis.' *D. Heins.*

383 *Rorabunt querceta faris*] *Favos* eleganter unus Mediceus, et pro diversa lectione primus Vaticanus. Plinius, lib. XVII. cap. 10. 'Si roraverit qualemcumque imbrem:' sic 'rorantem saxa cruore' Silius lib. X. modo tamen diverso. Val. Flacc. lib. V. 'densæque sequuntur Pleiades, et madidis rorant e crinibus ignes.' qui locus vulgo mendosus circumfertur: quanquam rō ignes primi casus esse illic potest. Apuleius Metam. II. 'Licet Venus ipsa fuerit, et toto Cupidinum populo stipata, et baltheo suo cincta, et cinnama fragrans, et balsama rorans, calva processerit.' Fulgentius initio Mythologiæ: 'Ubi guttas florulentæ mane rorant purpuræ. Humor algens, quem serenis astra sudant noctibus:' qui posterior versus ad verbum pæne desumptus est ex Auctore Pervigilii Veneris: 'Humor ille, quem serenis astra rorant noctibus.' Ausonius in Eclogis: 'Quem sequitur nebulas rorans liquor altus Aquarū:' pro irrorantem. sic et Propertius, l. IV. El. 1. 'Quam nebulosa cavo rorat Mevania campo.' Ita vetus codex meus: sic et *manare* cum quarto casu jungebant, de quo ad Nasonem, Met. VI. vs. 312.

Stagnantia passim Vina fluent] Elegantissime hoc expressit Sidonius: 'Et sine se natis invidit pampinus uvis.' Pariter vero Deus Optimum Maximus populo suo promisit Terram lacte et melle fluentem, hoc est, naturali ubertate præcellentissimam. Ex ea vero promissione quis negabit Ovidium suum suavissimum illum versiculum duxisse? 'Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant,' &c. *Barth.*

384 *Oleique lacus*] Apposite ad na-

turam olei. Junxit autem vinum oleo, quod his duobus, pane quidem adintellecto, contenta possit esse vita humana. *Barth.*

385 *Velleribus quaeretur honos*] Non honor scripti: Reg. et Oxon. *ovis*, cum

uno Vatic. *D. Heins.*

387 *Videbunt virides*] Risum viridibus dat, quia oculis humanis is color gratissimus, et solius præterea hominis ridere est. *Barth.*

IV.

IN RUFINUM LIB. II. PRÆFAT.

Secuti auctoritatem *Lucens.* Gyrald. et aliquot aliorum codicum, præfationem, quæ bello Gildonico præfixa hactenus legebatur, huic loco inserendam curavimus. Barthius existimat ad aliquem ex deperditis libris pertinere. *D. Heins.*

2 Pro *permissis choris* perperam *permixtis* ante legebatur contra fidem meliorum codicum: diximus, iv. Cons. Hon. vs. 618. *permissis rotis* pro diversa lectione prim. Vatican. Paulo post: *Et Geticum sensit*, cum Claverii libro

meliores nostri, non *Gildonis sensit*: unde patet hanc præfationem ad Gildonicum bellum non pertinere: paulo ante pro *magis deteriore velat*, idem prim. Vatican. pro diversa scriptura, *canat*. Idem.

12 *Et Geticum, &c.*] Imperiti homines, licet alterius sæculi, quum viderent hunc librum de Gildone agere, nomen Gildonis substituere ausi sunt; quod fuit in causa, cur elegans notarum scriptor putaverit hoc proœmium non esse hujus loci. *Clacer.*

V.

IN RUFINUM LIB. II.

Initio hujus libri maximæ res gestæ Theodosio stringuntur, velut tyrannorum expellendorum et Imperii filiis constituendi gratia in terris fuisset is Imperator; quo negotio utroque confecto in cælum redierit.

1 *Jam post edomitas Alpes*] Hoc est, prorsus planeque domitas, uti jam nulla ulteriore pugna opus ha-

beant. Sic in iii. Hon. Cons. 'Ille leveis Mauros nec falso nomine Pictos Edomuit.' lib. i. de Laud. Stilich. 'totidemque diebus Edomuit Rhenum quot vos potuistis in annis.' Corippus, lib. iii. 'Sub quo Vandalici ceciderunt strage tyranni, Edomiti-que Getæ.'

Alpes] Victoriam Theodosii de Eu-

genio intelligit: meminit ejusdem in III. et IV. Consulatu Honorii, aliisque Panegyricis.

Defensæque regna Hesperia] Ab Arbogasto, III. Cons. 'Proh crimen superum, longi pro dedecus ævi, Barbarus Hesperias exsul possederat urbes,' &c.

2 *Merita*] Victoriis enim adiri cælestes sedes gentiles censebant, ex quorum dogmatis ubique etiam de optimis et Christianissimis Principibus loquitur Claudianus. De Sapientibus idem erat judicium, studio enim Sapientiæ mereri cælestia templa putabantur. *Bartb.*

3 *Sidere*] Apotheosin intelligit Claverius; cujus opinionem tamen vulgo hæsisse potius quam ceremonias priscae usu frequentatas sub principibus serio Christianis credibile est. Theodosio autem decedente jam Basilicas plerasque omnes tenebant Antistites Christiani, nec superstilio consecrationum Paganarum supererat. *Idem.*

Adjecto sidere] Valer. præfat. *pateris avitoque sideri par videtur*, id est, Augusto Cæsarique jam diis. Theodosii mortem significat, qui Stilichonem Honorio præposuit. *Sidere* autem, ad ritum apotheoseos, nam principes suos, bonos malosve, gentiles in Deos referebant: noster in bello Gildonico: 'Tum si quos Roma recepit, aut dedit ipsa Deos.' Serv. ad Georg. I. fine. Horat. lib. II.: 'Romulus et Liber nec non cum Castore Pollux,' post ingentia facta deorum in templa relati. Theodosium ergo Poëta ob insignem virtutem in Deorum numerum relatum ait; et vero ascensum ejus in cælum eleganter describit, de III. Cons. Hon. in fine. *Dempt.*

Mundus] Divinas animas mortalium virtute præditorum e stellis oriundas, et in eorum numerum redire, persuasio Philosophiæ Humanæ. Mundus cælum sonat. Sic Manilius mundum meruisse dixit Augustum post Cæsarem, cujus filius audire

gestiebat. *Bartb.*

4 *Jamque tuis, Stilicho, Romana potentia curis, Et rerum commissus apex*] Dubium vix est, ex Imperii partitione et consensu plerorumque scriptorum, Theodosium decedentem Rufino Orientis, Stilichoni vero Occidentis curam, sub adolescentibus Principibus, commendasse. Claudianus vero soli Stilichoni utrumque orbem adscribit, quia noverat hoc eum adfectare, et Theodosii hanc mentem fuisse persuasum voluisse populo. *Idem.*

5 *Rerum commissus apex*] Credibile sane hoc est, nam et Arcadius tum tutore magnopere ob ætatem non egebat, vicennium jam agens; ut ferme assentiar Illustriss. Baronio, qui Suidam et alios de Rufino, tutore ipsi ab Theodosio relicto, scribentes, erroris etiam hinc convincit. *Apex* summam dignitatem notat. Marius Victor: *Tu victor, virtutis apex*. *Idem.*

6 *Utraque majestas*] Majestas Imperatoria jam olim pro ipso principe sumta, velut nominari ipsum minus esset. Tacit. Annal. v. 'questus apud Patres, quod Senatoris unius fraude Imperatoria majestas elusa publice foret.' Ante quidem Populi Romani aut Reipubl. erat, ut notum vel ex formula, 'Majestatem Pop. Rom. committere conservare.' Ejus vero potestate et auctoritate omni in Principem collata, hoc quoque splendidi nominis hujus personæ accessit. Sic 'Augustalis Majestas' apud Justinianum, cap. 3. Cod. Est *majestas* venerabilitas quædam, ipso aspectu animos invadens, præter vulgarem formam cæleste quid et inusitatum præ se ferens. *Idem.*

Utraque majestas] Majestas non tantum Deorum, sed et principum. I. 7. ff. de captiv. L. in pluribus. pen. ff. de just. et jure: itaque 'majestas in omni imperio est.' Tull. pro Aulo Cluentio. Quint. VII. 3. fine. noster in Eutrop. lib. I. 'tenere tractari

pectore nescit Publica majestas: et de Consul. Manlii Theodori, princ. 'nec dignius unquam Majestas meminuit sese Romana locutam.' Fratres sunt Arcadius et Honorius Augusti, filii Theodosii magni. *Dempst.*

Geminaque exercitus aula] Hunc divisasse, partibus licet jam tamentibus, inter fratres Stilichonem, in ejus laudibus recenset, lib. II. v. 96. *Barth.*

Geminaque exercitus aula] Gemina aula, id est, imperium: Constantino-politanam seu Orientale, et Romanum seu Occidentale: nam illa Theodosius moriens distraxit: præter historicos, noster de vr. Hon. Cons. princ. et de III. Cons. sine. et de bello Gildonico: 'Quum subito par Roma mihi, divisaque cepit Æquales Aurora togas.' *Dempst.*

7 *Nec enim patitur sava quietem Crimina*] Conscientiæ læsæ more, quæ quietem non habet, sed e scelere in scelus transit. Salustius de Catilina: 'animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat.' *Barth.*

8 *Pollutaque negant mansuescere fauces*] A feris sanguinariis, quas semel haustum sanguinem semper sitire aiunt. Lucanus lib. I. 'nullus semel ore receptus Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces.' *Idem.*

Negant arescere fauces] Unus Petav. et Med. *mansuescere*: sic apud Lucan. lib. I. 'nullus semel ore receptus Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces:' hic tamen infra vs. 41. *mansuescere* denuo sequitur. *D. Heins.*

9 *Terras*] Mundum, humanas res. *Barth.*

10 *Pacem turbare tumultu*] *Vexare* scripti plerique: probe. jam dictam superiori libro, vs. 65. *D. Heins.*

Pacem turbare tumultu] Tumultui enim turbatio est aptissima.

12 *Fluctus*] Mala cumulo quopiam ingruentia et obruentia rationem, fluctibus æquantur. Sicque vita om-

nis humana nihil censeatur nisi Pontus, mutabilitate rerum omnia alterante. *Barth.*

13 *Premor hinc odiis*] Domesticorum Aulae procernum. Nec mirum omnium odia incurrere qui avaritiæ studio omnia postposuerit. Ipsum etiam principem infensum habebat, si vera sunt quæ subjungit istic Claudianus. *Idem.*

15 *Matura*] Quæ cavei vix jam possint quin in caput meum cadant; non de longinquo minantia, sed eorum imminetia.

Surgunt undique] Supte velut natura. A nubibus in tempestatem undique consurgentibus, aut undarum fluctibus. *Barth.*

16 *Impositi radiant cervicibus enses*] Exemplo Damoclis a Dionysio invitati. Horat. lib. III. Od. 1. 'Districtus ensis cui semper impia Cervice pendet.' *Idem.*

17 *Cuncta novo confundere luctu*] Incendium ruina restinguere, quod nefarie jactavit Catilina, convictus scelerum, exitio propinquus. Tacitus: 'Difficile est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum.'

19 *Solatia letho Exitium commune dabit*] Seneca Troadibus: 'Lentius luctus lacrymaque mordent Turba quas fletu simili frequentat, &c. Ferre quam sortem patiuntur omnes Nemo recusat,' &c. *Barth.*

Solatia letho] *Fato* Mazarinianus: quod magis poetikum. *D. Heins.*

21 *Potestas*] Tyrannia. *Potestas* quandoque injustam et vi usurpatam dominationem notat, qualem in Rufino proponit Claudianus noster. *Barth.*

22 *Si frena remittat*] *Resolvat* Lucens. Gyrard. prim. Vatic. ut nuptiis Honor. 'Nec frena resolvit Gratia.' Vulgata tamen lectio etiam proba. Ovid. Met. II. 'cui victa remisit Frena suus rector.' Trist. El. I. 3. 'Cervicis rigidæ frena remittit equo.' noater vi. Cons. Hon. 'Ergo ubi præclusæ voci laxata remisit Fræna do-

lor: paulo ante *decedam* pro *diocedam* nonnulli scripti. Glossæ Stephani, *decedit*, ἀποθνήσκει: meliores tamen pro vulgata stant. *D. Heins.*

23 *Obijce*] Male uno iota hæc vox scribitur, cum producitur: per licentiam enim altera ejicitur; quod cum in *subicere*, *adicere* viderint, in hac miror non animadvertisse doctos. *Barth.*

25 *Cladem divisit in orbem*] Hæc vera lectio, quam scripti meliores tuerentur et Raphaelengius. Alii, *dimisit*. Vir doctus, qui dubitat, an Latinum sit, *cladem dividere*, crassa nimis Minerva usus est: noster de piis fratribus: 'Divisit vultus cum pietate faber.' Stat. Theb. II. 'Partes pariter divisus in omnes.' Catull. 'Nos alio mentes, alio divisimus anres.' Sic *dividere oscula*, Horat. lib. I. Od. 36. Noster infra, 'Diviso stat quisque loco': quomodo legendum: ut et lib. III. in Stilich. 'omnibus illis Præterea divisus erat favor.' Silius, lib. II. 'Ille vagam cælo divisit sæpe volucrum:' ut recte prima editio: *dividere* dixit, pro jactulo transigere. Adeantur quæ notamus ad Metam. lib. III. Nasonis, v. 380. infra plura. Pro *in orbem*, *in urbes* tres antiquissimi libri: sequor. nisi mavis *clades divisit in orbem*. *D. Heins.*

26 *Nefas*] Bellum nefarium. Lucan. lib. VII. 'Et fâgens civile nefas redivitæque nunquam Libertas.'

Terga Danubii] Glacie solidata. *Barth.*

27 *Expertaque remos*] Sæpius remis navigata. *Idem.*

28 *Caspia claustra*] Κλειδας vocat Dionysius. *Idem.*

30 *Orientis opes*] *Anatolia*: nam Constantinopolitanis Imperatoribus rerum potentibus, Asia minor *ἀνατολή* appellabatur. Potest tamen universus Oriens barbarorum incursibus impetitus intelligi. *Idem.*

Pascua Cappadocum] Ea enim regio, pascua maguam partem, non Cerealis,

et ideo equorum copia nobilis. Solinus, cap. 47.: 'Cappadocia terra ante alias altrix equorum et proventui equino accommodatissima est,' &c. *Idem.*

31 *Volucrumque parens Argens equorum*] *Equarum* sec. Vatican. Virgiliano exemplo; etiam Oiselli liber. *D. Heins.*

Parens Argens equorum] Argens mons Cappadociæ, equitibus celebris. *Barth.*

32 *Jam rubet altus Halys*] De Haly fluvio Herodotus, Strabo, Plinius, &c.

Iniquo Monte Cilix] Taurum, Ciliciæ montem, ob difficultatem transitus iniquum vocat; est enim maximus. Ovid. lib. X. 'per juga montis iniqui Ire comes, longaque alit assuetudine flammæ.' *Barth.*

34 *Adductumque choris*] Syrorum mollities et deliciæ notissimæ, præcipue Antiochiæ, quam alluit Orontes. Unde Juvenalis pulcre de moribus iis Romanam severitatem superantibus: 'Jam pridem Syrens in Tiberim defluxit Orontes.' *Idem.*

36 *Geticis Europa catervis Ludibrio datur*] Omnibus ejus generis populis barbaris parumque tum cognitis. Geticæ enim gentes appellabantur, Honorio rerum potente, Gothi, Vandali, Visigothi, Sarmatæ, &c. ut tradit Procopius, lib. I. de Bello Vandalico. *Idem.*

37 *Frondentis ad usque Dalmatiæ*] Silvosæ. Vide Geographos. *Idem.*

38 *Omnis qua*] Omnis tellus intra Pontum et Mare Adriaticum sita; quæ sit illa videre potes in tabulis, et apud Melam. *Idem.*

41 *Instar anhelantis Libyæ*] *Libyæ* autem pars semper torrida, arenis squalentibus et æstuantibus obsita, nullum humani cultus vestigium agnoscit. Unde *anhelantem* quasi æstu fatiscentem vocat. Martian. Capell. I. IV. 'Hæc autem ex arenis Libyæ anhelantis adducitur,' &c. Vide Macrobius in Somnium, II. 7. Lucan.

l. ix. &c.

43 *Retinet Pelion*] Mira de Panis cantibus et Thessalorum pastorum in hoc sive spelæo sive monte fabulantur Poëtæ Græci et Latini.

46 *Arvaque Mysorum*] *Mysorum* in nonnullis. *D. Heins.*

47 *Cursus solennis*] Solennis temporis cursus: adsueti jam populationibus et incuris Barbarorum, nihil novi sibi videbantur pati. Alibi *gurgitem avi* vocat. *Barth.*

48 *Sensumque malis detraxerat usus*] Nimirum quæ diu passi sumus, vix sentimus, et tempus ipsum consumit doloris sensum. Cicero Familiar. l. iv. 'Nullus dolor est quem non longinquitas temporis tollat atque minuât.' Terent. 'Dies adimit ægritudinem hominibus.' *Idem.*

49 *Eheu quam brevibus*] Divina exclamatio. Confirmationem hujus sententiæ undique ingerit Dei Omnipotentis ordo, cui placet momento uno evertere multis annis parata. *Idem.*

Pereunt ingentia causis] *Fatis* Lucens. et Gyrald. Placet. *D. Heins.*

54 *Urbs etiam*] Homines eam inhabitantes.

Quæ dicitur æmula Romæ] Constantinopolis utique Romæ æmula, nova, secunda, renascens Roma: nam et ipsa toti Orbi Domina. *Barth.*

Quæ dicitur æmula Romæ] *Ducitur* prim. Vatic. *D. Heins.*

55 *Et Chalcedonias contra despectat arenas*] Situm Constantinopolis ex adverso Chalcedonis describit. *Arenas* autem dixisse videtur allusione ad magnam vim earum, qua in altum projecta ampliore urbem Imperator fecit. *Barth.*

57 *Propius lucere faces*] In castris hostilibus, aut excursionibus Barbarorum flammis omnia vastantium. vi. Cons. Hon. 'Mox et per Latium stellarum more videbam Barbaricos ardere focos.' Hinc non raro strategmata fallendo hosti excogitata, igitibus castrorum mentitis aut dissimulatis. Nam ab his æstimabantur

copiæ. *Barth.*

60 *Portus munire carinis*] Junctæ enim et concatenatæ rates idem præstant quod catenæ. *Idem.*

62 *Summoque a culmine*] *E culmine* Gyrald. recte: malim etiam, *summaque*: quomodo prim. Vatican. in quo et *ex culmine*. *D. Heins.*

63 *Spectat certamina campi*] Sic Delrii Cod. unus Petav. et Tholos. cum duobus Vaticanis: *cernit spectacula* Lucens. Isingr. et prim. Vatic. Vulgo *cernit certamina*. *Idem.*

64 *Hunc per vada carula mergi*] *Hunc in vada proxima mergi* Lucens. et Gyrald. *vaga carula* prim. et sec. Vaticani: pro *nurus* etiam *manus* nonnulli, cum Pomponianis excerptis. *Idem.*

Vinctas ire nurus] Miserabilior rei atrocis facies est in *rē nurus*, quod minime mutandum. *Barth.*

Vinctas ire nurus, &c.] Alii *hunc per vada carula mergi*. Susianæ membranæ, *Vinctas ire manus*. Schott.

Per vada] Plus est quam si *in* dixisset. Nam tractum *per vada* nec uno statim loco mersum dicit. *Barth.*

66 *Portis efflare sub ipsis*] *Spirare* octo scripti cum excerptis Pomponii: pro *expirare*: ut apud Val. Flacc. 'Tunc tenuem spirans animam, salvo o mihi longum Expectata manns:' nihil muto tamen: mox scripti totidem *puerumque cruore maternos fedare sinus*; utramque elegans. Vulgatum magis *Clandianeum*. *D. Heins.*

67 *Puerique cruore Maternos undare sinus*] *Puerumque cruore Maternos fedare sinus* in nonnullis: *undante* Farnesianis: ut fortasse scripserit noster, *Puerique cruore Maternos fedante sinus*. *Idem.*

Puerique cruore Maternos undare sinus] Immanissimum supplicii genus in conspectu parentum trucidare liberos. *Barth.*

71 *Præceptis incensa suis*] *Exceptis* Lucens. et Gyrald. argute: solis Ruffini villis parcebatur. Argumentum prope invictum, quo fœderis cum

hoste initi convinceretur. Noverat hoc callidissimus Imperatorum Hannibal, qui cum flammis omnia late dedisset, villas Fabii intactas reliquit, quo suspectum Romanis redderet. *D. Heins.*

72 *Non abnegat hostem*] Lucens. Gyrald. prim. Vatic. et quatuor alii, *abnuat*: vere: ita Virgilius, Silius, Val. Flaccus, alii sæpe: alterum glossema: noster lib. 11. de Rapt. 'vincique suos non abnuat hortos.' Cons. Hon. vi. 'Fucati sermonis opem mens conscia laudis Abnuat.' Laude Serenæ: 'Inque suos migrare virum non abnuat annos.' Ubi eodem modo peccant nonnulli codices. *Idem.*

74 *Vicibus*] Ultro citroque, vicissim, per pares vices. *Barth.*

Permissa potestas] Rectius *facultas* Lucens. et Gyrald. cum pr. Vat. Lib. 11. de Rapt. *cui tanta facultas In me convellit*: ubi plura. *D. Heins.*

76 *Stipatus sociis*] Lege *Stipatus* cum Isingr. prim. Vatic. et duodecim aliis: ut superioribus hæc cohereant: male vulgo distinguuntur. *Idem.*

76 *Armata clientum Agmina*] Potentiam hominis impuri privata maiorem inducit. Stipati enim clientibus incedebant principes, qui nec a sedentibus aberant. *Barth.*

79 *Revocat fulcos in pectore vestes*] *Pectora* prim. Vatic. prior Leid. et unus Petav. cum Pompeianis excerptis et Oiseïano libro: quomodo et Claverius ex suo libro, et ex conjectura Barthius. Silius, lib. XII. 'revocate in pectora Cannas,' cum optimo codice. Statius, Theb. 1. 'Palla et cærolei redeunt in pectora modi': quomodo castigatioribus membræ: non *pectore*. *Idem* lib. 11. 'corvixque recepto sanguine magna redit, fractæque in pectora vires.' lib. v. 'nullæ redeunt in gaudia noctes:' et postea, 'redemtem in pocula Bacchum:' et deinde, 'redeunt in pectora sexus:' lib. VIII. 'cuique sum redire in pectora curæ:' lib. IX. 'Oraque et abeunt redeunt in pec-

tora dextræ.' *D. Heins.*

Revocat] Rufinus, ut gratiam a Getis ineat, eorum habitum imitatur.

Pelles] More atque habitu gentium Septentrionalium fere omnium, ob frigoris vehementiam in locis patriis; unde habitus moresque suos Romanis provinciis intulerant, a ducibus ipsis imitatos per vecordiam, ut de Rufino ingerit Claudianus. Ovid. lib. III. Tristium, Eleg. x. 'Pellibus et satis arcent mala frigora braccis, Oraque de toto corpore sola patent.' *Barth.*

81 *Assimulat*] Scripti nonnulli *Assimilat* cum Barthio: mox *testatur amictu non amictus* Gyrald. et Oxon. quod et Barthius vidit: sed curis secundis damnavit. Lucens. *proclamat amictu*. *D. Heins.*

Mentemque palam testatur amictus] Jan. Gullielm. Verisim. lib. 1. cap. 15. Barbariæ faventem, proditricem Romani Imperii. *Barth.*

82 *Nec pudet*] Nil Oxon. ut Ovid. 'Nil pudet hunc:' pro *currus Ausonios regentem* Fornerius reponi velit *Ausonius curus*: minime audiendus. *D. Heins.*

Ausonius currus] *Curules*. Non vero concluditur hinc Consularem potestatem summissee Rufinum in eum annum, cum illius potentia tanta fuerit, ut omnes magistratus sub se haberit, itaque regnum etiam quasi de proximo affectavit. Loquitur autem per *curules* de omni Romano Imperio, quia stante Republica (cujus formam in sermone semper sequitur Claudianus, juxta quod etiam alibi ait, 'nunquam libertas gratior exstat Quam sub Rege pio'), summum inter ea erat Curule, Consulatus nimirum. Curulis magistratus, omnis major, quia minoribus jus non erat curru in curiam vehi, sed pedibus itabant; unde et pedarii oppositi illis appellabantur. Vide quæ ex Gabio Basso refert Gellius, lib. III. cap. 18. *Barth.*

Nec pudet Ausonius currus, &c.] Licet sciam eleganter de officio Præfecti Prætorio intelligendum, tamen Ms.

mens et Guil. Fornerius præferant, *Ausonius curas et jura, &c. Regere jura*, est Magistratum: sic enim loquitur *Lex II. §. 13. ff. de orig. juris.* Siden. Carm. vii. 'præfectus jura regebat.' Horat. lib. iii. od. 3. 'Roma ferox dare jura Medis.' Noster in Entrop. lib. i. fine: 'Eunuchi si jura dabunt:' ad quem locum plura dicturi. *Dempst.*

Jura] Præfectus Prætorio erat Rufinus, nomine, re ipsa moderator universi Orientalis Imperii; ita autem de summo principatu solebant loqui veteres, *Jus regere*, eum, qui absolutam velut aut ei proximam potestatem gereret, qualem sane habebat Præfectus Prætorio, utpote a quo appellari non poterat, uti auctor Charisius Arcadium cap. JC. un. de Off. Præf. Prætor. *Barth.*

88 *Vestemque Getarum*] Rufino vituperium, quod 'vestem patriam aspernatus, peregrinam induerit:' qua labe notatur ab Hermelao Alexander apud Curtium, lib. viii. et Tiber. August. a Suet. cap. 13. Porro pelliti Getæ, quod confirmatur ex Siden. Apollin. cœtaneo hujus, lib. i. Ep. 2. 'pellitorum turba satellitam ne absit.' Et Carm. 7. 'Ibant pellitæ per classica Romula turmæ.' Rutilius, Itinerar. lib. ii. 'Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat:' noster de bello Getico: 'pellita Getarum Caria,' ad quem locum plura: et de iv. Honor. Consul. 'Castra cruore nectant, moritur pellita juvenus.' Sic tempore Senecæ, Scythæ pellibus vulpium et murium amiciebantur, Ep. xc. et D. Hieronym. in Epitaphio Nepotiani. *Dempst.*

84 *Insignem habitum Latii*] Quo Latialis imperii pars discernerebatur ab aliis aliaram gentium. Munia autem et officia pleraque Romanorum a Togatis expediebantur, quod Toga vestis forensis, et in foro negotiorum cura, unde per summum nefas pellitum juri dicundo præsedisse Rufinum ait.

Toga vero ex usu eo ipsa forensis negotia denotat. Martial. in vitæ Beatiæ descriptione: 'Lis nunquam, toga rara, mens quiescit.' *Barth.*

Latii mutare togæque] *Coacta* Latensis liber: quod secuti sumus. *Latii togati* tamen a Claudiano scriptum pato. *Marcant mutare*, ut alibi, 'dolet ille paterna Bithynos mutasse domo:' se subintelligitur. *Mutare Togæque*, Pricæanus: mox *Marcant pellito captivæ* prim. Vatic. D. Heins.

85 *Pellito judice*] Pellitæ enim videre procures Romanos, indicium certum erat Imperii barbaris occupati; et eorum vicem gerebat hic latro.

Captivæ leges] Velut a Barbaro in potestatem redactæ.

87 *Nam miserie nec flere quidem*] Summa tyrannis etiam doloribus factis fletu interdiceret. Lacrymarum vero malorum levamen aliquod. Seneca Agamemnone, Act. iii. 'Lacrymas lacrymis miscere juvat. Magis exuunt, quos secretæ Lacerant curæ; juvat in medium Desistere.' *Barth.*

89 *Duræ quis terminus unquam*] *Divæ* tres scripti: quod efficacius. D. Heins.

91 *Aut tantis solvet*] *A tantis* multi codices. Forte pro *Ab*: nam olim sine aspiratione scribebant. Meliores tamen *aut*; opinor *Heu*. Mox *negantur* pro *negatur* iidem recte. *Idem.*

Barbarus illine Hinc Rufinus agit] *hæc et æpæ*. Arbitrio suo sursum et deorsum torquet et fatigat. *Barth.*

95 *Heu patriæ, Stilicho*] Claver. de Patria hic Stilichonis inquit. Verum non opus ullis ambagibus, cum Patrem Patriæ tum verum in eo Heroë agnosceret universus Orbis Romanus. *Idem.*

96 *Thalamis proprium genitalibus*] Conveniens, debitum, acceptum. *Genitalis* autem usque adeo thalami nuptialis proprium est epitheton, ut etiam sine eo lectum sponsalem notet. *Idem.*

Prigum genitalibus omni] Non pro-

prium scripti meliores: quomodo legendum Barthins et Gronovius jam viderunt. Adi hujus Diatriben Statianam, cap. 44. Ille curis posterioribus immerito fluctuavit dubius veræ ac genuinæ lectionis. sequenti versu *Hic pro Hac bene scripti. D. Heins.*

97 *Erexit regia tædas*] Ut faustum omen coëuntibus novis nuptis daretur, facies nuptialis moris erat alte elevari a matribus sponsarum. Claudianus alibi: 'Per tædas quas ipsa tuo Regina levavit Conjugio.' *Barth.*

98 *Vel solus sperate veni*] *Superare* uterque Oxon. ac Regius eleganti Græcismo: quo et alludit quartus Vaticanus, qui *sperare* exhibet. Statius, Theb. II. 'Seu Pandionio nostras invisere cædes Monte venis.' Frustra alli, *velis*. Lib. V. 'cui gloria tanta Venimus innumeræ fatum debere cohortes.' Lib. VII. 'Vos etiam nostris, Heliconia turba, venitis Addere rebus opem.' Sic *eo fateri* apud eundem Theb. I. 'Seu fortuna fuit, seu, quod pudet ire fateri, Vis invicta viri.' Ita veterrimus Cantabrigiensis vere; non ore ant *ira*: mox dicit, 'Vobis ventura atque omne quod ultra est Pandere mæstus eo:'. de quo alibi. Martialis: 'Tunc ego non oculos, sed ventrem pascere veni.' B. Eugenius: 'Ut cum flamma vorax veniet comprehendere terras.' In Claudiani tamen loco nil temere mutarim, cum præstantiores libri pro recepta scriptura stent. *D. Heins.*

Sperate] *Æmulatur* desiderium nubentium. *Speratus* enim sponsus sonat.

Te prælia viso Languescit] Summam virtutis extimationem circumscribunt hoc modo auctores optimi. Silius Italicus, l. XIV. 'Laus sola datur si viso vincitis hoste.' Et tale illud Cæsaris, 'Veni, Vidi, Vici.' *Barth.*

108 *Tranquilla in pace locatis*] *Tuta sub pace relictis* Lucens, et Gyrald. *tranquilla in pace relictis* Isingr. et

prim. Vatic. *D. Heins.*

108 *Illic Armenia*] *Illinc* alii nonnulli. Versu proximo pro *Fervida*, *Herbida*, ex Isingrini libro Raphelengius, et ex suo Claverius; optime: nec aliter ex nostris Lucens. Putean. et Bononiensis. prim. Vatican. *Fervida*: ut et Helmæstadiensis. Patavin. *Finidia* mendose: et in marg. *Florida*. unus Ambros. *Rubra* vel *Tenuia*: quod postremum elegans etiam; qualia multa apud Statium occurrunt. Adi notata a nobis ad Nasonem Met. IV. 221. curis alteris. *Herbida velamina*, quomodo apud Martialem; 'Herbarum fneras indutus, Basse, colores.' Statius in Silvis, Epicedio Glanciæ, 'Herbas imitantem sinum' dixit: quæ loca Barthio quoque animadverta; qui *Pervida velamina* insigni nugamento hic nobis non debebat obtrudere. *Idem.*

Armenia ala] Miles inde oriundus. *Vibratis crinibus*] Ferro crispatorum instar vibratorum. Orientalium autem nationum pleræque vibrato crine natura gaudebant. Martialis Spectaculis: 'Crinibus in nodum tortis venere Sicambri, Atque aliter tortis crinibus *Æthiopes*.' *Barth.*

109 *Herbida collectæ*] *Herbidus* coloris herbei viridem designat, qui non inusitatus in vestibus priscorum: vide Martialis. Epigr. I. v. 23. Ex eo discimus viridem colorem in vestitu vilem habitum et pauperiorum apud Romanos, Græcis mulieres meretrices et delicatæ modo talibus vestibus utebantur. *Idem.*

110 *Truces flavo vertice Galli*] Laudem animositatis et bellicositatis Gallis largiuntur omne genus scriptores prisci. Flavum iidem, ut et Germanis, capillum multi adscribunt. Truces vocat imitatione Lucani, lib. VII. 'Inde truces Galli solitum proditis in hostem.' Duras mentes Gallis assignat Lampridius in Alexandro Severo. Animos crudeles, corpora plusquam humana, Florus, Histoe.

I. II. *Barth.*

Flavo vertice Galli] Servius ad *Æn.* VIII. fine: 'Aurea cæsaries olliis.' Galli autem a candore corporis sic dicti: nam γάλα, *lac* significat. *Isid.* XIV. 4. quæ appellatio comprehendit quosvis septentrionis populos, præsertim Germanos, a quibus crines snuebant matronæ Romanæ, ut speciosiores apparerent. *Juvenal. Sat. vi.* *Martial. l. v. Epigr. 69.* quod alibi dicam fusc: nunc tantum locus Silli e lib. IV. ponendus: 'Colla viri fulvo radiabant lactea torque.' *Dempst.*

111 *Quos Rhodanus velox*] Rhodani nobilissimi Gallorum amnis velocitas testata scriptoribus prisca, Araris autem tardior; unde pro miraculo magico memoratur a *Locano, l. vi.* 'Nilum non extulit æstas, Mæander direxit aquas, Rhodanumque morantem Præcipitavit Arar.'

Araris tardior] Et sic mutata per incantationes rerum natura intelligendus *Lucani* locus, qui *Rhodanum Arari confusum* dicit, quod factum aliquando etiam vi pluviarum. *Barth.*

Araris quos, &c.] Galliam *Lugdunensem* notat, ea enim alluitur, imo secatur *Rhodano* rapidissimo amne, nisi *Arar* iufusus vires relentaret. *Mela, II. 5. Plin. III. 4.* 'Fertilissimus amnis *Rhodanus*, rapiens se ex *Alpibus* per *Lemanum lacum*, segnemque deferens *Ararim*.' *Silius lib. III.* 'Spumanti *Rhodanus* proscindit gurgite campos, Auget opes, stanti sinuili, tacitoque liquore *Mixtus Arar*.' *Lucan. l.* 'qua *Rhodanus* raptum velocibus undis In mare fert *Ararim*.' et lib. VI. sensu contrario: 'Rhodanumque morantem Præcipitavit *Arar*.' noster lib. II. in *Eutrop.* 'Qua *Rhodano* stimulatus *Arar*.' *Idem de Cons. Manlii Theod. princ.* 'Lentus *Arar* *Rhodanusque* celer,' &c. nec te moveat, quod *Isid. XXV. 4.* dicat, *Ararim* fluvium esse Germanicæ ex *Marone, Eclog. l.* nam olim confundebantur *Burgundi* cum

Germanis vicinis. *Dempst.*

112 *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus*] *Germanicarum* et *Gallicarum* nationum accolæ, *Rhevenis* tractus, moris habuisse dicuntur, infantes genitos recens fluvio imponere, ut si natæ scirent, vel enatassent alveum, pro legitima sobole haberentur; contra, si cederent flumini. *Barthius.*

113 *Quosque rigat*] *Ligat* sec. *Vatic.* et novem alii ex nostris: quomodo *Giphanium* castigare *Pulmannus* in ora codicis sui annotarat; sed frustra. Nam quod infra vs. 148. legitur, 'quicquid legat ultima *Tethys*;' illic prim. *Vatican.* exhibebat *rigat*. *Cons. Manlii, va. 300.* 'Prima Padum *Tiberimque* ligat.' *D. Heins.*

Retro pernicio] Impellente refluxu Ocean, ut versu sequente docetur. Eam vero repulsionem fieri ad spatium *Leucarum* centum memini legere in *Itinerario vetustissimo*, et *Clandiano* antiquiore. *Barth.*

115 *Mens eadem*] Una et eadem voluntas. Id enim præcipuum est in exercita: 'nam nihil præstare hosti *Fortuna* majus potest, quam hostium discordiam.' *Tacit.*

Animique] Mentem ab animo jungit *Philosophica* doctrina. *Barth.*

116 *Vulnera*] *Injurias*. 'Vetus est versus usua crebritate in proverbium quoddam redactus: *ἄλπος τερπόμεν σάμα, τὸν δὲ τοῦν ὕβρις*. *Rufinus, l. l.* in *Hieronymum*: 'Ad hæc vulnera quæ indignantur ex lingua medicus pene nullus est.' *Idem.*

117 *Præsens tumor*] *Iracundiæ* reliquæ; a mari translatus: ut supra lib. l. 'Ceu mormurat alti *Impacata* quies pelagi, cum flamine fracto *Durat* adhuc sævitque tumor.' *Idem.*

119 *In ducis eximium conspirare favorem*] *In ducis eximii* duo *Vaticani*, et quatuor alii: ut infra: 'Insignemque ducem populus defendit uterque,' *D. Heins.*

Conspirare] In unam venire sententiam.

120 *Xerzem toto simul orbe arcum*] Orbis, maximum Imperium.

121 *Narratur rapuisse*] *Potasse* excerpta Pomponiana. D. Heins.

Rapuisse amnes] Diodorus Siculus, l. xi. Quante vero numero eam copie fuerint, a pluribus scriptoribus varie relatum est: videas Brisson. lib. iii. Persicorum. Juvenalis de exhaustis amnibus historiam innuit Satyr. x. 'credimus altos Defecisse amneis, exhaustaque flumina Medo Prudente.' Barth.

Rapuisse vagos amnes] Xerxis tam numerosæ copie, ut integros amnes epotarent. Juvenal. Sat. x. 'Epotaque flumina Medo Prudente.' Herod. l. vii. numerat fluvios Scamandrum et Onochonum in Thessalia, Simoeata in Phrygia, Chydorum in Bootia, Lysum in Samothracia; et in alio loco ejusdem libri nominat Epidaurum maximum flumen in Achaia; et lacum triginta stadiorum in sinu Persico a jumentis exsiccatum: et nonnihil super ea re Diodor. Sicul. l. xii. sed et illud magis mirandam, tantam exercitum magnificis epulis a Pythio Bithyno exceptum, et frumete adjutum, vestibusque. Justin. l. ii. Herod. l. vii. Oros. iv. 1. tectum autem æquor, pro Hellesponto, quem navibus texit Xerxes, vincula Neptuno minatus. Dempst.

122 *Cum classibus iret Per*] Deciso monte Atho, ponte vero strato Hellesponto. Barth.

124 *Vix Alpes transgressus erat*] Stilicho cum Gallicis in collectitiis aliis copiis. Idem.

Vix Alpes transgressus erat] Lucens, agressus. D. Heins.

125 *Adventumque tremens*] 'Timens nonnulli scripti: quod perperam secutus Raphaelengius: supra l. 1. 'Hoc monstrum non una palus, non una tremebat insula.' Lib. ii. in Entrop. 'mortem penasque tremebant:' at-

que ita sæpe. Idem.

Barbarus] Exercitus Barbarorum quem a Rufino evocatum concedisse ad muros urbis Constantinopolitanæ supra dixit. Barth.

126 *Tutoque includit pascua gyro*] Non video causam ullam cur ista mutem: quia enim plerique barbarorum istorum equestres erant, ut in moribus Hunnorum descriptis supra vidimus, aut maxime pascuis sibi prævidisse. Simul innuit copiarum multitudinem barbararum. Idem.

127 *Tam duplicem fossam*] Non duplici fossa prim. Vatic. eleganter: vide notas bello Gild. vs. 136. Pro tutoque, Oxon. tortoque: alii nonnulli totoque. Locuta etiam cum scriptis melioribus bene Raphaelengius, non locutum: vidit id Barthius etiam. D. Heins.

128 *Asperat alternis audibus*] Est descriptio barbarici munimenti: fossa circumducta duplici, vallum ex egesta humo compingere, ei vallo spatio plaustrum minus distantes pali erant infixi: in vacuum statuebantur plaustra, coriis taurinis obtenta, quam carraginem barbaricam vocant Ammianus, lib. xxxi. et alii. Barth.

129 *Casis juvenis*] Juvencorum pellibus. Idem.

130 *At procul*] Abruptus sermo augeat rei pondus, et imitatio est Maroniana. Idem.

At procul exanguis, &c.] Ex Ma. Dempsteri lege: *At procul exanguem, &c.* Idem.

131 *Infecta pallore gena*] Tenore nonnulli: pnto pro torpore. D. Heins.

Ore gelato Incertus] Metu atque desperatione ob conscientiam scelerum. Cicero in Arato: 'tremulo quatietur frigore corpus.' Petronius: 'Ego autem frigidior hieme Gallica factus.' Barth.

133 *At tantas sese transferret in hostes*] Dubitat Rufinus utrum palam castris hostilibus accedat; transferret

se, transiret. Utrum transiret in tot hostes ab se Republicam factos, et ita palam hostem profiteretur. *Transferre se, transire. Poëticum. Barth.*

Tantos sese transferret in hostes] Fidos alter Leid. Patavin. et Gevart. cum primo Vaticano: argute *Ados* hostes vocat Getas, quos occulto facere Rufinus sibi sociarat. Infoceti interpolatores non intellexere argumentum dictum: sic apud Paulinum Natali Felicis quinto, 'Frande bona fallax animo mentita fidei.' Vide Barthium infra hoc libro vs. 226. Mox pro *purpureis columnis* excerpta Pompeiana *porphireis*. D. Heins.

134 *Quid nunc divitiis]* Philosophica admonitio et digressio: opum quamlibet magnos acervos animi curas non emendare. *Barth.*

135 *Congeries]* Inconditus immanisque acervus. Qualibus divitiarum undique congestarum copiae a Poëta sequantur.

Purpureis columnis] Marmore coloris punicei. Quinque autem marmorum colores præcipue amatos docet Sidonius: 'Hic lapis est de quinque locis dans quinque colores: purpureus, viridis, maculosus, eburnus, et albus.' *Barth.*

136 *Atria]* Horum maxima cura in magnificis structuris, propter multitudinem, quorum agmina in illa patronum prætolari solebant. Statius: 'Montibus aut late Grælis effulta nitebant Atria, congestos satia explicitura clientes.' *Idem.*

Atria, &c.] Hæc non de porticu illa insigni, quam in urbe Antiochia ad placandos cives excitavit, teste Zosimo, accipienda sunt: sed de Bytantino opere structarum admirabilis. *Claver.*

Ad sidera] Sic de magnificis ædificiis Hyperbolice loquebantur. *Barth.*

137 *Audit iter]* Sonitum strepitumque ventantis, imaginatione male consuetum. Petronius: 'Dii Demoque, quam male est extra legem vi-

ventibus! quod semel meruerant, semper expectant.' Sic isti omnis sonus referebat adventum Stilichonis: Paria Solomon, Sapient. c. 17. *Barth.*

Spatioque viarum] Stilicho vero eo consilio Italia moverat, ut occideret Rufinum. *Idem.*

138 *Peste futura]* *Pæss Lucena.* quam Stilicho Orienti esset redditurus. D. Heins.

139 *Nec recipit somnos]* Salust. de Catilina: 'animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat.'

Sæpe cubilibus amens Excutitur] Conscientia meritorum. *Barth.*

140 *Panæque luit formidæ panæ]* Conscientia meritorum noxium animi inat carnificis ipsius torquent. Ovidius pulcre hoc extulit: 'Multa miser timeo, quia feci multa proterve, Exemplique metu torquetor ipse mei.' *Idem.*

141 *Sed redit in rabiem]* Mutatus maximo Stilichonis metu Rufinus, non ultra malos suos mores abstineat quam primus terror externavit; redit mox ad consuetudinem facinororum, et qui vitæ modo incertus erat, jam de Imperio invadendo Principem alloquitur. *Idem.*

Sed redit in rabiem] Sic Isngri. Gyrard. prim. Vatican. et septem ex nostra. Cæteri cum vulgatis *faciem*: nisi quod Regius *facinus*: etiam bene. Vulgatam scripturam si quis invitis melioribus membranis amplectendam censet, adeat pro ea non infelicitèr digladiantem Barthium. D. Heins.

142 *Ingenium]* Ingenitum amorem malorum morum.

Sacraque fores præditiis aula Intrat] Magnæ potentia indicium, intrare cum habet ad principem. Cæterum epitheton istud aula, vox mirum præditiis, mihi hoc loco valde suspecta est, licet neminem librum videam qui eam mutet. Putem inter omnia maxime excellens Regis con-

clave innuere voluisse Claudianum, ut etiam in Sacrarium ipsum et secretissimum Arcadii thalamum introlisse Rufinum censeat; nullam enim vel minimam etiam occasionem gravandi ejus audaciam omisit ingeniosissimus vates. *Barth.*

144 *Per fratris*] Exquisita adnatio Honorii, quem in mediis Arcadii rebus non solum illi, licet natu minorem, præponit, sed plane Deum facit.

Per facta parentis] Sic scripti omnes; non *fata*. D. Heins.

Fata parentis Eitherei] Intererat enim jam divis Theodosius, et conscius fatorum cælo res humanas regentium. *Barth.*

146 *Eripe me gladiis*] Quasi jam his cinctus orat, aut cædis instrumenta jam coram videns expedita. Alioquin gladii insidias notant, quæ facile etiam hic accipit Rufinus, invidiam fortissimo Stilichoni facturus videlicet. *Idem.*

147 *Ecitare manus*] *Minas* Lucena. Gyrard. prim. Vatic. placet. Mox *rigat pro ligat* idem prim. Vatican. D. Heins.

Gallia conjurata] Universæ Galliarum copiæ. *Barth.*

148 *Ligat*] Ultra Thulen enim mare impervium. *Idem.*

149 *Volitat gens si qua*] Ad vitam vagam et erraticam earum gentium respicit minus cultarum atque legibus certis parentium, quæ quamvis tales fortasse non fuerint, finxit tamen rumor, et jactantia hominum peregre venientium, qui inusitata et inaudita narrant, ut magnos se stolidæ plebi faciant. *Idem.*

150 *Mota mihi*] In meam perniciem. *Idem.*

Tantis capiendi credimur armis] Aldus *digni capiendi*. Scriptorum major pars *dignis capiendi*. Patav. Ecclæ. Cath. *digni capiendis*: quomodo Bartholus conjiciebat. Ut forte scripserit, *tantæ cur digni credimur armis?*

quomodo apud Statium, Theb. 11. 'Macte animi, tantis dignus qui crederis armis': sed vulgata proba est, modo interrogatione erigatur. *Credimur* pro *tradimur* dixit; quod verbum noster eo sensu amat. Sequenti versu pro *petitur*, *petimur* Ambros. venuste. D. Heins.

152 *Geminum cæli sibi vindicat axem*] Alibi autem non semel Claudianus utrumque cæli convexum imperio Fratrum ascribit Stilich. 11. 'At Stilicho non divitias aurique relictum Pondus, sed geminos axes, tantumque reservat Depositum teneris, quantum Sol igneus ambit.' *Barth.*

Geminum cæli] Ita scripti. Vulgatum *Stilicho* ex glossa natum. *Libyenque* mox pro *Libyamque* idem. D. Heins.

155 *Hispania Gallique jubet*] Sic Silius lib. vii. 'Et belli summam primasque jubebat habenas.' Alioqui idem absolute est *jubere*, quod regnare, imperare, præesse, uti hoc loco Claudiani.

Non orbita solis] De Alexandro Magno Juvenal. Sat. x. 'Unus Pelæo juveni non sufficit orbis; Æstuat infelix angusto limite mundi,' &c. Hæc autem, callida adulatione, licet Rufini hostis verbis, ita profert Claudianus, uti simul etiam honori Stilichonis cedant.

Orbita Solis] 'Qua sidus currit utrumque.' Petronius. *Barth.*

158 *Non reddere curat*] *Ευχαρισ* magna est in voce *curat*, omni enim cura atque ope eo niti dicit, ne quid reddat semel arreptum. *Idem.*

159 *Scilicet ille quidem*] Vera hujus loci scriptura hæc erit: *Si licet, ille quidem securo pace fruat, Nos premat obsidio! Quid partem invadere tentat?* Quamdiu, ait, quæ ejus curæ tradita est provincia, ab hostibus publicis non incurritur, quiescat sane, et felicitate fruat, nec nostris sese participi ingerat. Et quid aliud querat nisi ut te meque excussis, sege uni-

verto Imperio dominum hac occasione imponat? *Barth.*

160 *Quid partem*] Pars enim est proportio hereditatis uni alicui assignata. Sed et Orientalis Occidentalisque partes mundi sunt, in quas velut divisus, dimidiumque ita Arcadii, et mox sibiipsi Rufinus adscribit. *Idem.*

Quid partem invadere tentat] Verum unum alterumque excidisse putato. Claverianus *parem*. Isingrinianus *spartem*: paulo ante Barthius interrogationis notam tollendam censet, et pro *scilicet* reponit, *si licet*: quomodo ex nostris Rottendorpianus: pro *fruat* plerique scripti *fructur*, et pro *premat* iidem *premet*. D. Heins.

161 *Illyricos fines*] Græciam. Nam prope Thessaloniam erat tum exercitus Stilichonis. Illyricum autem ipsum Honorio adscriptum et Occidentali parti fuisse non est dubium, tum propinquum videlicet Italiæ.

Eos remittat Agmina] Contradicit sibi. Nam in laudibus Stilichonis alibi recenset, militem a Theodosio relictum æque inter fratres ab eo divisum. Lib. II. Sed etiam manifesta Calamnia Rufino pudori non est: ex mente quidem Poëtæ nostri, qui de traditione militis etiam non juratus est testis. *Barth.*

162 *Fraternas dividat hastas*] Hasta hic est sceptrum, ad tempora prisca allusum: nam Justin. lib. XIII. 'per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Græci *σκήπτρα* vocant.' Et de sceptro Latini, Maro *Æn.* XII. Et Valer. Flacc. lib. III. id ipsum expressit: quare et 'hastæ Deorum simulacris additæ ad auctoritatem exprimendam.' Turneb. XXII. 12. Serv. ad illud *Æn.* I. 'Hic illius arma, hic currus fuit.' *Dempster.*

Hastas] Exercitum a Theodosio relictum. *Barth.*

164 *Quod si dissimulas*] Ita meliores, non dissimiles: non audiendus er-

go Barthius. D. Heins.

165 *Manes et sidera testor*] Hominis desperati juramentum. *Barth.*

166 *Hæc cervix non sola cadet*] More potentium et ferocium hominum plurimos involvere pernicie sua minatur. Florus, I. III. c. 5. de Mithridate: 'totum pene Orientem et Septentrionem ruina sua involvit.'

Miscebitur alter Sanguis] Ipsum principem dicit, quem nominare non audet, indicat tamen *τῷ alter*. Nec huic modo minatur, sed et Stilichoni, quem victurum quidem Barbaros suos ominatur, tamen eos adeo sibi obligatos, ex egregiis videlicet illis pactis, quæ secuti in Græciam venerant, nihil non prius ausuros. *Barth.*

167 *Stygias umbras*] Primus Vaticanus undas. D. Heins.

169 *Hæc ubi, dictatur facinus*] Epistola principalis concipitur, qua mandatur Stilichoni cedit partibus Arcadianis. Epistolæ propriam dictari. *Barth.*

170 *Invito principe*] Metus causa. *Idem.*

171 *Jam lætior hoste propinquo*] Magnanimitatem Herois sui prædicat tendentis in hostes, quos Constantinopoli admovent Rufinus. *Idem.*

172 *Nec multo spatii*] In *τῷ spatii* nescio quid superfluum paret. Nec enim verum est castra castris tam vicina fuisse. Et versum quidem totum damnare non ausim, at eo remoto neque sententiam quicquam damni pati negari non potest. *Æquor* autem planities est. *Idem.*

173 *Accendit voce cohortes*] Hoc enim in animis hominum, præcipue virtute præditorum, oratio valet, quod sufflatus in igne sepulto, aut qui consederit.

Voce] Eloquentiæ hæc vis. *Barth.*

175 *Spumis ignescere fræna*] Poëtarum est phantasia, qui igneum quidpiam in equorum concitatorum flatu agnoscere videntur sibi. Gratius: 'Os magnum ex patulis agitato naribus

ignes Splrent.' *Barth.*

[77 *Surgere purpureis*] Forte rectius *fervere*: ut IV. Consul. Honorii, vs. 544. 'ferventesque tument post terga dracones.' Cave audias libros in quibus *calum servire* pro *savire*: sunt enim pauci numero et notæ deterioris; quibus nolim auscultasse Barthium. *D. Heins.*

Purpureis unguibus] Draconum nota vexilla: illa signis ipsis circumvolutabant. Numesianus Cynegeticos: 'Signa micant, sinuantque truces levis aura Dracones.' *Barth.*

Undantes hastas] Signa prima Romanorum manipuli fani erant, I. Fast. deinde *Aquila, Lupus, Minotaurus, Equus, Aper*. Plin. x. 4. Fest. lib. XI. licet idem I. XIV. *porcum* inter signa reponat: sed forte idem est porcus et aper: tertio *dracones* gestari capiti, sed serius. Ammian. I. XVII. Sidon. Carm. II. 'Ut primum vestras Aquilas provincia vidit, Desit hostiles confestim horrere Dracones.' quod pulchrum videri posset, nisi noster dixisset de III. Hon. Cons. ad finem: 'Hi picta Draconum Colla levant, multusque tumet per nubila serpens Iratus stimulante noto, vivitque receptis Flatibus, et vario mentitur sibila tractu.' Ex quibus apparet non fuisse ex anro argentove, ut Aquilam; sed asutam intextamve panno effigiem. Expresse noster de eodem III. Cons. 'spirisque remissis Mansuescunt varii vento cessante Dracones.' Et de IV. Hon. Cons. 'ferventesque tument post terga Dracones.' Imo una cum Aquila in eodem exercitu Draco. noster de nuptiis Hon. et Mariæ: 'Stent belatrices Aquilæ, sævire Dracones.' Denique ubi Aquilæ a Constantino crux suffecta, Dracones retenti. *Dempster.*

Purpureos angues] Vocat ad colorem significandum, nam peditum *vexilla roces*, equitum *carulea*. Serv. ad principium VIII: *Æneid.* quod is color

sit aquæ seu *Neptuni*, qui equum bellicis usibus adhibuit: quare M. Agrippa caruleo vexillo ab Augusto donatus, Suet. Aug. c. 27. *purpureus* autem, quod 'sanguineus color Marti conveniat.' Isid. I. XVIII. c. 41. lego tamen aureum fuisse colorem Draconum. Ammian. lib. XVI. 'alios,' ait, 'purpureis subtegminibus texti, circumdedere Dracones, hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigatos, hiatu vasto perfestiles, et veluti ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.' *Dempster.*

179 *Ferri nitior*] Splendor armorum, decus egregium militis; quod non ignoravit Pyrgopolynices Comici ferri sui aciem poliri iubens, ut aciem hostibus in acie præstringeret scilicet. *Barth.*

180 *Teneroque amnis reptatus Achilæ*] Alibi: 'Cretaque se jactet tenero reptata Tonanti.' *Idem.*

Cornipedis] Chironis Centauri.

Amnis] Sperchius forte. *Delrio.*

181 *Et nemus (Ætæum radiat)*] Ita legunt hæc et distinguunt scripti. Vulgo, *reconat*. *D. Heins.*

Clamore] Vide Onosandrum, c. 29. *Barth.*

182 *Intumuit virtus et lucis, &c.*] Ex Papinio sunt hæc I. VIII. 'At postquam rabies et vitæ prodiga virtus Emisere animos.' Infinita talia sunt in hoc Poëta, quæ qui conferre voluerit, videbit aliam longe veterum etiam ingeniosissimorum curam fuisse, quam quæ hodie in Parnassum ascendere viles et mæm animæ nitantur. *Idem.*

184 *Haud illos rupes, haud*] Senosus est, illius notissimi, 'in via virtuti nulla est via.' Nec enim virtus vera sine periculis agnoscitur. *Idem.*

187 *Prodita non tantas*] Scribit enim Orosius, qui tum vivebat, VII. 27. 'Quid uterque Rufinus et Stilicho egerit, quidque agere conatus sit, exitus utriusque docuit, cum alios

sibi, aliis filio suo affectans regale fastigium, ut rebus repente turbatis necessitas Reipublicæ scelus ambitus tegeret, gentis barbaras ille immisit, hic fovit.' *Barth.*

[*Vidisset Græcia*] Stilicho, ut succurreret Achæiæ, in Peloponnesum appulit, fugavitque barbaros in Pholoën; sed nihilominus spatium datur Alaricho in Epirum transeundi. Rufinus autem Alarichum, offensum aliqui, sollicitaverat ut cum suis accederet, occupaturus, nemine repugante, omnia. *Claver.*

[*Græcia clades*] *Cades Lacens.* Gyrald. prim. Vatican. nam *Cladibus* mox sequitur, vs. 198. et mox pro *Lacedæmonis arces*, agri scriptorum potior pars: pro *oppida vigerent malis virerent*; etsi et vulgatum defendi potest, præsertim pro constantibus membranis. *D. Heins.*

[190 *Mare fumasset geminum*] Corinthus bimaris. Seneca Medea: 'Geminio Corinthus littori opponens moras, Cremata flammis maria committat duo.' Per *Pelopeia oppida* Peloponnesum universam intelligit. Quæ Pelopis insula alioqui appellatur. *Cecropiæ* matres neminem fugiunt esse Athenienses, vide Apollodorum, Hyginum. *Barth.*

[191 *Fera traxissent vincula*] Captivandi, ut loquitur, mirificam in Gothis cupiditatem. *Idem.*

[193 *Sceleris causas auferre futuri*] Scelesteri belli. *Idem.*

[196 *Inter equos interque tubas*] Inter equestria exercitia, et progredientium ardorem, dum jam equos quisque hortatur, et tuba signum datur ad invadendum hostem. *Idem.*

[197 *Obstupuit*] Veteres quidam obstupuit: quomodo passim in antiquissimis codicibus id verbum scribitur. *D. Heins.*

[*Simul ira virum, simul obruit ingens Maror*] Ut duo concurrentes affectum violenti motus ostendant animi perculsionem. *Barth.*

Delph. et Var. Clas.

[198 *Ignave nocent*] *Nocens* scriptoribus jam convictus scelerum et condemnationi proximus. *Idem.*

[200 *Fortia capta Deserat*] *Differat* Thuan. quod placet: sic infra, 'assistite, quæso, Atque avidam differte manum.' III. in Stilich. 'cædis sitientem differat arcum:' ubi plura. Neque aliter Rottendorpianus: qui non minus eleganter pro diversa lectione *Desinat capta*: de quo loquendi modo multa nos congressimus ad vs. 725, lib. II. Artis Amatoris Nasonis. *D. Heins.*

[201 *Illyricis*] Illyricum: tum temporis amplissima erat ex XI. Regionibus in quas imperium Rom. erat distinctum. In eo enim XIX. erant Provincie. Inter eas, Creta, Achæia, Macedonia, Thessalia, Dacia, utraque Pannonia, Dalmatia, Epirus. Quare clarum est cur Illyrica damna dicat Claudianus vastatam Græciam. *Barth.*

[*Ardet succurrere*] Stilicho, principis Honorii socer futurus, pupilli sui jussu tueri capit; atque Illyricum sub ditione Rufini ab Alarico vi armata positum, recuperare; ne quis vero putet hoc injuriam. *Claver.*

[203 *Præceptis obolare timet*] Alibi in Heroë suo reverentiam etiam pupillorum principum commendat, his aureis versibus II. de Laudibus: 'Quem tu sic placida formas, sic mente severa, Ut neque desidie tradas, dum pronus ad omne Quodlibet obsequeris,' &c.

[204 *Ad astra Adollit palmas et ab imo pectore fatat*] Longe antiquissimus mos orantium Deum, manus cælo attollere, qui ex Moysis libris apparet, etiam Gentilibus frequentatus. *Barth.*

[205 *Extollit palmas*] Palmas tendere, gestus precantium. Liv. I. Dec. I. IV. 'Supinas manus ad cælum et Deos tendentes.' Virgil. *Æneid.* III. 'passis de littore palmis, Numina magna vocat:' et alibi: 'tendoque supinas Ad cælum cum voce manus'

Claud.

4 M

unde id sit sumptum, explicat Serv. ad *Æn.* 1. vs. 487. 'Tendentemque manus inermes,' aut sine insignibus regis, sceptro, &c. aut supplices: ut, 'Dextras tendamus inermes.' Quod tractum est de historia. Qui enim victi se dedunt, inermes supplicant. *Dempster.*

206 *Numina*] Nota eruptionem Heroicam pectoris indigna pati videntis. Incipit enim audacter a semiinjuriola adversorum Numinum compellatione. Talis vehementiæ est repetitio illius *Si. Si jurat, si placet*, ab indignitate rei non potest avelli vox. *Barth.*

207 *Imperium*] Romanum Regnum. Id peculiariter hoc titulo gaudet, et gavisum est usque ad extrema tempora. Sic Principes Constantinopolitani cum de se et majestate sua loquerentur, non se ipsos, sed Imperium suum nominabant. *Idem.*

Penitus de stirpe] *Penita* Barthius: aliter codices vetusti. Quod si velimus hujusmodi archaismos passim revocare, mille ad minimum optimorum scriptorum loca erant interpolanda, ubi *penitus* pari significatione occurrit. *D. Heins.*

208 *Deleri secula*] Humanum genus, quod modo enarravimus Romano Imperio per ambitionem censi. Sic Lucan. lib. vii. 'sunt nobis nulla profecto Numina, cum cæco raptantur secula casu. Mentimur reguare Jovem.' *Barth.*

209 *Humani generis*] Quod complexum Romanum Imperium putabatur, adeoque cum hoc ipso vivere, florere, vigere. *Idem.*

210 *Libertas effrena maris*] *Tempestas vasana*; prim. Vatican. et pro *limite nullo, justo* idem cum Gyrالد. Lucena. et duobus Florent. ac tribus aliis: optime. *Justum limitem* præscriptum vocat: sic lib. 1. de Rapt. 'Cum semina justis Discessere locis:' quomodo illic idem Vaticanus, non *justis*: sic *justam temperiem* Nuptiis *Honogii*, et *Justum discrimen*: ibid.

'Quam justo leviter sese discrimine confert Umbra supercilli:' ita enim Isingrini codex. *D. Heins.*

Effrena maris] Nam velut frænâ aut habenis cursum Oceani detineri a Deo credebant, ne proluerat universum orbem. Vide ad illud lib. 2. supra: 'Præscriptosque mari fines.' *Barth.*

Limite nullo Divinus] Idem Lucanus de errore Phaëthontis in Iliaco: 'raptum transverso limite cœli Flammati Phaëthonta poli videre.' *Idem.*

211 *Phaëthon confundat habenas*] Tali modo peritum mundum ariolabantur veteres, ut sidera ordinario suo cursu emota omnia forent combustura. Lucanus: 'cum compage soluta Secula tot mundi suprema cogerit horas, Antiquum repetent iterum Chaos: omnia mistis Sidera sideribus concurrent,' &c. *Idem.*

213 *Hoc auctore pudet*] Imitatio est ejusdem Lucani contrariæ sententiæ in adulationem Neronis prolata: 'scelera ipsa nefasque Hæ mercede placeant.' *Idem.*

Mediis revocamur ab armis Pro dolor] Primus Vaticanus *revocatus ab armis Ardor, et adstrictos*. *D. Heins.*

216 *Permitto cladibus orbem*] *Casibus* Lucensis: bene: Gyrالد. *casibus hostem*. Stat. Theb. v.: 'victimam projecit casibus artem.' Mox pro *Eous*, *Eois* scripti meliores: ut Barthio scrupulus jam sit exemptus super hoc loco: et *Parcere* pro *Parcite* Lucena. *Idem.*

Permitto cladibus orbem] Imitatio Lucani, lib. vii.: 'morbosque fluentis Insanamque famem, permissasque ignibus urbes.' Summa autem Laus Stilichonis imminentem orbi terrarum perniciem non sine ipsius permissione immitti spatiis suis posse. *Barth.*

217 *Redeat jam miles Eous*] Hoc est, jam Romanarum et vere virilium partium transfuga, jam Orientalium morum famulus, redeat, præceptis

itabellum hominum et aulæ impro-
bæ velat devictas. Orientalium lux-
us et mollietis nota, et alibi nostro
exagitata. Tamen verum etiam est
mixtam Orientalibus militibus exer-
citurum hunc Stilichonis fuisse, qui
non veniebant primum in partes Ar-
cadianas, sed redibant. Hoc libro
vs. 369. ita loquitur miles: 'Unde re-
dii nescis? patiarne audire satelles,
Qui leges aliis libertatemque reduxi?'
Eugenium enim ex magistro litera-
rum Imperatorem hoc exercitu devi-
cerat Theodosius. Et Gallias Alpi-
nosque tractus ejus jugo liberaverat.
Videbatur vero Stilicho cæterum mi-
litem secum reduxisse, Legionem mo-
do unicam in Rufini regione reliquis-
se, ex eo versu 257 dicitur: 'Ut sese
legio vidit disjuncta relinqui.' Sed
Poëtice illud dictum, cum non nnam
sed plures agnoscat, vs. 312.: 'Nunc
Epulas tempus, socii, nunc larga pa-
rare Munera, donandumque novis
legionibus aurum.' Suspiciamus ta-
men vere per exprobrationem quam-
plam occultam Eoum appellare suum
militem, veluti ab homine deinceps
molliori et effœminato regendum,
ejusque imperio assentientem. *Idem.*

219 *Contiguo*] Tam propinquo ut
velut manu contingi possit. Virgil.
'Hunc ubi contiguum missæ fore
eredidit hastæ.' *Idem.*

221 *Ceraunia*] Epiri montes famo-
si naufragiis et tempestatibus. Unde
Lucanus: 'Scopulosa Ceraunia nau-
tæ Samma timent.' Horatius: 'In-
fameis scopulos Acroceraunia.' *Idem.*

222 *Elisa tonitrua Coris*] Non illius
Lucens. et Gyrald. sic *elisa* unda ex
optimis membranis supra lib. I. vs.
374. habuimus. *D. Heins.*

Illisa tonitrua coris] *Quoniam* hoc.
Vento enim calor humori, imo ignis
impactus undæ gignit tonitrua. Lege
Lucret. lib. VI. *Barth.*

223 *Ereptaque prælia*] Discedente
Stilichone. *Idem.*

224 *Populus defendit uterque*] Miles

tam Arcadianus quam Honorianus.
Arcadianum potest ut supra vocave-
rit 'Eoum militem.' Sic 'Utraque
castra' movisse Stilichonem dicit vs.
104. Et in querela Rufini, vs. 161.
'Eoum militem' reposci vides. Unde
nescio an superior vs. 217. interpreta-
tio nostra satis sit commoda, cum re-
mittere Eoum modo militem voluerit.
Stilicho. *Idem.*

226 *Non illaudata lacessit Seditio*]
Poterat alio nomine hoc certamen
indicare. Verum hoc Poëtarum maxi-
morum est, aliquid contrarium accer-
sere, et ipsum velut vitium quadam
virtute nova induere. *Idem.*

227 *Clamore moventur*] *Queruntur*
iidem Lucens. et Gyrald. cum ex-
cerptis Pomponii: scripti cæteri, *mo-
vetur*: prim. Vat. *moventur*. *D. Heins.*

228 *Lacertis*] Manibus, potius quam
lacertis. Estque de pilis dictum, quæ
extensis lacertis excutiebantur. *Barth.*

230 *Leges vibrato imponere ferro*]
Sic cum Isingrino Claver. et Raphae-
lengius: quod confirmant Lucens. et
prim. Vatic. Cæteri cum vulgatis,
stricto leges imponere ferro: atrumque
probum. Illud tamen malo; quia
'strictos deponere cogimur enses,'
jam præcessit. *D. Heins.*

231 *Inflammata semel nescit mite-
cere virtus*] Nec enim virtus philoso-
phica quæpiam aut animi beatitudi-
nem concernens hic intelligenda est;
sed militaris potius ferocia et ira se-
quens mucronem jam strictum. Nam
virtutis vocabulo Poëtæ fortitudinem
militarem, animum cædis hosticæ
avidum, contemtoremque lucis, sæ-
pissime indicant. *Barth.*

232 *Jamjam barbaricos*] *Jam mihi*
Aldus et scripti plerique; pro *ultra-
que* Ed. Parm. aliæque nonnullæ, ac
Puteanus, *ultrique*: quod Raphaelen-
gius secutus, subscribente et Barthio.
Sed quod vir ille doctissimus affirmat
universum Belgicorum codicum gre-
gem *rd ultrix* agnoscere, aliter res
sese habet. Illi enim *ultra* constan-

ter exhibent, ut videre est in Isingriana editione cum libris scriptis a Pulmanno collata, quam a Barthio redemit ac mihi domavit elegantis vir ingenii et mihi amicissimus Lucas Langermannus. *D. Heins.*

233 *Utroque manus mucrone furens ducitur*] Quæ aliqui mucronem ducebat. Ita capiendum quod panllo ante ex Lucano produximus. 'Vibrant tela manus:' contra communem enini legem ait manus a telis vibratas, ut hic Claudianus *ductas. Ducitur* autem mitem tractionem notat, ut colorem *ducere* uvam dixit Virgilius. *Barth.*

235 *Non patiar*] Ex abrupto. Quails sermo indignationem præpingit. Consuetudinem autem cædis hostilis indicat, cum ait 'siccum gladium vagina recusat.' *Idem.*

Semperne Getis proderit] Getæ pro Scythiis passim, ex quibus oriundi Gothi, qui ob id Getæ dicuntur. Oros. 1. 16. Paulus Diacon. in vita Leonis Imp. Spart. in Carac. et in Geta, D. Hieron. in Præfat. ad Epist. 11. ad Galatas. Sidon. Carm. 2. : 'a genitrice Gethes.' Carm. 5. : 'qui dictat modo jura Getis:' noster de bello Getico, 'Geticas avertere fauces:' et de bello Gildonico princ. 'Iugenda Getis et fienda Suedis Hausimus:' et de III. Honorii Cons. 'Getico sædavamus Hebrum Sanguine.' *Dempster.*

236 *Belli civilis imago*] Terror, formido. Virgil. 'plurima mortis imago.' *Barth.*

237 *Consanguineas acies*] Ex Lucano et Papinio. *Olim*, tamdiu ut nullius dissensionis jam memoria exstet. *Idem.*

238 *Concordes aquilas*] Ex hoc loco placet conicere, Aquilam Imperialem non ab ratione duplicem aut bipitem effingi, indicat enim duorum Imp. Orientis scil. et Occidentis (quales fuere Arcad. et Honor. fratres) concordiam. *Claver.*

Non dissociabile corpus] Corpus, conjunctio plurium inter se congruentium. Sic Corpus operum Poëticorum. *Barth.*

240 *Hyperboreo damnatam sidere Thulen*] Adeo quidem ut ἀπικνωδότην τὴν ὑπομαζοφύβην dicat Eustathius ad Dionysium, et toto hiberno tempore ibi Solem non videri. *Sidus* constitutionem aëris notat. *Idem.*

241 *Incensas Libya arenas*] Lege Lucanum, lib. ix. *Idem.*

242 *Stagna*] Oceanum. At contra contemtim ille apud Lucanum, lib. 11. : 'Oceanumque vocans incerti stagna profund.' Quasi Oceano hoc indignum sit ut stagni nomine censeatur. *Idem.*

Rubrique recessus Littoris] *Æquoris* prior Moreti inter optimos bene : alterum ferri non potest, quia sequitur, 'secretaque littora Nili;' quod et Barthius vidit : nisi illic cum altero Moreti et prim. Vatican. legas *noscere Nili;* ut *secreta Nili* dixerit, quomodo *clausa rerum*, et similia, quorum noster plenus. Vulgatam tamen lectionem tuerentur quæ notamus supr. lib. 1. vs. 184. *D. Heins.*

244 *Calcere Notum*] Meridiem, Australem terram; cujus tanti recessus, ut post tot experimenta, et veteribus incredibilia itinera, ne nunc quidem pateat. Eam post terga etiam Noti collocat, gnarus nimirum Cosmographiæ non vulgariter, Lucan. lib. x. 'licet nsque sub Arcton Regnemus, Zephyrique domos, terrasque premamus Flagrantis post terga Noti, cedeamus in ortus Arsacidum Domino.'

Secretaque littora Nili] De Nili fonte dubitatum etiam ab ipsis Ægypti regibus, quod fuse alibi ex Græcis Latinisque dicam. *Dempst.*

245 *Mundum post terga relinquam*] Quæ summa omnia itinerum ὑπερβολικῶς censebatur. *Barth.*

Post terga relinquam] Ammian. lib. xxi. : 'nullo relicto post terga, quem formidaret.' Spartian. in Severo :

'quas post tergum relinquebat provincias.' Plin. in Panegy. 'relictæque post tergum totius generis humani securitate, mæreret.' Et Prudent. Cassiano: 'Et post terga domum dubia sub sorte relictam.' Juvenal. Satyr. XIII. 'qui jam post terga reliquit Sexaginta annos.' *Dempst.*

Mundum post terga relinquam] *Annum* Lucens. placet. Virgil. *Æn.* vi. 'patet extra sidera tellus, Extra anni solisque vias.' Nec dissimile illud Pedonis Albinovani: 'Jampridem post terga diem solemque relictum.' Mox *Hæc patria est*, non *Hic* prim. Vatic. *D. Heins.*

247 *Hæc patria est*] Fortissimi viri jam propinqui adfectibus (ut posterior ætas omnes caros, sanguine junctos appellavit) suis, ut amorem Ducis et virtutem suam demonstrant, etiam Patriam ubique in ejus comitatu se habituros aiunt, modo ne ab iis separetur. Sic Ovid. 'Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor,' &c. Cicero: 'Patria est ubicumque cui bene est.' *Barth.*

248 *Avidam differte manum*] Vim, cædem, irruptionem.

249 *Cumulus*] A rebus facile corruentibus. Vel innuit antea se gravatum invidia, ut hic velut cumulus omnibus cæteris accedat. Sed ego summam tanti Ducis prudentiam innui existimo, parcant animis, parcant manu rem exsequi, invidiam istius minacis balatronis sua sponte concisuram. *Cumulus*, arenæ congeries, facilis turbatu. *Barth.*

Non est victoria tanti] Senec. lib. II. de benef. cap. 5. 'Nihil est tanti, malo mihi jam neget.' Lib. II. de Clementia, cap. 9. 'Non est tanti vita,' &c. Ovid. l. II. Amor. Eleg. v. princip. 'Nullus amor tanti est.' Auson. de Cæsaribus, in Domitiano; 'vix tanti est habuisse dnos.' *Dempst.*

250 *Mihi*] Meo commodo, fructu, emolumento.

Juventus] Militaris. Bello Gildoni-

co *pubem* vocat. *Barth.*

251 *Ite mei quondam socii*] Miserabilem abcessum fingit artifex militum animis tractandis. *Idem.*

Ite mei quondam socii] Blandæ ducum voces, milites *socios* vocantium. *Dempst.*

Socii] Commilitones. Ut solebant Imperatores appellare blandimento quopiam solenni suos milites.

Nec plura locutus] Velut dolore abcessus impeditus. Prudenter et caute. *Barth.*

252 *Flexit iter*] *Flectit* rectius pri. Vatic. et duo alii. *D. Heins.*

254 *Pepererunt*] Ignis autem maxime Leoni infestus et odiosus. *Barth.*

255 *Lumina velat*] Non claudit, quod nimii foret terroris. *Idem.*

258 *Galeasque solutis Humectat lacrymis*] Cum verisimile enim tanto amore in Ducem, solvisse in gratiam discedentis et valedicentis galeas, et ita etiam solutas lacrymis perfudisse, quod sane majorem earum copiam designat, quam si non fuissent solutæ. *Idem.*

Galeasque solutis Humectat lacrymis] Forte *volutis*; ut in illo, 'lacrymæ volvuntur inanes' vel *solutas*; quod ex Palatino probavit Barthius. Sic apud Statium, Theb. VII. 'postquam permissa gemendi Copia, qui fletus galeis cecidere solutis!' *D. Heins.*

260 *Thoracum validos, &c.*] Pulchre videtur exprimere cordati militis singultus. Statius: 'crepat singultibus aurum,' id est, ut alibi, arma sub auro, seu inanrata. *Claver.*

261 *Prodimur, hæu*] Sic prior Moreti: *prodimur* deserimur. Is est usus cum aliis multis ejus verbi. Claverii editio *spernimur*. Vulgatum certe *Tradimur* ferri non potest, quia sequitur 'tradiane tuas, dux optime, dextras?' nisi illic cum Lucens. Gyrard. prim. Vatic. et altero Moreti, *sperniens* legendum: quod verum arbitrator. *D. Heins.*

Amorem] De in ducem suo af-

sectu incomparabili loquantur milites.
Barth.

262 *Tradis*] Deseris, prodis velut et hosti exponis. *Idem.*

Tuas dextras] Tibi tam fideles. *Dextra* enim fidem innuit. *Idem.*

264 *Nos adeo viles*] Simile in expostulatione Tydei cum Etheocle apud Papinium, Thebaid. II. 'horum miseret, quos sanguine viles Projicis excidio, bone Rex.' *Idem.*

266 *Quid nobis patriam*] Huc collocanda distinctio; et est abruptus sermo. Quid, ait, nobis patriam recenses? 'Quid juvat?' &c. Nam alioquin rō juvat cum rō nobis componere est Solæcismus orationi immittere. Militum pars Græca erat, quam relinquebat Stilicho Græciæ suæ. *Idem.*

268 *Te sine dulce nihil*] Virgilian. lib. VII. 'haud quicquam mihi dulce meorum Te sine, frater, erit.'

Formidata tyranni Tempestas] Mores hominis improbi turbulentos, impuros, varios, sævos, et truculentos, tempestati maritimæ comparat. *Barth.*

271 *Aut impacatis*] Pacem exosis.

Famulos præstabit] Loquitur ex ambitione barbarica immanium illarum et ferarum gentium, quarum principes. Sic Attila Hunnorum Rex cum irascereetur, duces Romanorum servos suos appellabat, qui tamen ipso dignitate non erant inferiores, etsi Principi Romano subjecti: ut scribit Priscus ejus ævi Historicus. Quid putat horum principem militibus non facturum, qui Dnces Romanos pro servis habeat? Habebat autem tum temporis Attila titulum Romani Ducis, ut ex eodem Prisci fragmento apparet. *Barth.*

Alanis] Ammian. Marcell. Alani et montium appellatione cognominati, proceri pæne omnes, crinibus medicriter flavis, oculorum temperata torvitate: judicatur ab iis beatus, qui la prælio animam fudit. *Claver.*

273 *Tantæve gestandi*] *Gestati* Lu-

cens. qui et supra pro *præstabit, præbebit* cum Gyrald. et prim. Vatic. minus probo. *D. Heins.*

Pemuria ferri] Confidentialia hæc loquentis pro omnibus unius militis ea est, ut dicat malle se occidere Rufinum, quam exactionem ab eo exspectare. *Barth.*

274 *Tu licet occidus*] *Occidui* unus Mediceus, concinnus. *Cæli* etiam pro *Solis* Lucens. Gyrald. et septem alii: nil muto. Noster in Eutrop. I. I. 'alio Phœbi de cardine surgunt Crimina.' *D. Heins.*

276 *Fidem*] Sacramento militari datam. Ejus formulam antiquam habes apud Gellium, XVI. 4.

Tibi debita pridem Victimam] Quasi ex pacto quopiam aut consponsione. Virgil. I. XII. 'Turnum jam debent hæc mihi sacra.' Victimam dixit, quia Heroum iræ victimis placabantur. *Barth.*

277 *Promissis longe*] *Longum* idem Medicens; non male: id est, diu promissis. *D. Heins.*

Longe] E longinquo. *Barth.*

279 *Tangebatur Macetum fines*] Macedonia tum erat inter provincias XIX. quibus Illyricum censebatur. *Macetia*, Macedonia. Hesych. *Μακερία Μακεδονία*. Alii *Macetiam* partem Macedoniae fuisse tradunt, ut Marsyas Historicus apud Constantinum Porphyrogenetem, I. II. *Idem.*

Tangebatur Macetum fines] Non Macedonia Lucens. prim. Vatic. et duo alii; quod et Barthius vidit. Nec aliter in antiquissimis libris Prudentii, Silli, Val. Flacci, Statii, Lucani, aliorum poetarum scribitur: qua de re magnus Scaliger ad Manilium: sic et lib. II. in Eutrop. emendavimus. *D. Heins.*

280 *Thessalonica, tuos*] Prima hæc omnium urbium a Constantino modo nominato Imperatore collocatur. Civitatem antiquissimam et Macedoniae principem vocat Nicephorus Gregoras, lib. II. In hac Rufinum caesam,

vel prope eam, prolixè errat Ludov. Vives. Clarinus Otho Frisingens. Hist. iv. 20. 'Rufinus vero postmodum detectus ante portas urbis Constantinopolitane decollatur, caputque ejus cum dextera manu ad ludibrium in urbe circumfertur.' *Barth.*

281 *Vindicta praestrxit iras*] Idem dicit l. i. supra: 'commoti pectoris ignem Nutrit, et exiguum stimulo vulnus acerbatur.' Quamvis in alia re.

282 *Spectaturque*] Exspectatur, probatur. Omnia agit ne Stilichonem auctorem cædis faciat, sed militem sua sponte eam patrantem. *Idem.*

283 *Tanta de plebe repertus*] *Pube* Lucens. Gyrard. Vatic. et duo alii: sic bello Gild. 'præcipuos electa pube maniplos' dixit. Vulgata lectio ferri etiam potest: *vulgus* enim mox eosdem milites vocat. Mox *corda* minacia Pricæanus, non *minantia*: *micantia* prim. Vatican. *D. Heins.*

284 *Corda minantia*] Interiorem affectum et sensum.

286 *Tanti consilium vulgi potuisse taceri*] Modestus Compendio Rei Militaris: 'Raro enim maset absconditum quod ad notitiam multitudinis jam pervenit.' *Barth.*

287 *Mentisque calorem*] Mentis calorem non rumpi. Nimirum in fervorem et iram quæ effutiat dicenda. Sed si *mentis calor* Impetum sonat, rampere aut erumpere dicendum erat. Imo calor mentis Temperiem tonat suam, reticendo tanto negotio aptam. *Mentis calor* est fervidum propositum intra mentem conceptum; sed quomodo id non rumpi dicit, dum aletur, cum facessatur facto non sermone? nec rumpatur nisi effecta? *Mentis calor*, generositas, vigor ejus. *Idem.*

288 *Sermone viæ*] Quali animus laxari assolet, cum diu comites socium iter faciunt. Qui hunc nescit, nunquam comite idoneo ullibi iter fecit; qui non cavit, saepe captus est. *Idem.*

289 *Tantum turbam*] *Turman* idem Pricæanus: *mentem* tertius Vatic. forte *gentem*. *D. Heins.*

290 *Arcemum populo*] Acute. Qualia in hoc Poëta incomparabilis gratia sunt, quia nec affectata nec nimia. *Barth.*

291 *Rhodope*] Non solus mons tum hoc nomine censebatur; sed et ex Provinciis Thraciæ ultima. *Idem.*

292 *Herculei cognominis urbem*] Heracleam; quam secundam Thraciæ Illustrum civitatum censet Constantinus modo nominato loco. Et Heraclea ista non procul erat Byzantio: imo Claverias Byzantem esse indicat. *Idem.*

294 *Magna cervice*] Stoliditatem hominis in duobus extremis proponit, nimia elatione, et nimio metu. Scitum est veterum Sapientum homines extreme audaces, extreme etiam timidos esse; contraque. Et hoc est quod Seneca paucis dicit Epist. 60. 'Stultitia nil pacatam habet.' *Idem.*

296 *Omnia tuta ratus*] Adulatur Stilichonem. Uno enim illo absente cursum integrum facinoribus suis spondet.

Sceptrumque capebere] Regnum si-ve Imperium Constantinopolitanum. Sceptrum quod ejus partis principes gestabant, Regiorum instar cæterorum erat, præter quod in summo, crucis effigiem habebat. *Barth.*

296 *Conjuratos clientes*] *Conjuratos cohortes* multi ex scriptis; sed male. Supra, 'circumque armata clientum agmina;' pro *hortatur*, ostendit novem scripti: tres affatur: *accendit* uterque Oxon. et pro diversa lectione prim. Vaticanus; quod verum: at apud Virgil. 'Martem accendere cantu' tubicen dicitur. Supra l. i. 'Erunt, instauras: accendit prælia, vincis;' et hoc ipso libro; 'Pugnandi cupidus accendit voce cohortes.' Silius, l. xii. 'Isque ubi Torquatam raptim properata ferentem Signa videt, pugnæque avidas accendere dexteras.' Ita

prima editio. Lib. xvii. 'Dux vetus armorum scitusque accendere corda Landibus:' atque hoc modo ille sæpe. *D. Heins.*

297 *Vicinus, expulimus]* 'Eruclus velut sibi ipse canit. *Barth.*

298 *Quem vincere solum]* Lucens. Gyrالد. Isingr. *poscere*: quod quid ni sequamur? ut apud Virgil. 'Aut a-crem dubites in prælia poscere Tur-num:' et, 'solum densa in caligine Turnum Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.' Lucanus, l. iv. 'qui vincula ferro Rumpere conatus poscit spe prælia nulla.' Statius, Theb. vii. de equis: 'prælia poscunt Hin-nitu, tolluntque armos:' amat hoc verbum noster; quandoque tamen sumit pro desiderare, aut libenter adire, vel etiam requirere, l. iii. de Rapt. 'Cadmi seu mœnia poscat, Sive Thyesteis properet sævire Mycenis:' et supra l. i. 'Phlegethonta sonorum Poscit.' Nuptiis Celerinæ: 'interque suorum Agmen et innumeros Hyme-næum poscit amores:' ut illic melio-res libri legunt, non *quærit*: 'poscere spectacula,' l. ii. in Eutrop. 'poscere verbera' Cons. Manlii. Cæterum non-dum integer aut plane sanatus est locus. Legendum videlicet: 'quid enim, quem poscere solum Horruit, hunc tanti munitum milite vincat?' Perperam *quis enim* in editis scriptis-que legitur hactenus: quam conjecturam codex v. cl. Antonli Oisellii ab Emerico Bigotio nostro ad me missus confirmat; et paulo post pro *quis fe-rat armatum* opinor a Claudiano nobis fuisse relictum, *Qui ferat* pro quomo-do: est enim de Stilichone sermo; nisi mavis *Quid ferat*. *D. Heins.*

300 *Quis ferat armatum]* Usurpavit hoc Saresburiensis Elegia, ad librum Policraticum: 'Quis ferat armatam quam sola triumphat inermis, Arma-tamque manum vincere sola solet.' *Barth.*

303 *Nereus interstrepit undis]* In-

terstuat prim. Vatican. Puto *interstuat*. *D. Heins.*

306 *Quare ferox ensem]* Virg. 'non me tua fervida terrent Dicta ferox.' *Barth.*

307 *Monumenta priorum]* Lucens. *documenta*: quod magis placet. iv. Cons. Hon. 'quæ tunc documenta futuri?' *D. Heins.*

308 *Quisquam conatus adire Has jac-tas]* Adire manus nostras. Nostram potentiam sollicitare. *Barth.*

Quis nam conatus adire] *Quis per* Vaticanus optimus; et optime quidem: ad paria gladiatorum allusit. Ut Lucan. 'nam par quod semper habemus, Libertas et Cæsar erunt.' Contra Troilus apud Virgilium 'im-par congressus Achilli' dicitur. *D. Heins.*

309 *Has jactat vitasse manus]* *Vi-tare* Lucens. Sic infra: 'hæc Stilicho quem jactas pellere dextra:' pro pe-pulisse. *Idem.*

Detrusimus orbe Te medio] Decem scripti *destruimus orbem Te medio*: et tum *Te medio*, te intercedente, interpretandum. Silius l. xvi. appo-site: 'Hand deformis erit vobis ad fœdera versis Pacator mediusque Sy-phax.' Val. Flaccus, lib. v. 'Sed me nuda fides sanctique potentia justi Huc tulit, et. medii sociatrix gratia Phryxi.' Ubi perperam Carrio ex veteri libro, *atque mei*. Statius sic sæpe. Propert. l. ii. El. 9. 'Non ob regna magis diris cadere sub armis Thebani, media non sine matre du-ces.' Lucan. lib. i. 'Crassus erat belli medius mora:' atque ita frequenter poëtæ. Noster Cons. Manlii: 'quæ dissona ritu Barbaries, medii quam non reverentia frangat?' Ita veris-sime restituit Cl. Gevartius, qui om-nino videndus de hac voce Elect. lib. ii. 7. Confirmat ejus conjecturam Si-donius Apollinaris Narbone: 'Pa-cem te medio darent feroces Chrius, Sauromates, Getes, Gelonus.' Multa

horum quoque congeſſit Barthius Cons. Manlii, vs. 247. ſed quod eodem trahit illa Horatii, Od. ii. 19. 'paciſ eras mediſque belli,' vix aſſentior; cum aliter intelligenda ſint. *Medius paciſ* quomodo *ſequeſter paciſ*: de quo pluribus egi ad Naſonem Faſtor. i. hoc tamen loco vulgatam lectionem non prorsus damnarim. *Idem.*

Orbe Te medio] Græcia mediterraneum fere Romani Imperii. *Barth.*

311 *Nunc epulas tempus poti*] Non ſolum de privatis quibusdam epulis loquitur maſtigia, ſed de publicis populo dandis; ad novi, quem ſibi bona fide ſpondet, Principatus fanſtum et favorable initium ſcilicet. Populo enim epulum, militibus donativum ſpondet, inſtar Principum priorum. *Idem.*

Nunc larga parare] Malo parari: atque ita ſecundus Vatican. *D. Heins.*

312 *Donandumque novis legionibus aurum*] Tanta horum donativorum viſ atque conſuetudo fuit, ut iis fere Imperatorum et auctoritas et vita ipſa cenſeretur, militibus præſertim Urbanis, et inter hos Prætorianis, in eos faventibus qui pecunioſi eſſent et largi. *Barth.*

313 *Opportuna meis*] Auguſto nimirum de more exercitui ex Occidente redituro obviam ituro. *Idem.*

314 *Quod nolit rex ipſe velit*] Tantum jam ſibi tribuit ſceleratus homo; ut exercitu circumfundere principem et participationem Imperii extorqueret præſumat.

Rex] Imperator, Princeps. Ita *Regia mandata* dixit ſupra, et sæpius alibi: *Regia Urbs* Conſtantinopolis sæpe Juſtiniano, quomodo non raro ſcriptores Panegyricorum. Apud Græcos frequentius *βασιλεύς* quam apud Latinos Rex principem Romanum ſonat. Noſſaſſe et abſtinuiſſe Latini aliquamdiu videntur, quia exacte urbe regibus cautum dirisque devotionibus ſancitum, ne quis ſe

ejus gentis Regem appellaret. *Barthius.*

Jubeatque coactus] *Subactus* prior Leidenaſis longe elegantius. Virgil. *Æn.* iv. 'Aut hos verſa fuga viſtor dare terga ſubegit.' Sic optimus Medicenſis et alii. *Coactus* ex Gloſſa eſt ſic et lib. vi. 'ſubigitque ſateri,' pro, cogit. Lib. viii. 'quæ cauſa ſubegit Ignotas tentare vias.' Silius, lib. i. 'populi ferro parere ſubacti,' ex optimo codice. Noſter lib. iii. in Stilich. 'quod nullo potuit terrore ſubacta Libertas Romana pati:' vulgo et ille locus corruptus. Tacitus ſic sæpe, et alii ex Hiſtoricis. *D. Heins.*

317 *Talibus acclamat*] *Acclamant* Præci liber. *Concilium acclamant*, ut 'vulgus famulantur' lib. i. de Rapt. nam ſic legendum, 'turba ruunt,' 'vicinia celebrant feſtum,' et ſimilia apud Ovidium; de quibus illic. Noſter ſupra, 'galeasque ſolutis Humectant lacrymis,' ſcilicet, *legio*: nam ſic Lucenſ. unus Petav. et Delrii codex cum quarto Vaticano: vulgo, *Humectat*. *Idem.*

318 *Perpetuis crevere rapinis*] Ad dignitates pertinet, quas vendidiſſe ſui ſimilibus tradit Rufinum ſuperiore libro. *Barth.*

320 *Delicta fuere*] *Funeſta tacere* Lucenſ. quod non capio: et mox, *jamque et connubia*, et *quæ quoque petat*. *D. Heins.*

Delicta fuere Nexus amicitia] *Connexi* dicuntur animis maxime conſentientibus amici. *Nexus*, amicitia ipſa. *Barth.*

323 *Quas devoret urbes*] Cicer. l. iii. in Verrem: 'non reperiſtis hominem timide nec leviter hæc improbiſſima lucra liguriem; devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit.' *Barth.*

324 *Laboris*] Quibus ſine non ſunt unquam mortales niſi cum dormiunt. Exemplum eſt Maronis *Æneid.* xi. 'Aurora interea miſeris mortalibus animam Extulerat lucem, referens ope-

na atque labores.' Barth.

325 *Gremio*] Velut vestis aliquo gremio involvens. *Gremio* noster summam quietem circumloquitur. Ut alibi 'gremium pacis' dixit. *Idem*.

Pigrasque sopor diffuderat alas] *Somnum pigrum* recte dici et eleganter, hand nego. Sed *alas pigras* minus approbamus. Quare *nigras alas* censeo reponendas esse: atque ita prim. Vatican. et Palat. apud Maronem: 'Nox ruit, et fuscis tellurem amplectitur alis.' Hinc et castiganda vulgata Tibulli exemplaria, lib. II. El. 1. 'Postque venit tacitus furvis circumdatus alis Somnus, et incerto somnia pigra pede.' *Fulvis alis*, et *somnia nigra* perperam nunc legitur. Apud Horat. Sat. II. 1. 'atris nox circumvolat alis.' De Aleto Virgil. I. VII. 'Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis:' et apud Silium lib. III. 'Corus Iu media ora nives fuscis agit horridus alis.' Noster alibi: 'Famaque nigrantes succincta pavoribus alas.' D. Heins.

326 *Ille diu curis animum stimulantibus æger*] Hæ sunt stimulatrices illæ quæ beatitudine exuunt animum vel in mediis divitiis, quibus infestiores etiam deprehenduntur: apud Senec. Epist. 17. 'Nihil refert utrum animus æger in divitiis an in paupertate ponatur; malum suum illum sequitur.' Barth.

Ille diu curis, &c.] Instantibus curis, ait Curtius, agitant sæpe per somnium species imminentium rerum. Claver.

Curis animum stimulantibus æger] *Ægrum* Aldus et scripti fere omnes: quod frustra improbant viri docti: sic Ovid. lib. I. Rem. Am. 'Cum dederit lacrymas animumque expleverit ægrum:' et apposite Val. Flacc. lib. VI. 'Talibus ægra movens nequicquam pectora curis.' Prior Leidensis *ægre*, etiam non male. D. Heins.

329 *Clavier una*] In Palatino æ-

vior. D. Heins.

330 *Visa loqui*] Audita potius. Notat loquendi morem ad præstantiam visus declarandam Clandianus Mamerthus, I. 6. Solent Poëtæ duos hos sensus commutare. Barth.

333 *Latæ manibus portabere vulgi*] More Principum recens creatorum. IV. Consul. 'quantæ miracula pompæ Vidimus, Ansonio cum jam succinctus amictu Per Ligurum populos solito conspectior ires, Atque inter niveas alte veherere cohortes. Obnixisque simul pubes electa læcertis Siderem gestaret onus.' *Idem*.

334 *Canit ambages*] Canere de omnibus præsagis dicitur. *Idem*.

335 *Nec capitis fæxi*] At enim Artemidoro, somniantibus quid tale, portenditur diadema. Claver.

Sentit præaugia fæxi] Sic Lucena. Gyrard. et quatuor alii: vulgo, *fæxi præaugia sensit*. Vatic. *sensit præaugia diri*: nec sequor tamen. Hoc valt, quod Capitolinus in Pertinace, 'caput ejus conto fixum milites in castra pertulerunt.' Notus mos ille veterum: noster ipse de Rufino infra. D. Heins.

337 *Festinamque rotam*] Sic Oceano exire Solem ob imminentem stragem Pharsalicam facit Lucan. I. VII. 'Seginior Oceano, quam lex æterna vocabat, Luctificus Titan nunquam magis æthera contra Egit equos.'

339 *Prosiluit atratis*] *Desiluit* Lucensis: non male. Fescenninis tamen, 'Tum victor madido prosilias toro.' D. Heins.

Densæque capacia turba Atria] Romanis atria ita disposita, ut pluribus interstitiis admissos in prima loca sustinerent ab alterioribus. Neque id alia ratione, quam ut amici salutatum venientes alii aliis propius admitterentur; distinxerant enim eorum agmina, et pro affectu ingenti habebatur, propius Patronum accedere posse. Senec. de Benef. VI. 33. Barth.

340 *Atria jussit splendere*] Ad mo-

rem inusuetum; nam in atrils salutationes quidem fiebant, sed convivia in cenaculo seu triclinio; sed tamen epulae triumphales in atrio Capitolii exhibebantur, ex Zonara l. ii. Annel. in Camillo. Faber l. i. Semeatr. c. 6. et nonnihil Serv. ad illud Maronis: 'illos porticibus rex accipiebat in amplis.' Vide convivium Didas *Æn.* i. in fine. *Dempst.*

342 *Inscribi propriis aurum]* *Insculpi* Lucens. Gyrald. et prim. Vatic. non audio. Juvenal. Sat. vi. 'scripto radiat Germanicus auro.' Martial. l. xi. Ep. 5. 'Scriptus es aeterno nunc primo Jupiter auro.' Ovid. Epist. Hyperm. 'Scriptaeque sint titulo nostra sepulchra brevi:' quae ibi vera lectio, non *Sculptaeque*. Sic et Statius Equo Domitiani: 'Apellem cuperent te scribere ceræ.' *D. Heins.*

Inscribi propriis aurum fatale] *Fatale* vocat, quia nemini licebat nisi Imperatori effigiem suam nummis impingere. Rufinus non sperabat aliter rem casuram, quam ut particeps Imperii declaratus ipse, domum rediens militi donativum, Populo epulum, ob initia principatus, daret. Huic Regio privilegio aptabat omnia, etiam nummos sua imagine percuti faciebat, quos rediens jactaret in vulgus, et militi donaret. Ergo *fatale aurum* non alia ratione dicitur, quam quia immobile solius Principis in eo privilegium. *Barth.*

Inscribi aurum] Hic notabis, quanta fuerit prerogativa P. F. qui nummos aureos sua figura cudere, ac donativum militibus, more Imperatorum, dare constituerit. *Claver.*

Figuris] Effigie capitis. Nam aliquando aut Numinum aliquorum figuris, aut iudiciis rerum feliciter gestarum nummi insigniebantur. Scite has tales figuras *anigmata* appellat Prudentius. *Barth.*

343 *Salutatibus reduces]* Eum honorem legionibus ab Imperatoribus habitum supra notavimus. *Idem.*

344 *Principe colitur]* Animo magis elato, cujus signa incessu prodebat stolidus homo et impure arrogantiae. *Barth.*

345 *Collaque famineo jactabat mollia gestu]* Vides, cur jactationem colli femineis gestibus ascribat Claudianus, nimirum cimeterio aliquo habitu velut in scenam ducens suum Rufinum. Erant prostituti pudoris nebulones inter Romanos, qui vulgo habitu incessaque agnoscebantur, et gestus omnes femineos assimilabant. *Idem.*

Jactabat mollia gestu] Ita scripti fere omnes et editiones nonnullae. *gestabat* ante legebatur: quod durum, propter *rd gestu*. Ovid. Met. iii. 'Collaque jactavit, crimemque per aëra movit.' Lucensis tamen *colobebat*: optime. Sic *luxu solvi*: quo verbo eleganter effeminatos ac molles Rufini gestus expressit. Sic 'mollis languore solutus' apud Nasonem. *D. Heins.*

346 *Tegeret ceu purpura dudum Corpus]* Tutum Claverius: *numdum* excerpta Pomponiana: tert. Vatican. Palat. et quatuor alii *nudum*: unus *numdum*. Viderint acutiores. *Idem.*

Tegeret ceu purpura dudum Corpus] Quasi dudum jam, ait, purpura Imperatoria insignitus, et ita jam Imperii securus, nec ambiguum adhuc spem fovens. *Barth.*

347 *Ambirent ardentae tempora gemmas]* De diademate loquitur, quod gemmis cultum fuisse notum ex nummis Imperatorum. *Idem.*

351 *Ornata fulgida ferri]* Martis Aldus et plerique scripti: placet. 'Ornatum Martis,' arma vocat. Pro *tramite*, *limite* Lucens. *D. Heins.*

Ornata fulgida] Acies instructa omnibus suis ordinibus, ut Martem ipsum exigere, atque inde voluptatem capere censeas. *Barth.*

355 *Savum cristato vertice nutant]* Elegantissime. Apparet enim in togalearum fulgentium cristisque nu-

tantium majestate quædam militaris sævitia. *Barth.*

356 *Tremulus colores*] Chlamydem versicolorum, quibus milites supra lineas vestes utebantur. *Idem.*

357 *Quos operit formatque chalybe*] Ut toti velut formati factique videantur ex chalybe. Sic alibi vi. Consul. Honor. 'Ut chalybe indutos equites, et in ære latentes Vidit cornipedes, quamam de gente, rogabat, Ferrati venere viri?' &c. Ait igitur Claudianus novam velut formam cataphractis datam a ferreis illis munimenta. *Formare* est suam formam rei speciemque tribuere.

Conjuncta per artem] Nullum majus artificium in tali armatura quam conjunctiones laminarum, ut ad usum sub iis et cum iis corpus humanum moveri queat. Catenuas in ea re agnoscit Sidonius, qui *catenas* pro ipea concatenata armatura usurpat. Confirmatur clarissime a Poëta, suorum dictorum ubique memore, vi. Consulat. Honor. 'num Lemnius anctor Addidit hinnitum ferro? simulacraque Bellia Viva dedit?' Quæ hic *animari*, illic viva dicit, eodem sensu. Noster mox: 'credas simulacra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.' *Barth.*

358 *Animatur lamina*] Laminarum mentio frequens in loricarum descriptione, ex iis enim consertæ erant. Turneb. xxix. §5. Serv. ante illum ad Æneid. v. 'Levibus hinc hamis consertam auroque trilicem Loricam.' Stat. Theb. iv. 'ter insuto servant ingentia ferro Pectora.' Laminarum sane aliæ *squammas* referebant; aliæ *hamos*: pro squammis puto nostrum dixisse *laminas*. Sidon. 'sutilis illi Circulus impactis loricam texuit hamis.' Quære plura apud Lipsium, de Milit. Rom. lib. iii. Dial. 6.

Hæmatur lamina membris] Miror, qui hanc lectionem mordicus tuerentur, non adduxisse Siliî ista lib. v. 'Loricam induitur, tortos cui nexilis ha-

mos Ferro squama rudi permixtoque asperat auro.' *Animatur* tamen cum veterum libris legendum probavi, lib. iii. de Rapt. vs. 387. Vidit et curis secundis Barthius, et egregie locis Claudiani prorsus similibus adductis veram lectionem asseruit: qui hoc loco consulendus. *D. Heins.*

361 *Par vestitus equis*] Etiam Equi cataphractorum toti induti laminis ferreis apud veteres. *Barth.*

362 *Ferratosque levant armos*] Cataphractus describit, quorum armatura ex solido ferro: de quibus forte noster de iii. Hon. Cons. et apertius de vi. Cons. ad finem: 'Ut chalybe indutos equites, et in ære latentes Vidit cornipedes, quamam de gente profecti Ferrati venere viri?' Veget. iii. 6. et Propert. l. iii. Eleg. 11. 'Ferreus armato neu cataphractus equo.' Erant ergo hi equites tantum, quos Livius, lib. v. in fine iv. Decad. *loricatos* vocat. Idem *cataphractarii* dicuntur a Pollione in Claudio secundo: sed et *Clibanarii* Lamprid. in Alexandro Severo: videatur Salast. hist. l. iv. apud Nonium, c. 18. et Serv. ad illud Maronis, Æneid. xi. 'Spumantemque agitabat equum.' *Dempster.*

Ferratosque movent] *Levant* Lucena. et Vatic. cum tribus aliis; recte: nam *moveri* jam præcesserat. Initio Raptus: 'Colla levant attrita jugis.' Bello Get. 'Securas jam Roma levat tranquillior arces.' Stat. Theb. iii. 'Sic fatur, et alto Membra levat scopulo,' ut quidem in scriptis. Sequenti versu, codices complures *Diviso stat quisque loco*: quod verum videri supra jam monuimus vs. 25. Vulgo *Et justo*: unde *Ut jussu* vel *justo* non inconcinne elicias. *Diviso* tamen malim. Capitolin. M. Antonino, 'Senatus populusque non divisus locis, sed in una sede, propitium Deum dixit.' Corippus l. iv. 'Divisum in turmas atque in sua corpora vulgus.' Noster Nupt. Hon. 'Divisa properate ma-

nu.' III. in Stilich. 'Aeceleret divisa
mœnis.' Cœterum in primo Vaticano
pro diversa lectione *Dimenso stat quisque loco*; eleganter profecto: quomodo
apud Virgil. in Georg. 'Omnia
sint paribus numeris dimensa viarum:'
et 'orbis certis partibus dimensus'
apud eandem. Barthius emendat, *Ut jussu stat quisque loco*. D.
Heins.

363 *Et jussu*] Tam certi loca una
occupant, ac si quispiam præsens singulos
ordinavit. Expeditam celeritatem ea lectio
commendat, cum laude occulta Stilichonis,
ad ejus nuntium etiam absentis suos ordines
occupabant scilicet. Barth.

Diviso stat quisque loco] In simulatione
belli ludicris ita exercebantur tyrones,
ut non magis loco cedere, aut stationem
deserere liceret, quam si res vera ageretur.
Asconius, et illud II. Catilinarie: 'loco ille
motus est:' deseruisse autem stationem in acie
capitale: sed nota hæc sunt. Dempst.

366 *Veneranda prior vexilla salutis*] Non
quia Crucis sacrum in iis signum erat, vel
Labarum, ut interpretatur Claverius voluit,
sed ex more quem principes Exercitibus
servabant, primum post tempus aliquod
visos salutare, et more cœterorum commilito-
rum signa venerari. Barth.

367 *Qui fallere cuncta solebat*] Quo
Barthius: confirmat Vaticanus primus. D.
Heins.

369 *Nomine quemque vocans*] Vocat
Luc. Gyrald. et prim. Vatican. Idem.

Nomine quemque vocans] Imperatorum
summorum more, qui student maximo opere
insigniores militum nomine nosse, facta
memoriter recensere posse. Sic de Stilichone
noster lib. II. 'mensæque adhibes, et nomine
quemque Compellas, clari sub te quod
gesserat olim Admonitor facti.' Sic
Salustius de M. Petreio. Barth.

Natoque patresque, &c.] Milites. apud
Tacitum, neque conjugii suscipiendis,
neque liberis alendis assueti.

Claudius vero Imp. militibus, quia
uxores habere non poterant, jus maritorum
ex lege indulgit, ut Dio probat. Claver.

371 *Extendere longos*] Non intendere
Luc. et Gyraldinus: idem pro *amplexus, flexus*; quod præfero. D.
Heins.

372 *Insuperatoque*] Nihil tale metuebat
Rufinus, qui jam sceptrum et purpuram
spirabat. Dicit autem circumjecisse sese
agmen palanti etiamnum milites quos
nomine singulos compellabat. *Campus*,
spatium quod gyro includitur. Sic supra
vs. 126. 'tutoque includit pascua gyro.'
Hoc fieri artificio quopiam Campidoc-
torum quotidie videmus, quod hic
luculenter describitur. Barth.

374 *In se redeuntia*] Quales sunt
omnes formæ rotundæ, cum enim in
talibus nec finis nec principium appareat,
ex se incipere et in se finire dicuntur.
Idem.

375 *Curvo paulatim sinuantur cornua ducta*] Hemicycli duo utrinque
coeunt in absolutum orbem. Sic 'cornua
Lunæ' ubique appellantur dimidiati
orbis. Locum autem hunc, ubi Rufinus
ab exercitu circumdatus obtruncatusque
est, *Hebdomon* appellatum docet auctor
Chronici Alexandrini. Huc processerat
sceleratus Imperii affectator, quia inibi-
dem coronari Imperatores Orientis
solebant, ut discas ex eodem scriptore.
Idem.

376 *Immanes virides indagine silvos*] Notum
quid *indago*. Retia nimirum aut lineæ
quibus feræ includuntur. Noster ex Marone
expressit suum. *Æneid.* IV. 'Dum trepidant
alæ saltusque indagine cingunt.' Porro
nota, indagine, inquisitionem attentionem
designare, quam indagationem crassius
dicimus. Idem.

Virides indagine saltus] Sic Raphe-
lengius ex vestigiis Isingriniani libri, quod
a Lucens. Gyrald. Vatican. et quinque
aliis confirmatur. Vulgo vi-

rides silvas: noster lib. iii. de Rapt. 'nec virides audebat visere saltus:' apud Maronem, l. iv. 'Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.' Iaingrinus *Venetos saltus*, ut *Venetos montes* Fescenninis dixit. Sic et 'Libyci saltus' bello Gild. et 'Calabri saltus' apud Silium, l. vii. *Immissa* etiam *indagine* pro *immensa* Iaingrinus: quod de nihilo non est, etsi *vastam indaginem* a Lucano dici sciam. Idem l. iii. 'Hanc iubet immisso silvam procumbere ferro.' Vide notas Cons. Manlii, vs. 331. *D. Heins.*

378 *Æquoreus populator*] Nimirum erat humile piscatorem nominare. *Populatorem* scite dicit, quia integra agmina cogit, et vastat iis pelagus, nam et piscium sunt populi.

Plagarum anfractus] Cavitates impares et nullo ordine. Sic 'aurium cavata anfracta' Varro dixit Parmenone. *Barth.*

380 *Excludunt alios*] Ad extremum circulus ille tam arcte clauditar, ut solus cum Principe in militum medio remaneat, cui mactando omnes istæ ceremoniæ fiebant. *Idem.*

Excludunt alios] Ut piscator minusculos pisces rejicit in aquam et quasi excludit, ut opimiorum prædam retineat: sic militum corona involvit Rufinum hujus rei imprudentem. *Cleaver.*

Cingi se fervidus ille] *Augi* in quinto Vaticano. *D. Heins.*

381 *Apprensæ vestis*] More hominum magna serfietate aliquem attinentium aut urgentium. *Barth.*

382 *Augustum*] *Arædium*. De *Arædio*, nigellum hominem fuisse et staturam pusillæ scribit Georgius Cedrenus, ad nihil magnopere aptum præterquam literas scite pingendas.

Tribunal] Ligneum electioni Imperatoris in Urbe id fuisse docet Codinus in Aulæ descriptione, in quod deinde throni aurei solebant imponi. *Barth.*

384 *Vex desuper ingens*] Ex improviso ipsi velut cælo illapsa, qui alta omnia tum exspectabat. Subita enim omnia cælo demissa credebant veteres, et inopinata. *Barth.*

385 *Nobis etiam, deterimine, nobis*] *Male teterrime*: quod postea confirmavit quintus Vaticanus. Ita eadem in codice Theodosiano Rufinum vocant Arcad. et Honor. A. A. 'Ne unius viri illustis tantum valeat temporalis offensio teterrimi iudicis inimici.' Nam Tatianum Rufinus proscripserat: noster l. i. de Rapt. 'teterrime fratrum.' *D. Heins.*

386 *Famulas catenas*] Alludit ad ritum triumphi, in quo captivi, catenati ducebantur, procul amoto pristinae dignitatis statu. Tibull. lib. i. Eleg. 7. princip. et l. iv. ad Messalam: 'libera Romanæ subiecit colla catenæ.' Carm. ii. fine, 'captivos vincitque novos.' Propert. l. ii. El. 2. Ovid. l. iv. Trist. Eleg. ii. de Pont. El. 1. et l. 2. de Arte: 'Ibunt ante duces onerati colla catenis.' Flor. iii. 1. in fine de Jugurtha: hinc est quod Varro, l. iv. de ling. Lat. *victoriam a vinciendo* dictam tradat. Rufinum ergo arguit, eadem feritate in cives utentem, quam alii in hostes belli jure atque æquo Marte devictos fuissent usi. *Dempst.*

387 *Unde redi nescis*] Nesciane, impure tyranne, nos a viris venire, viros debellasse in Italia haecenus, nunc fœmineis agminibus minime servituros? Laus occulta Stilichonis, Honorii, totius Antiquæ Romæ: dicit hæc miles olim sub Theodosio ab Oriente in Occidentem debellandis tyrannis ductus. Quomodo v. 217. Stilicho dixit: 'redeat jam miles Eous.' *Barth.*

389 *Bis domitum*] Papin. Silva i. 'Tu civile nefas, tu tardam in fœdera Montem Longo Marte domas.' Quem expressit Claudianus. Innuit autem bella, quibus Maximum et Eugenium Theodosius, socio Stilichone, subvertit. *Idem.*

Bis rupinus Alpes] Sæpius ita de

victoria Theodosii lequitur. Annibalis eum occulte facinori æquat, qui vere Alpiam obstacula rapit. *Barth.*

Bis domitum] Domui primus Vatican. et quinque alii: *servile nefas tertius Vatic. D. Heins.*

394 *Montes nuper dimisit avitos*] Sic primæ editiones: scripti fere omnes *nuper montes dimisit*. Vulgo, *montes amisit*: quomodo et prim. Vatic. *Idem.*

395 *Altorumque exsul nemorum*] Non enim sponte lis excessit. Nam *avitis aedibus* in fera effictis, scite exsilium ejusdem consonat. *Barth.*

Arenæ muneribus] Munus proprio ad gladiatores spectat, qui liberalitate summa magnificentiaque conducti populum recreabant. JC. l. *liberti*. § *Lucius. ff. de annul. leg.* et *Modestinus, l. legatum. 16. ff. de usu et usufructu legatis*. Quod autem de bestia arenæ damnata dicit, adverte matutina spectacula, ferarum commisionem; meridia, hominum fuisse. Martial. 'Matutinarum non ultima præda ferarum.' Ovid. l. xi. *Metam.* Fab. l. 'ut matutina cervus periturus arena.' Senec. l. iii. de ira, cap. ult. 'videre solemus, inter matutina arenæ spectacula, tauri et ursi pugnam inter se.' Symmach. l. ii. *Epist.* 46. arena vero est theatrum, cñs solum arena sterneretur; vel ne sanguis horrorem incuteret; vel ne pugnautes laberentur. *Dompst.*

Damnatur arenæ Muneribus] Isingr. Lucens. prim. Vatican. multi alii, *Verberibus*: quidam etiam, *Vulneribus*; frustra. Nos vulgatam veram præstamus: quæ ab interpretibus sollicitari non debuit; præsertim cum a scriptis nonnullis confirmetur. Perperam etiam Delrius ex suo libro, *Vulneribus convicta. Commota, Irata*. Dicemus lib. ii. in *Eutrop.* *Munera arenæ* spectacula vocabantur, sive quicquid in arena exhibebatur: ita et Lucan. lib. iv. 'veluti fatalis arenæ Muneribus non ira vetus con-

currere cogit Productos: odere pares.' Manil. lib. iv. 'Nunc caput in Martem vendunt et munus arenæ:' quomodo scribendum esse censeo. Nunc legitur, *in mortem vendunt et funus arenæ*. Sic et *munera* feras ipsas in arena exhibendas noster vocat, lib. xii. in *Stilich.* 'Pacet muneribus montes, ut legibus urbes.' Ita enim versum corruptissimum scribendum esse suo loco monebimus. Prudentius, lib. i. contra Symmach. 'Funditur humanis Latari in munere sanguis.' Ovid. lib. i. *Art. Am.* ubi de spectaculis hisce: 'Saucius ingemuit telumque volatile sensit, Et pars spectati muneris ipse fuit.' Ita optimæ membranæ. Vulgo, *spectati vulneris*. D. Heins.

396 *Vir murmurare contra hortatur*] Quomodo vel quem vir contra hortatur? se, an provocat feram? An ruentem contra hortatur qui incitat ad pugnam? Nihil video, quod sit admodum dignum cæteræ hujus loci claritati. Egressus quidem feræ ex cavea describitur, non vero jam cinctæ, quod Rufini historiam convenerat. Nec sane ille hortatur feram qui venabulum oggerit. *Barth.*

398 *Cuneosque erecta theatri*] Fera sibilum strepitumque pavet, non aliter atque in Instris ad ignotum fragorem concuti etiam nobilissimæ bellæ solent. At mox, quantum quidem naturæ illius concessum est, non timet: sed miratur, amplitudinem aut copiam sibilantium. *Idem.*

399 *Respicit*] Sic Lucens. Gyrald. prim. et sec. Vatican. Vulgatam *Depicit* merito vulpavit Scaligero libris de *Re Poëtica*. Claverius, *Diapicit*: sed non persuadet. D. Heins.

Sibila vulgi] Hic designantur spectacula Romanorum. Tacitus ait; Romanos voluptatibus adversus subiectos plus valuisse, quam armis. Exstat vero apud Dionem locus, unde colligas non sine prudentia et ratione, ejusmodi munera esse edita: *ἡρώδης*

περὶ γὰρ περὶ ταῦτα τὸν δῆμον ἀποδοσπύ-
βορθαι. Claver.

400 *Ense Proscit exerto*] Non aliter scripti meliores, nec audiendi qui vulgatum erecto tneantur. Ovid. III. Fast. 'Ensisbus exertis bellica læta Dea est.' Statius, 'fulgentemque exerit ensem:' et alibi, 'exertum dimittere dicitur ensem.' Lib. XI. Theb. 'ut exertos enses et cæde recenti Arma rubere notant.' Silius, l. XI. 'Donec ad exertos enses, fidissima tela, Deventum:' ita enim scribendum, quicquid Dansqueius obloquitur. Superiori versus malim et lumine torvus quam vulnere cum Patavino. D. Heins.

401 *Dictique et vulnere*] Simal: ἀνα-
κτος, ἀνα κρυος. Barth.

402 *Hæc petit, hæc Stilicho*] Mendose hæc legebantur: nos priorem Leidensem et duos alios secuti sumus. Alii nonnulli, *Impetit*: quos inter primus Vaticanus. Vulgo, *Appetit*. Miram vim habet hæc repetitio: ut apud Virgil. 'Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat:' quod imitatus Statius, lib. IX. 'hanc tibi Tydeus, Tydeus ipse rapit.' Seneca Thyeste: 'Ne parce potu: restat etiamnum cruor Tot hostiarum. Veteris hunc Bacchi color Abscondet: hoc, hoc mensa claudatur scypho. Mistum suorum sanguinem genitor bibat.' Hercule Cæteo: 'dumque tremebundum manu Tenuit cadaver, Hæc manu, hæc, inquit, ferat, O fata, victus? Herculem perimet Lichas?' sic uterque locus ex optimis membranarum Medicæ bibliothecæ restituendus. D. Heins.

403 *Hoc aboens*] Alludit ad ea quæ dicta sunt vs. 306. Barth.

406 *Fessi pœnam libaverit orbis*] Quam fesso tot modis et variis facinoribus addicto orbi debebat impura illa bestia. Hoc est, Pœnam a toto orbe ingerendam ipsa libaverit in corpus suo ictu. Claverius libaverit, quod sane etiam nobis placet. Cum enim nec tot pœnæ satis sint, ut etiam inferis sedibus exigendam umbram in

finem dicat, potius est primum ictum libasse supplicium quam quodammodo peregrisse. Libare enim est degustare. Barth.

Et fessi pœnam libaverit] Libare est degustare et leviter attingere: ut velit Claudianus illam esse felicem manum, quæ prima levi aliquo vulnere inflicto vel catem perstrinxerit, gravioribus vulneribus exemplum subministratura. Sunt qui legant *libaverit*, pro Longe ejaculatus erit. Dempster.

Pœnam] Rufinus enim adeo fuit oneri et pœnæ Orienti, ut pœna ipsa dici meruerit: sic Eutropius dicitur *Eum crimen*. Claver.

Pœnam orbis] Ab orbe universo monstruoso homini debitam. Barth.

Libaverat orbis] Ita cum Aldino et Claverii libro, et ex nostris Rottendorpiano, legendum: nec Lucensis dissentit, in quo *libaverit*: vidit et veram lectionem Barthius. Vulgo insulse *libaverit*. Similiter Silius corrigendus, lib. IX. 'Bisque Dei summas libavit vertice cristas.' Nam vetus editio et scriptus codex *libravit*: vulgati, *vibravit*. Statius, Thebaid. V. 'moti tamen aura cucurrit Fulminis et summas libavit vertice cristas:' non *libravit*: quod in plurimis scriptis exstat. Theb. VIII. 'mortemque invenerat hasta: Sed prohibet, paulumque humeri libare sinistri Præbuit, et merito parcat Tritonia fratri.' D. Heins.

410 *Hos vultus avidos*] *Rabidos vultus* Lucens. et Gyrard. utrumque probum: pro *artusque trementes* septem scripti *artusque nefandos*. Idem.

Vultus avidos] Adhuc avaritiam insatiabilem oris lineamentis referentes. Barth.

Hi vultus avidos] Mirum supplicium, inauditaque barbaries et vix credibilis, nisi fidem faceret Procopius. et alii illius sæculi scriptores, ita perisse Rufinum. Dempster.

413 *Roseras curvamina dorci*] *Rose-*

cat legendum; et sic Moreti alter: *confinis* etiam Isingrinus: quomodo *supra* 'geminæ confinia libræ.' Mox *anhelas*, non *anheli*, Aldus et scripti omnes.

415 *Spatium non invenit ira*] Corporis tantilli spatium non sufficit tanto furori. *Barth.*

416 *Consumpto funere vix tum*] *Lege viduum*: quomodo apud Statium, Theb. vi. 'Vix dum captus equis labor, et jam pulvere quarto Campum ineunt.' Lucensis tamen et Isingrinianus argute, *victor*: quomodo et Vaticanus primus a prima manu. Alii nonnulli *victum*. Unus *justum*. *Victorem* vocat, quod militum furor in cadavere ejus discernendo satiari non potuerit. Barthius *τὸ victor* ad militem refert: sed *vixdum* a Claudiani manu esse opinor. Ammianus, lib. xiv. 'qui ita evisceratus eat, ut cruciatibus membra deessent.' Sequenti versu recte Luc. Isingr. prim. Vatican. et alii nonnulli *perit*, non *cadit*. Juvenalis ista Sat. iiii. imitatus videtur. 'Quid superest de corporibus? quia membra, quis ossa Invenit? obtritum vulgi perit omne cadaver.' Euripides Andromacha, quem locum Livineius quoque vidit, *τὰ δ' ἀνδρατὰ δέμας τὸ καλλιμόρφον τραυμάτων ὅτι ἀγγλον*. Lucretius, lib. v. sub finem: 'Et tamen inter eos distractum sanguine multo Dispersisse, neque in fructum convertere quiesce:' quomodo duo veterimi Vossianæ bibliothecæ codices, non *dispersisse*. Lucan. lib. ii. 'vix te sparsum per viscera, Bæbi, Innumeras inter carpentis membra coronæ Dispersisse manus.' Ita enim legendum videtur, cum scripti nostri constanter, *Dispersisse*; nec damno tamen *Discessisse*: quod vir magnus amplexus est. Prudentius Psychomachia: 'Disclusum fœdis animalibus omne cadaver Dividitur: ruptis heresis perit horrida membris.' *D. Heins.*

Consumto funere vix tum Deseritur] *Funus*, cadaver. Cadaver destituere *Delph. et Var. Clas.*

furorem hostilem irati militis dicit, nec satis esse explendæ tantæ iræ tot modis momento conceptum corpus. Michaël Bentinus prætulit *consumto funere Victor Deseritur*. Quam lectionem recipiendam arbitror. Non enim victum aut dilanatum cadaver deseritur, sed inbiantem majoribus suppliciis deserit militem victorem. *Barth.*

417 *Perit per tela cadaver*] Ut nulli appareat, ipsum uti cadaver consumatur. *Idem.*

418 *Mons Aonius*] Cytheron. Eurip. in Bacchis.

Penthes ferrent Manades] Diruptum in partes. Vide Pausan. lib. ii. *Barth.*

420 *Latonia virgo*] Lucensis *vix*: placet, ab Actæone scilicet nuda. Pro *Traderet* alter Moreti *proderet*, etiam bene. *D. Heins.*

421 *Sperus, fortuna, mederi*] Aldus et plurimi ex scriptis *credis*, et sequenti versu pro *certain*, *sperus*: *rependi* pro *rependis* Helmstadtiensis. *Idem.*

425 *Truncum*] *Truncus* designat corpus, capite dempto. Virgil. lib. ii. 'Regnatorem Asiæ: jacet ingens litore truncus.' *Barth.*

427 *Sufficiunt*] *Malim Sufficiant.*

Vacuo plecto obvia muro, Jam secuta ruit] Sic quatuor veterrimi et alii aliquot. Vulgo *undique*. Imitatus ipso bello Get. 'portas secuta per omnes Turba salutatis effunditur obvia signis:' *τὸ effunditur* primi ac tertii Vaticani, et codicis Oisieliani lectionem confirmat, in illis enim pro *ruit*, *fluit* scriptum. Bene: nam *ruunt* statim sequitur. Videtur illa Lucani respexisse lib. iii. 'non confluit usquam Obvia turba daci.' Ita enim ab illo relictum esse censeo; cum nunc legatur minus bene *constitit*: *τὸ fluere* plebis securitatem optime exprimit: sic et vestes laxæ *fluere* dicuntur. Virgil. *Æn.* xi. 'Olli convenero, flauanteque ad regia plenis Tecta viis' et lib. xii. 'Antæus Mnesteusque omnisque relictis Turba fluit castris.' 'Populis

Claud.

4 N

undare pedantes' noster supra dixerat, ut 'undam salutantum' Virgilius, et 'flumen militum' Silius lib. XII. 'Fertur acerba lues disiectis iacita tellis, Effusæque runat inopino flumine turbæ.' Ita vere libri scripti. Vulgo, inopino turbæ. D. Heins.

428 *Jam secuta, ruit*] Prædome videlicet publico perempto. *Barth.*

431 *Laceros juvat ire per artus*] Codices quidam *vacuos*: quod Delrinus perperam probat, cum *vacuis muris* paulo ante præcesserit. Lucan. lib. II. 'Cum laceros artus æquataque vulnera membris Vidimus.' D. Heins.

Laceros per artus] Alii habent *vacuos*, id est, exsangues et inanimes. Sic Statius lib. IX. Thebaid. 'Vacuorum terga leonum.' *Schott.*

432 *Prensaque calcato vestigia*] Alibi dixit 'truncis immergere plantas.' Quod etiam Papinianam granditatem redolet. *Barth.*

433 *Certant elidere saxis*] *Flagrant* Lucens. Isingr. prim. Vat. et quinque alii: omnino rectius. Statius, Theb. III. 'pars visere flagrant Unius acta viri.' Lib. X. 'flagrant comitari et jungere casus.' Sic *ferocent, calent, ardent, antuant*, noster subinde: de quibus libro I. vs. 311. D. Heins.

434 *Prodigiale caput, &c.*] Immane hoc, sed tamen frequens, quod exercuit Dolabella in C. Trebonium. Tull. Philipp. XI. Augustus caput Bruti Romam misit, ut statum Cæsaris submitteretur. Suet. in eo cap. 13. caput Galbæ Aug. laxis calonibusque ab Othone donatum, hastæ affixum, non sine ludibrio circum castra portatum, Suet. in Galba, cap. 20. Silius, lib. XVII. 'Servili fers ora ducis suffixa veruto.' Lucan. lib. II. de Syllæ crudelitate: 'Colla ducum pilo trepidam gestata per urbem.' Lege Senec. lib. III. Controv. 17. et antiquitatem hujus ritus discite ex Marone *Æn.* IX. de Euryali et Nisi morte: 'Quin ipsi arrectis, visu mirabile, in hastis Præfigunt capita.' Sic servili in Hippolo-

cham Trojanum Agamemnon. Victor, XXVIII. 8. Flor. III. 10. *Dempst.*

Quod jam de cuspide summa Nutabat] More vetustissimo velut triumphantium de hostibus, quorum principum capita hastis præfixa in urbes reducebantur. *Barth.*

436 *Dextera*] Manum Rufini dextram pop. Bysantius fertur abscidisse, ac per vias urbis circumtulisse, ut ostiatim mendicaret post mortem, qui vivus singulos argento emounerat, quod pulchre Poëta enunciavit: qui vero manum illam ostentabat, hæc sermone patrio, quasi per jocum clamat: ΔΟΤΕ ΑΠΑΗΚΤΟ, iisque sic multum pecuniæ ex re ludiora obtigit. B. Hieronymus: 'Rufini caput pilo gestatum, abscissa manus dextra, ad dedecus insatiabilis avaritæ, ostiatim scipem mendicavit.' *Classen.*

437 *Panasseque animi percoluit avari*] *Fraudesque*, Lucens. Isingr. et quique alii ex melioribus. Pro *vivisque imitata retentus*, multi veteres *receptus*; a recipiendis muneribus: quod nescio, an satis sit Latinum. Mox *adductos digitis inflectere nervos* primus Vaticanus et Oiselianus, non cum vulgatis *adductis digitos nervis*. D. Heins.

438 *Vivisque retentus*] Hominis avari atque rapacis manus comparantur unguibus ferinis, quia feræ volucres eos injiciunt retinendis unguibus.

440 *Desinat elatis quisquam confidere rebus*] Jam ad confirmationem argumenti principio primi libri propositi sub exemplo Rufini. Huc ait respicientes, qui malis artibus ad insignem aliquam potentiam proveci sunt, desinant alta cervice ingredi, et Fortunæ faventis lubricitatem considerent.

441 *Instabileque Deos*] *Fortunam*, quam Deorum omnium nomine circumloquuntur scriptores, quoties de instabilitate rerum sermo vertitur.

Inst. Deos, ac lubrica numina] Non sine reconditiore doctrina numina

Diis subjuavit. Numen enim velut animus quæpiam Dei ipsius habebatur apud veteres, et ab Deo ipso sejunctim colebatur, tanquam aliquid divinius, nobilius, potentius. *Barth.*

442 *Scæptra sibi gestanda parabis]* Scæptri sumtio, Imperatoris Potestatis usurpatio. *Idem.*

443 *Cujus se toties submisit ad oculos simplex Nobilitas]* Osculatio manus venerationis signum, ejus vel cæremonia, vel certe verbis tenus oblatio, usque adeo apud eas gentes hodie frequens est, quæ a Latinis Barbarie permissis descendunt, Romanorum Græcorumque moribus receptissima erat, e quorum profundo usa ad hæc tempora descendit. Tacitus de Othone, Hist. I. 'Ruere cuncti in castra, laudare militum judicium, exoculari Othonis manum.' Phædrus, Fab. 82. 'Ut mos est vulgi passim et certatim ruit; Feliciter subelamant ipsi principes, illam osculantur, qua sunt oppressi, manum.' Lucan. lib. II. 'spes una salutis Oscula polluta fixisse trementia dextræ.' Inter Christianos quoque oscula manuum fuisse clarum ex Chrysostomo, lib. I. de Sacerdotio. *Idem.*

Submisit ad oculos simplex] Nam dextram oculari obsequii argumentum, Platarch. Catone. Plin. II. 45. 'dextra oculis aversa petitur, in fide porrigitur.' Serv. I. Æneid. 'cur dextram jungere dextram Non datur?' Lucan. lib. II. 'Spes una salutis Oscula polluta fixisse trementia dextræ.' *Dempster.*

445 *Feralem quæstum]* Exitialem, abominabilem. *Ferale* vocant Latini quicquid horrendum, abominabile, atrox est, et obscenum. *Barth.*

Quæstum poposcit] Ferale quæstum ad se inhumandum tractum ab antiquitate Romana; nam in templo Libitinae veniebant necessaria ad funus. Plutarch. in quæstionib. Rom. Cæli. Rhodig. xv. 22. Horat. 'Autumnæ-

que gravis Libitina quæstum acerbum.' *Dempster.*

446 *Aspiciat nequis]* Quisquis Lucensis, Isingr. prim. Vatic. et sequenti versu *gerit* fidem, non *gerat*. *D. Heins.*

Nimium sublata secundis] Est illud *ὀφθαλμοῖς*. Ita *ὀφθαλμοῖς* *ὀφθαλμοῖς* Hesychio Lexicographo exponuntur. *Barth.*

447 *Trivitis oscandus]* Projectamina sordesque domesticas veteres projiciebant in trivis, ubi loca erant ad ea destinata, viis juxta sedes aptatis. Hinc sermo trivialis, homo de trivio. *Idem.*

448 *Qui sibi pyramidas]* Edificiorum magnificorum furorem in Rufino, non semel notavit. *Idem.*

Qui sibi pyramidas] Pyramides extruxit antiquitas, non tantum ad servandum frumentum, quod Græci *πυρᾶς* vocant; sed etiam ad regum claudenda cadavera. Strabo, lib. XVI. de his Mela, I. 8. Plin. XXXVI. 12. Mart. Ep. I. Amphith. lib. VIII. Ep. 36. Lucan. lib. VIII. 'Ut Ptolemæorum Manes seriemque pudendam Pyramides claudant.' *Dempster.*

449 *Culmina manes]* Hic notat sepulchrum vacuum Rufini, quod sibi vivens extruxerat; id facile superavit, opinor, cætera istius ævi Mausolea; in his enim rebus plus satis excoluit. *Claver.*

450 *Velari creditis]* Sese velandum. *Barth.*

Velari creditus ostro] Sic prior Moreti, Oxon. et Regius, cum primo Vaticano atque Oisiliano. Isingr. *creditur*. Vulgo, *credidit*. *Dempsterus* in Corippum commentario ex Bongarsianis membranis, 'Qui se Sidosio velandum credit ostro.' Mox cum Aldo et melioribus scriptis, *nuquam*, non *nuquam*: quamvis in contraria eat Clarissimus Barthius, et vulgatum tueatur utroque loco. *D. Heins.*

451 *Pascit aves]* Pascere aves, est,

sepultura carere: hinc Augustus cui-
dam sepulturam precanti, respondit:
'jam istam in volucrum fore potes-
tate.' Suet. c. 13. quod a Græcis de-
rivatum est. Homer. Iliad. l. i. princ.
Senec. Thyest. act. v. sc. 3. vs. 1029.
'Utrumne sævis pabulum alitibus ja-
cent?' Ad quem ritum Maro Æn. ix.
'canibus data præda Latinis, Aliti-
busque jacea.' Et Pierius Hieroglyph.
l. xviii. ex Æn. x. 'Alitibus liquere
feris.' Et Codrus ad Pompeii cada-
ver, l. viii. apud Lucan. 'Ne fera,
ne volucris, ne sævi Cesaris ira Au-
deat.' Flor. iv. 7. *Dempst.*

Qui possidet orbem] *Επωικὸς*. Qui
tantas moles suo sepulcro destinave-
rat, ut fama orbem terrarum exple-
turum se crederet. Vel simpliciter,
possidebat. Cujus votis vix satis
erat possessio universi terrarum or-
bis. *Barth.*

452 *Pulvere raro tegitur*] Pulvere
tegi est hic sepeliri; licet apud Plin.
vii. 46. sepultus sit, quoquo modo
conditus, humatus, humo contextus,
et cadaver terra conditum, est sepul-
turæ mandatum; ex JC. *tit. de sumpti-
tibus et religiosis funerum*: inde illa
Palinarii precatio apud Virg. Æn. vi.
'Et tu mihi terram Injice,' &c. ubi
Serv. observat, 'pœnam existimatam,
carnisse sepultura.' Vide eundem ad
Æneid. vi. 'Præcipue pius Æneas.'
Horat. Od. i. 28. 'injecto ter pulvere
curras.' Statius, Sylv. v. 3. 'Exere
semirutos subito de pulvere vultus.'
agit de exequiis patris, idque non
Romani, verum etiam Græci ritus.
Valer. Max. v. 3. *Dempst.*

453 *Nunquam totiesque sepultus*] Nunquam, cum de Rufino ipso seu corpore integro quod animum ejus vocabulo audito subit, cogitas. To-
ties, cum vides miserrimi corporis la-
cera frustra hinc inde infelicitè se-
misepulta. *Barth.*

455 *Amolitur onus*] Non *Emolitur*
prior Leidensis: quomodo primus

quoque et tertius Vaticani pro diver-
sa lectione. Lucan. v. 'Heu quan-
tum fortuna humeris jam pondere
fessis Amolitur onus.' *D. Heins.*

Respirantibus astris] Superiore hac
parte cœli. Eam enim astrorum no-
mine censent Poëtice litteræ. Plato-
nicum simul dogma exprimitur, ubi
singulis astris sui adscribuntur dæmo-
nes, suæ animæ, sub omnium patre
qui mundi universi anima est. *Barth.*

457 *Intrantemque etiam*] *Τὸ etiam*
mendi suspectum: mox pro nigri ju-
dicis malum *Stygii*. *D. Heins.*

458 *Tunc anima, quas ille fero sub*
jura peremit] *Jus ferum* est imperium
tyrannicum. Jus enim, regnum. Ani-
mas autem peremisse dicit imitatione
sacrarum literarum, quarum apertis-
sima lumina in toto hoc auctore ap-
parent, et a nobis in gratiam Lectoris
pecullari sunt libello enarratæ.

459 *Judicis urnam*] Quia judicia
collectis suffragiis in urnas ei operi
destinatas per universam fere Græci-
am exercebantur, inferis quoque talla
asscripserunt Poëtæ. Virgil. lib. vi.
Papinius: 'immanis urnam quatit
Æacus umbris.' Et inde urna ipsum
fatum, ipsam necessitatem moriendi
significat. *Barth.*

461 *Dulcia raptu Mella trahit*] Non
insidiis sed raptu manifesto. *Idem.*

462 *Spicula tendunt*] Instar militum.
Idem.

464 *Rimosam patriam*] Ex Marone:
'levi rimoso cubilia limo Unge fores
circum.'

Pumicis antra] Gratissima sedes
apibus. *Idem* Maro: 'sub terra fo-
dere larem penitusque repertæ, Pu-
micibusque cavis exesæque arboris
antro.' *Barth.*

465 *Pronoque favos*] Quod ob mo-
lem casui videtur vicinum. *Idem.*

Examine velant] *Vallant* unus Flo-
rent. *Lego vallant*. Statius, Thebaid.
xii. 'Intus agunt natos et fœta cu-
bilia vallant. Unguibus, imbellesque

citant ad prælia pennas :’ pro *cinctæ* in aliis *cunctæ* ; nonnulli *cinctæ*. D. Heins.

466 *Est locus, &c.*] De Phlegethonte mythologi disseruere : noster lib. i. de Raptu princip. at cultissime, l. ii. de Raptu : ‘*Flagrantibus hispida nimbis Barba riget, totoque fluunt incendia vultu.*’ Senec. Thyeste, act. i. sc. 1. ‘*Alveo medius tuo Phlegethon relinquit, igneo cinctus freto.*’ Serv. ad Æneid. vi. ‘*Tartareus Phlegethon*’ Hunc *Pyriphlegethonta* appellat Tertull. Apol. c. 150. ad quod allusit eleganter Sidon. lib. iii. Ep. 13. de parasiti oculis : ‘*Stygiz vice paludis volvunt lacrymas per tenebras.*’ *Dempster.*

467 *Cocytus*] *Cocytos* bene Mazarin. prim. Vatic. et quinque alii, *Cocytos* : sic et *scorpion*, *Tityon*, pro *scorpios*, *Tityos*, sæpe in antiquis libris. Paulo ante *Est lacus non Est locus* corrigendum censet Barthius : qua castigatone non est opus. D. Heins.

Inamænus uterque Alveus] Quod ipsa nomina arguunt. Barth.

469 *Turris per geminos flammis vicinior annes Porrigitur*] Sciendum *Turrim* non unam molem solam, solumque in altum porrectam significare, verum munitionem latam, arcem, stucturam plurimum ædificiorum, castellum, modo altitudinis sit eminentioris, et quæ fortior ad permanendum. Sic omnes munitas moles turries vocat Lucretius, lib. v. ‘*non lapides quoque vinci cernis ab ævo ? Non altas turreis ruere, et putrescere saxa ?*’ Unde et confugium quodvis, tutumque receptaculum, *Turris*. Sane cum per geminos annes moles ista *adamantina* porrigatur, quomodo ei vicinior sit qui flammis perpetuis fluit, nondum ædèpol satis perspicio. Nisi tu vicinum hic cognatum velut, similem, proximum, non tam loco quam natura interpretare, et ita boni scriptores. Prudentius in Hamartigenia : ‘*Et datur occultum per proxima quærere*

verum.’ Hoc est, maxime similia, et naturæ non absimilia. Barth.

471 *Cocytia fundit Equora*] Prim. Vatic. et quatuor alii, *fundit* ; bene : pro *setu*, Lucens. et Gyrard. *fluctu* : ut *littora plangere* Virg. neque aliter Pomponiana excerpta et a manu prima primus Vaticanus cum Oisellano : sed frustra. Statius, Theb. viii. ‘*assistunt lacrymis atque igne tumentes Cocytos Phlegethonque* :’ alluditur enim ad Cocyti nomen. D. Heins.

472 *Fletu concita plangit*] Cocyti alveus lacrymis fluere omnium Poëtarum fabulis notissimus. Hujus a quas *flctum* vocat Claudianus, quibus impulsæ turris plangit etiam ipsa, hoc naturaliter sive Deorum fato quopiam coacta facere, nequid absonum mœstitiæ infernali ferret, si non et ipsa plangeret. Unde quoque mihi videntur flebilem vocem dare, quæ turrim illam allatret velut. Barth.

473 *Huc post emeritam mortaliam secula vitam Deveniant*] Sapientium mortalium multi ante patefactam quoque veritatem sive ad coercendos et in officio tenendos homines, quod Politici illi aiunt, sive conscientia quadam rerum divinarum, statuerunt locum quemdam esse ubi conveniant animæ morte a corporibus solutæ, vel ad præmia benefactorum vel ad capiendas pœnas male administratæ vitæ suæ. Cæteri omnia hæc fabulæ rebantur, rati cum Epicuro nil nisi terribilamenta esse et superstitionarum cogitationum ludibria ; inter quos comprimis est Læcianus. *Idem.*

474 *Nulla manent*] Læcianus *νεκροῖς. ἡρώδῃ καὶ ἄλλοις ἀνθρώποις ἀναρτες. Idem.*

475 *Vanoque exsutum nomine Regem*] Tamquam in scena personam quampiam induisset. Et sic sapientissimi scriptores de vita et ambitione potentis superbiæque humanæ censuerunt ; ut celebre fuerit dictum Petronii Arbitri, ‘*totum mundum facere histriioniam.*’ In hanc autem senten-

tiam venit congrue ejusdem elegans Epigramma, quo ait: 'Grege agit in scena mimum, Pater ille vocatur, Filius hic, nomen divitis ille tenet. Mox ubi ridendas inclusit pagina parteis; Vera redit facies, assimilata perit.' Eadem enim ratio honorum et dignitatum humanarum est. Et sic fabula vitæ construitur. *Barth.*

476 *Quæstor Minos*] Ita appellant Poëtæ exactorem illum rigidum et justum, ad quem omnia a mortalibus commissa sisti, et ab eo examinari credebantur. Virgil. lib. vi. 'Quæstor Minos urnam movet.'

In alto solio] Tale tribunal ascribebant Minoi. Minos autem ideo ad motus rebus post mortem, quod in vita justissimus fuit, et ipsius Jovis colloquio leges scripisse creditas, non secus atque Egeriæ Numa. *Barth.*

Quæstor in alto Minos] *Quæstores parrici*, vel *parricidi*, ut vult Fest. lib. xv. dicebantur, 'penes quos cura erat criminis examinandi:' iidem *Triumviri capitales* (de quorum institutione Decad. i. lib. i.) scribente Varrone, l. iv. de ling. Lat. sed et *quæstores* vel *quæstiores* simpliciter vult vocari præpositos et actores judiciorum. Isid. lib. xviii. c. 15. Senec. Herc. Fur. act. iiii. sc. 2. et Serv. ad *Æneid.* vi. 'Quæstor Minos urnam movet.' *Dempst.*

Qui quæstor pro tribunali, alto editoque loco sedebat, iudices vero paulo inferius, humillioribus in subselliis. *Delrio.*

477 *Pertentat crimina Minos*] Minos autem primum discernere bonos a malis ait, deinde alteri iudicii eos destinari.

Pertentat crimina Minos] *Prætentat* quatuor scripti: hoc est, prius tentat, lib. i. in Eutrop. 'sævi prætentas Pallada campi,' cum membranæ. Cons. Honor. iii. 'Diræque tela solebat Prætentare feris, olim domitura gigantas:' et iv. 'tuus, ante profundum Prætentet sonipes.' Stat.

Theb. ii. 'æditi sententia fratris Prætentare fidem:' ita scripti: prim. Vatican. *pertentat*, vel *permutat*. Barthius *prætentat* me invito: nec folliculus paulo post *diribit sentes* pro *dirimit* reponi velit. *D. Heins.*

479 *Ad mala mox transmittit verbera fratris*] *Ad rigidi* Lucens. et Gyrald. omnino rectius: *ad sævi* quatuor alii: *ad duri* sec. Vatican. Thuan. *ad sævi mox mittit*. In prim. Vatican. *Ad mala mox...transmittit*. In Oiceliano, *Ad mala viderit transmittit*. Idem.

Ad mala verbera] Singularem energiam *verba* hoc loci habet, infert enim crudelitatem quandam nocentem, immanem, et astutam simul. Sic malæ Furæ apud Horat. 'Ac non ante malis dementem actum furis, quam In matris jugulo ferrum tepescit acutum.' Et 'malæ Orci tenebræ' apud Catullum. *Barth.*

480 *Superni Curriculi*] Sapientum vita humana *curriculo* comparatur, sacris potissimum literis. Juvenalis, Satyr. ix. 'festinat enim decurrere velox Flosculus, exiguum miserque brevissima vitæ Portio.' Virgil. 'Vixi, et, quem dederat cursum fortuna, peregi.' Idem.

481 *Perpexerit actus*] Non perpexerit meliores libri, et cum iis Barthius. *D. Heins.*

482 *Ferarum*] *Meropæus* in belluas hominum, hodie quoque credita, et Pythagoræorum hæc in speciem tantum doctrina erat, sub ænigmatibus velut docens quid mereatur vita voluptatibus fœdis atque belluinis delicta, ut clare videmus apud Hieroclem, cap. 52. aureorum Commentariorum in aurea Carmina. Et deflexio ab nobilitate animæ illa est quæ homines facit bellicosos. Ariannus Epicteti, lib. i. cap. 8. *Barth.*

483 *Vincula pati*] Corpora, quibus illigantur velut animæ et impediuntur ab actionibus puritati et rationi minus convenientibus. Virgilius Culice: 'Minos Conscelerata pla cecernit vin-

cala sede.' Arnebius eodem libro: 'quo facilis exsui corporalibus possit e vincula.' Sic carcerem animæ vocant nobilissimi auctores corpus. Lucanus, lib. vi. 'Adspicit adstanti projecti corporis umbram Exanimis artus, invisæque claustra timentem, Carceris antiqui.' *Compages* elegantissime appellat Cicero de Senectute: 'Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur.'

Truculentos ingerit] Dogma Socraticorum et Platonis. Vide Phædonem, et ejus doctrinæ alios.

Ursis] Quia truculentissimum hoc animal, feris barbarisque moribus homines post vitam hanc in hujus formam vel corpus transire censebant.

484 *Prædonesque lupis*] Boëthius: 'avaritia fervet alienarum opum ereptor? similem lupo dixeris.' Et sic molliantur tradita illa Platonis, ut pro lupo homo rapax, pro sue inmundus, pro leone ferus intelligatur.

Fallaces vulpibus addit] Velat conjugio quopiam. *Barth.*

Vulpibus addit] Quidam abdit corrigunt: scripti non javant. *D. Heins.*

485 *At qui desidia semper*] *Somno* Put. et pro diversa lectione primus Vaticanus: forte, *desidia somni*. Sequens versus nihil Claudiani habet. Puto interpolatores hic grassatos: pro *pingues artus*, unda *Med. pigros*. *D. Heins.*

Desidia semper] Asino hunc æquare poterat, quem mirum omitti, cum a cæteris fere hinc ferorum catalogo accenseatur. *Barth.*

488 *Arcanæque succit Prodere*] Hoc inter crimina summa constituerunt illi, qui Vitam Politicam, et Inprimis Monarchiam, constituere pœnis post mortem sancitis voluerunt. Quicquid enim vel Patriæ, vel Regio, nonnunquam et tyrannico, contraire Imperio videbis, id reperies in Philosophorum

et Poëtarum segmentis apud Inferos atrocissime punitum. Sic hoc loco proditio arcanorum æterno silentio punitur. Sic subdit summum scelus apud inferos esse reflexionem et venditionem Legum: et talia. Sapienter ergo præcipit Horatius, lib. i. *Epist.* 18. 'Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam, Commissumque teges et vino tortus et ira.' *Idem.*

490 *Eterna silentia vocem*] Piascent alunt omnes mutos esse. Horatius: 'O mutis quoque piscibus, Donatura Cygni, si libeat, sonum.' *Idem.*

491 *Per varios annos, per mille figuras*] *Mille* autem *figuras* dixit, quod nunquam animam quiescere, sed hinc inde in et per animalia varia venire, sciverint Pythagoræi. Periodos illas Pythagoricas per *annos* intellige, quæ quoniam varis et non usui spatii habebantur, varios annos eruditius dixit, qui non ad cursum Solis aut Siderum, sed sua propria proportionem terminarentur. Et sic fatorem quidem Legem in Pythagoricia his transmigrationibus certam esse, ipsas autem animas varie multipliciterque mutari scribit Philostratus, lib. viii. *Apol.* cap. 3. transire in volucres, terrestres, et marinas animantes Ægypti tradabant, post in hominem reverti, ut auctor Herodot. lib. ii. *Idem.*

Per varios annos, per mille figuras] Scribendum cum Lucena et Gysald. *per varias annis* hæc referi in Euterpe Herodotus. Lovaensis, *per varias, annos post mille, figuras*: etiam bene, et ex Virgillii sententia: 'ubi mille totam volvere per annos, Lethæum ad fluvium Deus evocat.' *Mille lustra*

posuit Silius. *D. Heins.*

492 *Lethæo purgato gurgite*] Virgil. lib. vi. Lethen autem ideo fabulis junxerunt, quia tale aliquid intervenire necesse erat, cum nemo unquam in vitam venerit memoriam eorum habens quæ ante ipsam facta fuerint. *Barth.*

495 *Veteresque reos*] Ut quisque appulerat, ordine temporis. *Idem.*

497 *Lustrat*] Diu in eo hæret, tot scelorum famosas umbram miratus. *Idem.*

Ex imo conuulsa sede] Indignatione nimia. *Idem.*

499 *Proluvia*] Obscœna, impura, abominabilis colluvies, et congestio. Virgil. de Harpyiis: 'Obscœni volucrum vultus, fœdissima ventris Proluvia.' Hoc est, cloaca quæpiam, foricave horrendæ. Alloqui *proluvia* ipsa alvi egestio. *Idem.*

500 *Quodque mihi summum scelus est*] Altera pars mythicæ Philosophiæ, nimirum non tam vulgum aut quemvis avarum improbumque hominem notans, quam et tyrannum, et Legum receptarum violatorem. Sane Legum auctoritatem servare hoc figmento voluerunt Poëtæ, ex persona vero Rhadamanthi apprime bene hoc loco; et paria sunt apud Maronem, lib. vi. 'Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem Imposuit, fixit leges pretio atque refixit: Ausi omneis immane nefas, ausoque potiti.' *Idem.*

Improbe legum Venditor] Leges vendere summum crimen: hinc inter inferni cruciatus Æn. vi. 'Fixit leges pretio atque refixit.' *Dempst.*

Facile enim illi, utpote Præfecto Prætorio, leges figere ac refrigere non minus quam Triboniano. *Claver.*

501 *Arctoi simulator perfide Martis*] Non enim vere Arctous seu Septentrionalium populorum is Mars erat, sed Rufin, qui ad Imperium sibi parandum tot barbarorum millia universo fere Romano orbi infuderat.

Simulator est qui rei aliam a vera formam inducit. *Barth.*

503 *Plena lassatur portitor alno*] Proverbium quoddam de immensis stragibus. *Idem.*

504 *Quid demens manifesta neges*] *Quid deinceps* prim. Vatican. *D. Heins.*

Pectus inusta Deformant macula] Platonis dogma. Animabus etiam defunctorum inhæsuras maculas, unde criminum ipsorum catalogus apud inferos possit recenseri. Revera autem per has maculas conscientiæ læsæ ineluibiles Notæ intelliguntur. *Barth.*

En pectus inusta Deformant macula] Lucianus in Tyranno, eorum animis, qui magnis se facinoribus, dum vitam agerent, obstrinxerunt, maculas inustas esse docet: *ὁρῶσα ἂν τις ὑμῶν πονηρὰ ἐργάσθαι παρὰ τὸν βίον, καθ' ἑκαστον αὐτῶν ἐμπαρῇ στήματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιπέσει.* Brod. i. 4. ex Platon. Opinio ergo illa invaluit, criminum notas pectori impressas post obitum remanere; ut appareret, quomodo quisque se gessisset: pium sane placitum, et Christianæ religioni vicinum. *Dempst.*

505 *Vitiique inolevit imago*] Malim *vitii*que; scilicet tergo. Pro *in te ferro libet*, cave quicquam mutes cum Barthio; vulgatam enim mordicus tuentur scripti. *D. Heins.*

Vitiique inolevit imago] Umbra ipsa mortui vitiorum tuorum imagines refert. *Inolevit*, hoc est, crebra consuetudine velut innascitur et cognata fit. *Barth.*

510 *Arescat decrepta sitis*] *Accrescat* Rottendorphianus. *D. Heins.*

Dapibusque relictis] Illis quas tanto jam tempore pascitur. Mansurus autem, ne te unquam putes pari modo solvendum pœna. Tibi enim mansurus est vultus. *Barth.*

513 *Pars quota sint*] *Sunt* primus Vatican. alique nonnulli ex melioribus. *D. Heins.*

515 *Aut inconcesso Tityos*] Non Ti-

tyus scripti meliores, quomodo et III. Cons. Honorii, vs. 158. *inconsulta* Gyrald. et Lucens. quomodo *inconsultus amor* apud Auson. nihil tamen mutato. Sic 'inconcessi Hymenæi' Virg. *Æneidos* primo, et Ovid. Met. x. 'inconcessisquæ puellæ Ignibus attonitæ.' Virgil. Ciri: 'Sin concessus amor noto te macerat igne.' *D. Heins.*

Tityos deliquit] Fabulam Tityi explicat: hic enim ob *incontinentiam amoris*, ut ait Horat. Od. III. 4. apud Inferos *vulturem*, ut cum Eanio loquar, 'fibris semper renascentibus,' pascebat: *Æn.* vi. 598. 'immortale jecur tondens:' et per novem jugera distendebatur. Metam. IV. Fab. 13. Tibull. lib. I. El. 3. Homer. Odyss. XI. idem quidem ait, sed duos vultures ponit: lege nostrum, l. II. de Raptu in fine, et Ovid. in Ibin, vs. 182. 'Jugeribusque novem qui summus distat ab imo, Visceraque assidue debita præbet avi.' Quæ omnia mystice a Platone in Gorgia explicantur, et a Macrob. l. I. in Somn. Scipionis, cap. 10. et Pier. hieroglyph. l. XVIII. Ego sane puto id fictum, quod vultur etiam ultra mare cadavera sentiat. Isid. XII. 7. Mart. 'cujus vulturis hoc erit cadaver.' Adi Postanum in *Æn.* VI. qui multa concessit huc spectantia. *Dempst.*

517 *Quo tanta picula quiescam]* Cui quatuor scripti: eleganter. Ovid. Fast. v. 'Longa referre mora est collata obliviam damnis:' ita enim vetus liber. Vulgo, *collecta*: cui etiam pro diversa lectione primus Vaticanus. *D. Heins.*

521 *Oculis jam parcite nostris]* Ex superstitione, sive et usu communi, loquitur, oculos inquinari spurcis et

inquinatis rebus objectis. Ovid. 'Cum spectant oculi læsos, lædantur et ipsi: Multaque corporibus transitione nocent.' Suum autem *Chaos* dixit inferos ipsis Inferis inferiores, nam nobis dum apud superos sumus, inferi *Chaos* appellantur. Vide ad l. I. de Raptu Proserp. vs. 27. Lucan. l. IX. 'Jam nunc te per inane Chaos per Tartara, conjux, Si sunt ulla, sequar.' Omnis confusio eo nomine censetur Poëtis: ut mundus, priusquam in ordinem suum omnibus membris veniret. Etiam pro tenebris nocturnis usurpant Christiani Poëtæ. Aliqui materiem illam omnium rerum fontem, quam semper fluentem appellat noster Pannegryco Mallii, hoc nomine censuerunt, quam Latini aliquin *silvam* vocarunt. *Barth.*

525 *Quo Ditis opaci]* Qua Gyrald. Lucens. et quinque alii: bene. Cum iisdem, *noctis opacus* scribendum: nam *Ditis* jam præcesserat. *D. Heins.*

526 *Præcepsque ibi morsus anhelet]* Sic Lucens. alii *penitusque ibi*: sex *penitusque immersus*: placet; ut apud Prudentium Apotheos. 'Quo cum te Christus penitus nigrante profundo Immersum vocat.' Petron. 'Est locus exciso penitus demersus hiatus.' Severus in *Ætna*: 'Cernis et in silvia spatiosa cubilia retro Antraque demersas penitus fodiase latebras:' quomodo versus illi ex antiquis membranis legendi. *Penitus immersus* pro diversa lectione primus Vaticanus et multi alii ex scriptis. Sequenti versu Florentin. S. Marci, *feriant et rotet*: quomodo et Rabelengius; vulgo. *feriant et rotet*. Idem.

VI.

DE TERTIO CONS. HONORII PRÆFAT.

1 *Parvos non aquilla*] Concinniorem futurum versum jam olim ratū sumus, si legeretur: *Non fas est Aquilla parvos educere fatus*. Quod ut verum est, ita contra omnes tamen libros nihil mutamus. *Barth.*

Aquilla] Non quidem Menelætis, vel Pygærgis, vel Anataris, vel Oipælargis; sed Hæliætis. *Deirio*.

Fas est educere fatus] De solenni hoc Aquilarum sive fabula sive facinore perhibent testimonium scriptores varii. Silius Italicus, lib. x. 'Armiger haud aliter magni Jovis, anxius nido Quum dignos nutrit gestanda ad fulmina fœtus, Obversam spectans ora ad Phæthontia prolem, Explorat dubios Phœbæa lampade natos.' Sic Lucan. lib. ix. 'Utque Jovis volucer calido cum protulit ovo Implumes natos, solis convertit ad ortus: Qui potuere pati radios, et lumine recto Sustinuere diem, cœli servantur in usus, Qui Phœbo cessere jacent.' Perspicaciam Aquilæ singularem celebrant Apuleius Floridis, Hyginus Poëtico Astronomico, alii infiniti.

Educere] Educare. Sic non semel Cicero. Terentius Adelphis: 'Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo.' *Barth.*

2 *Fidem*] In re inanima. *Idem*.

3 *Excusso salit*] Non enim usu aut tempore opus habet ut salire discat.

Excusso salit cum germine proles] *Tegmine* emendat in ora codicis sui *8* *baupdones* Scaliger: quod Gyraldi-

nus liber confirmat. noster de Crystallo: 'Clauditur immunia convexo tegmine rivus.' 'Corticem ovi' dixit Serenus Sammonicus, cap. 30. 'putamen' cap. 41. et 'fragmen juglandis' cap. 66. *salit* etiam Lucensis, quomodo apud Ovid. Fast. v. 'Per flammam saluisse pecus, saluisse colonos.' quam illic veram esse lectionem testis Priscianus. Pro *excusso* perperam *excuso* Raphaelengius. Si quis vulgatum *et* *germine* tueri velit, ita licet interpretetur, quomodo noster Epistol. ad Serenam *germina* uniones vocat, et lib. i. de Rapt. cornu: 'Nec nova lunatæ curvavit germina frontis.' quare et forsitan corrigendum, 'excluso germine.' quod proprium hac in re verbum. *D. Heins.*

Cum germine] Statim ut prodeunt, ovo rupto. Lucanus, lib. ix. 'Jovis volucer, calide cum protulit ovo Implumes natos, Phœbi convertit ad ortus.' *Barth.*

4 *Hialca*] Semiaperta, scissa. Catull. 'Dulce viatori lasso in sudore levamen, Cum gravis exustus æstus hialcat agros.' *Idem*.

5 *Implumes convertit ad athera nidos*] Duo libri *natos*, quod Claverio probatum: totidem *pullos*: nihil muta. Avienus similiter Fab. xx. 'Sed vox implumes turbavit credula nidos.' *Nidos* pro *pullis* etiam Virgilius dixit Georg. lib. iv. 'Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.' et Æn. xii. 'alta atria lostrat hirundo, Fabula parva legens nidisque loquacibus escas.' Et Dracontius illa imitatus:

'Sylva comis vestita viret, nidosque loquaces Exhibet.' plura ad rem Barthius curis secundis. mox cave audias legentes *Naturam vires* contra fidem membranarum castigatiorum. Virgilio locum observavit quoque Nonius Marcellus. Solinus: 'Ales est Ibis: ea serpentum pabulatur ova, gratissimamque ex his escam nidis suis deferit.' Glossæ veteres, *Neovodo, nidus, pullus*. Næso Medicamine facili: 'Adjice de querulo volucrum medicamina nido; Ore fugant maculas; Alcýonea vocant.' Seneca Hercule Furente: 'Pendet summo stridula ramo, Pennasque novo tradere soli Gestit querulos inter nidos Thracia pellex.' mox *Degenerem vicium* Lucena. et alii aliquot. *D. Heins.*

Implumes nidos] *Nidi* sunt avium pulli, Poëtarum usu. Virgilias, Ge. vi. de Apibus et Hirundinibus: 'Omnia nam late vastant, ipseque volantes Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.' *Barth.*

9 Refugo] At humani oculi luce directa et nimia læduntur; neque ideo viri magni et musæo suo adfixi, sunt degeneres. *Claver.*

10 Ira paterna] Occidi a patre, scribit Aristoteles. *Barth.*

11 Exploratores ignes] Ab ignis natura exigente omnia. Sic *Exploratores foci* Martiali, lib. viii. Epig. 51.

12 Sustinuitque acie] Ros nota ex superius adscriptis auctorum verbis. Philosophorum autem prudentiores hoc exemplo non quælibet ingenia, aut quoslibet homines institutioni aut disciplinæ suæ admitterebant, sed

quorum animos velut per corporum habitudines exploraverant.

Acie nobiliore] Contemtrice periculorum. Nobilitas animi et corporis in contentu et superatione discriminum. Quo spectat illud vulgatum, 'Nobilitas sola est atque unica virtus.' *Barth.*

13 Volucrumque potens] Imperator aut Princeps. *Idem.*

14 Gesturus summo] Fulmen Jovis sceptrum dant Poëtæ, Sceptro gestatricem Aquilam, ut vis superna et inevitabilis caveretur bonis moribus et factis, penam atque ultionem illi administrari duclibus, qui essent omnium acerrimi, si qui malis se vitis submisissent. *Idem.*

15 Pieris tentatum æquius entris] In umbra Stadiorum Musicorum, inque speculationibus Musicis, carmine clausis, ingenique exercendi ergo recitatis: nunc vero in Lucem se Regiam audere prodire dicit, et ipsius Imperatoris auribus probare Musas suas. *Idem.*

16 Magna Roma] Sane cujus comparatione aliæ omnes civitates fuerint minuta oppida.

Suo Deo] Roma Cælum; Cæli Deus, Imperator. *Barth.*

17 Jam dominas aures] *Aures* autem *Dominas* præsentiam et approbationem simul Honori Principis autumat, cum ea paritè Judicium præsens Poëticum sæpe scriptores designent. Persius de acris judicii Magistro: 'Stolens hic, aurem mordaci lotus aceto.' Acutus aures, ære judicium. *Idem.*

VII.

DE TERTIO CONSULATU HONORII.

Consulatum ingredientiſ moris erat laudari et admoneri Officii. *Barth.*

1 *Tertius*] Hæc Panegyris in tertium Honorii Imp. Consulatum recitata est a Claudiano coram ipso principe, in palatio Mediolanensi, anno Domini 396. Collegam vero habuit, sed priorem, Arcadium. *Claver.*

Romulei] Romani, in loco ubi dominatus Romulus. Majestatem suam summo quondam civili magistrato reddidisse Honorium jactat, quod eum in Arce ipsa, Urbe scilicet rerum princepe, sumserit.

Sumant exordia] Annum inchoent, quod scite Plinius dixit *annum aperire*.

2 *Terque suas ducat*] Sic e libro Claverius: quomodo et Florentinus S. Marci. Vulgo *tuas*. *Ter* pro tertium. Forte tamen rectius Oxoniensis *Et triplices ducat: pompa* etiam pro *Roma* meliores. Cæterum primo Vaticano hic panegyricus manu recenti erat adscriptus. *D. Heins.*

Terque suas ducat bellatrix pompa curules] Militarem pompam dicit Imperatoris Consularibus auspiciis præsentem, et Principem Togato Magistratu conspicuum comitantem, quod privato nemini licerit, in Cæsare autem spectaculum præbeat luculentissimum. Alludit eodem aliis libris, ubi Martem et Quirinum ducere fauces Augustos, eisque ornandis adesse autumat.

Ducat] Comitetur ex Palatio sive Aula in Curiam. De domiciliis enim suis producebantur in Senatus congregati Concilium novi Consules, atpante clientium amicorumque agmine.

Curules] Solium Consulare. *Barth.*
3 *Festior*] Jucundior, Sanctior. Omnia tempora tam generosi Consulis auspiciis felicitate secutura dicit.

Annus] Consulatus, cujus annua Potestas.

Cinctus] Vestitum omnem vox ista notat. Cum enim is veteribus longior prolixiorque foret, quam ut comode eo fluente incederetur, succingere eum usus jussit. Unde habitum omnem notat *Cinctus*.

Gabinus] Pacificus, Urbanus, quos Gabiis nrbi illatos populus Romanus festos pacificosque servavit. Consul autem Romanus hoc habitu utebatur, cum magni aliquid facinoris conficiebat. Virgil. vii. 'Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino.' Manil. lib. iv. Astron. 'rituque Gabino Mœnia succinctus curvo describat aratro.' Gabini enim arantes quondam, cum ab hostibus forent ex improvise deprehensi, Togis eo habitu succinctis victoriam tenuerunt; itaque urbanis sacris festisque, eo cincto, ut felici, postmodum sunt usi. *Barth.*

4 *Purpura*] Gentium consensu Regiæ potestatis insigne. Sic usurpatum etiam Consulibus Romanis. *Id.*

Dives Hydaspæis augeat purpura gemmis] Purpura Consularis, alioquin pretiosissima, pretiosioribus gemmis, Imperatorio nimirum habitu iis exornato, augetur pretio. Hydaspes Indiæ fluvius, dives a gemmis, nobilissimo Indiæ proventu. Seneca: 'Ruraque dives cingat Hydaspes.' *Idem.*

5 *Succedant armis trabes*] Senatus conjunctionem cum Principe, et militem utrique servientem facit; raro exemplo temporum: cum plerique

principes nihil non militibus et debuerint et tribuerint. Ut rara res et principibus fore periculosa fuerit Senatui dignitatis suae laudare vel auctorem vel fautorem; ut ii contra laudati supra omnes qui Senatui pristinam auctoritatem, quantum in ipsis fuit, restituerunt.

Succedant] Post Rempublicam armis defensam, Senatoria et Consulari auctoritate regendam dicit, ut priscis æquet suum Honorium. *Barth.*

Succedant] Id aliter exprimit Sidorius, nec minus præclare: *post palmam palmata venit.* Claver.

Tentoria lictor Ambiat] Ut Consules prisci, expeditionem subeuntes, Consularibus utebantur insignibus etiam apud exercitum. *Barth.*

6 *Latius secures*] Consularis potestas. Velut decreto Patrum Consuli datus sit exercitus. *Idem.*

7 *Tuque, o, qui patrium*] Exclamatio aut inclamatio Poëtica, usitata cum ad insignem personam res et oratio deflectitur. Valer. Flacc. l. 1. 'Tuque, o, pelagi cui major aperti Fama,' &c.

Patrium orbem] Imperium Romanum, quod, ambitione loquendi, Orbem terrarum Universum denotat. *Barth.*

8 *Eo cum fratre*] Alludit simul ambos Consules. Tertium enim Honorio in Occidente, quartum Consulatum in Oriente suo gessit Arcadius. *Idem.*

10 *Spes votumque polii*] Formula velut Acclamationis. Maro de Ascanio ex Ciceronis, ut volunt, verbis: 'Magnæ spes altera Romæ.' Votum, desiderium. *Idem.*

Spes votumque polii] Huic loco plane convenientia legimus in Oratione Commodi: 'Nunc me vobis, fortissimi milites, Fortuna principem defuncto patre, non quidem electum sed in palatio natum atque educatum, dedit, ut qui nec in plebeis vagii cunabulis; simul enim mater me in lucem

edidit, veste imperiali amictus sum, eodemque momento me Sol hic principem atque hominem vidit.' Claver.

Primo a limine vite] Malo *prima*: sic apud Martialis lib. III. Ep. 6. *prima in limine tecta*. ita enim ex vestigiis Vaticani libri corrigebam olim: quod ad Senecam Cl. Gronovius jam occupavit. Vulgo *primi tecti. Tectam viam* intelligit. *D. Heins.*

Primo a limine vite] In contentum præ Honorio Arcadii jactat illius nativitatem, patre jam Imperatore. Contra Arcadium commendat Synesius lib. de Regno. *Barth.*

13 *Privatus nequit fortuna*] Palere Georgius Pachymerius, lib. II. Historiar. 'Eum principatum rectissime commendari ad quem spectata et probata virtute eveharis: quod is demum populo prosit, qui id exsequendum sibi putet, cujus gratia sit constitutus.' *Idem.*

14 *Et regnum cum luce dedit*] Eadem de eodem canit IV. Cons. 'Nascens æquæva cum majestate creatur, Nullaque private passus contagia sortis.' Omnibus acceptis ultro te Regia solum Protulit, et patrio felix adolescens in ostro,' &c. *Idem.*

15 *Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro*] Regius mos purpura Principali excipere infantes recens natos. Sic de eodem, IV. Cons. 'Membraque, vestitu nunquam temerata profano, In sacros cecidere sinus.' Hic, ut primum utero materno prodiit Honorius, purpura Imperatoria est exceptus. Neque notatione hic indignum porro Romanorum etiam pueros, qui delicatius educarentur, in purpura enutritos, quod arguendo parentum luxui notat Quintilianus. *Idem.*

16 *Lustravitque tuos*] Supra dixit in castris natum esse Honorium: *Lustratio* autem hæc circumductionem notat. Nam recens nato infanti ludos militares exhibitos, in orbem decurrentibus legionibus circa locum

nativitatis, antumat. Mos autem vetustissimus recens natos Heroum infantibus armata militia circumdecurrente lustrare. Velut autem Honorio nostro hoc loci gloriæ datur felicitati que in castris Imperatoris nativitate habuisse, sic intra Domum Cæsaream, aut in Castrensi Prætorio natum esse, summe felix fortitudinis auspiciū, et ad res gerendas fatalis ducebatur destinatio. *Barth.*

Aquila] Signa Romanorum intelligit.

17 *In mediis cubula præbuit hastis*] *Præbita* castris forte scribendum: quanquam alteri scripturæ controversiam temere moveri nolum: in nonnullis codicibus insulse, *venabula præbuit cæcis*. D. Heins.

In mediis cubula præbuit hastis] Ista autem, quæ de Honorio hic prædicat Claudianus, mirifica omnia verborum suavitatis Valentiniani Landibus accinit Themistius, Oratione xi. Dicit ergo Honorium Principem ad Virtutem sequendam Regiæ Nativitatis Felicitate esse compulsū, velut et a Natura Deoque ipso adactum. *Barth.*

18 *Ferox Germania*] Bellicosa, jugi dominationisque impatiens, Martia. *Idem.*

20 *Caucasus*] Ferarum gentium, Romanique ignotarum, hospes mons.

Numen confessa] In puero modo nata. *Barth.*

21 *Meroë*] Meroë insula ambiente facta. *Idem.*

22 *Reptasti per acuta*] Sldonius Pannegryri Anthemiano: 'At postquam primos infans exegerat annos Reptabat super arma Patris, quamquam arcta tenebat Lamina cervicem, gemina complexus ab ulna, Livida laxatis intrabat ad ocula cristis. Ludus erat puero raptas ex hoste sagittas Festiva tractare manu.'

Regumque feroces Exuvie] Recentem adhuc sanguine, taboque hostili adspersam et horrentem. *Barth.*

Regumque recentes] Non bene vulgo *feroces*. nam *ferox* præcesserat. quatuor libri *jacentes*. veram lectionem vidit etiam Raphaelengius, quam meliores scripti tuerentur. D. Heins.

23 *Tibi ludus erant*] Pro ridiculo, nulli timori. Martialis: 'Ludus erat sacræ connubia fallere tædæ,' &c.

Primusque solebas] Ultero, tua sponte, nec ab eo jussus aut invitatus. Etiam hæc non sine invidia Arcadii dicta sunt. *Barth.*

24 *Torvum post prælia patrem*] Spiranterem adhuc laborem bellicum, notasque, ut alibi loquitur, accensæ virtutis adhuc vultu præferentem. *Idem.*

25 *Signa triumphato quoties flexisset ab Istro*] Torvisset duo libri. non sequor, l. ii. in Rufin. 'Flectite signa duces.' D. Heins.

Triumphato] Notæ pugnæ et victoriæ pro Republica Theodosii. Inter cæteras ejus virtutes notabilis ea, quod triumphandi studio, cum cætera Trajano omnium laudatissimo principi par esset, contento hac parte summo fuerit superior.

Ab Istro] Scythia, Danubio. Quibus omnem immanium et invictarum Gentium molem scriptores circumloquantur. *Barth.*

Ab Istro] Multa et præclara sunt Theodosii gesta contra Getas et Transistrianos, qui flumine trajecto Macedoniam invaserant. *Claver.*

26 *Frans Suævi*] Hanc nationem merito bellicosissimis accenset, qui eo postea militaris gloriæ vocerunt, ut in conflictibus sociarum gentium ipsis primus cederetur congressus. Abbas Hirsfeldensis in rebus Henrici iv. Imperatoris: 'Datum est negotium Rodulpho, Suevorum Duci, ut ipse cum suis prima acie configeret, peculiari Suevorum privilegio, quibus ab Antiquis jam diebus Legi datum est, ut in omni expeditione Regis Theutonici ipsi exercitum præcedere, et primi prælium committere debeant.' *Barth.*

30 *Sustulit arridens*] Summam generosissimamque indolem in contemtu sanguinolentorum et fulgentium armorum ponit. *Barth.*

31 *Galea nec triste timentem Fulgur*] Indole vere ingenti et patria. *Triste fulgur*, horrendum. Galearum autem veterum ea cultura, ut timore hostes tangerent. *Idem.*

Triste timentem] Trementem scripti duo, quod nervosius. dictum supra. *D. Heins.*

32 *Tum sic latus, &c.*] Hæc omnia ex Homero, II. 1. At Claudianus audaciorum minusque timidum facit Honorium, quam filium Hectoris.

Stellantis Olympi] *Æn. vii.* 'stellantis Regia cæli.' Omnem undique stellis micantibus splendentem intellege. *Barth.*

35 *Hyrcanas opes*] *Parthorum* et *Persarum* regna intelligit, confusa tum nominibus, unique parentia, sola infesta fere ad timorem Romanis rebus ad Orientem. *Idem.*

36 *Flamine crebro Turbidus*] Denso anhelitu, crebro spiramine tam contrariorum ventorum quam suo ipsius anhelitu. Quis ignorare potest tali facie ex præliis redire principes? *Idem.*

Flamine crebro] Vult indicare eo, suam crispulam, cæsariem quasi ventorum contentione agitari: sequente Panegyri. idem Poëta se explicat: 'Ipse labor pulvisque decet confusaque motu Cæsaries.' *Claver.*

37 *Grato respersus pulvere belli*] Indice virtutis, rejice strenue gestæ, pulvis enim de campo militarem laborem doret. *Barth.*

39 *Mox ubi firmasti*] Ab Infantia ad pueritiam nunc proscendit, et quæ jam gradum figenti Principis filio discenda sint, sub exemplo proponit. *Idem.*

40 *Nec marcida luxu*] *Non secund.* *Vatic. Palat. Florent. S. Marc. et unus Ambros.* *D. Heins.*

Non marcida luxu Otia] Qualia

Primatum Optimatumque Romanorum sobolem corrumpere, omnibusque vitiis præparare, multis elegantissimisque verbis queritur Quintil. 1. 2. Et Seneca alibi. *Barth.*

42 *Nova membra*] Viridia, vegeta, primæva ætate. Horatius: 'Damque virent genua.' *Idem.*

Instruxit membra labores] Regia instructio talis esse debet, ut parentum ipsorum monitis et corhortationibus indoles egregia exempla et doctrinam morum conquirit, corporis autem exercitiis dedat sese aliis, qui ad robora et firmanda membra idoneas artes addoceant. 'Hos tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum, Hæc exempla dabat.' Sine quibus videlicet manca Heroici animi videatur instructio. *Idem.*

43 *Cruda*] Viridi velut et laborum patiente. *Idem.*

Et cruda] Theodosius sane optimus Cæmpi doctor. Veget. 'Per quotidiana exercitia armorum doctrina demonstranda est, ut missile destinato ictu et magnis viribus jactant, norint tractare scutum.' *Claver.*

44 *Non cedere nimbis*] Silius: 'vertice nudo Excipere insanos imbres; cælique ruinas Spectarunt Pœni,' &c.

45 *Transare sonoras*] De natandi peritia Principi necessaria, alibi multis. *Barth.*

Transare] Ideo campus Martius vicinus Tiberi delectus, in quo juvenis post exercitium, sudorem pulveremque dilueret, ac lassitudinem natandi labore deponeret, auctore Vegetio. *Claver.*

46 *Adocensu vincere montes*] *Adocensum montis* Gyrald. Lucens. et unus Medic. nihil muto. Virgil. lib. II. *Æneid.* 'summi fastigia tecti Ascensu supero.' *D. Heins.*

47 *Planitiem cursu*] Celeritas in Heroibus laudatissima. Sic Aethillem omnibus præfert Homerus. *Barth.*

Cursu] Ad cursum assuefieri milites debent, ut loca opportuna celeri-

ter occurrent. Sic et ad saltandum exercendi, quo vel fossæ transiliantur. Veget.

Saltu] Silius Italicus, lib. VIII. 'Ipse inter medios venturæ ingentia laudis Signa dabat, vibrare eadem, transmittere saltu Murales fossas.'

48 *In clypeo*] Alibi Stilichonem laudat, clypeo fultum cervicem in silva dormivisse.

Vigiles noctes] Vigilantia inter summas Ducis Principisque Virtutes, strenuum animum nec in somnum supra necessarium remittens, ne occupata ingentibus cogitationibus mens, socordiam ullo tempore admittat. *Barth.*

Producere noctes] Ita membranz fere omnes, non *perducere*. Propert. lib. I. El. 8. 'O utliam tales producas improbe noctes.' sic scribendum. Statius, Theb. VIII. 'vario producunt sidera ludo, Ante domos.' *educere* idem Theb. II. 'Insomnem ludo certatim educere noctem, Suaserat.' alii *ducere*. sic et 'cœnas in lucem producere' noster bello Gild. dixit. Sequenti versu pro *portare* verum est *potare*: et sic Mazarinianus, et unus Vatic. a manu secunda. Sidonius Panegyri. Anthemii: 'Indicus Ausonia potetur casside Ganges.' Statius, Theb. III. 'Hostilem Ismenon galeis Dircenque bibamus.' Albionanus de obitu Mæcenatis, 'Potasti galea dulce jubante merum.' ut verissime in Venusinis lectionibus, quas luci aliquando daturus sum, *δ μακάρης* Janus Rutgersius avunculus meus legendum censet. Vulgo *juvante*. 'Jubantem galeam' dixit, ut *comantem* Virgilius. *D. Heins.*

49 *In galea portare nives*] Potam sibi galea portare, strenui pugnatoris argumentum, non deficientis videlicet etiam extremis rerum angustiiis. *Barth.*

50 *Glandes baleari spargere funda*] Balearium Insularum incolæ nobiles pugnare funda. Florus, II. 8. *Idem.*

51 *Nimium*] In Honorio nimium amorem militaris virtutis, audaciam-

que aunis majorem compescit etiam Theodosius Pater. *Idem.*

Nimium pugna inflammaret amorem] Malim nimio amore flammaret. Barthius ex suis codicibus, qui adeundus. *D. Heins.*

52 *Avi*] Theodosii.

Adusta Libya] Ultimas, vixque pervias solitudines Africæ pacatas adscribit avo Honorii. Res gestæ sunt apud Ammianum. Libya autem interior perpetuo calore et fervore quasi adusta. *Barth.*

53 *Impervia Thule*] Eousque omnia pacasse laudat Theodosium. De Scotia, Pictis, nominatim Ammianus, qui restitutis Britannis tam gloriosum reddisse ad Comitatum dicit Theodosium, ut Furio Camillo et Papinio Cursore victoriarum laudibus non fuerit minus insignis. *Thulen* pro ultimo orbe ponit Claudianus, ultra eam enim nihil certi compertique telatum habebant. *Idem.*

54 *Leves Mauros*] Fngax et instabile omne Maurorum Numidarumque gens, apud Livium, Polybium, Salustium. De Manris Theodosio avo subactis noster in Bello Gildonico.

Nec falso nomine Pictos] Gens quippe hujus vocabuli solita corpus etiam fuco pingere. Pingebant autem corpora Picti variis animantium figuris. *Barth.*

55 *Edomuit*] Perdomuit.

Solumque vago] Vagum populatorem ubique persecutum, donec edomaret, dicit Theodosium. *Barth.*

Vago mucrone secutus] Non vagum scripti meliores. *D. Heins.*

58 *Tethyos alterna*] Utriusque Oceani. *Refugum Oceanum* vocat, quod in se redeat, orbem amplexus, nullo ipse termino. *Barth.*

Refugas calcavit arenas] *Refugas* prim. Vatican. et Farnes. *D. Heins.*

59 *Semina laudum*] Quæ teneris annis instillantur, similitudine frugum, inseri quodammodo dicuntur. *Idem.*

60 *Non ocis hausit Achilles*] Sum-

mun Græciæ Heroëm exemplum Honorii rebus aliquoties componit.

Oculus haurit] Acumen et felicitatem ingenii mirificam commendat in Honorio. *Barth.*

61 *Semiferi*] Centauri.

Cupidis artes] *Hastæ vibrationem.* Hastam pro armis omnibus dixit, quorum exercitiis Chiron imbuebat Achillem. *Barth.*

62 *Lyræ cantus*] His Poëtæ circumloquuntur omnem Musicam, omnesque aliquando artes Liberales.

Medicæ seu disceret herbas] Chiron autem Centaurus Medicinæ consultissimus. *Barth.*

Medicæ seu disceret herbas] In Ma. Dempsteri paulo aliter leg. *Medicæ seu disceret artes.*

63 *Interea turbata fides*] Mira ingeniositate tumultum subitum, subito aliorum et ad eum conversa raptaque oratio exprimit. Datam autem eo tumultu Principi ait materiam exserendæ virtuti. *Barth.*

64 *Bella tonant*] Pro tempestate ingenti, cui æquantur: iv. Consul. 'si bella tonant, prius agmina duris Exerce studiis, et sævo præstrue Marti.'

65 *Crimen Superum*] Indignæ rei familiaris Paganis scriptoribus execratio, Deorum pudorem, crimen, opprobrium, esse. Lucan. lib. viii. 'nunquam superum caritiora pudore Fabula.' Phædrus, Fab. xxxix. 'Donec Fortunam criminis pudeat sui.' *Barth.*

Longi proh dedecus ævi] Ævi dedecus, extremum vituperium, ut et Seculi pudor, aliaque id genus non pauca. *Idem.*

66 *Barbarus Hesperias exsul*] Arbogasten dicit, qui Eugenium Magistrum, hominem de Schola, Rei Romanæ imponere voluit, paulo ante Tertium hunc Honorii Consulatum. Vide reliqua apud Barthium.

Barbarus] Et gente et moribus. Marcellinus: 'Arbogastes, vir barbarus, consilio, manu, potentia, audaciaque nimius.' *Barth.*

Delph. et Var. Clus.

67 *Dejecto*] Humili, nullius dignitatis homini Grammatico primùm, post militi; licet a prudentia et doctrina eum summo opere commendet Zosimus, fatetur tamen Eugenium hunc Scholam habuisse, et inde ad Imperium translatum, quod sub ejus nomine Arbogastes erat administraturus, donec et umbram istam commode subnovisset. *Idem.*

68 *Princeps*] Theodosius, ad quem miserat super Arbogastis temeritate Valentinianus, adolescens ad summa factus, nisi perfidia suorum occidisset. *Idem.*

Gentesque remotas] Omnem exercitum omni cura collegisse, ut summo discrimine impendente, tradit Zosimus. *Idem.*

69 *Tumidus Euphrates*] Ingens: is enim amnis inter maximos terrarum Orbis. *Idem.*

70 *Halys*] Vide Herodotum et Schollasten Apollonii, lib. ii.

Dilat Orontes] Amœnissimarum Syriæ regionum cultor ac peragror. *Barth.*

71 *Thuriferos Arabes saltus*] Arabum divitiæ in silvis. Manil. lib. iv. 'Et molles Arabas, silvarum ditia regna.' *Idem.*

72 *Armenii Phasis*] Phasis nobilissimus Colchorum fluvius, Armenia oriundus.

Niphaten] Parthiæ sive Armeniæ fluvium, monte Niphate oriundum. *Barth.*

73 *Quæ tibi tunc Martis rabies*] Nomen ætatis annum egisse Honorium, Theodosio in Eugenium movente, colligimus ex Fastis Idatili. Sunt qui Expeditioni tantæ socium adscivisse puerum tantillum Theodosium scribant.

Sequendi Ardor erat] Flagrasse cupiditate belligerandi cum patre ait. *Barth.*

74 *Flagrabant pectora*] Ardentissimum desiderium ipsa flamma circumloquitur. *Idem.*

Claud.

4 O

75 Campi] Belli, conflictus. *Barth.*

76 Truncique immergere plantas] Pr. Vatic. et Farnes. *inungere*. Palat. *imingere*: an *intingere*? D. Heins.

79 Terga jubis] Barthius *colla jubis* reponit ex Statii istis, Theb. ix. 'Ut leo, cui parvo mater Gætula cruentos Sugerit ipsa cibos, cum primum crescere sensu Colla jubis:' sed obstat membranarum auctoritas. *Idem.*

81 Gelulo] Inde nobiles Leones.

Stabulique minari Æstuat] Non minatur, sed æstuat. Notatio juveniliū affectuum, nihil certi aut solidi concludentium. Cogitationes enim primæ ætatis variæ sunt, instarque æstuum sibiimetipsis contrariæ. *Barth.*

82 Cæsi terga absorbere juveni] Tò terga jam præcesserat: amplector igitur Gyrald. et Lucens. lectionem, *celsi tabo sordere juveni*: *sordere tabo* apposite etiam apud Sillum, lib. i. 'Crasso sordida tabo Confundit maculas tigris.' *Idem* lib. xi. 'veteri stat sordida tabo Hirtaque canities et durus sanguine crinis:' ita enim lego, nisi quis *Atræque caxities* malit. Hactenus *atræque* legitur: quod de barba et capillo insulse interpretantur. Lib. xii. 'et adhuc sordentia tabo Spicula.' *Celsi* quoque pro *cæsi* unus Petav. et duo Vaticanani, qui paulo ante etiam *Jam fugit imbelles epulas*, non *negat*. *Idem.*

83 Ille vetat] Comitem accedere expeditioni.

Rerumque tibi] Cæsarem fecit ante discessum Constantinopoli Honorium Theodosius.

Habenas] Gubernacula. *Barth.*

85 Tantæque se pietas] Pietatis nomine omnem virtutem circumloquitur, exemplo Maronis, cui Pius Æneas omnem Heroem absolvit.

Rudibus pietas ostendit in annis] Sic scripti omnes: præter prim. Vatic. et Farnes. in quibus, quomodo vulgati, *pietas rudibus ostentat*.

Rudibus ostentat in annis] Annos autem cura animoque senili prævenisse

Honorium. *Barth.*

87 Imperium tibi, &c.] Inde colligitur Honorium jam Augusti nomine insignitum fuisse, non tamen reapse dici potuit Imperator; sed patri optimo et satis indulgenti ita placitum est, ut se vivo, neque diu victuro, filii adhuc juvenuli diadema præsumerent, non etiam habenas imperii. *Claver.*

Sero datum] Nil peccat. Papinius: 'Sero memor thalami.' *Barth.*

89 Tu fatia] Exquisitissima denuo adulatio. Cum enim per Naturam, et omnibus claram rerum fidem non liceret fingere, manu aut consilio puerum principem hostibus debellandis adfuisse, victoriamque patrasse, exco-gitarunt assentatorum natio sagacissima Fatum, Fortunam, Genium, ejus, quo duce, auspice, moderatore, victoria conficeretur; scilicet famulanti-bus ipsi universis, ad cujus felix futurum mox Imperium omnia Provi-dentia componeret.

Genitor manu] Fortem manū Theodosium fuisse indicant Historiæ. *Barth.*

Genitorque manu] Ergo stricto ense in prælium ivit Theodosius, neque inglorius stetit post principia. Sane opus fuit, ut animo præsentī Martem belli sustineret: nam Arbogastes leonis instar multa hominum millia sanguine suo opplevit, ita ut ancipiti rerum facie Imperatoris agmina jam labascerent. *Claver.*

Te propter et Alpes Invadit faciles] *Invadi* cum primis editionibus et membranarum legendum: miror non deprehensum ab interpretibus mendum. Sic Nupt. Honor. 'Flecti faciles iræ,' lib. ii. in Eutrop. 'Securas barbarus urbes Invadit facilesque capi.' Lucanus, lib. ii. 'Roma capi facilis.' Noster Cons. Manlii: 'rursus quæ digna petitū Largiri facilis.' Sic enim scribendum. Ovid. Amor. ii. El. 4. 'Hæc quia dulce canit, flectitque facillima vocem:' quomodo vetus li-

ber: neque aliter noster, Silius, Statius, alii passim. Vidit genuinam hic loci scripturam curis secundis Barthius. *D. Heins.*

Te propter et Alpes Invasit faciles] Sane pro miraculo fuit, tam cauto hosti, tot victoriarum compoti, Alpes præcepisse vel extorsisse, quod scribit Sozomenus, vii. 24. cum aliis, Theodosium. *Barth.*

90 *Cauto hosti]* Arbogastem dicti laude bellica et prudentia clarissimum. *Idem.*

91 *Munitis hæsisse locis]* Sequitur eos qui Arbogastem aditus Alpium obsedis tradere maluit. Vide Sozomen. vii. 22. et 24. *Idem.*

92 *Revulsis]* Tempestatis vim ait scopulos ipsos divulsisse, ut aditus pateret Theodosio. *Idem.*

93 *Aquilo de monte procellis]* Miraculosissimam rem nonnullorum scriptorum verbis proponam. Augustinus, lib. v. de Civ. Dei, cap. 26. 'Milites nobis, qui aderant, retulerunt extorta sibi esse de manibus quæcunque jaculabantur, cum a Theodosii partibus in adversarios vehemens ventus iret, et non solum quæcunque in eos jaciebantur concitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret.' Rufin. lib. xi. histor. Eccles. xxiii. *Idem.*

95 *Auctores]* Qui tela jecerant. *Idem.*

96 *Cui fundit ab antris Æolus armatus hyemes]* Augustinus, l. v. c. 26. de Civ. Dei. Orosius, Hist. vii. 35. Paulus Diacon. Hist. Miscell. l. xiii. et Abbas Urspergensis in Chronico, hæc omittunt, cum priora et sequentia agnoscat. Gyraldus tamen in codice suo notat, Divum Thomam commento ad Augustinum, quod Mediolani in bibliotheca S. Marci extet, nihil a vulgatis Claudiani exemplaribus discrepare. Vetus quoque Orosii editio Augustana anni MCCCLXXII. agnoscat, ut et Monachus Altissiodo-

rensis in Chronico. Codex tamen Orosianus qui penes me est cum excerptis sex aliorum omittunt. Offendit, credo, bonos Monachos Æoli mentio facta. Plura ad rem Barthius curis secundis. *D. Heins.*

97 *Armatus hyemes]* Telis hostium Theodosianorum, in ipsos eorum vibratores.

Militat æther] Sic Josue in Scriptura paret Sol: 'Omnia enim sunt Piorum hominum.' Victoria vero de cælo omnis. *Barth.*

99 *Frigidus annis]* Nomen proprium fluvii, ut Barthius bene observat. *D. Heins.*

100 *Turbaque cadentum Staret]* Hyperbole Poëtica Triplex, artificiosissime uni versui impacta. Hic enim sanguis cursum fluminis juvat, et quidem stantem cadaverum copia; qui alioquin nec poterat nullibi impeditum. *Barth.*

101 *Jurisset flumina sanguis]* *Pavisset* tres libri: quod elegantius. Noster vi. Cons. Honor. 'multisque suorum Diras pavit aquas:' sic enim vetus codex, non *arec.* ibidem: 'Pavit Iuleos invisio sanguine manes:' apud Sillum, lib. ix. 'pastusque sonoro Ignis edax vento:' ut recte cum Coloniensi libro Modius: obgannit tamen interpres veterum elegantiarum cum ignarissimis ignarus. Ovid. Trist. iv. El. 4. 'ubi Tanrica dira, Cæde pharetræ pascitur ara Dæ:' quomodo vetus liber: optime. Valer. Flacc. lib. i. 'meritas tibi plurimus aras Pascet honos.' Noster 'honorum commercia pretio pascere' dixit l. v. in Stilich. vs. 115. ubi plura: sic et 'ali' et 'nutriri flumina' dicuntur 'imbre,' *meruisset flumina sanguis* Helmstädiensis. Vulgata tamen scriptura in Claudiano potest ferri. Sic Sidonius Apollinaris, Carm. xxii. 'Arentes vitreis adjuvit fletibus undas.' *D. Heins.*

102 *At ferus inventor scelerum]* Ar-

bogastes, Comes Valentiniani, commotus in Principem suum ob frivolitas primum causas, deinde quod libellum exauctorationis ei pro tribunali sedens dederat, ut multis denarrat Zosimus. De feritate, scientia militaris rei, auctoritate, obitu Arbogastis, Orosius l. vii. 35. Sozomenus, vii. 26. *Barth.*

104 *Ultrices iras*] Scelerum suorum in semetipsum vindex, illa sua iracundia Barbarica, quæ causa fuit tot malorum. *Idem.*

105 *Tandem justa manus*] Cum in auctorem rejecit vindictam interfecti Principis, et tanti Imperii bello involuti. Innuit non occulte manu Arbogastis cecidisse Valentinianum. Hæc autem consensu veterum Sapientum summa constituitur Justitiæ, mala consilia et facinora capita auctorum petere. *Idem.*

106 *Quamvis emeritum*] Sane divino consilio et clementia singulari esse actum, ut omnibus extraneis tumultibus sopitis, omni civili debellato, de composito velut obiret Theodosius, pacatum Orbem filiis juvenibus relinquens, nemo dubitaverit. Et non unus scriptor. Principes dari terris, et abinde in cælum reduci, Horatius ad Augustum: 'Serns in cælum redeas, diuque Lætus intersis populo Quirini.'

Natura] Ordo ille omnium rerum seriem tenens et ordinans. Hunc hoc nomine Diis suis omnibus præponunt, arbitrumque constituunt scriptores. Lucan. lib. i. ad Neronem: 'Jurisque tui Natura relinquet, Quis Deus esse voles.'

107 *Astrorum panderet arces*] Adscensuro videlicet Theodosio. Illud nota non ineptum, creditas bene sapienterque vita functorum hominum animas in ipsamet sidera recipi, atque commutari. *Barth.*

108 *Nutaretque oneri*] Lucan. ad Neronem: 'Ætheris immensi partem

si presseris unam, Sentiet axis onus.' *Idem.*

109 *Cupido se reddere cælo*] *Credere* Delrii codex et e nostris novem. Virgil. *Æn.* lib. vi. 'Præpetibus pennis ausus se credere cælo:' plura de hoc verbo alibi. Vulgatam tamen scripturam tuetur erudite Barthius: sed quia reverti jam præcesserat, *credere* hoc loco amplector, ne bis idem dicatur. *D. Heins.*

Si reddere cælo] Reges enim atque Principes cælitus et ab Diis immortalibus regundis provinciis rebusque humanis donari demittique putabantur, uti et eodem, ab obitu, reduci. Manilius, lib. iv. de Divo Julio, recens tum amisso. 'Ille etiam cælo genitus, cæloque receptus.'

Cupido cælo] Diis Astrisque ambientibus tantum accedere Numen suo choro et collegio. Maro ad Augustum: 'ipsum tibi jam brachia contrahit ardens Scorpis, et cæli justa plus parte relinquit.' *Barth.*

110 *Præsentî*] Accivit enim in hoc Constantinopoli Honorium Theodosius, quo præsentem, visus convalescere, obiit volens. Sozom. vii. 38.

Traderet orbem], Solenni more ante excessum filiis Imperium tradidisse constat Theodosium. *Barth.*

Traderet] Traditio est, ἀνδ χεῖρας εἰς χεῖρα, vel, ut Cujacius vult, Traditio est datio possessionis. Ergo Honorius, licet pridem Augusti nomen adeptus, rem ipsam non habuit; fuit in possessione rei, sed non possedit; non omnino, ne dicam omnino non, fuit imperator, nisi sola nominis umbra. *Claver.*

111 *Bistonis ab oris*] Constantino-poli evocatis, ad Imperium Occidentis suscipiendum.

Alacer consurgis] Instar sideris. Alibi: 'Sideris instar Emicuit Stilichonis apex.' *Barth.*

112 *Ausus transire*] Barbaros Romanis non satis fidos dicit, quorum

tamen bonam copiam in Occidentem duxerat Theodosius, pars etiam sua sponte fuerant transeuntem secuti, ut Secrates et Sozomenus scribunt. *Barth.*

113 *Rhodopeia saxa Orpheis*] Notæ Fabulæ Orpheum Thraciam coluisse. *Barth.*

115 *Pelion intras*] Promontorium totum Thessaliæ hoc nomine censeatur. Nerei Chori nuptiæ Pelei et Thetidis, Poëtarum cantilenis celebratissimæ. *Idem.*

116 *Nereis illustræ choris*] Imo *toris*, quomodo Gyrard. prior Leid. Florent. S. Marci et unus Ambros. Nuptias Pelei et Thetidis in monte Pelio celebratas tangit: nupsit et hic mater Chironis Philyre: unde *Φαίρος νυμφοίων* locus hic Callimacho dictus hymno in Delum. Simile mendum apud Val. Flaccum, lib. v. 'Præterea infernæ quæ nunc sacra Dianæ Fert castos Medea toros.' inepte *choros* nunc legitur. Innuptam fuisse Medeam designat. *D. Heins.*

Pulcer Enipeus] Vide Scholiasten Apollonii, l. III. Pulcer, ob amœnitatem regionis, qua omnem terræ orbem præcellere Thessaliam Græca Antiquitas tradit, 'Enipeum e monte Othri Thessaliæ oriri' notat Vibius Sequester. *Barth.*

117 *Rurnaque locuta*] Fatidicæ apud Dodonam quercus in ore omnium Mythologorum.

Locuta] Sane Dodonæum Oraculum circa tempora ista non proorsus obmutuerat. Theodoretus, l. III. 9. *Histor. Eccles. Barth.*

118 *Moverunt*] Quodam velut Enthusiasmo. *Idem.*

119 *Legitur*] Curq̃ prætervehitur. *Idem.*

120 *Phrygi Timavi*] Ab Antenore illuc appulso, et remanente. Timavus Fons Galliæ Aquileiæ, Vibio Sequestro, fluvius Venetiæ.

Numerantur stagna] Ob frequentiam insularum Timavi. Vide Plin.

III. 26. Vel septem fontes Timavi alludit, de quibus Strabo, l. v. *Barth.*

122 *Sacrata tuo*] Sacra omnia Imperatorum. Præcipue hujus, in quem immensus utique omnium Ordium amor fuit, utpote in purpura natum, summæque expectationis adolescentem, cujus divina omnia ubique facit Claudianus.

Submissus adorat] Morem omnium Imperio Romano subditorum, etiam fluviæ, per eam ditionem transeuntibus adscribit, licet Semide fuerint habiti, et cultu immortalium culti. *Adoratio* nota privatorum, nota universi populi, cum in conspectum prodiret ejus princeps. *Barth.*

125 *Sorores*] Heliades, quarum fabulæ pueris notæ. Ad Padum fluvium memoria hujus Phaëthontei casus atratos degere populos, aliaque fabulosa scripserat Timæus. *Idem.*

128 *Cum tu genitoris amico Exceptus gremio*] Confundere dicas tempora. Post victoriam enim Eugenianam Constantinopoli Mediolanum accitus est ab ægro jam parente Honorius, ut constat ex modo notatis. At Romam cum eodem Triumphans iussit Maximo superato et Victore. Sequitur eos noster hic, qui post Eugenianam victoriam Romam ingressum Theodosium, ibique tradunt Imperatorem fecisse Honorium. *Idem.*

129 *Vehere per urbem*] Triumphans aut Triumphabundus. *Idem.*

130 *Communis lauros curvus*] Notum curvus Triumphales Laureis redimitos fuisse. Curvus autem ipsi erant anrei. Philostratus in Dione. *Idem.*

131 *Quis non Luciferum*] Frequens Formæ splendidioris comparatio cum astris. Virgilius de Aescanio: 'Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda Extulit os sacrum cælo.' *Idem.*

132 *Junctum Bromio*] Bacchus inter formosissimas formas Deorum. Seneca (Edipo: 'Candida formosi venerabimur ora Lyæi.'

Radiare] Quod de formis formo-

sissimis dicitur. *Idem.*

133 *Floret cristatis*] Sic Isingr. Lucens. et tres alii: quidam *Floret* corrupte, vel *Hæret*, vel *Fervet* cum vulgatis: veram lectionem vidit Scalliger, et illum secutus Raphaelengius. Lib. I. in Stilich. 'Armifer et viridi floretet milite sulcus.' Val. Flacc. lib. I. 'Variis floret via discolor armis.' Ubi perperam Carrio *decolor* edendum curavit: noster alibi, 'Discolor incedit legio.' Idem Flaccus, lib. VII. 'armata florescant pube novalis.'

Fervet cristatis exercitus undique turmis] Pulcerrima præfiguratio conorum cristarumque in capitibus galeatis fluctuantium. *Barth.*

134 *Quisque sua te voce canens*] Diversarum gentium milites ait uno ore conspiravisse in Laudes Honorii.

Æna Lux] Fulgor æneorum. Armorum. Virgilius: 'et luce coruscans æna.' *Barth.*

135 *Seges Macortia ferri*] Maro idem, lib. VII. 'ferro ancipiti decernunt, atraque longe Horrescit strictis seges ensibus, æraque fulgent,' &c. *Idem.*

136 *Ingeminat splendore diem*] Dupplicata luce. *Idem.*

137 *Horrida contis*] A specie tremenda. Maro, lib. XII. 'strictisque seges mucronibus horret.' *Idem.*

138 *Picta draconum Colla levant*] Dracones veteribus signis componi apud Exercitum aut præponi soliti, quorum mentio in primis Imperatoribus nulla. Faere autem simulacra Draconum perflatilia vento, textu laneo aut serico, purpura aliisque coloribus tincta, confecta, atque hastarum summitatibus affixa. Ammian. lib. XVI. Vegetius, lib. II. cap. 13. Ubi centuriis etiam singulis sua fuisse notat vexilla, quorum indicia in galeis portaverint Centuriones, ut a suis quisque militibus posset ubique agnoscere. *Idem.*

139 *Serpens*] Signa militaria innuit,

quæ tunc fuere triplicia, nempe *Labarum*, *Aquilæ*, *Dracones*, qui et *Serpentes*. *Cluver.*

140 *Vivitque receptis*] Terrori simul et voluptati aptum spectaculum. *Barth.*

141 *Sibila*] Serpentum seu draconum propria.

142 *Ventum ad sedes*] Palatium Augustum. *Barth.*

Ad sedes] Nihil aliud intelligi puto quam palatium seu domum Cæsaream, ubi Imperator considebat.

Cunctos discedere] Facile credo primæ notæ primique gradus proceres Theodosio tum adfuisse, quos blanda inclinatione a se dimiserit: etsi enim jubet *discedere*; illud tamen non est semper *deprecatorum*, sed quasi precarium: nam et *κελεύω* Græcis *φιλῶν* usurpari notavit manu sua Cnjacius. *Claver.*

Cunctos discedere tectis] Libri sex, *tutas*: quatuor, *tutos*: tres, *cunctis*. Delirii liber *tuto*. Latet aliquid mendii.

143 *Generum*] Fratris Theodosii filia nupserat Stilichoni. Zosimus, lib. IV. *Barth.*

146 *Quem merui te non sudante triumphum*] Male alii, *sudante*. Isingrin. et nonnulli ex nostris, *quod trophæum*. ut in veteri inscript. 'Dum tibi, Roma, decus æternæque sudo trophæa, Ister pacatis lenior ibat aquis.' Pro *Sarmaticas alas* potior scriptorum pars *Dalmaticas*: sed frustra. Rem docet inter alios Ammianus, lib. XXIX. *D. Heins.*

Te non sudante] Sudorem pro omni bellica opera mille locis ponit Claudianus, ita et isto loco. *Barth.*

147 *Odrysiùm pariter*] De Victoriis Theodosii in Thracia Theodoretus, lib. V. cap. 5. *Idem.*

150 *Rota sulcavimus Istrum*] De Danubio hoc idem sæpius in libris Triatum Ovidius. *Idem.*

152 *Solus*] Zosimus idem tradit lib. V. *Idem.*

154 *Noctemque beatam*] Longo voto petitam, qua Augustæ Familiæ accessit Stilicho, sane exitio postremum suæ. *Barth.*

155 *Per tædas quas ipsa tuo regina levavit Conjugio*] Flaccillam dicit, quam matrem suam agnoscit Honorius ipse in suis Nuptiis. Hanc ait Imperatricem pronubam in manus dedisse conjugem Regiæ familiæ Serenam Stilichoni, more prisco, qua filiarum Nuptiis solitæ tædas Geniales præferre Matres, qualis per adoptionem Serenæ erat Flaccilla. *Idem.*

Regina] Flaccilla Augusta uxor Theodosii, quam Græculi pæne omnes Placillam vocitant: eam vero quamvis amaret plurimum Theodosius, non tamen *Ἀγνοῦσθαι ἐνόησε*, nisi edito in lucem Arcadio. *Claver.*

156 *Sociæque nurum produxit ab aula*] *Producere*, Nuptiale verbum, eorum qui honoris gratia sponso sponasque ad Nuptialem domum thalamumve deducebant et comitabantur. *Sociæ aula*, deinceps in Consortium Imperatoriarum Curarum adscito Stilichone. *Barth.*

Nurum produxit ab aula] Sic veteres plerique, et Cl. Gronovius noster Elencho Antidiatribes Statianæ: vulgo *virum*: *nurum* pro nupta posuit aut simpliciter pro fœmina, ut poëtæ frequenter. Itaque controversiam isti scripturæ ab optimis membranis assertæ movere non debuit curis secundis Barthius. Epithalamio Celerinæ, 'Aggreditur Cytherea nurum:' ubi perperam *virum* quoque legebatur. Sequenti versu pro *dilige*, Isingrin. et tres nostri *dirige*. *D. Heins.*

157 *Indue mente patrem*] Paternum affectum, Curam Patriam. *Barth.*

159 *Te custode*] Tutore Præstite. *Idem.*

160 *Undis prosiliat*] *Vinculis* cum Isingrini libro recte legendum vidit Raphelengius: quomodo et ex nostris Lucensis cum uno Mediceo. De gigantum vinculis passim poëtæ: noster Gigantomach. 'Solvite Titanas vin-

clis.' Statius, Theb. iv. 'solidoque intorta adamante gigantum Vincula.' Theb. viii. 'habeo jam quassa gigantum Vincula, et æthereum cupidos exire sub axem Titanas.' Cæus apud Val. Flaccum, lib. iii. 'Vincula Jovis fractoque trahens adamante catenas.' Noster Præf. in vi. Cons. Hon. 'Enceladus mihi carmen erat vinctusque Typboëns.' Ita enim cum membranis legendum. Lib. i. de Raptu, Enceladus 'sancia membra revinctus' dicitur. Virgilius Culiæ: 'Nam vinctus sedet immanis serpentibus Otos, Devictum mœstus procul aspiciens Ephialten.' Lucan. lib. vi. 'Vincti membra gigantes.' Pro vulgata tamen scriptura digladiatur Barthius. Mox *Tityos* et *Arcados* et *cadant*, non, *Tityus* et *Arcadis* et *cadent*, meliores. *D. Heins.*

162 *Opposito Stilichone*] Sane cecidissent et Barbarorum in Italia conatus, in ipsis principiis, si quidem consiliis hujus obtemperatum fuisset. *Barth.*

163 *Sicut erat*] Nulla re motatus, nullo modo alteratus, ut qui vivus vidensque Dei quædam spirans fuerit effigies.

Liquido signavit tramite nubes] Subvolans per nubes in cælum, clara relicta semita, quam fecerat divini splendoris corpore. *Barth.*

164 *Ingreditur*] Dicas tibi conspiciam Theodosium aëra findere, ac cæli penetrare circulos. *Claver.*

Limemque reliquit Arcados] *Limemque* Lucens. et Aldas cum aliquot scriptis: recte. Sic apud Stat. Theb. iv. 'rabidi sub limine Cancri.' *relinquit* etiam non *relinquit* præstantiores. Barthius, qui aliter hunc locum distinguendum censet, minime est audiendus. Adeantur quæ ad Maronis sextum annotamus de *limine*. v. 255. *D. Heins.*

165 *Veneris clementes*] Lucanus, lib. i. 'Venerisque salubre Sidus habet.' *Barth.*

Pervolat auris] *Advolat* libri septem:

eleganter. Cons. Otybr. 'Dixerat, et velox jam nuncius advolat urbem.' Val. Flaccus, lib. iv. 'et truci ultro Advolat ora viri.' *mox qua zona, pon quo, iudem : probe. D. Heins.*

166 *Flammanque nocentem Gradici]* *Gradivum* tertius Vatic. Rottendorph. Florent. S. Marci, et secundus Medicus, ut sit appositio. *Idem.*

167 *Placidamque Jovem]* In quo quippe summa potestas, quæ inimica omni tumultui, iracundiæ, violentiæ.

169 *Machina lætatur celi]* Ut spatium fiat novo sideri. Virgil. de Augusto: 'Locus Erigonen inter, chelæque sequentes, Panditur; ipso tibi jam brachia contrahit ardens Scorpis, et cæli jasta plus parte relinquit.' *Barth.*

170 *Fores]* Summi illius globi, ubi conversatio cum Deo. *Idem.*

171 *Succinctus Orion]* Armatus, ad pugnam expeditus. Hunc enim Orioni habitum adscribunt Poëtæ. *Idem.*

172 *Pendentque vicissim]* Dubio sunt animo, inter spem metumque medio. *Idem.*

174 *Regione moveri]* *Morari* Gyrard. et quinque nostri, totidemque Vaticani: unus *teneri*. De stellis fixis agit: recte igitur *morari*. Paulo ante, *quibus ipse sodalis*, non *quibus esse* nonnulli: tres quatuorve *ille. D. Heins.*

Qua regione morari] Sedem figere, consistere tandem. *Barth.*

176 *Natali gurgite]* Hispanus enim natione Theodosius. Idatius Chronicle: 'Theodosius, natione Hispanus, de Provincia Gallæcia. Civitate Caeca a Gratiano Augustus appellatur. Italica, divi Trajani natalibus clara, civitate oriundum scribit.' Marcellinus Comes. *Idem.*

Gurgite lacum] *Lapsum* Isingrin. et quatuor ex nostris: ut apud Virgil. 'tacito labentia sidera cælo,' et 'lapsa sub terras signa' Ovid. Poëta et vulgata ferri. *D. Heins.*

178 *Fortunate parens]* Alibi ad Stilianonem, 'fortunatissime patrum.' *Barth.*

179 *Cum te proclivior urges]* Rectius puto *proclinior*: quanquam aliter membranzæ. Adeantur quæ notamus ad Fastos Nasonianos, lib. iii. vs. 796. *D. Heins.*

Te proclivior urges] Erudite dictum, ut ab Apuleio, Tertulliano, Mamilio, aliis, ferre, portare, vehere se. *Barth.*

181 *Quocumque vagos]* Oriens Occidensque videbis omnia filiis tuis subjecta. (Respexisse dicas verba Lucani, lib. vii. 'Omniaque errantes stellæ Romana videntur.' *Idem.*

Flectas sub cardine cursus] Non *flectis* scripti potiores: quidam *currus* pro *cursus*.

182 *Mente æreña]* Tranquillitate summa. *Barth.*

183 *Junctas moderamine gentes]* *Victas* malo cum octo scriptis. *formant* pro *formant* deinde Florentinus S. Marci, et tert. Vatic. *D. Heins.*

185 *Stygiis innexa catenis]* *Immeras* sex veteres. Forte *immersa cavernis*. Vide notas ad vers. ult. lib. ii. in Ruf. *Idem.*

186 *Demens ambitus euro]* Avaritia atque Ambitio Potentium non alio facile tempore tanta aut majora mala confecerunt, quam isto ipso Claudiani; quibus notandis sane singularis est scriptio Zosimi, velut in theatro spectanda talia exhibens. *Barth.*

189 *Unanimi fratres]* Summa felicitas, sacris etiam Læteris contestata.

192 *Sicula Cyclops]* Ad divinitatem Heroicamque Principum virtutem demonstrandam æquat eos Homericis et Virgilianis Semideis. *Barth.*

196 *Lipare fumos]* Officina Vulcani. *Idem.*

197 *Vobis Ionia]* Apparatum Consulare Ludorum Mediolani confecisse auctor Paullinus. Paria de Felicitate et splendore in Spectaculis, quibus maxime favor popularis conciliabatur, singulis fere extremis Panegyricis suis Consulibus accinit.

Neptunus] Præses Circi, et Equestrium decursationum, ut notarunt jam olim alii.

201 *Babylona*] Persarum et Parthorum regna.

Rapt] Vastari, spoliari. *Barth.*

202 *Non facta fuga*] Quam simulabant alioquin ex more. Sic Parthi plerumque in ipso ardore certaminis praelia deserunt, ac paullo post pugnam ex fuga repetant, et cum maxime visisse te putes, tunc tibi discrimen subendum est. *Idem.*

204 *Gemmatos Persida cultus*] Luxum in vestitu Persarum docuerunt dudum Collectanea Doctorum. *Idem.*

205 *Ite per extremum Tansin*] Ubi finis fluminis, in remotissima loca scilicet Barbariae. *Idem.*

206 *Ite per ardentem Libyam*] Malo *arentem*. Lucan. lib. 1. 'dubiam super æquora Syrtim Arentemque feror Libyen.' scio tamen et *ardentem Li-*

byam posse dici. *D. Heins.*

208 *Herculeum finem*] Ubi duæ columnæ Herculis.

Bacchi metas] Vide Valerium Flacum, lib. 1. *Barth.*

Bacchi transcurrite metas] Q. Curtius: Transierant jam Liberi patriæ terminos; quorum monumenta lapides erant crebris intervallis dispositi, arboresque proceræ, quarum stipites hedera contexerat. *Debris.*

211 *Indus ebur*] *Sidonius: fert Indus ebur, Chaldeus amomum.* Daturas vero has provincias talia nomine vectigalium principibus ait Claudianus.

Vellera Seres] Omne sericum rude, neque textum, Velleribus Poëtæ notant, quod instar Velleris sericum arboribus depecti solitum apud Seras, ut mille eorum loci indicant. *Barth.*

VIII.

DE QUARTO CONSULATU HONORII.

ETIAM hic Panegyricus manu recentiori in primo Vaticano adscriptus. *D. Heins.*

1 *Auspiciis regalibus*] Dignis Imperatore. Alludit et hic et alibi morem stantis Reipublicæ Romanæ, magistratus enim majores auspicio, consaltis nimirum avibus, creabantur. Vide Gellium, l. XIII. c. 14. Majestate Regia Tempora aperiri, et summa cum festivitate novum annum incipere ait, cui pro felicissimis auspiciis ait Augusti nominis titulus. 'Auspicia annorum a Consulibus sumi solita,' auctor est Cassiodorus, lib. 11. Epist. 1. Regalia Auspicia, Fortunam, Felicitatem Principe Romano dignam notant. *Barth.*

Auspiciis, &c.] Hic Honorii Consu-

latus incidit in annum 398. collega ejus fuit Eutychianus, quem et præfectura Prætorii honestavit: sub idem tempus Gildo Mag. utriusque militiæ per Africam vere ineunte extinctus est, postquam Honorius duxisset Mariam Stilichonis filiam. *Claver.*

Annus] Tanta enim erat Consulatus dignitas, ut vel ipsi Imp. eam ambierint. *Idem.*

Sece annus Induit] Assimilatio a Serpente exuvias veteres ponente, novam pellem induente. Induit se, qui adsciscit formam aliam. Virgilius: 'cum se nux plurima silvis Induit in florem.' Acate sane dictum, annum se induere, qui in se ex se revolvitur. Dicis annum etiam se Re-

galibus Auspiciis involventem perhiberi. *Barth.*

2 *Nota aula*] Imperatoris Nomine et Regimine. Ergo *jactantior* annus cum Principis Consulii titulo inscribitur. *Nota Aula*, quia iv. Consulatus Honorii, annum agentis xiv. Qui primum bimus signaverat.

Fruitur] Innuit ingenti voto ante optasse.

3 *Nec passi*] Indignati. Limina memorat, quia moris fasces affigi postibus eorum qui Magistratum inirent. Ovidius *Metamorph.* i. de Daphne: 'Postibus Augustis eadem fidissima custos Ante fores stabit.' In vestibulis porro Foci erant et Sacella veterum, qualiacunque etiam Deorum, etiam rudium adhuc et fere ligneorum, ut ait Tibullus, quæ luxuriam post Romanam in Tempia commutasse censorius Senecæ sermo notat: sane inde et vestibula ipsa nominari cæpta tradunt Grammatici. *Barth.*

4 *Reduces*] Velut exsulaverint hactenus. Omnia agit ut majestatem priscam Consulatu restitutam indicet.

• *Augusto*] Summo Principe. *Barth.*

Augusto Consule] Qui primus Imperator et Consul fuerat: ex Lucano discere est: 'Hæc primum reperit ætas Qua sibi ne ferri jus ullum Cæsar abesset, Ansonias voluit gladiis miscere secures,' &c. *Claver.*

5 *Armorum proceres legumque potentes*] Leges ubique opponit armis, per eas Politicum administrandæ Justitiæ secundum jura scriptum et Rescripta Principum Consuetudinesque, statum, intelligens. Vides, ait, quanta sit dignitas reddita Togato Civillique magistratui, cum omnes Duces, quorum in manibus cum milite potestas est, Consulem novum stipent. *Barth.*

6 *Mors Gabino*] Vetustissimo, cum Consuli pareret miles. Cinctum etiam Gabinum, toties alibi nominatum, dicat; quo expedite pugnaturi se ex-

serebant. *Idem.*

7 *Discolor incedit legio*] Ducibus togatis, Patrio habitu sumto, militem partim sagato, partim togato. Militem mævo habitu indutum vexisse Honorium ad Consulatum capessendum tradit infra 570. *Incedere* gravitatem, majestatem, indicat. Virgilius de Junone: 'quæ divum incedo Regina.' *Idem.*

8 *Bellorum signis*] Draconibus et Aquilis. His addebatur Honorii ævo effigies.

Vexilla Quirini] Togatum Senatoriumque agmen, quod instituit Romulus. *Barth.*

9 *Eictori cedunt aquilæ*] Consuli Duces Militiæ. Cicero: 'Cedunt Arma Togæ.'

Ridetque] Positis minis, obtatuque castrensi.

Togatus] Suo semper alioquin habitu civilis cultu hominibus irrisus. Popularitas autem et civilitas principum in eo laudatur, quod militem ad Urbem et in sedibus Imperii togatum esse voluerunt. *Barth.*

10 *Miles*] De custodibus etiam Imperatoris loquitur, cujus latera objecti circumfusique defendebant; vel ornamenti causa habebantur; aut utilitati, ut, si auxilium res posceret, haud procul acciri possent, ut Tacitus retulit. *Claver.*

Mediis effulget Curia castris] Curia est Senatus ubicunque conveniens. Lucanus v. 'Hospes in extremis audit Curia tectis.'

11 *Palatino Senatu*] Imperatore totaque aula Senatui cultu referentibus, inque comitatu habentibus. Notari potest SENATUS dici etiam loca conventui Senatorio destinata aut apta. *Barth.*

12 *Trabeam Bellona gerit*] In gratiam Honorii. *Idem.*

13 *Humeris vectura curules*] Militem per Bellonam intelligit, qui humeris tulit Imperatorem Consulem. Quod quidem summum obsequium, sum-

munque officium.

Sacras curules] Consecratas insidente Principe. Consulatus ea tum adhuc dignitas, ut summos postea etiam fasces dicere ausus sit Rutilius.

Barth.

14 *Laurigeras secures*] Rebus lætis et Imperatorum omnibus, Fasces Laureis cinctos dadum notarunt Collectanea doctorum. *Idem.*

Laurigeras secures] Cum Consules vel Imperatores, præclaram aliquam victoriam erant consecuti, tum eos lictores lanreati, fasces laureatos gestantes, præcedebant. *Delrio.*

15 *Latia toga*] Insigni Romanæ Civitatis et Reip. 'Gens togata,' Maroni. *Barth.*

16 *Ferreus Curvus*] Descriptus Papius, lib. vii. Ipse Mars talis. *Idem.*

17 *Eridani per prata*] Non longe scilicet dissita, maxima pascua, digna pabulo divinorum Equorum. Adeo dilectus Pœtis hic fluvius, ut etiam in campos Elysios perfluere dicant, uti Maro, lib. vi. *Idem.*

19 *Ulpia progenies*] Patria et origine ad Trajanum relatum Theodosium notavi ad superiorem Panegyricum, vs. 176.

Diademata] Principes Romanos, quos instar vectigalis Hispaniam dedisse alibi ait. *Barth.*

20 *Ibera domus*] Theodosius gente Hispanus.

Nec tanta vilior unda] Sic unus Medic. et Junianus, non tantam: nonnulli tandem: præterea Isingrini liber aila: quod perperam secutus Raphelengius: sequentia pro nobis stant: supra iii. Consulatus. 'Te tuus Oceanus natali gurgite lassum Excipit, et notis Hispania proluit undis.' Infra hoc ipso libro, 'Hispania patrem Anriferis produxit aquis.' Et in Fescennis, 'Cæsareum flumineo Stemma recurrit ortu.' Ut recte legunt viri docti. *D. Heins.*

Vilior unda] Antiquissimæ nobili-

tatis suprema repetitio a fluminibus. His omnibus ut Theodosium præferat noster, non, ut illi, flumini alicui addidit natum, sed ipsi Deorum genitori, Oceano. *Barth.*

21 *Cunabula fovit Oceanus*] Oceanum parentem Deorum dicit 'Ouppiæ', a quo omnium originem, etiam hominum, alii deducunt. *Idem.*

23 *Immensæ*] Commodum sane Epitheton Maris, quod non sine miraculo inspicies, cum infinitum esse, nec animo metam ejus te tangere posse considerabis. *Idem.*

24 *Hinc processit avus*] Theodosii Pater, Honorii avus: de ejus rebus gestis præcedente Panegyrico. Theodosium Senioremem dicere licet, respectu Imperatoris, quem Juniores vocat nec dum Principem, Ammianus. *Idem.*

Avus] Theodosius, comes et Mag. equitum, vir omnium sua ætate fortissimus. De hoc multa superius. *Claver.*

25 *Africa*] Trans Rhenum primum Barbaros domuisse Senioremem Theodosium dicit, deinde in Africa, postmodum Britannia. *Barth.*

26 *Caledoniis*] Britanniam felicibus expeditionibus eundem Theodosium Comittem pacasse; et ex utroque bello, tam Africano quam Britannico, quorum hic noster testis, statuas meritum. *Idem.*

27 *Qui medios L. s. c. pertulit æstus*] Ita scripti omnes, ut mirer quid magnus Scaliger et Raphelengius medio maluerint amplecti. Lib. ii. de Rapt. 'et medio brumam sibi vindicat æstu.' quæ vera lectio. Bello Gild. 'Solis medios objecerit æstus.' Epithal. Palladii, 'quid medio tecum modularis in æstu?' *D. Heins.*

Medios Libyæ] Summum calorem cæli summumque rigorem componit, ut omnia exantlassent dicat Heroëm suum. *Idem.*

28 *Debillatorque Britanni Littoris*] Caute et vere. Non enim intimorum

locorum ejus insulæ. *Barth.*

29 *Boreæ vastator et Austri*] Rebellium inibi Barbarorum. *Idem.*

30 *Rigor æternus*] Frigus perpetuum: inclementia cœli nulla, inquit, virtutem hujus Ducis impediēbat, quin iis locis cæderet hostes, quibus tuti aëre suo videbantur. *Idem.*

Cœli quid frigora præsent] *Sidera* primæ editiones cum uno Vaticano et Farnesiano: quam lectionem veram probavit Gronovius noster l. III. 12. Observationum: unus Medic. tert. Vatic. et Rottendorph. *littora. rō sidera* ex Drepano, Floro et Plinii Panegyrico recte etiam asseruit Barthius: noster denuo VI. Consul. Honorii, vs. 444. 'quo gentibus illis Sidere consueti favet inclementia cœli.' ubi vide quæ notamus. *D. Heins.*

31 *Ignotumque fretum*] Remotissima loca sic appellant scriptores. *Barth.*

Saxone fuso] Fortitudo et virtus cætera hujus nobilissimæ gentis fecere ut ab iis vel victis vel oppugnatis Imperatores vel in primis laudarentur.

Saxone fuso Orcades] Palustri nimium aut maritimo prælio. Saxones enim eo genere bellandi nobiles.

32 *Pictorum sanguine*] Notissima quæ de his tradunt Poëtæ, alique veteres Scriptores. Latini *Pictos* vocant hos populos a corporibus coloribus variegatis, et quia ipsorum lingua appellatio non abluit. *Pekitos* enim appellatos apparet ex Witechingo. *Barth.*

33 *Scotorum cumulos*] Merito Scotorum stragem Hibernia dessevit, eam eadem gens fuerit utriusque regionis habitatrix.

Glacialis Ierne] De Hibernia, quam nunc dicimus, et appellarunt Antiqui, sermo. Eam Iernen noster vocat. *Barth.*

34 *Quis calor obestit*] *Obestit* vel

sine libris lego. vel *obstitit*: nam pr. Vatic. et Farnes. *obstituit*. *Lacens, quid calor*: quomodo et alii duodecim. *D. Heins.*

Quis calor obestit forti] Silius Italicus, l. xv. Punicorum: 'virtus te sæva jubebit Per medias voltare acies, mediosque per ignes.' Curtius, l. VIII. 'Nihil tam alte Natura constituit, quo virtus non possit eniti.' Ovidius: 'Invia Virtuti nulla est via.' *Barth.*

35 *Noris maniplis*] Iis locis non visis.

Atlanta] Quem montem infinita vis ignotarum fere gentium adhabitavit semper. *Atlantem penetrasse* ducibus Romanis veterem gloriam fuisse notat Plinius, v. 1. *Barth.*

36 *Virgineum Tritona bibit*] Ob natam ex eo stagno, secundum fabulatores, Minervam semper virginem Deam, præsidemque et vindicem Virginitatis. Unde 'palude prognatam' appellavit Ennius: 'Corpore tartarino, prognata palude virago.' *Idem.*

37 *Gorgoneis*] Non *Gorgoneos*. Ita legendum olim conjeceram: confirmant tres scripti. *D. Heins.*

Gorgoneis vidit thalamos] Latinius fabulam brevibus recenset, extrema Metamorphosi Quarta. *Barth.*

38 *Ditat fabula*] Aureis malis, ab auro fructibus. Fabulam vide apud Diodorum Siculum, lib. III. Ex his pomis fuisse id quo injecto Eris Deas de formæ præstantia in certamen miserit, cum doleret ad Nuptias Pelæi et Thetidis non invitata, memorat Coluthus in Raptu Helenæ. *Idem.*

39 *Arx incensa Juba*] Regis Mauritanæ: Juba ergo Regiam certam urbem agnoscit Claudianus.

Juba] Per Jubam, accipio Firmum, Gildonis fratrem. *Delrio.*

Rabies Maurusia] Barbararum gentium feritas, quas immanes excivit funereus latro, uti Firmam appellat Ammianus. Maurorum gentes ad

omnes dissensionum motus perfidables, vocat idem, lib. xxx. *Barth.*

Rabica Maurasia] Firmi scilicet, qui frater Gildonis, ei ad tyrannidem januam parum feliciter aperuit.

40 *Bocchi*] Ab hoc Rege dia nomen habuit Regnum, non minima Africæ pars. *Barth.*

42 *Subdidit Occumum sceptris*] Pacem a Theodosio jam Principe Persæ pro re magna petisse concordia est scriptorum. *Idem.*

45 *Quæsitâ tropæis*] Virtute enim militari et Victoriarum nomine Imperium adeptus est Theodosius. Fortitudinem laudat Ammianus, l. xxxix. 'Expedite virtutis Ducem vocans.' Parum autem caute in Theodosio Patre hæc Claudianus commendat, quæ filii Honorii rebus officiant, solis natalibus ad Imperium evecto, obque eam rem sæpius alibi laudato. *Idem.*

46 *Non ambitione potitus*] Alii, potitur: quod perperam secutus Rapphelegius: male etiam hæc distinguantur. *D. Heins.*

Non ambitione] Hanc perniciosiorem Reip. avaritia censet Plutarchus in Præceptis Politicis, quippe audacior, cum acribus ingeniis insita sit. *Barth.*

Ambitione] Theodosius enim Imperator comitis filius, patre adempto, suæque ipsius saluti consulens, in Hispaniam se recipit, ubi *ἔπαχος* ad privati modum se redigit. Sed Deo dante, Theodosius tandem a Gratiano accitus est; postquam Valens, ei infensus, non equidem fato, sed merita morte periit. Portavit jugum grave Theodosius a juventute, quando ei insidiabantur, qui patrem ejus triumphatorem occiderant. *Claver.*

47 *Digna legi virtus*] Ob solam virtutem adsumtum Summo Imperio tradit a Gratiano Theodosium, accedente Eligentis necessitate. *Barth.*

Digna legi virtus] Non dubito quin Anonius, vir probus et illustris, qui tunc temporis consul erat cum Oly-

brio, suaserit discipulo suo, ut tantum virum sibi adscisceret; quare Theodosius ipsum, ni fallor, parentem vocavit, ejusque scripta cum affectu et admiratione perlegit. *Claver.*

Ultro se purpura supplex Obtulit] Magna hæc commendatio. Pacatus de eodem Theodosio: 'Oblatum sponte Imperium deprecatus es.'

Purpura supplex Obtulit] Hi demum merentur regnare, qui regnum non ambiverunt unquam, et contemnere potuerunt etiam oblatum. *Barth.*

48 *Meruit regnare rogatus*] Veram rem faciunt ista Pacati: 'Illud præcæteris mirum, cum omnia faceres ut imperare deberes, nihil faciebas ut imperares. Argumento est dies ille, communis Boni auctor, quo tu, cum ad suscipiendam Rempublicam vocabaris, oblatum Imperium deprecatus es,' &c. *Idem.*

49 *Nam cum Barbaries penitus commota*] Consentiant in hoc omnes Historici et Chronologi, ut Barbaros amoliri posset, adscitum Gratiano Theodosium. *Idem.*

Barbaries] Habes horum barbarorum nomina apud Sidonium in Paneg. Majoriani, sed vereor ne corrupta. *Delrio.*

50 *Rhodopen*] In Thracia cæsi Barbari, primum facinus Hispania evocati Imperioque admoti Theodosii.

Mixto turbine] Non enim tantum una fuit, sed colluvies victarum et vincientium. *Barth.*

Mixto turbine gentis] Sic Lucena. et undecim alii: quomodo scribendum sensus postulat. vulgo *gentes*. *D. Heins.*

51 *Arctos*] Plaga populusque omnis Septentrionalis. *Barth.*

52 *Vomerent*] Insigni inconditaque copia. Maro: 'Mane salutantum totis vomit ædibus undam,' *Idem.*

53 *Cum Geticis ingens*] Puto *lucens*, quamvis libri non juvent: sic 'gementem Rhodopen' ante dixerat: 'mille gementis Italix clades,' Bello

Gild. Bello Get. 'Sustinuit toto mœrens Cœnotria lustrò:' et alibi, 'fractis ingerent cornibus amnes:' atque ita passim. Statius, Theb. i. 'ignique datis cultoribus omnis Luget ager.' ita scripti. *D. Heins.*

Mysia] Cujus Dux erat limitis ante recessum in Hispaniam Theodosius, ibique strenue rem gesserat. Vise Zosimum. Mysia autem, magnam partem Phrygiæ et Thraciæ complexa, ingens merito dicitur. *Barth.*

64 Flava agmina] Arctœ Occiduaque gentes tales cæsarie celebrantur Romanis Græcisque scriptoribus. Gothos quidem omnes candidos corpore, flavos coma, testatur Procopius i. Vandal.

Operirent] Infusum Barbaris Romanum Imperium suscepisse pro gravi jugo Theodosium ait B. Ambrosius Orat. Funebri. *Barth.*

55 Omnibus afflictis] *Afflatis* Junianus liber, tanquam de fulminis ictu agat: superiori versu recte *operirent* scripti, non *reperirent*, quod aliis jam deprehensum: et mox *agrisque colonos* pro *agroque colonis*. Bello Get. 'tectis suis redduntur et agris Dammati fato populi.' Stat. Theb. xi. 'Redde arvis domibusque viros:' noster vi. Cons. Hon. 'nymphasque Choris jam redde sorores.' *D. Heins.*

Omnibus afflictis] Animum ex diutina clade demittentibus. Thracias toto jam anno, velut proprium suum solum, insederant illæ colluvies.

Lubentibus ictu] Ceu fulmine. Cladem eam incomparabilem ab multis annis intelligit, qua Valens Imperator periit. Sic *Confodere*, exsternare, graviter affligere. *Barth.*

56 Unus tot funera contra] Paria, defuncto Theodosio, de Tutore ejus Liberorum Stilichone canit Bello Getico: 'Unus erat Stilicho qui desperantibus augur Sponderet meliora manu.' *Idem.*

57 Exstinxitque faces] Incendio et vastationi paratas.

Agroque colonis Reddidit] Vastatos, exustos, barbaris inessos. *Barth.*

58 Lethi de faucibus] Ipsa presentissima morte, vastatione, pernicië. Fauces inferorum in multis Scripturæ locis. *Idem.*

59 Romani nominis umbra] Vel minima vestigia priscæ Gloriæ. Epigrammatis: 'Nominis umbra manet veteris.' *Idem.*

60 Ruitura subisset Pondera] Imperium Romanum. *Idem.*

61 Turbatamque ratem] Nihil in re Nautica fere est, quod non ad Rempublicam ejusque res Scriptorum dicta detorqueant. Sic Pomponius Atticus gubernacula Rerum Civilium, Magistratum functiones, aliaque omnia negotia civilia marinis fluctibus comparabat.

Certaue levasset] Non aberrante. *Barth.*

62 Naufragium commune] Infortunium summum, ultimum: quod Naufragio comparatur multis Scriptorum locis. Cicero, initio i. Rhetor. 'Non injuria, cum ad gubernacula Reipublicæ temerarii atque audaces homines accesserant, maxima ac miserrima naufragia fiebant.'

Manu] Opere ipso, virtute. Bello Getico: 'Solus erat Stilicho qui desperantibus augur Sponderet meliora manu.'

Ordine repto] Elementorum, omniumque rerum. *Barth.*

63 Traherent Phaethonta] Non ille eas moderabatur, sed quadrigæ rapiabant egregium aurigam. *Idem.*

64 Sciretque dies] Sol, Solis calor. *Idem.*

65 Solito cum murmure torvis] Non torvos meliores libri cum Raphelengio. Imitatus in magnete, 'Sola feris occurrit equis, torvos jugales' lib. i. de Rapt. et 'torvos hydros' alibi dixit. *D. Heins.*

Solito cum murmure torvis] Nam Imperiositate quadam singulari opus, vel ipsi Soli fuisse ad compescendos e-

quos, vel Ovidius testis, qui verbera et stimulos ultra modum ex dolore sævientes non-oblitteravit. *Barth.*

68 *Concentusque poli*] Harmoniam mundi læserat vesania Phaëthontis. Eam restituit Jnpiter, pulso puero. De Harmonia cælesti nota commenta, verisimilia quidem, Pythagoræorum et Platoniorum. *Idem.*

Currusque recepit Imperium] Ita cum Isingrino Raphelengius: probant vetustiores nostri: vulgo, *rususque*. Vidit et veram scripturam curis secundis Barthius. Mox deinde *traditus* et *servatus*, non *traditur* et *servatur*: *idem*. Mox *irrupere* non *erupere* prim. Med. sec. Vatic. et Palat. ut alibi: 'Non si perfidia nacti memorabile tempus Irrupere Getæ.' *D. Heins.*

69 *Traditur illi Servaturque Oriens*] Uno velut tempore acceptus et vindicatus Saluti Quietique: *illū* ad Theodosium spectat. Occidentem autem neque tradere potuit Gratianus Theodosio, neque iste ex facili pacatum suscipere; tanta moles bellorum undique, duobus præcipue ducibus, ingrebat. Solum Orientem regendum Theodosio Gratianum dedisse scribunt auctores non pauci. Id et ipsum hæc facit. *Barth.*

70 *At non pars altera rerum Tradita*] Occidens minime traditus, ut qui in potestate non erat Gratiani. *Tradere* hoc loco levem translationem denotat, nullo accipientis labore, re scilicet solo duorum hominum consensu peracta. *Idem.*

Pars altera] Occidens.

71 *Bis possessa*] Duobus tyrannia eversis, eque manu eorum vindicata Republica.

Manu] Vi armata. *Manus* enim, potestatem, effectumque rei denotat.

73 *Hunc sava Britannia fudit*] Diversa de hoc homine judicia. Maximus, vir quidem strenuus et probus, atque Augusto dignus, nisi contra Sacramenti fidem per tyrannidem emersisset, in Britannia invitus prope-

modum ab exercitu imperator creatus. Subdolum hominem, pacis involucro Bellum tegentem, indicat B. Ambrosius, Epist. lvi. Ex cujus eadem et sermone hominis inibi, ingenium ejus noscere possis.

Sava Britannia] Immanior atque Romanis moribus. *Barth.*

Sava Britannia] Nescio quo fato, aut qua ratione hujus ævi scriptores et alii Britannia adscribant natalem non modo Constantini, qui Bithynus fuit, sed et Maximi tyranni. Sane Maximum fudit Britannia, quum inde exercitum educeret, non etiam genuit: neque alia de causa dixit Ausonius *Rutupinum latronem*. Vides quid peccet lector minus intelligens, et quantum præjudicet bonis auctoribus atque historia ipsi vel unica vox male accepta. Fuit ergo Hispanus ut liquido constat ex oratione Drepanii Proconsulis, qui hominem satis noverat: sic enim ad Theodosium: 'An sustinere te coram, et solum oculorum tuorum ferre conjectum, ille quondam domus tuæ negligentissimus vernula,' &c. Is vero cum dominorum benignitate ad quosdam gradus militiæ pervenisset, splendore adscititio se in tantum exeruit, ut Gallias e Britannia ingressus, Theodosii affinem se diceret, quo esset nostratibus acceptior. *Claverius.*

74 *Germanus exul*] Arbogastes Francus, cujus notissimæ res et superius partim recensitæ sunt. *Germanum* vocat, quod toti mundo tunc contestatissimum Francos non nisi Germanos, Germanis oriundos, populos fuisse. *Barth.*

Germanus] Arbogastes.

Famulum] Eugenium: vide Paul. Orosium, lib. ult. *Delrio.*

Famulum] Clientem vocat versibus modo positis. Vide Socratem, lib. v. 24. *Barth.*

75 *Domini*] Gratianum et Valentinianum ejus fratrem optimos Impp. intellige. Sane Gratianus nefarie ab

Andragathio, in lectica specie Fl. Maximæ Constantiæ Aug. latenti, occisus est.

Uterque] Maximus et Eugenius: hic vero Arbogastis, ille Andragathii manu usus est in parricidio. Sed uterque sceleris minister sibi vitam ademit. *Claver.*

Resperaus uterque] Pari crimine juvenes Imperatores exstinxere, Gratianum Maximus, Valentinianum Eugenius. Hic Arbogastis cliens, et sub eo Imperator; ille domus Theodosianæ verna. *Barth.*

76 Inuentis jugulo] Jugulo cædem intellige, sanguinem. Sedulius, l. iv. 'cum præsidis ante tribunal Staret, ut ad jugulum ductus mitissimus agnus.' De Gratiani innocentia Ausonius Panegyrico; de Valentiniani Ambrosius Sermone ejus Funebris.

Novitas audere priori] Maximum Fortunæ novitate, hoc est, successum incredibili celeritate, Eugenium illius exemplum mitigasse dicit, ad quem transissent scilicet tot exercitus, tot civitates cum opulentis provinciis defecissent. Possis novitatem etiam generis vilitatem capere, cujus ergo Pacatus mirifice traducit Maximum; et armigerum lixam fuisse testatur. *Barth.*

77 Tantumque dabant exempla sequenti] *Sequentem* scripti fere omnes. *d. e. sequentem.* Lucensis et septem alii, *cautumque d. e. sequentem*: optime. Vulgata lectio sensum non habet. Supra initio hujus libri: 'Canto nec profuit hosti Munitis hæsisse locis.' Ita et curis secundis divinavit Barthius: quanquam *cantumque* apud illum legitur typographi errore, ut opinor. *D. Heins.*

Tantumque dabant exempla sequenti] Hoc est, tantum consilii et audaciæ dabat Eugenio Parricidæ Maximi exemplum, quantum rei novitas dederat ipsi Maximo. *Novitas* Maximo data, est inusitatus terror, quo percussæ Gratiani legiones ad

eam transfugerunt, ex angulo quodam ad Europæ Imperium progressum. Tota periodo Eugenii laudat providentiam, Maximi audaciam et virtutem bellicam, quæ duo junctim in Tyrannis tantis deviciis Theodosium, summam ejus laudem facit. *Barth.*

78 Hic querere tuta Providus] Eugenii doctrinam commendat Zosimus, quique Philosophus fuerit. *Idem.*

80 Intra claustra reductus] Non inter, Lucens. et aliquot alii. *D. Heins.*

Inter claustra reductus] Quæ mera felicitate, mero favore divino pervasit Theodosius. Ego vero suspicor Arbogastem, minus cognita Principis strennitate, ultro eum admittendum censuisse, ut videlicet suo comodo loca meliora insidens, ejus exercitum pessumdaret. *Barth.*

81 Morte pares] Negant nonnulli Christianorum de Eugenio, qui dum supplicat Theodosio, a milite obtruncatum scribunt. De Maximo etiam non nemo aliter. *Idem.*

82 Dedecus] A summo Imperio in infimam servitutem, quod morte ipsa atrocius notant Hieronymi verba.

Mistis telis] In acie, conflictu militari. Telo enim Carnificis ceciderunt. *Barth.*

83 Amissa specie, raptis insignibus] Pacati verba rem ob oculos ponunt, in Maximi sane miseranda clade.

Raptis insignibus] Purpura Augustali, quæ adeo sancta erat, ut priorum principum gestarent posteriores. Sic Constantino quondam apta, indutum auspiciis Imperii Theodosium ex magis præcis scribit Michaël Glycas.

Insignibus] Imperii. Certis notis, quibus ab hominibus homines distinguantur. Dignitatem monstrantia indicia, hoc nomine censentur. Florus, lib. i. 'Insignibus, quibus regni dignitas eminet.' *Barth.*

84 In vultus rediere suos] Alter in Grammatici, ut vides in Socrate, lib. v. 24. Alter in vernæ, armigeri, lixæ,

uti testantur iudubii testes Ausonius et Pacatus. *Vultus* habitum, statum, personam omnem notat.

Manibusque revinctis] More noxiorum hominum ad supplicium raptorum. Virgil. *Æn.* II. 'Ecce manus juvenem interea post terga revinctum.' *Barth.*

85 *Gladiis*] Militari more. Gladius autem honestior erat securi: vide quæ notat doctissimus Petrus Faber, I. 1. Semestr. c. 4.

Submittunt colla] Non ignari nimis meriti ultimi supplicii, itaque necessitati voluntatem submittentes. *Barth.*

86 *Vitam veniamque rogant*] De Eugenio non unus Scriptorum. De Maximo nescio; multum enim iste illo virtute potior. Et sunt qui istum a militibus cæsum, nec in potestatem Theodosii venisse dicant, ut Sozom. VII. 14.

Damna pudoris] Amissum omnem pudorem, rem ultra omne exemplum pudendam dicit. Innuunt autem hæc verba culpantque fœmineum utriusque animum, quod non ceciderint ferro quacunque ratione potito. *Barth.*

87 *Nata movere cohortes*] Vide Notas ad Rutilium, lib. I. vs. 271. *Idem.*

88 *Dubius sese libaverat orbis*] Dubia enim res erat, Theodosius an alter horum vinceret, Imperiumque susciperet. In eos dubius, sese libaverat. Pendebat jam terrarum orbis, dubius in quos concederet. Singularem felicitatem Theodosii tacite commendat, quæ sane insignis fuit, tantas copias, tam prorsus peritos duces singulos singulis præliis superasse. *Idem.*

90 *Damnat voce reos*] Exprobratis sceleribus. De Maximo Zosimus. De Eugenio Theodoretus, v. 24. *Idem.*

Quos Marte tyrannos] Ita scripti. male qui Raphaelengius. perperam etiam distinguunt vulgo. *D. Heins.*

91 *Amborum perire duces*] Sic constanter veteres libri. et recte. *Andr. Delph. et Var. Clas.*

gathium Maximi ducem intelligit, et Eugenii Arbogastem, de quorum morte Marcellinus in Chronico aliique eadem narrant: nulla hic difficultas. Virum igitur maximum *Ambo rei perire duces* emendasse, idque secutum Raphaelengium miror. *Idem.* *reos* jam præcesserat superiori versu, ut vel ob hoc unum ferri non possit ea conjectura. *Idem.*

92 *Decidit in fluctus*] Andragathius mari Ionio obnavigans, Maximi clade accepta, Gratiani interemti vindicem metuens, desiliit in mare.

Ilum suus abstulit ensis] Arbogastes biduo post Eugenii cladem sese ipsum interemit.

Abstulit] Interfecit. Maro, lib. vi. de Infantibus: 'ab ubere raptos Abstulit atra dies, et funere mersit acerbo.' *Barth.*

93 *Solatia*] Ultio, morientium solatium, et sic etiam mortuorum.

Cæsis Fratribus] *Consanguineis*, non Germanis, Ammianus, fine lib. xxx. Valentiniani enim mater Justina, Magnentii quondam Principis vidua, tot tantarumque turbarum contra Catholicos pro Arianis auctrix. Gratianum ex alia sustulerat ante Imperium Valentinianus Senior, ut vides apud Socratem, II. 9. *Barth.*

94 *Ultor tribuit*] Reapse illis, non sibi. Quod enim Gratiano volente roganteque acceperat, eo contentus Theodosius, morte ejus vindicata, reliquum Imperii reddidit Valentiniano, cum Maximum et Victorem deviciasset. Cum Eugenio offerente pacem, facile poterat quietus regnare *idem.* *Idem.*

95 *Labitur*] Proruitur, evertitur.

Mitigat umbras] Ex superstitione gentili loquitur, manes amicorum placari cæsis ad tumulum aut memoriam hostibus, nota exempla Homeri et Maronis. *Barth.*

96 *Juvenumque duorum*] De Valentiniani adolescentis ætate dictum est supra. Gratianus interfectus est an-

Claud.

4 P

num agens xxiv. aut xxv. Ricomere et Clearcho Coss. *Barth.*

Juvenum duorum] At Cassiodorus ait, Arcad. et Rufino Coss. Valentinianum Juniores, tædio vitæ apud Viennam laqueo perisse. idemque alii Historici tradunt. Zosimus vero asseverat ab impio Arbogaste interfectum. *Claver.*

97 *Purpureos Manes*] Angustos. Claudian. vi. Cons. Hon. 'Purpureo fotum gremio.' *Barth.*

98 *Confirmare triumphum*] Non triumpho scripti: probe. Fuit cum legendum putarem *justitia confirmatrice triumphum*, ut cum sequentibus hæc cohererent. Barthius, *justitiæ confirmatore triumpho*. D. Heins.

99 *Præsentem docere Deos*] Loquitur de more paganorum; cum res ad votum fluere, agnoscentium Deos; necus, dubitantium, aut prorsus negantium.

Hinc secula discant] Omnem dicit Posteritatem, Æternitatem. *Barth.*

100 *Indomitum nihil esse pio*] Dicit, virum pium nihil morari, nihil illi obstare, quin officium suum ubique exerceat, adsit, faveatque bonis, eosque tueatur; improbos persequatur et puniat. Quod officium boni principis executus hic narratur Theodosius.

Tutumve nocenti] Ex Antithesi. Ut nihil non tutum est justo, pioque; ita injusto impioque omnia intuta, omnia infesta. Plato, lib. II. de Republica: 'difficile esse,' ait, 'malum diu latere, quin penis ultricibus ernatur et vindicetur in eo scelus, circumferentes suam sibi pœnam malitia.' *Barth.*

101 *Nuncius ipse sui*] Sane non denunciavit bellum vel Maximo vel Eugenio Theodosius, sed, legatis ambigua responsa datus, Maximo etiam in speciem Imperio, prolatis apud Antiochiam Imaginibus, participato, intulit: non tamen neclis. Lege Zosimum.

Nuncius ipse sui] Celeritatem summam summæ proximam virtutem

esse in Imperatore, tam scita veterum Sapientium, quam exempla Ducum summorum arguunt. Visæ ad res Alexandri et Cæsaris. *Barth.*

103 *Clausos montes*] Singulari Felicitate sane Theodosius claustra illa penetravit, ut speciali Numinis ope ductus perhibeatur.

Reliquit] Nullo labore transgressus. A caruli certamine nata locutio. Horatius Arte Poëtica: 'Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est.' *Barth.*

104 *Exstruite immanes scopulos*] Memorabilis invectio in tyrannos.

Scopulos] Munitiones vel Alpibus pares. Turres omnia præsidia notare, multis alibi notamus. *Barth.*

105 *Cingite vos fluvii*] Scopulos ergo modo pro saxeis muris dixit. Fossis ingentibus veterum munitiones cinctas docet vel Hierosolymorum exemplum.

Fluvii] Ingens tutela afflictorum, hostibus flumina posse objicere instar maximarum nempe morarum.

Opponite silvas] Id quid obfuerit docent res Romanæ in Germania. *Barth.*

107 *Permixtis sociate jugis*] Lucensis, *permitto*. Helmæstadiensis *permittes*: unus Petav. *permites*: tres *permixtos*: sex *pernices*: codices Schotti, *pernicem*: Palat. *pernici*: opinor *Pirenes* legendum. Barthius *Apenninæque Niphates* volebat, satis ingeniose: sed Caucasum quoque *nivalem* in Fescenninis noster dixit. et 'scopulos Hæmi nivales' lib. II. in Rafin. Deinde cum Garganum, Alpes, Apenninum tres Italiæ montes conjungat, aut Italiæ proximos, Niphates jure optimo nimis longe quæsitus videri possit, quod is Armeniæ mons sit. Quapropter vir idem doctissimus caris secundis eandem conjecturam amplexus est de *Pirenes jugis*, quam ego hactenus sequor: cum tamen nec ille meam, nec ejus ego sententiam super hoc loco exploratam habere-

mas. Quo fit, ut in sententia, quam prioribus curis aperueram, persistam : nam et Pirenei montes Italiæ vicini. *Pernices* certe in duobus quoque Suisianis invenisse se testatur Andreas Schottus Nodis Ciceronianis libro II. cap. 5. pro *nivalem* Oiselianus a manu prima *nivales*. D. Heins.

109 *Non dabitis murum sceleri*] Tectum, præsidium, securitatem. Ovidius, lib. XIII. Metamorph. 'que Graium murus Achilles Precubuit.'

Qui vindicat] Deus Ultor, Dea Vindex Nemesis. Barth.

Qui vindicat, ibit] *Vindictæ* Lucens. et duo alii : hæret et hic aqua. D. Heins.

110 *Omnia subsident meliori pervia causæ*] Divinus versus, divina sententia. Videtur Claudianus alludere verba Theodosii ipsius, vulgo tum forte jactata, de Imperatorum felicitate non in armis, non in copis, non in præsentia animorum sita, sed justitia causæ, favore Dei, pietate Principum. Barth.

111 *Nec tamem oblitus civem*] Civillum bellorum victoriam moderate gessisse, nec iræ in victos induluisse dicit Theodosium. Et de admiranda ejusdem Clementia B. Ambrosius Oratione funebri.

Civem] Etiam in summo fastigio communis Patriæ memoriam non ponendam hortatur. Infra hoc libro : 'Tu civem Patremque geras. Cedentibus Atrox Partibus infremuit.' Victor non secundum iram motus civilium bellorum ultus est. Infra : 'Diis proximus ille est Quem ratio non ira movet, qui fata rependens Consilio punire potest.' Barth.

112 *Partibus*] Civilibus præcipue bellis *Partes* dicuntur adversæ factiones, adversa agmina.

Non insultare jucenti] Et divine illud : 'ignoscere pulcrum Jam misero, pœnæque genus, vidisse precantem.' Barth.

113 *Mitis precibus*] Preces autem

justas intellige, nam impia a piis petere insipientia sit, Plautino dictione.

Pietatis abundant] Clementiam dicit Misericordiam, Deorum cultui junctam. De Pietate Theodosii ea memorat Ambrosius, ut meliora majoraque ne excogitari quidem possint. Epistola LIX. de Cæde Thessalonicensi. Barth.

114 *Pars parvus*] Ut execratus fuerit nomina tyrannorum post victorias civiles omnia vastantium : notat Victorinus, eum non crudeliorem sed mitiorem aucta potentia factum asseverans.

Paci non intulit tram] Eodem odiorum et armorum termino. Barth.

115 *Odii idem qui terminus armis*] Sic de eodem lib. II. in Rufin. 'animique recentia ponunt Vulnera, non odit victus, victorve supersit.' Contra tyranni vecordia sua eos neque auferuntur, ut ignescere nec possint, si quorum odio semel absurdæ crudelitatis animi inarserant. Idem.

116 *Profuit hoc vincente capi*] Sane vero. Neminem enim odio partium adfixit, ut ipso victore nemo victus compareret, velut diserte ait Pacatus.

Vincente capi] Mutato in meliorem priore statu. Barth.

117 *Aspera latura*] Imo *Prospera* cum prima editione, priori Leid. Priæano scribendum, et Thuanæo, id est, prosperam fortunam allaturæ : sensus hoc requirit. Infra : 'Si tibi Parthorum solium fortuna tulisset.' pro attulisset : quomodo Isingrin. liber. Et mox, 'olim domitura gigantes Et pacem latura polo,' pro allatura : atque ita sæpe noster. Quandoque et *ferre* pro auferre ponit : ut lib. I. de Rapt. 'Sic nobis noxia vires Cum cælo fortuna tulit?' Bene igitur *Prospera latura*, nam ante dixerat, 'Profuit hoc vincente capi,' quod ex illo Ovidii Epist. Briseid. videtur hausisse : 'Utile dicebas ipse fulvae capi,' Rutilius Itinerar. lib. I. 'Fe-

cati patriam diversis gentibus unam; Profuit invitis teque domante capi.' Sic scribo. Vulgo: 'invictis te dominante capi.' *D. Heins.*

Commendavere catena] *Latura*, si aine hoc vindice fuisset. Qui extremo supplicio destinabantur, eos fœdum in modum catenis onerari circa ea tempora solitos, exemplis pluribus docet Ammianus. Sententia etiam sit, ex merito captos summo et cruciabili supplicio fuisse addicendos. Eos vindicasse Theodosium, et profuisse ipsis tormenta vinculorum, miserante propterea Principe. *Barth.*

118 *Magnarum largitor opum]* Ingenti Regiæque Liberalitate. Nam apprimè bene scivisse Theodosium, quid Regium esset, quid Judicem deceret. Notum Diocletiani scitum, 'Liberalitatem primam esse Principis virtutem debere.'

Largitor honorum] Pluribus Honores conferre voluisse Theodosium quam paterentur eorum stationes, affirmat in ejus Laudibus Pacatus. De alio Heroë alibi noster: 'Municipis laudis, sed non et prodigus auri.'

119 *In melius]* *In meliorem*, ut vulgo loquimur, *statum*. Maro contra: 'In pejus ruere, et retro sublapsa referri Res Danaum.'

Convertere fata] Regum voces sunt *Leges*. Ut itaque Dei vox cœlitus fata mutat; sic Regum Imperia in terris, qui sunt Deorum vicarii, fata mutant mortalium. Pacatus Panegyrico: 'Quin ego, si fas piumque, al fas æstimare mortalibus cœlestia, nullam majorem esse crediderim felicitatem, quam fecisse felicem, et intercessisse inopiæ et Fortunam vicisse, et dedisse hominibus novum Fatum.' *Barth.*

120 *Validum devoto milite robur]* In benevolentia Militum solidum Imperatoris robur. *Idem.*

121 *Natis mansura fides]* Mansit sane: licet non in vulgaribus periculis.

Hoc nobilis ortu Nascere] Nobilitatem Honorii ubique commendat, quod Principe jam rerum patre sit genitus, in invidiam Arcadianarum partium.

Barth.

122 *Æquæ cum majestate]* Honorius, simul natus, simul esse Imperatorio fastigio adgnatus, innatusque; nec dilatus honos, biennis enim nondum, et Consul fuit et Cæsar, ut in Fastis videre est. *Majestas*, summa dignitas, vox cum splendore suo nulli alii linguæ sese submitbens. *Idem.*

123 *Contagia sortis]* Manifestum est, quod modo tactum, in invidiam Arcadianarum partium hæc dici, quarum Ducibus cum infensor esset Stilicho, nostri unicus Patronus, sic etiam ei gratificari voluit. Vox *Contagia* ignobiliorem facit Arcadium. *Idem.*

124 *Te solum]* Excluso Arcadio, quem tamen hoc nomine commendat Synesius.

Regia] Aulam dicit alibi, Familiam Imperatoriam. *Barth.*

125 *Patrio adolescens in ostro]* Non adoptativo. *Idem.*

126 *Temerata]* Ut fuerit, cum non fueris Augustus: velut Arcadius. *Idem.*

127 *In sacros cedere sinus]* Sacra omnia Principum, Omnia ad nauseam usque inculcata Constitutionibus posteriorum Principum. Sinus sacri, susceptio Augustorum Parentum. Recens enim natus infans tollebatur, et parentum sinui sive genibus imponebatur. *Idem.*

Hispania] Theodosius natione Hispanicus. *Idem.*

128 *Auriferis eduxit aquis]* Ad flumina Heroum stirpes referri notatum nobis supra. Virgilius: 'Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygii peperit Simoëntis ad undam?' *Idem.*

129 *Boeophorus]* Constantinopoli natus Honorius, ut notum. *Idem.*

De limine surgit origo] Malo, limite,

quod Petavianus unus confirmat: sic *Orientalis limes, Africanus, Rheticus, Illyricianus, Scythicus, Thracicus*, et similia apud posterioris ævi historicos. *Gallum limitem* noster infra vs. 459. dixit. Lucan. 'Gallica certus Limes, ab Ausoniis disternit arva colonis.' Prior Moreti *littora*. quam lectionem confirmant quæ supra vs. 20. diximus. *D. Heins.*

130 *Nutrix Aurora*] Oriens. Utrumque axem allaborasse Honorio autumat, ut mundi dominum produceret. *Barth.*

131 *Geminus axis*] Ultima loca intelligi vult, ex persuasione prisca, qui imperitissimi rerum, in Hispanico Oceano quotidie interire Solem autumabant. *Idem.*

132 *Sutentat gloria Thebas*] Illic natis ambobus, si placet Diis, Numinibus, quos universus orbis pro talibus colebat, doctis tamen viris natos homines agnoscentibus. Et nulla non civitas Deos dedit. *Idem.*

133 *Hæsit Apollineo*] Delon Insulam erraticam, nullis fixam radicibus, ante fluitasse, fixam tellure obhæsisse, ut alias omnes, natis inibi Apolline et Diana, fabula non incelebris Poëtarum cantilenia.

Delos Latonia] Latonæ partu consecrata, eique postinde dedicata. Virgil. 'Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.' Accepit et nomen a partu illo, cum ante opera fluctibus vagaretur. *Barth.*

134 *Cretaque se jactat*] Exscripsisse hæc videtur, et in numeros redegissee ex Pacati Panegyrico: 'Cedat,' inquit de Theodosii patria Hispania, 'his terris terra Cretensis, parvi Jovis gloriata cunis, et Geminis Delos reptata Numinibus, et alumno Hercule nobiles Thebæ. Fidem constare nescimus auditis, Deum dedit Hispania quem videmus.' Jovem in Creta natum infiniti scriptores testantur.

Reptata] Calcata dicere non po-

test, ob infantium teneritudinem. *Barth.*

136 *Quæ dedit hoc numen*] Peperit, in lucem edidit. *Idem.*

137 *Inhospita Cynthi*] Deserta, non nimis populosa. *Idem.*

138 *Læsere cubili*] *Læsura* secund. Vatic. et Palat. pro *Acclinis auro*, quod in melioribus scriptis est, non *Acclivis*. Barthius *Acclini* malit. *D. Heins.*

139 *Aetlxis auro*] Irridet et vituperat Latonæ puerperæ pompam, ea enim palmam amplexa peperit illa famigeratissima Numina.

Circumflua gemmis] Abundans maxime: ut insula mari circumflua. Sic *circumfluens* abundantem notat Catullo. *Barth.*

Circumflua gemmis] Flaccilla hic designatur, quæ Honorium, jam Augustam, peperit: unde insignior natalis ejus quam Arcadii: quare antea dixit: 'Omnibus acceptis,' id est, a patre et matre juxta nobilitatis es; nihilque tibi defuit ad summam gloriam et perfectum originis decus. *Claver.*

140 *Ululata verendis*] Ad solennem circum parturitionis clamorem allusum, quo putabant propitiari Lucinam, siebatque operto capite, lotis manibus: Papinius, Thebaid. III, 'nulloque ululata dolore Respexit Lucina domum.' Matres præsentibus vota concipiebant pro puerpera, quæ et ipsa pars fuit ululatum. Ululare alioquin luctuosum credunt et ominosum. *Barth.*

Ululata] Hæc de fausta acclamatione.

142 *Voces avium*] Captationes Auguriorum et Auspicioorum, solennes augurum rerum exordiis.

Quanti volatus] Numerum indicat magnam, ad quam felicitatem futurorum temporum æstimabant, victo minore.

143 *Discursus*] Incerti vagique cursus. Tibullus: 'Et vaga non certa discurrunt undique pompa,' &c.

Tibi corrigæ Hammon] Notissimum

Oraculum. De quo tamen secunrius mentiri potuit, quam de altero, utpote remotissimo. *Barth.*

144 *Rupere silentia*] Apertum mendacium; et hæc curabat scilicet Theodosius, eversor Fanorum et Idolorum de majori terrarum Orbis parte: tacebant autem tum omnino Delphi, et quidem a nato Christo. *Idem.*

145 *Te Persas cecinare Magi*] Persarum Lingua Magna est, qui Latia Aristes aut Sacerdos.

Etruscus augur] Hujus gentis Augures Aruspicesque, Vaticinatoresque alios, præ cæteris fide dignos habebant Romani, quippe qui ex Hetruria superstitionum Leges, Ceremonias, carmina, plurima transtulerint, quæ plerumque de Libris Hetruscis petitiæ, etiam fulgurum curæ, idque genus alia. *Barth.*

146 *Inspecitis Babylonius horruit astris*] Chaldeus sive Genethliacus, eum thema nativitatæ suæ inspiceret, totus intremuit, omnem illam Barbariem te auspicio Romano Imperio successuram videns. *Idem.*

147 *Cumaneque*] Cumanæ Sibyllæ Oraculum. Prudentius: 'Mortua jam mutæ lugent oracula Cumæ.' *Idem.*

148 *Intonnit*] Et hoc ad divinum sonum. Sidonius: 'Intonnit solita noster Apollo lyra.'

Rupes] Præsentem enim Apollinem etiam rupes vaticinabantur.

Rabida Sibylla] Furentes enim a Dæmoniis inspiratæ edebant oracula sua ex mulieres.

Delubra] Fana, specus, ant antra. Vide Macrob. III. 4. *Barth.*

149 *Nec te progenitum*] Ut Jovem in Creta insula, ne a patre recens natus devoraretur. Aratus, Avienus. *Iustrasse* dicit Claudianus, quia ἑκπλοῦν illum Chorom Corybantes circum puerum Jovem ductitarunt, ex omni latere, caventes ne qua sonus aures nativori senis allaberetur. Qui senem Iustrabant quippiam, in circum-

lum ambiebant. *Idem.*

150 *Exercitus undique*] Commendatio Principis inter arma nati. *Idem.*

151 *Ambitus signis*] Non ambibit Oxon. ut cum sequentibus hæc cohæreant: *sensit* etiam pro *sensit* bene Lucens, et prior Leid. *D. Heins.*

Augustior infans] Humano major, in depressionem Arcadii. *Barth.*

152 *Sentit adorantes galeas*] Adoratio Romani Principis nota. *Idem.*

154 *Inter cunabula Consul Proveheris*] Consul proveheris, in Consulem. Honorius autem natus est Ricomere et Clearcho Consulibus. Tertio ætatis anno Honorius Fastos tenuit, Evodio, viro strenno, collega. *Idem.*

155 *Signans posito modo nomine fastos*] *Signans* Lucens, et dno Vatican. idem Lucensis *fastus*. Cons. Maulli initio, 'nec fastibus ullis Erigitur' ita scripti, ut et Epist. ad Probinum: 'Incipiensque tuis a fastibus omina cœpi.' Lib. I. in Entropium: 'Inter Arinthei fastus.' sic et Lucanus. Horatius, lib. III. Od. 17. 'Per memores genus omne fastus.' et lib. IV. Od. 14. 'Per titulos memoresque fastus.' Quomodo utrumque locum Petavianus codex exhibet: atque ita suo quoque tempore in nonnullis membranarum exaratum fuisse testatur Priscianus. Ovid. initio Fast. 'Quæque ferunt illi pictos signantia fastus,' ex auctoritate veterrimi libri Vaticani, Silius, lib. II. 'Ausonios atavo ducebat consule fastus,' non *fusca* duo scripti. Plura ad Nasonem Fast. lib. I. vs. 11. *D. Heins.*

Posito modo nomine] Poëtice. Nomina enim pueris nono, octavo Romanis puellis imponebantur. Festus: 'Lustrici dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus, quia his Iustrantur, atque iis nomina imponuntur.' *Barth.*

156 *Donaturque tibi*] Manifesta Poëtica temporum retorsio. Ut jam modo notata indicant. *Idem.*

157 *Quirinali ætote*] Consulari tra-

bea Togaque Romani summi olim magistratus pacati indice. *Barth.*

159 *Immortalique Decorum*] *Dearum* Lucens. et septem alii: bene. *D. Heins.*

160 *Gremio*] Cura et Educatione matris patrique Augusti. *Barth.*

161 *Manalios arcus*] A crebris in Arcadia Deæ venationibus. *Idem.*

162 *Suspendit puerile decus*] Ausonius similiter, 'Corrupt totum qui puerile decus:' frustra secus a viro maximo rescribitur. Mox jam nunc pro jam tum Lucens. *D. Heins.*

164 *Blandos angus*] Non aliter tibi atque ipsi Deæ alludentes, ob amorem in te Numinis. De Capillis Gorgonis, *Ægide*, &c. omnia notissima.

Interritus] Paria III. Consulatu: 'coruscanti clypeo te sæpe volentem Sustulit, intrepidum ferri.'

166 *Festinaque voti*] *Spel*, in quam patus erat Honorius, Imperii nimirum. Felicitas Liberorum votum parentum. Locutio Græcica. Hoc libro 395. 'Tunc ego, securus fati.' Negotiosus operum, apud Sidonium, lib. VIII. Epist. 8. *Barth.*

167 *Præsumtum diadema*] Ante legitimam ætatem gestari cœptum. *Idem.*

Præsumtum] Elegans et propria dictio de eo, qui hand dubie Imperii successor sit futurus. 'Pravæ aliorum spes cohibentur,' ait Tacitus, 'si successor non in incerto; ac minori discrimine princeps sumitur, quam quæritur.' *Claver.*

Levibus ulnis] Teretibus, formosis. *Barth.*

Laxibus ulnis] *Lenibus* plurimi veterses, nihilo deterius. *D. Heins.*

169 *Mutatus Principe Cæsar*] Cæsar eo ævo filius principis cumprimum patus. Alioquin notum Cæsares prius, deinde Augustos factos habitosque. *Barth.*

Principe Cæsar] Honorius ante nobilis puer, aut princeps juventutis, postmodo factus est nobilissimus Cæ-

sar, dein Augustus; qua in re æquatus est fratri Arcadio. Patre jam jam ituro contra Eugenium, ac gemellis consortibus in Oriente relictis; si quid ei humanitus contigisset. *Claver.*

170 *Protinus æquaria fratri*] *Æquaria* primus Mediceus et Palatinus. Concinne: amat has locutiones noster. Similes nævos in Statio non semel deprehendi: ut Theb. III. vs. 564. 'nos debile vulgus Scrutamur superos.' Veteres libri *scrutati* pro *scrutari*: mox *Hortari* non *Hortati* scripti novem. *D. Heins.*

Nec certius unquam] Prodigia sive Indicia cœlestia felicitatem Honorio spondentia describere orditur, more Nationum, nihil sine horum observatione ordientium. *Certius*, constantius, indubitabilis. Hortatos dicit Deos, quod repelitis ostentis rem promoverint, quæ summa est causa rei aggrediundæ. *Barth.*

171 *Præcitur æther*] *Certior*. Vide supra. *Idem.*

172 *Involerat atra*] Sic Lucens, Gyrald. et plerique cæteri. *Lucens*, *atris*. Alii *astri*, *astra*, *austri*, *astria*. Hyemem pro tempestate dixit. *D. Heins.*

173 *Hyems*] Tempestas nubila.

Notus collegerat imbres] Horatius: 'Albus ut obscuro deterget nubila cœlo Sæpe Notus, neque parturit imbres Perpetuos.' *Barth.*

174 *Solita miles te voce levasset*] Cum te Augustum proclamatum salutasset. Non enim de alia levatione videtur loqui Claudianus, quam qua in Augustum elevatus est Honorius, nam ea usurpatio solennis istius verbi. Potest tamen a consuetudine quadam *levandi* in solium, clypeum, aut per manus, locutio orta esse, eamque innuere; quam multis jam pridem notarunt eruditi. *Solitam* vocem, acclamationes dicit, quæ in militari vulgo, classicis et fragore armorum planiore conficiebat. *Idem.*

Levasset] Quæ ad solennitatis hujus explicationem pertinent, pete ex P. Pithœi J.C. Advers. subsec. II. 6. Locus non videtur omnino sanus: nam quid est *militem voce levare Imperatorem*? nisi forte sit faustis acclamationibus prosequi; sed illud non satis totum ritum explicat; itaque censeo rescribendum: 'Sed mox cum solito milles te more levasset,' &c. *Dempst.*

175 *Nubila dissolvit Phœbus*] A claritudine diei sumit omen illustris judicandique futuri principatus. *Barth.*

177 *Adversam patitur Chalcedona*] Tam claram derepente Lucem ortam dicit, cum Augustum honorem caperet Honorius, ut nullo negotio Constantinopoli trans Bosphorum cerni potuerit Bithyniæ oppidum Chalcedon. Non longe autem dissita hæc Byzantio civitas. *Idem.*

179 *Thrace*] Thracia. Montosam regionem nebulosam, quare miraculi instar fuit totam nitidam conspectam.

Rejident] Rejiciunt quodammodo captum splendorem, ingeruntque oculis repressum.

180 *Palus radios Mæotica vibrat*] Lucensis et Medicus unus Mæotia. Lib. II. in Eutrop. *Non freta longinquis Mæotia piscibus explent*: sic legendum. Scripti plerique *Mæotida* utroque loco: quod *σολουίξει*, ac proinde ferri non potest. *Mæotide* ripa noster recte dixit Bello Gild. et *ara Mæotide* Juvenalis. et *hyeme Mæotide* Ovid. *Mæotides paludes Oros.* et *Mæotidas undas* Lucan. lib. III. 'Quaque fretum torrens Mæotidas egerit undas.' Sic bene vetusti codices. Cæterum pro *Mæoticus* in optimis non hujus tantum scriptoris sed aliorum etiam poetarum exemplaribus *Mæotius* plerumque legitur, et quidem probe. Ita apud Virgil. in optimo libro Mediceo, Georg. III. *Mæotia unda*, et *Æn. VI. Mæotia tellus*. *Mæotia tellus* apud nostrum VI. Cons. Hon. et *Mæotia* Cons. Olybrii absolute, ut scribendum puto. Lucanus, lib. II.

palus Mæotia: ubi *Mæotida* perperam nonnulli scripti: atque ita exaratum etiam id nomen in optimo Curtii Medicei codice animadverti. *D. Heins.*

181 *Nec Boreas nimbo aut*] Non utroque loco Junian. non male. *Idem.*

Nec Boreas nimbo] Neque nimium Solem bibisse aquam pluviis faciundis ait, neque ventos turbasse liquidam diei serenitatem. *Barth.*

182 *Imperii lux*] Natalis imperii, Spartiano: Imperii ver, Sidonio.

Præagus obibat Cuncta] Reviviscentibus velut sideribus. Ita enim Sidonius: 'præscia tellus Aurea converso promisit secus fœtus.' *Barth.*

185 *Stella die*] Notandum Stellam in die visam pro bono fortunatoque omine nostro accipi jactarique: cum alloquin contra habeatur, turbato videlicet ordine, et majori Lumine contra Naturam minori cedente.

Dubitanda nihil] Certo conspicientem se oculis ingerens. *Dubitandum* dicitur cui viso fidere tamen non possis.

Crine retuso] Crines, clari eminentesque siderum radii. *Barth.*

Crine retuso] Hanc veram esse lectionem monuimus Cons. Olybr. non audiendi igitur scripti libri et Delrius, qui sollicitant. *D. Heins.*

186 *Quantus numeratur nocte Bootes*] Unam stellam Honorianam; hanc toti astro Bootæ comparat. *Numeratur* autem dixit ob multitudinem stellarum in eo Astro. Alias *numerare*, ut suum *ἀριθμῶν* Græcis, æstimare, vel et venerari quandoque. Ita 'numerosus Hortus' Columellæ, dignus diligente opera et scripture. *Barth.*

189 *Sive parens Augusta fuit*] Haud dubie de Placilla sive Flaccilla, Honorii matre, loquitur, quæ obierat jam dum Theodosio bellum contra Maximum parante, ut Zosimus alii-que clare testantur, quod post bellum confectum Imperator factus est deum Honorius. *Idem.*

190 *Divi sidus ævi, seu te prop. æv.]*

Hæc Inc. et Gyrald. libro debentur. Vulgo *Divus avus seu te claris properantibus astris*. pro *claris* Helmæstadiensis *rata*. Pricæanus, *clarus*. Oxon. *natum*, vel *jamjam*. quatuor *calo*. Patavin. *nitidis*. alius, *puero*. Rottendorph. *cunctis*. quæ varietas locum corruptum satis indicabat. in Oiselia-
no *rd claris* omissum. *D. Heins.*

Claris properantibus astris] Futurum in consortio quondam ipsorum sidus dicit ambiisse spectare astra, clarum ut quodque fuerit, Honorium. *Barth.*

191 *Patiens cælum commune remisit*] Sua luce paullisper inhibita, et permissis lucere gentilitiis Honorio astris. *rd commune* ad eundem pertinet. *Idem.*

192 *Apparet*] Collatione nimirum Herorum veterum.

Ventura potestas Claruit Ascensio] Nota fabula de Marone, *Æneid.* 11. 'Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fandere lumen apex,' &c. Et reapse hoc genus portenti claritudinem gloriamque inferre creditum traditumque. Vide L. Florum, 1. 6. *Barth.*

194 *Innocuus*] Illæsus. *Idem.*

Flagraret apex] Sic Augusto Romam adventante Solis orbis super caput ejus curvatus rotundatusque in colorem arcus conspectus est. Sidon. 'Sic loquitur natura Deos, cunctantis Iuli Lambebant teneros incendia blanda capillos.' *Claver.*

Phrygioque volutus Vertice] *Fludogue* prim. Vatican. et Farnesianus. sed nil mutandum. *D. Heins.*

195 *Fatalis candor*] Ob candorem diadematis, quem æmulabatur eo lucidior, candidiorque flamma, quo purior, et cælesti similior. *Barth.*

197 *Idæis antris*] Montem Cretæ dicit *Idam*. Scholiastes Callimachi: Eo abasconditum, inibique celatum Jovem, crebra fabula. Minutius Felix isdem locis sua etiam ætate Antrum illud Joviale ostensum memorat; ut et sepulcrum summi illius Deumque

hominumque Moderatoris, quod quidem celebrem apud scriptores mentionem servat.

Primævus Jupiter] Florenti ætate, prima adolescentia. *Barth.*

198 *Arce pot]* Arx summus apex rei cæjasque, caput, principium. *Idem.*

199 *Natura tradente*] *Hojns* enim auctoritas Numinibus imperat. *Idem.*

200 *Vernabant vultus*] Primo flore juventæ. Prudentius pari sensu de Theodosii filiis: 'dominos, vernantes flore Juventæ.' *Idem.*

201 *Motura convexa coma*] *Juba* Putean. et Patav. quomodo Martial. lib. 1. Epigr. 88. de Encolpo puero: 'Dumque decent fusæ lactea colla jnbæ.' *D. Heins.*

Motura convexa coma] Quarum motarum auctoritati, Olympum, Cælum, Maria, Terras, alligavit Homeri Prudentia. Ovidius de eodem: 'Terribilem capitis concussit terque quaterque Cæsariem, cum qua, terram, mare, sidera, movit.' *Barth.*

202 *Fulmenque rudi torquere lacerto*] Discebant enim sua Opera Dii in pueritia, antequam in ætate exercerent. *Idem.*

203 *Latior augurio*] *Auguriis* unus Medic. puto *auguri*, sic sæpe noster. infra, 'lætusque laborum Discedam, vobis utrumque regentibus axem.' Vide hoc loco Barthium. *D. Heins.*

Augurio] Stellæ, et subito omnia inclarantis diei. Constantinopolim rediisse dicit cum utroque filiorum Theodosium ab Junioris inauguratione, quam celebrat, eodem loco, quo ante annos aliquot Arcadium augusta dignitate extulerat, septimo ab urbe milliari. *Barth.*

204 *Jam paribus*] Utroque videlicet Augusto.

Fultus consorte] Liberi fulcra parentum. *Barth.*

205 *Pio curru*] Supra notatum de felicitate hac Theodosii Principis. *Idem.*

206 *Geminis*] Castor et Pollux, ge-

mina Numina. *Barth.*

207 *Utroque relucens Frater*] *Fra-*
terna species. Idem.

208 *Similis chlamys effluit auro*] *Si-*
mili legendum jam monnit Cl. Gro-
novius Observat. lib. II. c. 7. et curis
secundis Barthius. qui alteram con-
jecturam addit, *simili auro*. Lucens,
et sex alii ex nostris confirmant *et*
simili auro. pro *reducat* septem *reducent*.
probe. *D. Heins.*

Similis chlamys effluit] Ut ventum
innuat tollentem amictus, quod for-
mosis corporibus magnum decoris
augmentum. Sed de similitudine ha-
bitus hic et vestimentorum, sermo.
Barth.

209 *Stellati pariter crines*] Fabulam
Poëtarum alludit singulis Castorum.
Fratrum singulas stellas in capite vel
fronte assignantes. *Idem.*

Juvat ipse Tonantem Error] Dum
altetum pro altero censet. *Idem.*

211 *Eurotas*] *Θεὸς ἑνὶ ξέπῳ*. Flu-
men Laconia, ad quod educati gemi-
ni. *Idem.*

212 *Domus*] Aula; nam summi
splendoris capax etiam illa vox.
Maro: 'Panditur interea domus Om-
nipotentia Olympi.'

Talia tecum] Nulla doctrina, nulla
sapientia, nulla vis ingenii, pro dig-
nitate has seq. paginas aut enarrarint
aut exceperint. Nos strictim senten-
tias nonnullas tangamus, non ut de-
ducamus, sed ut sensum expdiamus
similibus aliquibus adjectis. *Barth.*

213 *Fertur*] Tanquam sermo cele-
britatem habeat, in populum editus.

Ditione] Imperio, moderatione.
Barth.

214 *Parthorum*] Parthicum, quod
tum Persicum, et Romanum Impe-
rium, duo maxima rerum humanarum.

Solium] Thronum, Regiam digni-
tatem.

Parthorum solium] Thronus Regius,
tanta nunc quoque apud Christianos
nonnullos Principes auctoritate, ut
sine veneratione non conspiciatur.
Barth.

Fortuna dedisset] Quinque libri na-
tura, et sic ex suis Andr. Schottus in
Observationibus. noster infra: 'nos-
tro nec debes regna favori Quæ tibi
jam natura dedit.' improbat tamen
Barthius. *tulisset* etiam liber Isingrini.
diximus supra v. 117. nihil tamen te-
mere mentem. mox *Assyrio ore* non
Arsacio duo scripti. *D. Heins.*

215 *Procul venerandus*] Ingentem
amplitudinem Persici Regi intellige.
Tacite etiam cultum hoc genus 'Reg-
um, procul adorandorum. *Barth.*

216 *Arsacio*] Omnes Parthorum
Reges Arsacii aut Arsacidæ, ut ab
Alexandro Egyptiorum Ptolomæi.

Consurgeret] Alludit quod modo in-
dicavi, rectum tiaram nemini gestari
licitum præter Regem. *Barth.*

217 *Luxuque fluentem Deside*] More
Regum Orientis, usque ad infamiam
a Romanis deliciis diffluentium, licet
et isti eorum mores facile adsciverint,
de quibus nullæ non recinunt Histo-
riæ. *Idem.*

218 *Nobilitas posset te sola tueri*] Summa sermonis est Romano homini
Principique nobilitatem sine virtute
nulli gloriæ esse. Sic infra, 'virtute
deceat, non sanguine, niti.' *Idem.*

219 *Altera*] Alia prorsus Tibullus:
'Alter dictet opus magni mirabile
mundi.'

Altera Romana] Cæteri enim Prin-
cipes Regesque Barbaris et velut
belluis imperiant: Romani non so-
lum homines, sed et liberos homines,
moderantur. Hoc est, quod sapien-
tissime ingerit hic Imperator filio.
Barth.

220 *Virtute decet non sanguine niti*] Lege, instar omnium, totam Octavam
Satyram Juvenalis.

Sanguine] Genere, Stemmate. *Bart.*

221 *Major et utilior falo*] Non *alte-*
rior facto libri fere omnes, et recte.
Fatum cum fortuna frequenter poëtæ
confundunt. ut apud Lucan. lib. x.
'Ad scelus ingentis fati sumus.' quæ
vera ibi lectio. Cæterum Lucensis
huic versui præfigit tres sequentes,

quorum initium *Hæc tamen hæd quisquam* non incommode. mox distinguendum cum libris *Proderit obscuro?* id est, homini ignoto. Claverius *obscurum remigem* facete interpretatur, sole adustum, sed decepit illum locus interpolatus. Verum vidit Barthius. *D. Heins.*

Major et utilior fato conjuncta potenti] De illustri enim Nobilitate, præpotente hominum Fortuna cum virtute jungenda, Romanum hominem Principemque instituens, loquitur Claudianus. Sermo hic omnis est, qui mores summum inter homines locum deceant. Ait igitur virtutem exseuerandam ipso usu, omnium hono publico et communi, cum toti generi humano prodesse possit ob potentiam et opes. Acute tribus verbis Lucanus, lib. iv. 'perit obruta virtus:' tenebris nimirum et paupertate: tum demum enim est virtus, cum accedente potestate, viget, et usui communi sese impendit. *Barth.*

Fato] Delrio legit *facto*, hoc sensu: excellentior scilicet est, et plus habet emolumenti principum virtus quam plebeiolorum; quia cum omnium oculis illi sint expositi, illa quoque tum facillius elucescit. *Delrio.*

222 Vile latens virtus] Destituta fato, accisis pennis humilis. Latentiam magnarum rerum nulla gloria. Jesu Sirach, c. 20. notum dictum: 'Thesaurus invisus, et sapientia abscondita, quæ utilitas in iis?'

Vile] Negotium scilicet. Maro: 'Dulce sopor fessis in gramine.'

Submersa tenebris] Ignobilitate, obscuritate. *Barth.*

223 Proderit] Nativa illa et ingenua Heroicis natalibus semina virtutis exerenda non ait, cum alioquin nulla sint, quæ nemini prosint. Ludent qui alia hic comminiscuntur. Virtutem nil vile decere, ait Prudentius in Symmachum, qui et statuas omnes ea gratia, et quicquid periturum mortales colunt, longe illius dig-

nitate inferius esse canit. *Idem.*

224 Lyra, quæ relicta] Occultæ Musicæ nullus honos.

Qui non tenditur arcus] Simile ab armis, quæ, nisi usurpentur, nullius sunt pretii vel effectus. *Barth.*

225 Agnoverit ante Semet] Animam, corpus, affectus, potestatem. In hoc omnem sapientiam reconditam esse vetustissima docet eruditio: ut homo pro se quisque rerum externarum ludibriis vanitatibusque despretis, incumbat sibi, quidque sibi, regendo debeat, quid ex se Deo, se cognoscendo condiscat: in eo enim esse summam vitæ recte decurrendæ. *Idem.*

226 Incertos animi pacaverit æstus] *Pacaverit* recte idem Barthius. quod tamen retractavit perperam curis secundis. confirmant Putean. et Patavinus. infra: 'Hos igitur potuit si quis sedare tumultus.' Cicero Tusc. Quæst. libr. v. 'Ut maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla ne quidem minima aura fluctus commovente, sic animi quietus et pacatus status cernitur, cum perturbatio nulla est, qua moveri queat.' ubi perperam *placatus* etiam vulgo legitur. *incertos* etiam Isingrinus et nonnulli ex nostris, quod Delrio placet, non mihi. Lucan. lib. viii. 'incertos pectoris æstus' dixit. et Val. Flaccus, lib. v. 'Præcipue Easoniden varios incerta per æstus Mens rapit unanimem curis.' *D. Heins.*

Incertos] Inconstantes, semper duobios.

Animi] Ab inquisitione cognoscendi sui ad animum componendum homo vocatur; quem nisi, tot diversis affectibus obnoxium, componat, nequam feliciter vivet: Qui autem possit, nisi totum semet ante agnoverit?

Animi æstus] Affectuum perturbationes. *Barth.*

Animi æstus] Comparatio crebra optimis scriptoribus affectuum cum æstibus, fluctibus, tempestatibus:

cum sint *κρησεις ψυχης παρα φθον*, ut vocantur in Stobæi Ethicis Collectaneis, quo loco plenam explicationem eorum offendes.

Placaverit] Oblatantes velut obnitesque. *Barth.*

227 *Ambagibus itur*] Cognoscenda enim rerum natura, scrutanda numina Deorum, animæ ratio inquirenda, ut quid universi ordini, Dei voluntati, humanitati communi, suæque menti, quisque debeat, possit statui. Inde felicitatis agnitio animum sua tranquillitate componet intus, docebitque extra prodesse rei communi, 'humana qua parte locatus sit in re.' *Idem.*

228 *Disce orbis*] Dempaterus leg. *Discordis quod quisque, &c.* Varils partibus, morti obnoxii et immortalibus, compositus.

Disce orbis, quod quisque sibi] Primus sic legendum vidit Antonius Quærenus, teste Vincentio Contareno in Variis Lectionibus, ut Gronovius noster Observ. lib. II. 121. jam monuit: nec aliter prior Leid. et quinque alii. Vulgo *Orbis*, unde miræ conjecturæ natæ. Quæ privatus sibi, ea Orbi discit Imperator. Faciunt huc ista Hadriani apud Spartianum, 'Facile ista dicis tu, qui patrimonii tui, non reipublicæ hæredem quæris.' Barthius amplectitur Francisci Zizæi conjecturam corrigentis, *Discordis quod quisque sibi*. nolim factum. In Helmæstadiensi, *Disce orbis quod quisque sibi*. D. Heins.

229 *Ætheris miscens terrena*] Cœlestibus terrestria, elementaria æternis.

Ætheris] Divinæ nempe participationem aure. Animam humanam ex eodem cum Diis dæmonibusque craterem hantam sciscabant Philosophi.

Terrena] Lutum. Hesiodus materiem hominis pulverem aqua mixtum agnoscit.

Promethæus] Platonica Philosophia Prometheus providentiam autumat, mundi gubernatricem, unde vita et

spiritus mortalibus. *Barth.*

230 *Sinceram patrio*] Non patri, cum Isingrimo Raphelengius. recte. neque aliter Pricæanus ex nostris a manu secunda. Sic 'patrique expirat Averni Halitus' apud Valer. Flacc. IV. D. Heins.

Sinceram mentem] Animam rationalem, cœlestem, divinitatis competentem, quam ætherei ignis vocabulo Poëtæ censent, cum ipsum Deum intelligentem ignem Theologia vetus faciat. Vide Cassiodorum, c. 10. de Anima. *Barth.*

Mentem] Animum rationis participationem.

Furatus] Fabellam Poëtici coloribus fucatam narrat Fulgentius, Mytholog. II. 9. *Barth.*

231 *Claustis, indignantem*] Carcere velint, ut nobiliq ab ignobilibus membris in vita contineatur. Quæ doctrina sapientum est. Maro lib. VI. 'Igneus est ollis vigor, et cœlestis origo Seminibus, quantum non noxia corpora tardant Terrenique hebetant artus,' &c. *Idem.*

233 *Adjunxit geminas*] Virgilius tres animas Herilo tribuit, ut indicaret hominis illius perfectionem. *Claver.*

Geminas] Illa quæ sentit, et illa quæ vegetat. *Delrio.*

Lapsæ] Obœnantes, in nihilum redactæ. *Barth.*

234 *Bustoque superates Evolat*] Lucan. lib. IX. de Pompelo: 'Prosiluit busto, semesaque membra relinquens, Degeneremque rogi, sequitur convexa Tonantis.'

235 *Capitis fundavit in arce*] Caput principium humani corpora. In capite sapientiæ est organum, quod et cerebrum dicitur, unde et caput honorabilius omni est corpore. Minutius Felix, Octavio: 'Oculi in summo, velut in specula, constituti, et omnes cæteri sensus quasi in arce dispositi.' *Barth.*

236 *Mandatricem operum*] Rationa-

sem animam, τὸ ἡγεμονικόν, Ducem, Aurigam, Imperatricem hominis, Platonici alique Philosophi ubique definiunt, Aurigam aliquando velut curru cuiuspiam equisve imponentes.

Labori] Quo vita humana constat. Vita enim labor perpetuus. *Barth.*

Prospecturamque labori] *Prospectricemque laborum* Moreti prior, Junian. quart. Vatican. et Pet. unus. placet. quintus Vatican. *spectatricemque laborum.* D. Heins.

238 *Digna statione*] Ut pareant scilicet, loco ipso admonente. Statio, sedes ordinaria, atque assignata, cuique peculiariter. Manilius de Astris, l. iv. 'Impleveruntque suos, certa statione, labores.' *Barth.*

239 *Opifex*] Prometheus sive providentiam dixit. *Idem.*

241 *Iram sanguinei regio sub pectore cordis Protegit*] Sanguineum cor, quia fons sanguinis.

Iram] Ejus sedes in pectoris intimo, corde. Petronius Arbitr: 'in Pectoribus ira considit.'

Sub pectore] Pectus, domicilium, habitatio cordis. *Barth.*

242 *Protegit imbutam flammis*] *Inbustam* prior Leid. puto *ambustam.* paulo ante committere pro confundere Medicus unus et Palat. dictum alibi. D. Heins.

Acidamque nocendi] Huc enim properat animus commotus. *Barth.*

243 *Rabie succensa tumescit*] Pectoris illa regio inflammatur iracundia, effervesceat quasi, et ebullit, venis ipsis toto corpore incensis. Ovidius, iii. Artis: 'Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ, Lumina Gorgoneo ævis angue micant.' *Idem.*

Rabie succensa] Ira enim furor est; imo furore atrocior. Cato apud Stobæum. τὸν ἀργυρόμενον νόμον τοῦ παυροτέρου χρόνου διαφέρει.

Tumescit] Extra se effertur, quod pulcre fermento suo præfiguravit Plantus. *Barth.*

244 *Contrahitur tepefacta metu*] Pri-

mæ edd. cum Isingrini libro et septem ex nostris *stupefacta.* Unus Med. *tumefacta.* Reg. et Oxon. *tabefacta pro labefacta.* Pricæ. *tremsfacta.* mox *fuventi,* non *fluenti,* bene scripti omnes. *Verteret* etiam pro *Duceret* prior Moreti non male. recte autem *Contrahitur.* sic apud Marcianum Capellam, lib. vi. 'Nam cum æstate torremur, illic frigore contrahuntur.' et mox, 'quarum una vicinantis plaustris algore crustatur, altera transaustri halitus desertione contrahitur.' et deinde, 'Latitudo autem terræ a Meridiano situ in Septentrionis caput plurimum minor est: nam utrinque intemperati aëris nimietate contrahitur.' D. Heins.

Contrahitur tepefacta metu] Uti effert in calores nimios et præcipites ira, ita metus contrahit animum, ut veluti frigore quopiam percussus, non possit officio suo fungi: junctis his, commodatisque, sit æqualitas.

Contrahitur] Frigore velut.

Contrahitur] Arefit quasi, et corrumpitur. Arnobius, l. vii. 'Contrahitur tristitia, quod solvitur voluptate.'

Tepefacta] Ex fervore relanguescens.

Cumque omnia secum Duceret] Efrænis iracundia, fluctibus comparata ab Dionysio Alexandrino. Claudianus tempestatem facit, torrentemve, omnia rapientem secum, suoque impetu pessumdantem. *Barth.*

246 *Invenit pulmonis opem*] Cordi refrigerando, calorque cohibendo. *Idem.*

247 *Præbuit*] Exhibuit, ministravit. *Idem.*

248 *Sibi cuncta petens, nil collatura cupido*] Omnem uno nomine cupiditatem intelligit, avaritiæ intentum oculum habens, quam alibi scelerum matrem vocat. *Idem.*

249 *In jecur*] Jecur sedes cupidinum.

Tractus imos] Relegata in locum indigniorem.

Compulsa] Non enim sponte. Notat impudentiam cupidinis humani. *Barth.*

250 *Bellua*] Duo in homine animantia statuunt Philosophi, in speciem tamen, et rei, puto, liquidius docendæ. Vide doctissimum Commentarium Is. Casauboni ad Persii Satyræ Quintam: 'Vitia belluæ sunt, vitiosi homines bellis æquati.' *Barth.*

251 *Expleri pascique neguit*] *Vellit* scripti fere omnes. *Immanis* etiam et cum pro *immanes* et dum, veteres quidam. Locus corruptus. Puto scribendum, *Ac velut immanis reseratum bellua rictum Expleri pascique velit.* Elegans Græcismus occasionem loco corrumpendo dedit. Cicero, 'animi ægritudinem, tetram et immanem belluam' appellavit, Tusc. Quæst. lib. v. *D. Heins.*

Pascique] Ut desistat a cupiditate plurimum. Eleganter docteque *pasci*, non *saturari*, dixit, cum nuquam pascatur cupiditas, quippe voluptas in pastu; quam illa nescit, soli ingurgitationi et deglutationi intenta. Nulla hic animi compositio quæ sequitur passionem, sed perpetua sitis et fames. *Barth.*

Verbere] Tormento, flagellis. Omnia tormenta verbera sunt priscis, quod in tormentis maxime uterentur flagellatione. *Idem.*

252 *Stimulus amorum*] Molliores hos facit verberibus avaritiæ. Sic *κέρπος ἵππος* infinitis locis in Nonno. *Flagrare* dicit, ob ignem innaturalem quodammodo, nimiam, inconditam. Amoris autem res igni præcipue comparantur, ut omnia ejus arma ignita esse ait Moschus. *Idem.*

253 *Nunc gaudet*] Nimium gaudium, animi ingens turbatio.

Masta dolet] Non temere junxit dolori mæsttiam, cum et dolor sit qui non sit tristis, isque minime deterius afficiat. *Barth.*

254 *Pollentius*] Vivacius, nervosius,

fortius.

Hydra] Nota fabula, ad vitia autem non sine improbo labore domanda refertur. *Barth.*

255 *Potuit si quis sedare tumultus*] *Poterit* tres codices. *D. Heins.*

Tumulus] Affectuum contrarian-tium. *Barth.*

256 *Inconcussa dabis*] Tranquillitatem intimæ mentis sibi præbitorum dicit, qui tumultibus his eam asserere poterit. Puram mentem, nec exultationi nec mærori obnoxiam, summam beatitudinis humanæ faciunt omnes Philosophi.

Sacraria] Velut in sacrario Diis acceptissimus vivas. Cum Deorum enim benevolentia vivere, et ad Dei voluntatem se agere, Deo se credere, tam Platonica quam Pythagorica sapientia summam felicitatem facit et præcipit. *Barth.*

257 *Late dominere per Indos*] Qui moribus gravis est, nec ad veram virtutem animo composito, quamlibet opibus polleret, is animo magno esse, felixque vitam ducere videatur; non est tamen illo infelicius quicquam, cum absurdus intra se vitis pareat. *Idem.*

258 *Te Medus*] Latissima Imperia adjicit Romanæ potentiae, ut declaret nullam omnino vim aut potestatem huic scito esse exentam.

Mollis Arabs] Amplitudo Provinciae Arabicarum neminem latet. *Mollis gens* tota, celebri convitio.

Seres] Solinus, c. 58. 'Seres ipsi quidem mites, et inter se quietissimi, alios vero reliquorum mortalium cœtus adeo refugiant, ut cæterarum gentium commercia abnuant.'

Adorent] More omnium nationum regibus parentium, etiam Israëlitarum, ut multis locis docet Scriptura. *Barth.*

259 *Si metuis*] Pavorem animi abhorret sapientia. Metum instantium cum cupidine absentium inter ea ponunt sapientes, quibus non decet cor-

dati hominis ratione compositam mentem quati aut convelli.

Si prava cupis] Ita scripti plerique. insulse parva hactenus legitur: pro servitii, si vitii unus Med. et *Imperii pro Interius* Lovan. *D. Heins.*

Prava cupis] Honestarum enim rerum desideria requiruntur, non ventantur aut abiguntur.

Duceris ira] Raperis, traheris. *Barth.*

260 Servitii patiere jugum] Consensu sapientum constat eum liberum minime esse, qui animo et affectu obnoxius sit vitii et cupiditatibus. Cæsarinus, Homil. 25, 'Plane magnus vitæ fructus est seculum potuisse despiciere, et Deo servire cœpisse. Evassæ vitiorum infeliciissimum dominatum, et fugisse gulæ atque luxuriæ fœdissimam servitutem.'

Iniquas leges] Iniquitas enim quicquid contra veras leges agit. *Barth.*

261 Interius leges] In homine interiore. Anima nimirum; cui dominorum iustar vitia vecorditer impurant.

Tunc omnia jure tenebis] Cum animum nimirum tuum sibi regem dederis, tum omnia erunt tua. *Barth.*

262 Cum poteris rex esse tui] Stobæus, Serm. XLIV. κακίονος εἶναι ἑαυτοῦ ὅσον ἀρχεῖν ἑαυτοῦ μὴ δουλεύειν. Horatius, lib. II. Od. 2. 'Latius regnes avidum domando Spiritum, quam si Libyam remotis Gadibus jungas, et uterque Pœnus Serviat uni.' Hinc ait Salomon, Proverb. XVI. 'Melior est sapiens viro forti; et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.'

Proclivior usus In pejora datur] Eo inclinante hominemque rapiente natura, quæ, cum accesserit, ex fortuna licentia et impanitas vitiorum, vix ulla ope retinetur, quin in pejus protumbat. *Barth.*

263 Suedetque licentia laxum] Meliti, qui de regno præcepta dederunt, quique Reges laudaverant, nec ali-

am virtutem magis merito laudant atque ingerunt, quam moderationem, *Barth.*

264 Effrena] Ab indomitis animalibus. 'Frena, leges.' Juvenalis, Sat. VIII. 'pone iræ frena modumque, Pone et avaritiæ,' &c.

Vicere caste Asperius] Major ergo laus temperantiæ in summa fortuna, cui omnia licent. *Barth.*

265 Tum durius iræ Consulimus] Tum virtus et labor est abstinere usu cupiditatum, cum est in promptu earum expeditio. Inprimis, utpote noxia plurimis, his coercenda ira, in quorum nutu vertitur salus mortalium. *Barth.*

266 Consulimus] Consultitur melleores. *D. Heins.*

Comprime motus] Animum ipsum. Horatius; 'animum rege, qui, nisi pareat, Imperat, hunc frenis, hunc tu compesce catena.' *Barth.*

267 Nec tibi quid liceat] Summa et absoluta potestas jus habere se credit in libidine, nihilque Imperanti non licere quod libeat. Auctor Octaviæ: 'Id facere laus est, quod deoet, non quod licet.' *Idem.*

Nec tibi quod liceat] Leges Principi nemo scripsit, ait Plinius: non tamen ei licet quod libet; ac minimum deest libere, cui minimum licet. *Clav.*

268 Respectus honesti] Decor. Persius, Sat. II. 'Compositum jus fasque animi, sanctosque recessus Mentis, et excoctum generoso pectus honesto.' *Idem.*

269 Crebro sermone] Iterata admonitione, ut nunquam animo excidat. *Idem.*

270 Medio telluris in ore] Ubi omnibus sis conspicuus.

Telluris in orbe] In ore Lucens. et sex alii: optime. Silius, lib. III. 'At puer obsessæ generatus in ore Saguntii,' cum vetusto libro. Ovid. Epist. Ariad. 'Cum steteris urbis celsus in ore tuæ:' quomodo scripti meliores, non *turba celus honore*. IV. Trist. 'Il-

lum qui populi semper in ore fuit.' El. 2. 'Curru victore fereris Purpureus populi rite p̄r ora tui.' Et alibi: 'In populi quicquam si tamen ore meum est.' Noster de Apono sic 'populi ora pervolare' dixit: 'Hunc qui tot populi pervolat ora locum.' Ita enim versus inquinatissimus scribendus: ubi plura. *D. Heins.*

271 *Cunctis tua gentibus esse Facta palam*] Ob altitudinem fati, in quo constituti sunt. Euripides: Τὴν βασιλὴν ἀμαρτυροῦντες ἴσαν. Plinius, Panegyrico: 'Habet hoc privum magna Fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur. Principum vero non modo domus, sed ipsa cubicula, intimosque recessus recludit, omniaque arcana noscenda Famæ proponit atque explicat.' *Barth.*

272 *Nec posse dari*] Quia minima etiam principum peccata continuo in ore sint omniū. *Idem.*

273 *Lux altissima fati*] Splendor dignitatis. *Idem.*

275 *Abstrusus explorat fama recessus*] Recessus, loca remota, abdita. Verum autem, famam propalare omnia clarorum hominum negotia. *Idem.*

Abstrusus explorat fama recessus] Non *obstrusus*, vel *implorat*, libri meliores. sic 'in abstrusa rerum ratione morari.' Cous. Manlii: *explorat* jam occupatum a Raphaelengio. *D. Heins.*

276 *Sis pius in primis*] De pietate in Deum, an de clementia loquatur, ambigui video. Utriusque nomine quantum exemplum Honorio præbuerit monitor Theodosius, Epistolæ et Sermones Beati Ambrosii indicant. *Pius* hoc loco non Religiosum, sed mitem, benignum, clementem, designat, ut alibi his libris notatum.

Sis pius, &c.] Huc pertinet illud Senecæ sub persona Augusti: 'pietate et iustitia principes, dii fiunt.' *Clav.*

Cum vincamur in omni Munere] Cum Deorum immortalium ea, inquit, sit potestas, ea majestas, ut, quamlibet summa ope adnitamur eorum virtuti

esse similes, relinquamur tamen nullis non muneribus, quibus afficiunt illi mortalia et conservant. Una sola nos illis Clementia exæquat, ut pariter atque illi cœlitus; sic nos in terris, vicem eorum gerentes, prodesse hac virtute valeamus generi humano. *Barth.*

277 *Sola Deos æquat clementia nobis*] Comparatio Dei et hominis, quæ ducta videatur de fontibus sacrarum Literarum, quibus Iudices Regesque Dii appellantur, Exod. xxii. Ps. lxxx. Marcus Antoninus Imp. Epist. ad Faustinam: 'Non enim quicquam est quod Imperatorem Romanum melius cominendet gentibus, quam Clementia. Hæc *Cæsarem Deum fecit*, hæc Augustum consecravit, hæc patrem tuum inprimis Pii nomine ornavit.' *Idem.*

278 *Neu dubie suspectus agas*] Nihil æque dedeceat Heroicum et cœlestem animum principis quam vel calumniis credere, vel indulgere suspicionibus. Sprevere etiam apertam maledicentiam summi Principes. De Cæsare Sueton. de Augusto Senec. ii. de Ira, c. 23.

Falsus amicus] Nulli vere amicus, simulator amoris. Fictum dicit Capitolinus Marco: 'Dederunt ei vitio quod et fictus fuisset, nec tam simplex quam videretur, aut quam vel pins vel verus fuisset.' *Barth.*

279 *Rumorumque avidus*] Quotidie videmus hoc genus tumultuari semper, semper esse anxium animi.

280 *Horrebit strepitus*] Anxius, timidus. Hujus enim ingenii hominem nota. *Barth.*

281 *Non sic excubie*] Amor subditorum, summum Principi præsidium. Synesius de Regno: ἐθνοια μόνη καὶ μάχιστα βασιλεὺς ἔστι ἰσχυρὸν φυλακτικόν.

Excubie] Satellitia et excubias Romanorum Principum dicit solennes. Satellitum hoc genus unum Romæ invexit Tarquinius Superbus, tyrannus.

nidis veræ signam et præsidium.
Barth.

Non circumstantia pila] Nervosius quam nec scripti potiores magno numero. *D. Heins.*

283 *Alterna fides]* Ut ametur enim aliquis, amet ipse amatores necesse est. Seneca, Epist. IX. 'Queris quomodo Amicum cito facturus sis? Hecaton ait: Ego tibi monstrabo Amatorium, sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficæ carmine. Si vis amari, ama.'

Simplex gratia] Candidus affectus. *Simplex*, infacatum, candidum, sincerumque valet. *Barth.*

284 *Quod se pulcherrimus ipse]* Sic libri veteres, non qui, unde quo legendum jam olim vidi, et confirmat unus Mediceus. pro ipse idem liber ille, ut et Putean. et prior Moreti. venuste, infra 'velut ille carinæ Longævus rector.' vi. Cons. Hon. 'sic ille minacem Trajecit Tiberim Cocles.' Bello Get. 'sic ille relinquens Jejunos anatro catulos leo.' rursus vi. Consul. Honor. 'Cui simplex calet ille pudor.' ita enim scripti quidam, non ore. Valer. Flaccus, lib. v. 'Ac velut ille gregis cessit cui regia taurus.' Plura apud poetas exempla occurrunt passim. Servius ad Æn. lib. x. 'Antiqui Ille vel magnitudini vel nobilitati assignabant.' Apuleius initio Milesiorum: 'Originis maternæ nostræ fundamenta a Plutarcho illo iuclyto prodita gloriam nobis faciunt.' *D. Heins.*

285 *Mundus amore liget]* Supernorum, omniumque universi corporis membrorum admiranda concordia, ad subditorum amorem Principem cohibetur. Ut consentent enim minora majoribus, concentu et conspiratione omnium opus erit.

Amore liget] Vinculo velut quoniam. Boëth. lib. II. de Cons. Carm. 8. *Barth.*

Nec vi connexa per ævum] Sed amore. Vide Platonem Timæo, ejus-

Delph. et Var. Clas.

que interpretes. *Idem.*

286 *Qui]* Qui, quomodo. Quomodo, ait, Sol, rapidissimus ignis, natura sua potens exurere omnia et tabefacere, si propius admoveret se, perditurus omnia, non id agat tamen, sed medio limite incedens nutriat potius subdita quam adurat. *Idem.*

288 *Terras ambitque vehitque]* Mundum nostram circumfuso aëre attineri, et in se librato pondere ferri, tradunt consensu Physici. *Idem.*

290 *Qui terret, plus ipse timet]* Verissimum autem τοὺς διαπάρκοντες βίᾳ τῶν βασίλειων μωροῦσθαι, quod ait Lysias. Ennius: 'Quem metuunt oderunt. Quem odit quisque, perisse capit.' *Idem.*

291 *Septique venenis]* Accurate attendenda hæc verba. Gladii enim iu hostes tyrannis parati, venena in semetipsos, ut videlicet meritis se illico pœnis eripere possint, ubi fortuna adversa ingruerit. *Idem.*

293 *Ancipites habeant arcus]* Arcus correctum perperam a Barthio. Arces enim proprie tyrannorum, nihil magis obvium apud veteres scriptores. noster ipse Præfatione libri secundi in Eutropium: 'Mollis fæminea detruditur arce tyrannus,' ubi perperam idem Barthius τὸ arte, quod in mendosis exstat codicibus, est amplexus. *ancipites* pro *præcipites*. apud Nasonem Met. XII. 'ab ancipiti delapsus acumine montis.' Martialis, libro VII. Ep. 92. 'Narnia, sulphureo quam gurgite candidus amnis Circuit, ancipiti vix adeunda iugo.' noster vi. Honorii Aug. Consulatu: 'hoc ille locatus Ancipiti longum socias tardumque putavit Expectare manus.' *D. Heins.*

Trepidique mimentur] Nihil enim non metuunt, quod minari possunt. *Barth.*

294 *Tu civem]* Pars ut sis velut subditorum tuorum. De ipso Theodosio Victorinus: 'Clemens animus, misericors, communis, solo habitu dif-

4 Q

Claud.

ferre se cæteris putans. Amare cives vel privato contubernio cognitos.'

Patremque] Uno verbo omnia dixit; et quid possit amplius? *ὁτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ.*

Consule cunctis Nec tibi] In hoc vel maxime sita boni Principis demonstratio, ut ei fastigio admotus, contentis suis, aut postpositis, curam potiorum publicarum rerum agat. *Imperator enim non ideo eligitur, ut sibi soli provideat, sed ut ceteri, qui sub Imperio ejus sunt, melius vitam traducant.* Vide et notas viri doctissimi Leonardi Coquel ad Augustinum de Civit. Dei, iv. 8. *Barth.*

296 *In commune jubes si quid, ... Prius jussa sibi*] Celeberrimam præceptum. De avo Honorii, Ammianus, lib. xxviii. 'Nihil vel gregariis imperabat, cujus non ipse primitias alacri capesseret mente.' Sidonius: 'tum cætera paret Turba libens, servit propriis quia legibus auctor.' *Barth.*

Censeo tenendum] *Tuendum* Gevartianus et unus Ambros. mox bene *ferre negat*, non *relat*, cum scriptis melioribus Raphaelengius. dictum ad lib. ii. in Stilich. vs. 37. *D. Heins.*

297 *Observantior*] Pacatus: 'Exasperat homines imperata correctio; blandissime jubetur exemplo.' *Detrio.*

301 *Regentis*] Regis. Symmachus, lib. ii. Epist. 13. 'Augustus est regenti sibi quam subditis modum ponere.' *Barth.*

302 *Nec fastidire minores*] Comitatem dicit, virtutem præcipuam. Sic in Stilichonis Laudibus, lib. ii. 'nec quos promoveris alto Turgidus alloqueris fastu.' *Idem.*

304 *Præscriptos homini*] Quam insaniam insauierunt plerique summi fortunatique principes. *Idem.*

305 *Iniquat egrgius*] Superbiæ vituperium pariter alibi multis exsequimur. Hic corruptrix contaminatrixque virtutum audit. Superbia enim est ruina omnium virtutum, humilitas earundem fundamentum. *Idem.*

Superbia] Majores nostri, ait Pacatus, graviores putaverunt servitute contentum: ac Tarquinium immanem crudelitate vocaverunt *Superbum*, quasi sufficeret convitium. 'At contemtor animus,' ait Tacitus, 'et superbia commune nobilitatis malum.' *Claver.*

306 *Non tibi tradidimus*] Inter monitis Principi necessarios, is quoque est, ut meminerit liberis se imperare, non servis.

Dociles servire] Adsuetos Regum Imperiis. *Barth.*

307 *Armenia*] Parthos dicit, numquam non sub Regibus notos, etiam alienis olim subditos, ut et isto ævo. *Idem.*

308 *Tenuit quam famina*] Semiramis nota. Ignavia gentis a fæmineo Imperio. *Idem.*

309 *Dis rexere*] Difficilius parent, qui imperarunt ipsi, et remedia libertatis cum dominatione consentientis tarde suscipiuntur, ut autumat Tacitus. *Idem.*

310 *Jura tulere Caesaris*] Subblanditur Principi. Etsi enim jure occupatum Imperium tenuerit, non tamen tolerarunt eum Romani. Sane neque ipse primus aut vere conturbavit Statum priorem, sed invasit jam perditum. *Idem.*

311 *Annales veterum delicta loquuntur*] Quos Theodosius studiose legit, et damnavit maleficorum facinora, alludente Claudiano. *Idem.*

312 *Hærebunt macula*] In omnem æternitatem infamia, literis nimirum condita. *Idem.*

313 *Cæsareæ portenta domus*] Stirps Cæsaris insignita criminibus. Augustus ante Imperium vecordissimus tyrannorum, post id liberorum diritate et infamia seipsum pene odio habuit.

Dura Neronis Funera] Infinitas dicte cædes, parricidia, et quid non? *Barth.*

314 *Rupes Caprearum tetra*] In

quam corripit, ultimo vitæ tempore totum se libidini daturus, Tiberina, resolutus in malum otium, ut occultior iret in luxum, secundum Tacitum. Ansonius: 'Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro, Quæ prodit vitilis, credit, operta locis.' *Barth.*

Rupes Caprearum] Tiberius princeps magnus, sed nimium tristis ac severus fuit, ac *Caprearum clausus in antro*; nec se crebro videendum exhibuit. ratio hæc forte, quod subditorum indoles facit, ut major e longinquo sit reverentia: denique continuus aspectus, auctore Livio, minus verendos magnos homines facit. *Claver.*

§16 *Gloria Trajani*] In gratiam Theodosii, quem a Trajano genus duxisse dictum, notant nonnulli temporum historici. Notatur aut alluditur simul ut laudetur immensum gloriæ stadium in Trajano, sane omnia summa merito. Gloria Trajani tanta, ut summæ instar talis speraretur in maximis Principibus.

Tigride victo] Sextus Rufus: 'Provincias fecit Armeniam, Mesopotamiam, et Assyriam, quæ post et apud Tigridem atque Baphratem sita, irriguis tribus annibus, instar Ægypti, fecundatur.' Vide Eutropium et Xiphilinum. *Barth.*

§17 *Fuerat provincia Parthi*] *Fuerint* scripti fere omnes: optime, nisi *fuerunt* præferendum censes, media syllaba correpta: nam in nonnullis *fuerant*: *fuerint* Barthius quoque curis secundis amplexus est. Propertius, lib. III. El. 4. simili modo: 'Seres et Ausoniis venient provincia virgis. Assuescent Latio Parthæ trophæa Jovi.' Ita omnino scribendum: cum vulgo legatur *Sera sed Ausoniis veniet*. Parthos et Seras etiam conjunxit Martialis: 'Parthorum proceres ducisque Serum, Possum ostendere Cæsarem: venite.' *D. Heine.*

§18 *Fractis Capitolia Dacia*] Sic

constanter libri. Valge *stratis*. v. Cons. Hon. 'Dacia bellipotens cum fregerat Ulpus arma.' Auctor Epicedii in Drusum: 'Frugerant ambo Panica bella duces.' lib. I. in Eñtrop. 'fracto secura Britannia Picto:' atque ita passim. pro *tenant*, Lucensis et multi alii, *cavant*: *cavant* Helmsstad. Junian. *juvant*. alter *Leid. conant*. frustra. III. Cons. Hon. 'Civilia rursus Bella tonant.' diximus ad Cons. Olybr. vs. 308. *tumere* dixit Naso Epistola Didus: 'Bella tument; bellis peregrina et fœmina tentor:' sed tamen cum in nonnullis præstantioris notæ codicibus legatur *cavant*, fortasse scribendum est, *si bella vocant*: quomodo apud Statium, libro v. *Sylvarum* Propertio Crispini, 'hunc ipse, vacantibus armis, Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno:' ubi perperam legebatur hactenus *vacantibus armis*. *D. Heins.*

§19 *Mitis erat*] Eutrop. lib. VIII. 'Trajanus Remp. ita administravit, ut omnibus principibus merito præferatur. Inusitata civilitatis et fortitudinis fuit,' &c.

Nec desine] Studium intentum ætat. Infra: 'nec desinat unquam Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.' *Barth.*

§20 *Bella tonant*] Imminent. Fragorem enim procul minantium dicit, eo percepto exercendum militem.

Prius agmina] Exercitatio militaris, Romanis sanctissima, causa proxima Orbis domiti. Onosander, c. 10.

Duris studiis] Non enim exercebantur aliter quam si pugnarent in hostem. *Barth.*

§21 *Præstrue*] Præstruit rei aliquid, qui in usum ejus exercet. Estque proprium velut militiæ.

Marti] Verarum enim pugnarum simulacra erant et imagines. *Barth.*

§22 *Non bruma requies*] Ne desuetudo damnum faciat, etiam hieme ait militem exercendum.

Hibernacula segnes] Hibernaculis militem in torporem et luxum delap-

sum exempla sunt multis in scriptoribus. Non ita veteres, quorum sub pellibus habitationes alia omnia ferebant. *Barth.*

323 *Enervant*] In nervis virile robur, unde id demere, enervare. Avienus: 'Ut Venus enervat vires, sic copia Bacchi.'

Ponenda salubri Castra loco] Vide Vegetium, I. 22. De Ratione tota Onosander, c. 8. *Barth.*

324 *Vigil custodia vallo*] De Vigilis ubertim notarunt docti, qui militiam veterem illustrarunt. *Idem.*

325 *Disce, ubi densari cuneus*] Cuneos recte Raphaelengius et Livineius. Scripti plerique ubi *densus* erit cuneus. Unde *densari cuneos* conieci olim: quod Lucensis liber confirmat: de eo verbo multa ad Lucretium Giphanius, et nos ad Nasonem: nec aliter pro *densare* scriptum fere offendas in antiquissimis Virgilii, Ovidii, Statii, Lucani, Silli, Prudentii, aliorum codicibus. Aunimianus, libr. xvi. 'Quos cum jam prope densantes semet in cuneos nostrorum conspexere ductores, steterunt vestigiis fixi.' *D. Heins.*

Disce, ubi] Momenta nunc aciei instruendæ temporumque Imperator prudentissimus militiæ. Maxima enim opportunitatis ratio etiam in bellicis successibus.

Densari cuneos] In arcum contrahi. Vide Elianum, Tacticon cap. 32. *Barth.*

Densari] 'Æquali legitimoque spatio,' ait Vegetius, 'miles distet a milite; neque ultra quam expedit, conglobetur agmen aut laxetur.'

Cornua tendi] Aciem explicari. *Barth.*

327 *Quæ fraudi accommoda vallis*] Scripti plerique *commoda*: sed perperam. Virgil. 'Est curvo anfractu vallis: accommoda fraudi, Armorumque dolis.' Statius, Theb. x. 'Nox fecunda operum, pulchræque accommoda fraudi,' Theb. vi. 'Inde dolum juvenis fraudique accommoda

sensit Tempora.' Alcimus Avitus, lib. ii. 'Opportuna dolis clausæque accommoda fraudi.' Utuntur ea voce Statius et noster non raro. *D. Heins.*

Fraudi quæ commoda vallis] Insidias dicit, quæ sunt copiæ accommodis locis occultatæ. *Barth.*

328 *Quæ via difficilis*] Quæ in nonnullis, etiam in primo Vaticano. *D. Heins.*

Fidit si moribus hostis] Lege Æneam, et Leonis cap. 15. *Barth.*

329 *Murali pulvis*] Qui murum concutiat et labefactet. *Idem.*

330 *Saxa rotet præceps aries*] Aries non rotat saxa: bene ergo scripti quindecim, *Saxa rota: præceps aries*: nisi mavis fortasse, *Saxa terat præceps aries*: ut muros saxeos innuat. et mox pro *protectaque*, Raphaelengius *prætentaque*. Isingrinus *projectaque* cum duobus aliis: quidam *prætectaque*. Florent. S. Marci *portentaque*, ut *protentum* contum vi. Cons. Honorii dixit: nihil mutandum videtur: agit de testudine arietaria: eam exeruisse modo caput, modo oculum, ac proinde testudinem dictam ab ejus animalis similitudine, ex Tacticis scriptoribus patet. Video et Barthium curis secundis pro vulgata scriptura pugnare. *D. Heins.*

Saxa rotet præceps aries] Ingenti, velutque desuper immisso pondere. *Præceps*, quia magno impetu, et multorum hominum viribus impulsus, velut non revocabilis. *Barth.*

331 *Ruat emersura juventus*] Canniculis sub terra effossis, ut obsessorum in mediis hostium munitionibus pareat improvisus. Lege Æneæ Tacticum, non sine præstantissimo Scholiasta. *Idem.*

332 *Si longa moretur Obsidio*] Cavendum ait, ne tracta obsidione labascatur vigor obsidentium, ipsique securi sint damnorum ab obsessis inferendorum. Vegetius, iv. 28. *Idem.*

333 *Secura*] Cave ne per segnitiam aut securdem securitatem animum re-

mittas et incautius agas. Securitas nimium quantum nocua est militari fortitudini. Etiam Fortunæ. Velleius, lib. II. in clade Variana: 'Neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret. Et frequentissimum initium esse calamitatis, securitatem.'

Remittas] Ab arcu, cujus remissi jacet usus. Salustius de Mario: 'nihil apud se remissum, apud hostes tutum pati.' Barth.

334 Multis damnosa fuerunt Gaudia] Exultatio inconsultæ securitatis. Curtius, lib. VI. 'Parva sæpe scintilla contenta magnum excitavit incendium. Nil tuto in hoste despicietur: quem spreveris, valentior negligencia facies.' *Idem.*

335 Somnoque soluti] Non observatis legibus et more militiæ, deinde in torpore crapula feriisque solati, somnolenti appetitu luxuriæ et maridi effecti. *Idem.*

336 Sapius incauta nocuit victoria turbæ] Prudentia nimirum jungenda potentiæ et felicitati, ut scitum Apollonio Tyanæo, Epist. XX. Nec facile illa alibi magis quam in talibus elucet.

Sapius incauta] Velleius: 'Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet.' Barth.

337 Neu tibi regifcis] Temperantiam jam Prudentiæ militari jungit, laudatam omni laudabili in principe. *Idem.*

338 Delictis] Abstinentioniam deliciarum commendat pro summa virtute in Stilichone, aliisque Heroibus suis cæteris.

Imbelles ad signa maniplos] Ne apparatus anlicum militibus misceas, ne pocillatoribus, aliisque mensarum asseclis, manipulos farcias. Barth.

Ad signa ministros] Rectius prior Moreti cum uno Med. *maniplos*: neque aliter excerpta Pomponii Læti. D. Heins.

339 Neu flantibus austris, neu pluvius cedas] Argumentum hoc animi bella-

cis et invicti habent in Ducibus optimis Scriptores. Hirtius de Bello Africano: 'Labienus in equo, capite nudo, versari in prima acie.' Spartianus Adriano: 'Frigora et tempestates tam patienter tulit, ut caput nunquam tegeret.' Barth.

340 Defensura] Prohibitura. *Idem.*

341 Umbracula] Auro texta tapetia seu vela, quibus obtentis calens dies avertebatur. *Idem.*

342 Invenit utare cibus] Abstinentioniam Theodosii laudant et B. Ambrosius, Victorinus. Laudatur in Heroibus aliis cibi parcitas.

Solabere partes Æquali sudore tuas] Nunquam promitior ad Martis munia miles, quam exemplo Imperatoris conspecto. Barth.

345 Sumta ne pudeat quercum stravisse] De Cæsare Lucanus: 'Implicitas magno Cæsar torpore cohortes Ut vidit, raptam primus vibrare bipennem Ausus, et æream ferro præcidere quercum.' *Idem.*

347 Fluvios tu protere curru] *Cursus* legendum cum Delrii codice, uno Mediceo, Excerptis Pomponianis, et Vaticanis duobus: probat etiam curis secundis Barthius. *Cursus* natatui opponit. *Harrentes* etiam pro *Horrentes*, scripti paucissimis exceptis: quod recte Raphelengius secutus. Scriptor de laud. Herculi. 'solidis hærent flumina lymphis.' D. Heins.

348 Natatu] Natandi peritia quam requisita principibus doceat vel Suetonius, qui inter rudimenta refert. Augusti cap. 64. Athenienses nare docebant pueros cum primis literis. Barth.

349 Nunc eques] Laus Imperatoris, confortatio militis, præire ipsum, et pericula aggredi principem. Silius Italicus, lib. XV. 'alacer præcedere ductor.' *Idem.*

350 Pedes assistas pediti] Ne qua in re prærogativam habeas, aut potior commilitonibus locum in campo. *Promtius ibunt Te apote*] Commili-

tone, quo titulo jactare se solent Imperatores demerendo militi. Sic vicissim milites amantissimos duces commilitonum nomine honorabant. Curtius, lib. III. de Alexandro morti propinquo: 'Illam florem juventæ, illam vim animi, eundem Regem et Commilitonem divelli a se et abripi.' Sic commendantur Principes tam suo quam militum officio fungentes. *Barth.*

361 *Gratusque feretur*] Nescio cur *geretur* malit cum scriptis quibusdam Raphaelengius: mox pro *subit* idem *subis*: probe, et confirmant libri nostri. *D. Heins.*

Gratusque feretur Sub te teste labor] Minutius Felix, Octavio: 'Quis non miles sub oculis Imperatoris audaclus periculum provocet?' Infinita loca sunt, ubi conspectus præsens Imperator animos militares erexit. *Barth.*

352 *Sub te teste*] Testis is qui rem videt. Nemo enim certior. *Idem.*

353 *Faveant modo numina*] Formula priscæ religionis. Vix enim quicquam fiebat aut dicebatur, nisi contestato favore Deorum. *Idem.*

354 *Fratrique tibi*] Iniqua combinatio. *Idem.*

355 *Commissaque regna*] Eodem die, quo sermones hi conferuntur. *Idem.*

358 *Duc tecum comitem*] Sunt qui adsumtum dicant contra Eugenium. *Idem.*

Nostra spicula] Exemplo Ascanii Maroniani, Remulum occidentis. *Idem.*

360 *Prædonis*] Arbogastis. *Idem.*

361 *Romæ servire*] Enixæ laborat majestatem pristinam veteri Romæ servare. Finis Belli Getici: 'Discite vesanæ Romæ non temere gentes.'

Clienti] Eugenium dicit, Palatinum militem nuper et Grammaticum. *Barth.*

362 *Usque adeone puer*] Generosa indignatio. Maro: 'Usque adeone mori miserum?'

Polluta potestas] Res sacrosancta a

Barbaris vilibusque hominibus. *Barth.*
363 *Cognati crueris*] Valentiniani Junioris. Cnjns soror nupta erat Theodosio. *Idem.*

364 *Per strages equitare libet*] De eodem Honorio III. Cons. 'quanto flagrabant pectora voto Optatas audire tubas, campique cruenta Tempestate frui, truncisque immergere plantas?'

Da proteus arma] Heroica indoles. Alibi: 'ultrouque manus mucrone cruento Ducitur.' *Barth.*

366 *Equalis mihi Pyrrhus erat*] Ætas Pyrrhi facile colligitur.

Pergama solus Verteret] Arx Trojæ, Urbis vicem sumta. *Barth.*

367 *Non degeneraret Achilli*] Ipse id de se jactat Æneid. II. *Idem.*

368 *Castris hæerere*] Adolescentis ardorem in sermone exprimit rerum inconsultum. *Idem.*

369 *Delibat dulcia nati*] Ex Æn. XII. ubi Æneas: 'Ascanium fasis circum complectitur ulnis, summaque per galeam delibans oscula, fatur: Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem, Fortunam ex aliis.' Sanguine junctos osculari lex erat quædam Romanis. *Idem.*

370 *Laudanda petisti*] Summopere bona. Laudandus enim, omnium virtutum titulum habet. *Idem.*

372 *Nondum decimas*] Divitiæ sunt in Chronologis qua ætate fuerit Theodosio excedente Honorius, ista autem paullo ante eum excessum dicta finguntur. Decem annos ut multum noster statuit, assensu Zonaræ, Casiodori, &c. *Idem.*

Decimas aristas] Honorius vix dum erat decennis, quum Theodosius expeditionem paravit in Eugenium. *Claver.*

373 *Vestigia*] Certa indicia. *Barth.*

374 *Pellæus*] Alexander, a Pella, Macedoniæ oppido. Juvenalis, Sat. x. 'Unus Pellæo juveni non sufficit Orbis.' *Idem.*

375 *Qui domui Porum*] Domitorem Pori Pellæum dicit, ut tantum, tam

remotum Regem summa fortitudine domitum indicaret. *Barth.*

377 *Patris virtute relinquitur* Patria rectius legas. *D. Heins.*

378 *Fas sit promittere patri* Avertit omen jactantiae gentili aversione ulticis numinis. *Barth.*

379 *Nostro nec debes regna favori* Majoribus auspiciis divinisque niteris: prognatus, divinitusque instructus ad Imperium. *Idem.*

382 *Nascentem venerantur apes* Elegans et apta comparatio Principi Numine Deorum Imperio destinato. Etiam B. Martyr Cyprianus male magistratibus legitimis parentes ad apum conspectum amandat, ut ab his fidem discant. *Epist. LXIX. cap. 5. Idem.*

383 *Jura petunt* Imperium. *Idem.* Traduntque favos] Traditque Palatin. an tradique? *D. Heins.*

384 *Vindicit* Ab improbis invasoribus. *Barth.*

385 *Prælia differ In juvenem* Ita Raphaelengius ex Scaligeri τοῦ νέου conjectura: bene: et confirmant aliquot scripti. Vulgo differt: et In Venerem quidam. Val. Flacc. iv. 'In quem alium Alciden, in quænam tempora differa Caucasium, rex magne, senem?' Noster libro II. laud. Stilich. 'In quem distulimus melioris sæcla metalli, Consul adest.' Ita codices aliquot præstantioris notæ: non En cui distulimus. Plura videantur ad laudem Serenæ, v. 1. *D. Heins.*

387 *Locum* De Bellicositate Theodosii pleni omnes libri.

Impacatus Araxes] Ob nunquam plene domitos Parthos. *Barth.*

388 *Nikus ubique Vester*] Omnes regiones quas præfuit. *Idem.*

389 *Quicquid sol imbuat ortu*] Lego vel oblectantibus libris ambat ab ortu: lib. II. in Stilich. 'tantumque reservat Depositum terris, quantum sol igneus ambat.' Pro emissio etiam emeruo malim. Adeantur quæ ad Fastos Nasonianos notamus lib. III.

Imbruit] Calefacit, adolet. *Barth.*

390 *Patent Alpes*] Incessum Engemianis tum. Ait Occidentis Imperium se Honorio traditurum, ubi primum hoste eas partes devicto libera-verit. Vide Orosium, l. VII. c. 35. *Idem.*

391 *Partesque receptas*] Imperium, ut dixi, veteris Romæ. Quod et ante excessum Honorio adsignavit Theodosius. *Idem.*

392 *Animosa Gallia*] Galliam pro Occidentis Imperio ponit, quod in ea exercitus tutandis provinciis a gentibus Transrhenanis collocati. Sic Gallos alibi pro omni milite Occidentis usurpavit: 'Gallos causa non robore vinci.' Livius, lib. VII. 'Galligenus ferox, et ingenii avidi ad pugnam.' *Idem.*

Gallia leges] Mirum est hoc in loco tanti fieri Galliam Cisalpinam, ut nomen Italiæ obacuret: sane Theodosius amavit præcipue Mediolanum ac Romæ prætulit: nescio an propter D. Ambrosium Episcopum, cujus præsentia delectabatur. *Claver.*

394 *Securus fatis, lætusque laborum*] Doctissime his duobus felicitatem est complexus. *Securus fatis* Sapientis Constantiæ. *Lætus laborum effecisse* quæ voluerit, bona conscientia connisum. *Barth.*

395 *Vobis utrumque regentibus axem*] In concordia fratrum ponit felicitatem Imperii. *Idem.*

396 *Interea Musis*] Hesiodi princeps scitum est a Musarum Principe Caliope institutos Reges, eloquentiæque et prudentiæ Nectare imbuendos, si qui rite officio suo fungi velint: quod eo pertinet, ut omnia veterum gestorum monumenta perfecta habeat; ei enim Musæ horum patrociniū rescribitur ab antiquitate: idque scitum pulcre, ut solet, enarrat Themistius, Oratione XI. quem legendum suadeo. Cicero in Hortensio: 'Unde facilius, quam ex Annalium monumentis, aut res bellicæ, aut om-

nīs Reipublicæ disciplina agnoscitur? Unde ad agendum aut discendum copia depromi major gravissimorum exemplorum, quasi incorruptorum testimoniorum, potest?' *Barth.*

Animus dum mollior instet] *Inates* Raphaelengius. probe. unus Medicus, et sec. Vatican. *insta.* quod tantundem. Aldus et tres scripti *instat.* D. Heins.

397 *Nec desinat unquam*] Basilus Imp. c. 56. 'Ne unquam cesses evolere Historias veterum. Ibi enim reperies sine labore, quæ magno alii congressere: atque inde bonorum virtutes, improborum vitia, cognoscēs; et vitæ humanæ varias mutationes rerumque in ea conversiones,' &c. *Barth.*

398 *Tecum Graia loqui*] In qua amplissima lingua omnis penus antiquitatis humanæ est. Habes Græcæ eruditionis commendationem apud Thaumaturgum Paneg. Origenis. *Idem.*

399 *Assuece*] Præceptis monitiisque priorum evolvendis in rem præsentem veniens. *Idem.*

400 *Latium retro*] Ad exempla Romanis ante Imperantium. Sidonius ad Anthemium: 'Præterea quicquid Latialibus indere libris Prisca ætas atduit, totum percurrere suētus.'

Retro] In superiora tempora. Orosius, lib. III. 'annis retro repetitis.'

Confer in ævum] Pari locutione Minutius Octavio: 'Ut ipse mihi quodammodo viderer in præterita redire, non ea, quæ jam transacta et decursa sunt, recordatione revocare.' *Barth.*

401 *Brutum*] Huic vere quæsitæ Libertas, ignota ante Romæ. Brutorum nomen vindices libertatis designat. Lucanus, l. x. 'ite feroces Cæsaris in jugulum: superi tot vota Catonum Brutorumque tibi tribuent.' *Idem.*

403 *Triste rigor nimius*] Negotium videlicet. Notatum supra. Omnino autem nimia severitas vitio summo

proxima. *Idem.*

Triste rigor, &c.] 'Nocet priscus rigor, et nimia severitas, cui jam pares non sumus,' inquit Tacitus.

Torquati despus mores] Historia nota. Minutius Felix: 'Templa ut busta despiciunt, Deos despuunt.' Fulgentius, l. i. Mythol. c. 14. 'Eligere enim utile, caducum despuere, cæleste ingenium est.' Est autem omnium extremi contemptus Desputatio. *Barth.*

404 *Decies venerare*] Patrem et Filium. *Idem.*

405 *Vel solus*] Semotis omnibus auxiliis et subsidiis, fortitudinem in se suam repositam autumans, non minus ita magnanimus, quam si milibus mille stiparetur.

Ponte soluto] Nota Historia. Illud notabile, pontem illum, nullo adacito usu ferri, solis fuisse tabulis ligneis compaginatam, et in memoriam virtutis Coclitis, talem servatum ad summa usque Reip. tempora. *Barth.*

406 *Mucii te flamma*] Nota narratio, quæ tamen ambiguit omnino fidei est, nam de manus exustione nihil Dionysius, optimus antiquitatis Romanæ auctor. *Idem.*

407 *Quid mora perfringat*] Sic cum primis editionib. Isingrini Codex et scripti multi. alii, *perfringat, perstringat, prostringat.* vulgo *prosciat.* D. Heins.

Quid mora perfringat, Fabius] Qui cunctando Annibalis impetum victoriarum fregit, et rem ita Romanam restituit. Ennius: 'Unus homo nobis cunctando restituit rem.' *Barth.*

408 *Camillus*] Laudes hujus summæ apud omnes qui meminerunt. *Mentem* consultam et iræ impenetrabilem habet apud Silium, l. vii. quibus omnia complexus perhibetur. *Alter urbis Conditor*, Eutropio, &c. *Idem.*

409 *Meritis*] Virtuti. *Idem.*

410 *Prorogat*] Eternat, perpetuat. Hoc enim est extendere. Horatius: 'Vivet extento Proculcius ævo No-

tus in fratres animi paterni.' Virgilias: 'Faman extendere factis Hoc virtutis opus.' *Barth.*

411 *Successus superant adversa Catonis*] *Victoria* Fortunæ Catoni adscripta multis a Lucano, Seneca. *Idem.*

412 *Discitur in quantum*] *Hinc quantum* eleganti repetitione libri fere omnes. *D. Heins.*

413 *Pauper erat Curius*] Nec volebat quidem dives esse.

Arms] Non auro aut opulentia, non fraudibus aut vafricitie. Sic apud Ennium ille: 'Ferro non auro vitam cernamus utrique, Non cauponantes bellum, sed belligerantes.' *Barth.*

414 *Pauper Fabricius*] Sidonius: 'rigidum sic, Pyrrhe, videbas Fabriciam, ingestas animo cum divite fugit Pauper opes.' Non solum autem aurum regium sprevit Fabricius, sed et oblatam Regni a Rege partem. *Idem.*

415 *Serranus aratra*] Notæ res. Manilius: 'Serranos Curiosque dedit, fascesque per arva Tradidit, eque suo Dictator venit aratro.' *Idem.*

416 *Fascesque salignis*] Saligni postes, de materia rustri.

418 *Trabeato colono*] Post gestos nimirum magistratus redierunt ad rusticationes insignes illi Heroës. *Barth.*

419 *Carinæ Longærus rector*] Comparatio Principis cum Navarcho. *Id.*

422 *Alni*] Navigii, cujus materies optima ea arbor. *Idem.*

423 *Artesque docet*] Scientiam Nauticam. *Idem.*

Dextra regatur] Bono eventu et successu, ut in illo: 'Nec minus Æneas se matutinus agebat.' *Idem.*

424 *Fluctus falli*] Ne superveniant carinam. Hoc enim hujus generis magistrorum vel summum artificium est. *Idem.*

425 *Nota nimborum*] Prognostica tempestatis. *Idem.*

Quæ fraus infida sereni] Malo quam

fraus. *D. Heins.*

426 *Sol occidens*] Signa exinde tempestatum.

Saucia vento] Rubens, indicio ventosæ tempestatis. Luna enim rubens ventorum turbines indicat. *Barth.*

427 *Decolor*] Abhorrens a colore solito. *Idem.*

428 *Adepice nunc*] Eximia acclamatio Theodosiani numinis, quo genere excellit omnes Poëtas hic auctor, Verus Apollinis Cygnus. Sio in Nuptiis Honorii ejusdem: 'Dive parens, seu te complectitur axis Olympi, Seu colis Elysias, auimarum præmia, valles. En promissa tibi Stilicho jam vota peregit.'

431 *Magis est optabile*] Cupiunt enim superari a filiis Parentes. *Barth.*

432 *Subnixus Stilichone tuo*] Datum sese ambobus Principibus Tutorem a moriente Patre Stilicho ferebat. *Idem.*

433 *Diaceden*] Rectius opinor fore *Decedens*, ut et versu 395. *Decedam.*

Decedere, e vivis excedere. *D. Heins.*

Clypeum] Tutelam certam, firmum Præsidium. Sic acutum Imperii Romani Fabius Cunctator. Florus, II. 6. *Defensoremque*] Gladii nimirum cum clypeo vicem. *Barth.*

Defensoremque] Poëtice dixit pro tutore.

435 *Dura viarum*] Ita 'mollia terræ' pro molli humo legimus apud Hilarium Arelatensem in Genesi: 'Inde, opifex rerum, assumis tibi mollia terræ, Atque hominem firmas.' *Barth.*

436 *Libyæ aqualentis arenas*] *Libyæ arentis arenas* Helmestadiensis. *D. Heins.*

Libyæ aqualentis arenas] Pars maxima Africæ arenis sterillis, et nimio Sole squallida. *Barth.*

437 *Pedes*] Tolerantiam laborum in Stilichone multis laudat.

Madidaeque cadente Pleiade] Quo tempore cælum maxime pluvium. *Barth.*

438 *Navita Syrtis*] Ita recte cum

Isingrini libro Raphelengius: confirmant meliores ex nostris. Vulgo *Syrribus undas*, quod frustra tuetur Barthius. *D. Heins.*

Intrabit syrtibus undas] Per medias Syrtas in Getulum Pontum veniet. *Barth.*

439 *Populos lenire feroces*] *Levitare feroces* prior Leidensis, optime: de Gallorum levitate et rerum novandarum studio nota quæ Romani scriptores memoriæ tradidere: 'animosam Galliam' paulo ante dixerat. *D. Heins.*

440 *Rhenum*] Germaniæ populos. *Citatis Vectus equis*] Celeritatem et hic et alibi in Stilichone et Honorio, exemplo omnium summorum Ducum, laudat. *Barth.*

441 *Nullaque latus stipante caterva*] Paria de eodem, Bello Getico. *Idem.*

442 *Ripas*] Sic in littore Danubii atetisse Trajanum, Arbitrum pacis et belli cum Barbaris, summæ laudis loco recenset in Panegyrico Plinius. *Idem.*

445 *Attonitos reges*] Fama, celeritate, audacia, tanti viri. *Idem.*

446 *Ante ducem nostrum flavam sparere*] Quare *Britannos* frustra hic inferciunt nonnulli. Sparsio capilli, adoratio, prono capite veneratio. Germanorum enim mos, comam vinctam gestare. *Idem.*

Sycambri] *Sygambri* optimus Lucensis. Ptolemæo quidem *σνγαμβροι* sunt, Straboni *συργαμβροι*, dictum a nobis ad Nasonem. in optimo Vaticano passim *Sycambri* dicuntur. mox *Alamannia* et *Bastarna* idem Lucensis cum aliis melioribus, non *Alemannia* et *Basterna*. Græcis certe *Ἀλαμάννοι* et *Βαστάρνοι*. Imo et Latinis. vix enim aliter utrumque, nomen in antiquissimis membranis scriptum offendas. sic REGES BASTARNARUM in veteri inscriptione apud Gruterum. Val. Flacco *Batarna* dicuntur. Nummus aureus Constantini inter *Archeta-*

nos GAUDIUM ROMANORUM. ALAMANNIA. Falsus ergo Salmasius, qui ad Historiam Augustam adfirmat *Basternas* ac *Alemannos* Latinis, contra quam Græcis, utramque gentem dictam. paulo post pro *Cymbrius* idem Lucensis alique præstantiores *Cymbri*. placet. *D. Heins.*

447 *Pavido murmure*] Metu verba premente. *Barth.*

448 *Juratur Honorius*] In nomen absentis, et dedignantis majestatem eo demittere, juratur. Vel et per nomen ejus jurant gentes, ut moris Romano Principi cultum etiam hunc exhibere: Is mos vetustissimus Ægyptiorum discitur ex c. 42. Genes. Consonat nonnihil 'Salutis præhibitio,' quæ hodie usitatissima. Dio Cassius decretum scribit Augusto novi magnique honoris gratia, ut in salutem ejus pocula circumferrentur. *Idem.*

449 *Alamannia*] Hanc gentem valdissimam, non sine sanguine et sudore fudit olim Julianus et Juvenis Gratianus: dein Francorum princeps. *Clav.*

450 *Basternæ truces*] *Basternæ* quinta pars populorum Germanorum. Audacia et virtute olim inclyti. Appianus, Mithridatico: 'Basternæ, omnium hominum fortissimi.' *Barth.*

451 *Bructerus*] Ferocissimam gentem vocat Plinius, lib. II. Epist. 7.

Latis paludibus] Notissimis Germanorum confugiis. *Barth.*

452 *Ingentes Cherusci*] Ut Germaniæ omnes populi celebrantur. *Idem.*

453 *Tardeque rogatus Annuit*] Ex majestate Romana. *Idem.*

455 *Drusus*] Exemplo omnium Panegyristarum veteres præ suis Heroibus contemnit. Pacaverunt autem Germaniam Drusi, non subegerunt. *Idem.*

457 *Sola formidine*] Nominis Stilichonii fama. Primo Laudum: 'Miramur rapidis hostem procumbere bellis, Cum solo terrore ruant?' Hoc

summæ famigeratæque virtutis documentum. *Barth.*

458 *Potuerit mereri*] Utrumque verbum singularem difficultatem infert. *Idem.*

459 *Dat Stilichonis iter*] Velut per viam. Summam viri et celeritatem et felicitatem notat simul.

Otia Galli Limitis] Redditam Galliis pacem. Intelligit in Alpibus patratam de Eugenio victoriam, cui successisse dicit Stilichonis curas in restituenda Græcia ab Alarico vastata, quanquam de his æcius Zosimus. Rufinus autem immiserat Barbariem Græciæ. *Barth.*

460 *Fulcire ruinas*] *Sarcire* Mazarin. et Rottendorph. utrumque optimis scriptoribus usitatum. Virgil. Georg. IV. 'hoc acris omnes Incumbent generis lapsi sarcire ruinas.' 'fulcire ruinas' habes apud Maximinianum elegia prima. *D. Heins.*

461 *Ionium*] De hac Stilichonis expeditione in Græciam, vide plane Zosimum.

Tegitur velis] Subito parata fuisse ait omnia, industria Stilichonis. *Barthius.*

462 *Servaturasque Corinthum*] Spoiliatam tamen jam dum fuisse, cum in ejus auxilium Stilicho veniret, ait Zosimus. *Idem.*

463 *Prosequitur facili Neptunus*] Pontum ipsum ait fuisse Stilichonis classi, utpote justa causa belligeranti. *Idem.*

464 *Puer Isthmiaci*] Palæmonem dicit cum Leucothea, numina placida et quieta, adversis illis Barbarorum exercitibus sedibus suis fugata. *Idem.*

465 *Portus repetit*] Portuum enim præses Palæmon, nomine Latino testante, quo *Portunus* perhibetur. Festus: 'Portunus, qui et Palæmon alio nomine dicitur, inter Deos, qui præsunt mari, a Romanis colebatur.' Hyginus, c. 2. 'Celebrata ejus Festa in Portubus.' Colebatur ut securas faceret navigationes; de Portubus sci-

licet in portus. *Idem.*

466 *Castra cruce natant*] *Plaustra* Gyraldinus cum Pomponianis excerptis: optime. Plaustris enim castra muniebant sive carris: hinc *carrago*, et *καρρύδος* Græcia, et 'carraginem facere' passim apud ævi hujus scriptores. Noster supra: 'Cum Geticis ingens premeretur Mysia plaustris.' Lib. I. in Stilich. 'Mysos in plaustra feroces Reppulit.' In Eutrop. 'castra obtendit plaustra juvenis.' Mox *metitur* pro *moritur* cum scriptis legendum alii jam viderunt. Lib. II. in Eutrop. 'quid diversa stringere falcem Qua populos a stirpe metas' atque ita sæpe poetæ: quorum Princeps Iliad. A. milites se mutuo interficientes messoribus comparat. *D. Heins.*

Metitur pellita] Transductio a gramine, aut frumento, demerso. Virgil. 'Obvia quæque metit gladio.' Silius Italicus, lib. XIII. 'oblatum metit insatiabilis agmen.'

Pellita juvenis] Gothica. Barbarica, ab usu domestico pellium in regionibus. Vestes ipsæ, *mastruca*. Prudentius de voto Radagasti, 'mastruca Procera vestire togatos.' *Barthius.*

467 *Pars ensæ perit*] *Cadit* ex Palatino malit Barthius: quomodo ex pri. Medic. sed nil mutandum. *D. Heins.*

Lustra Lycæi] Arcadiam dicit viciis fugatisque Barbaris libertati redditam. Vibius: 'Lycæum, Arcadiæ mons.' *Barth.*

Lycæi] Statius: 'nullisque adspecta per ævum Solibus umbrosi patuere æstiva Lycæi.'

468 *Erymanthæa*] Vibius: *Erymanthus, Arcadiæ mons.* Est et silva eo nomine. *Barth.*

469 *Innumeris exusta rogis*] Copiam notat exustorum cadaverum. *Idem.*

470 *Latantur Manala silvas*] Combustione tot Barbarorum, qui eam provinciam tam vastaverant. *Idem.*

471 *Ephyræ*] Corinthum innuit, vel

et Ephyren. Vide Stephanum. Rem gestam lege apud Zosimum, qui ridicule servatas Athenas comminiscitur. *Barth.*

472 *Pedibus*] Supra *truncis immergere plantas* optat Honorius. *Idem.*

473 *Pensati*] Clade Barbarica sua damna pensatavidens respiravit Græcia. *Idem.*

474 *Gens quæ non Scythicos*] Getas dicit. *Idem.*

475 *Parvus Athos*] Mons maximus. *Thrace*] Universa Thracia. Hesiodus: *ὁ δὲ Ὀπάκας Ἰννοτόποιο.* *Barth.*

476 *Cum transiret*] *Transaret* Julian. ut infra: 'Ausi Danubium quondam tranare Gruthungi.' *D. Heins.*

477 *Sibi superstes*] Supervivens velut morti suæ. *Supervivere* alicui dicit Spartianus Adriano. *Barth.*

478 *Spatium vix præbuit orbis*] Prior Moreti, *sufficit*: alter cum quarto Vaticano *contulit*, cum uno Patav. Mediceus *invenit* vel *intulit*: ut lib. II. in Rufin. 'Spatium non invenit ira.' *D. Heins.*

479 *Uno colle latent*] Inclusi a Stilihone, et dimissi tamen. Quod facinus contra Remp. factum notant multi scriptores. Orosius, VII. 37.

Sitiens] Gens videlicet. *Barth.*

480 *Hostibus ante Contiguas*] Prior Moreti *Irriguas*: quod magis placet: ut apud Tibull. 'Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.' Et apud Nasonem Amor. II. de Sulmone: 'Parva sed irriguis ora salubris aquis.' Pro *arcu*, *actu* Gyraldinus et duodecim alii: probo, nam *arcus* in aquæductibus lapideis proprie locum habet. Oxon: *actu*: etiam non male: *actum* aquarum pro cursu posuit. *D. Heins.*

481 *Contiguas*] Proximas, ut tangi possent. Vide Rufin. II. 219.

Deflexerat] Inter maxima facinora Heroica Bellica aversiones finviorum, suo commodo, hostinum detrimento, habuit Antiquitas.

Arcu] Fossa flexa quo volnerit Im-

perator Romanus. *Barth.*

483 *Jusserat*] Velut Deus aut Numen aliquod. Columella, I. x. 'Tum jussi veniunt declivi tramite rivi.'

Averso] A naturali cursu, sive alveo. *Barth.*

484 *Obvia*] Contraria. *Idem.*

485 *Cupiat servire tibi*] Agnito velut Numine tuo.

Sarmata discors] Ob pugnacitatem et bella in suos perpetua hoc dicit, quibus Sarmatas omne genus infamat Ovidius in Tristibus, et de Ponto. Non una gens Sarmatæ, nec unius instituti. *Barth.*

486 *Sacramenta*] In stipendia Romana adscriptos Barbaros hoc ævo omnes Historiæ testantur. Horum Ducibus enim honorem habuisse, ut mensæ Regiæ adhiberet, memorat Theodosium Zosimus.

Projecta pelle Gelonus] Sic bene cum Isingrino Raphelengius: probant Lucens. et Gyrald. alibi, *pellita Getarum Curia*: et lib. II. in Rufin. 'Mærent captivæ pellito iudice leges.' Vulgo, *projecta fraude*: deinde *animisque probatos*, non *paratos* Patav. *D. Heins.*

487 *Alani*] Gens fortissima. *Barth.*

488 *Fortes in Marte*] Descripsit jam Principem suum animosum ad bella, consultum, justum, moderatumque in pace. Tales illi nunc ministros Imperiique administratores adjungit. *Idem.*

489 *Longumque tueris Electos*] Perpicaciam in eligendo, in electos servando constantiam laudat. *Idem.*

491 *Judicibus notis regimur*] Male hæc distinguebantur. *D. Heins.*

Quictis] Pacis bonis, quæ toties enumerat commendatque Scriptura. *Barth.*

492 *Militiæque bonis*] Defensionis Reip. non rebellionibus.

Ceu bellatore Quirino Ceu Numa] Duos Reges belli et pacis artibus clarissimos conjungit, uni Honorio laudando. De Romulo Bellatore, nota omnia. Numam Pacifici titulo imig-

mit Martial. lib. XII. Epig. 63. *Barth.*

493 *Iniminet ensis]* Semper cædi paratus. *Idem.*

494 *Crimina vulgo Tezantur]* Delatorum astatia et licentia. *Idem.*

495 *Patria mortuus non traditur exsul]* Non proscribitur propositis tabulis factorum criminum, opumque gratia. *Trudi* peculiare verbum de exsulibus. *Idem.*

496 *Augmenta tributi]* Qualibus tyrannicus temporibus miseri coloni fundis suis egerebantur, non sufficientibus ad tributorum extensiones possessionibus. *Idem.*

497 *Tabula]* Proscriptionum. Vel debitorum multarumve potius fisco aut ærario residuarum. Ista enim proposita adigebant ad auctionem et hastam miseros sub tyrannis.

Non hasta reflexas Vendit opes] Reflexas, possessioni Dominorum exemptas. Hasta præfigebatur publicis venditionibus, et sub ea exercebantur auctiones. *Barth.*

498 *Avida sector non voce citatur]* Sic primus ex suo libro Claverius restituit: quod Lucens. ac Gyraldinus confirmant, meritoque secutus est Raphaelengius: quem hoc nomine non debuit exagitare vir doctus: sed bene, quod palinodiam curis secundis cecinit. Vulgo *avidis emptor non voce citatur.* D. Heins.

Avida sector non voce citatur] Sector autem, quia qui solvere nolle, aut non posset, antiquissimo jure secandus erat in partes a creditoribus. Sector ergo hic creditor, cui jus olim secandi, voce præconis publica. *Barth.*

500 *Munificus laudis sed non es prodigus auri]* Si hanc lectionem sequamur, Stilichoni avaritiam exprobraverit Claudianus: quod minime voluit. Isingrinus *largis*, pro *laudis*: id amplexus Raphaelengius; quem miror non vidisse *largi* legendum: ut probe Oxon. et Regius, qui etiam *sed non et* cum aliis nonnullis: quod *impariter* por. Adi Notas nostras ad lib. IV.

Metam. Nasonis. v. 273. 'Munificus largi auri:' probe: puto in quibusdam exemplaribus olim lectum, *laudi auri*: inde *laudis* factum: pro vulgata scriptura nollem staret Barthius. D. Heins.

Munificus laudis] Imperatorem non effusum in dandas opes, sed laudum et commendationum non parcum exposcens.

Munificus laudis] Crescit enim laudata virtus, et gloria habet immensum calcar. Sic generosos animos in honorum augmento præmia habere virtutum auctor est Onosander Strategici cap. 34. *Barth.*

501 *Perdurat non emta fides]* Altera enim novas nundinationes semper quærit, novo semper lucro intenta.

Nec pectora merces Alligat] Venalia, atque obsecundantia ærugini. Merces, emtæ rei pretium. Florus de Roma: 'Respublica in exitum suum merces erat.'

Pectora Alligat] Devincit. Non auctorati sunt milites mercede, sed ingenuo veroque amore principem suum prosequuntur. Trebellius Pollio: 'Sanctissime Imperator, ne me ad hanc necessitatem alliges.' *Barth.*

502 *Pro pignore castra]* Natus enim inter militiæ signa Honorius. *Idem.*

504 *Fixa manet reverentia patrum]* Ex maiestate prisca. Marcus Imp. adeo coluit Senatam, ut bello etiam atrocissimo ingruente non sumeret sed ab eo peteret pecuniam, nec tamen non omnia suo arbitrio gessit.

Reverentia Patrum] Velut naturalium. *Barth.*

505 *Senium juris]* Ipsa reverentia a senio, tot annorum decursu stabilita. Non autem solæ leges senectam sentire perhibentur, sed et ipsæ in universum Respublicæ. *Idem.*

Senium juris] Omnia antiquæ consuetudinis momenta servanda, idque melius ac rectius olim provisum, ait ille. Claver.

506 *Emendaturque vetusta]* Post

Civilem de Maximo victoriam Romam ingressus Theodosius, multa eorum ævo labantia instauravit, Occidente reformato. *Barth.*

Emendanturque] At non convalescit planta quæ sæpius transfertur, ait Senec. et snnt qui ut aliquid sui videantur adferre, etiam recta commutant: cavendum est etiam ne legibus fundata respub. legibus evertatur. *Claver.*

509 *Desperit muros*] Fortitudo pulchra, non in murorum sed in animorum robore consistere Duce.

Munita Lycurgo] Cuius, ait, Leges pro muro fuer. *Barth.*

510 *Quæ sub te vel causa gravis*] *Brevis* meliores scripti: recte. Quamvis parvam, vel minimi momenti, intellige. *Brevis* enim non magnus, longus magnus. Ovidio quoque epistola Didus 'brevis impensa,' in Fastis, 'rus breve,' et 'brevis urna.' et huius imitatione Symmacho 'brevis sumptus.' Lampridio, 'breve poculum.' Contra *longa dæ* apud Apuleium in Apologia. Et Græcis *μικρὰ ὀβία, μικρὸν ὀλυσμα*. Sic lib. i. de laud. Stilichonis: 'Nil breve moliri.' Hoc est, nihil parvum aut humile. *Negligitur* pro *Nec legitur* scribendum in Electis vir politissimus Philippus Rubenius vidit: et sic Lucensis cum tribus aliis. *Certior* etiam, non *Justior* prior Moreti et unus Mediceus, quomodo Fescenninis, 'Parthis sagittas tendere certior.' Pro *rigor* alii *vigor*. D. Heins.

512 *Verum*] Justum, ipsam veritatem, justitiam. Horatius: 'Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est.' *Barth.*

513 *Quæ pietas quantusque rigor*] Clementia et justitia. Ignoscere et punire. *Idem.*

Rigor] Dictio elegans pro severitate. *Tranquillaque magni Vis animi*] Excellentior quam quæ concuti turbarive affectibus valeat. Unde factum ut *tranquillitas*, summus titulus nostro ævo habita sit. *Barth.*

514 *Nulloque levis terrore*] Catonem aliquem præpingit. Vise Stoicos.

515 *Nova mirari*] In hoc ponebant sapientiam et felicitatis partem, ne animus quaquam re ceu nova extraheretur, cum omnia eadem, omnia transitoria sint. Marcus Antoninus: *ὁδὸν καὶ δὴν, πᾶντα ἀλγοςχρόνια*.

Docta facultas Eloquii] Alibi: 'te doctus prisca loquentem Te matura senex audit, te fortia, miles.' *Barth.*

Quam docta facultas] Non quæ Lucensis, Isingr. et octo alii: sic infra, 'quam torva voluptas Frontis.' *radias* etiam quintus Vatic. D. Heins.

516 *Linguaeque modus*] Gravitas, paucorum verborum.

Responsa verentur] Etiam adhuc adolescentuli. i. Stilich. 'Vix primævus eras, paci cum mitteris auctor Assyriæ; tanta pacem cum gente ferire Commisam juveni.' Legationes enim inter maxima negotia Imperiorum, argunt magnam in eo fiduciam Principis, cui committuntur. *Barth.*

518 *Pater*] Instar paternum.

Radiat] Ad divinam quandam imaginem. Divina autem sunt quæ sequuntur pudorem modestamque majestatem inferentia.

Torva voluptas] Seria. *Torum* pro serio, et minus quam torvo, qui excessibus ubique gaudet, sæpe dicit Papinius. *Barth.*

519 *Augusti*] Digni Imperatorio cultu. *Idem.*

520 *Patrias imple galeas*] Ætate accrescente et robore paterno pari. *Idem.*

521 *Promittitur*] Certo spondetur. Juvenalis: 'duræ per brachia setæ Promittunt atrocem animum.' *Idem.*

522 *Rudimentis*] Primis virtutis exercitiis, inque actum translationibus. Maro xi. 'bellique propinqui Duræ rudimenta.' *Rudimenta* enim prima exercitia militaria. *Idem.*

523 *Incedis quoties clypeatus*] Versus exprimit rem sono aut imaginē.

Auro Squameus] Loricam anream cape. Maro, lib. iiii. 'Dodoneosque lebetas, Loricam consortam hamis, auroque trilicem.'

524 *Casside major*] Solita statura. Elegantissima ostentatione velut. *Barth.*

525 *Thracia*] Marti patriam Thraciam adscribit Antiquitas. Manilius: 'Thrace Martem sortita colonum.' *Idem.*

527 *Vires jaculis*] Vim eorum obiter notes.

Gortynia] A gente Cretensi, quorum ars jaculandi nota. *Barth.*

528 *Certi petitor*] Magna industria Imperatorum, dignaque tanto fastigio habita, certo jaciendi sagittandique. Valerius Flaccus, 'Deucalion certus jaculis.' *Idem.*

529 *Jussum mentiri nescius ictum*] Visum ex suo libro Delrius, quomodo et multi nostrorum: frustra. Ovid. Epist. Parid. 'Figitur in jussu nostra sagitta loco.' Paulo ante *tendis* non *tendit*, probe scripti omnes. *D. Heins.*

530 *Cydon*] Urbs Cretæ pari peritia sagittandi cum Gortyna. *Barth.*

531 *Armenius*] Parthos et ipsos Armenios intellige.

Refugo] Retrojaculationes Parthorum, Persarum, hodieque Tarcaram, notissimæ. *Barth.*

532 *Amphionia*] Thebanæ, conditore civitatis Amphione.

Pulcher] Heroica quadam speciositate. *Barth.*

533 *Pharetras*] Sagittas. *Idem.*

Diracæque tela solebat] Prisci nonnulli *Dictæque*: quod perperam arripit idem Delrius. Quid enim Herculi Thebano cum Cretensibus sagittis? mox *Gigantas* pro *gigantes* unus Petav. et Bonon. accusativo Græco: ut apud Ovidium, Statium, alios poetas libri meliores: de quo ad Nasonem. *D. Heins.*

534 *Prætentare feris*] Venatione, aut alioquin configendis feris. *Barth.*

535 *Pacem latura polo*] Exturbatis

monstris quæ negotium etiam Diis facere poterant.

Semperque cruentus] Perpetuo virtutis exercitio. Secundum illud II. Rufin. 'Inflammata semel nescit mittere virtus.' *Barth.*

537 *Caruleus*] Niger, horridus.

Tali Apolline] Formam et virtutem Honorii Phœbo componit. *Barth.*

538 *Moritura volumina*] Malim moribunda. *D. Heins.*

Volumina] *Immanes spiras*. Eadem in re Sidonius: 'Figeret innumera numerosa volumina telis.' *Barth.*

539 *Cum vectaris equo*] Dexteritatem equitandi laudat: et alibi de Stilichone: 'Flectenti faciles Medus tibi cessit habenas.'

Simulacraque Martia] Exercitia armorum incruenta, cruentorum prælidia. Imaginem belli vocat Josephus.

Ludis] Non serio agis sed ostendis per ludum quid agere possis, cum veneris in campum fortiter factururus. *Barth.*

540 *Molles fugas*] Non contentas, duras, asperas. Vide Maronem v. *Idem.*

542 *Massageta*] Qui perpetuo in equis.

Gens exercita campo Thessala] Thessali equites jam inde ab Homeri ævo nobiles. *Barth.*

543 *Ipsi bimembres*] Centauros dicit. *Idem.*

544 *Vix comites ala*] Celeritatem commendat in Equite Honorio.

Suspensa] Contento cursu velut elevata, vixque terram tangentia. Sic mox: 'non sentit arenas Ungula.' *Barth.*

545 *Ferventes*] Studio cursus. Singulis cohortibus erant singuli Dracones. *Idem.*

546 *Arsit*] Incaluit. Maro, l. vii. 'Itala tellus quibus arserit armis.' *Idem.*

547 *Ignescunt patula naves*] Quod adscribunt equis generosis, et animos

suos vix capientibus, scriptores.

Non sentit arenas Ungula] Supervolante nimirum equo. *Barth.*

549 *Phaleræ*] Insigne Regium aut Imperatorium in equite tali. *Idem.*

Spumosis moribus] Equo spumante supra admorsa fræna. *Rufin.* II. 'spumis ignescere fræna, Pulveris extolli nimbos.'

550 *Fumat*] Anhelitu crebro conceptam iracundiam contestante.

Exundant sanguine gemmæ] Rectius libri plerique, quam *exundant*. lib. III. de Rapt. 'exundat ab ubere sanguis.' ubi plura: mox 'Ipse labor pulvisque decent,' non *deceat* dno Vaticanani et Helmæstadiensis. *D. Heins.*

Gemmæ] In frænis Imperatoriis. Alibi: 'Damque auro phaleræ, gemmis dum fræna resident.' *Barth.*

551 *Ipse*] Mutato in contradictionem aliquam sermone sic ordiri consueverunt boni scriptores. Hic enim labor ille et pulvis sordes non ornamenta videbantur illaturi.

Pulvisque] Superiore Consulatu: 'et grato respersus pulvere bello.' *Horatius*, lib. II. Carm. I. 'Andire magnos jam videor Duces, Non indecoro pulvere sordidos.' *Barth.*

552 *Radiato murice*] Auro textili intertextum intellige. *Idem.*

553 *Combibit*] Attractum velut.

Vento crispatur] In augmentum pulchritudinis. *Barth.*

555 *Arion*] Equus Adrasti, Filius Terræ. *Idem.*

557 *Cyllarus*] Castoris equus, inter optimos et velocissimos.

Flacum Xanthus sprexiasset Achillem] Nota res de Xantho. Heroës flava coma inducuntur. *Barth.*

558 *Pegasus*] Notissima vectura Bellerophontis. Vide Scholiasten Lycophronis. *Idem.*

560 *Bellerophontæas indignaretur habenas*] Alii Pegasum Auroræ tribuunt.

561 *Æthon*] Lucifero equum dat, quem soli Ovidius, et notat Hyginus, Fab. CLXXXIII. Ita Martialis, lib. III.

'Jam prono Phaëthonte sudat Æthon, Exarsitque dies.' *Barth.*

562 *Fugat hinnitu stellas*] Elegantissima fictio. Et dicas conspicari quippiam tale. *Idem.*

563 *Equitem te cernit*] Matutina exercitia equestria intelligit Principis. *Idem.*

566 *Ausonio amictu*] Trabea Consulari, quæ Romani solum magistratus gestamen. *Idem.*

567 *Per Ligurum populos*] Mediolani tamen sumsit Consulatum hunc Honorius.

Solito conspectior] Accedente Consulatus dignitate. Ipsi enim Principes majestatem suam hac accessione decoris augeri gaudebant. *Barth.*

568 *Alte veherere*] Manibus velut aut vere, portatus. Sic II. in Rufinum: 'omni jam plebe redibis Altior, et læta manibus portare vulgi.'

Niveas cohortes] Militem honoris ergo Principi suo togatum. Alibi: 'ridetque togatus Miles, et in mediis effulget Curia castris.' Militem ipsum candido habitu usum indicat. *Barth.*

569 *Pubes electa lacertis*] Morem gestationis in novo Consule supra illustravimus. Lecta corpora hoc genus rebus adhibita notum.

570 *Numina Memphis*] Statuæ et effigies Deorum solennibus diebus in publicum deferebantur. *Barth.*

571 *Penetralibus*] Adytis fanorum. *Idem.*

572 *Brevis*] Minuta. *Idem.*

573 *Liniger sacerdos*] Lino amicti Sacerdotes Ægyptii. Gratius: 'operata suo sacra ad Bubastia lino Vestitur sonipes æstivi turba Canopi.' *Sonipedem* turbam vocat a crepidis, quas Antistites illos gestasse auctor Heliodorus cum aliis. Tunicas lineas prolixas fuisse clarum ex Appiano, Civil. IV. *Idem.*

Liniger] Isisid sacerdotes non alia quam linea veste utebantur: unde a Martiale et Juvenale *Linigeri* vocan-

tur. *Debris.*

Imposito aspirat vete sacerdos Testatur] Ita locum hunc legendum eruditissimus Gronovius ex Leidensi libro jam mounit Diatribis Statianæ cap. 5. quod confirmant alii quinque ex nostris: idque jam ex parte videbat in Electis amplissimus Gevartius: *vulgo imposita auspirans veste sacerdos Testatur*: deinde *Pharios* pro *varios* bene scripti: quod ab aliis jam adversum. *D. Heins.*

Imposita veste] Ne tantum pondus humeros exereret scilicet. Simulabant utique numinis gravitatem lignei sacerdotes, ad augendam populo superstitionem. *Barth.*

575 *Phariosque modos*] Fuit enim peculiaris utique his tibiis modus, non sine scilicet profanitate variis mutandis. *Idem.*

576 *Submissis admagit*] *Submissis*que prior Moreti, graviore sono: deinde *frequentant* non *frequentat* novem libri. *D. Heins.*

Admagit cornibus Apis] Ut favere scilicet suæ pompæ sapientem Deum intelligeres de voce illa mellita. Apin pari cum *Ægyptiis* superstitione Romanos coluisse auctor Minutius Felix Octavio. *Barth.*

578 *Tibridis et Latii*] Italiam omnem dicit, Romanam et Latiam Nobilitatem. *Idem.*

579 *Quicquid in orbe fuit*] *Ubique* prior Moreti: sic supra, 'sit Nilus ubique Vester.' Lib. 1. de Rapt. 'quicquid ubique Gignit materies.' *D. Heins.*

Auctor honoris] Auctor alicujus, qui quem ad honores promovet, ornatque illa. Ammianus, lib. xiv. 'si plus valisset ausurus hostilia in auctorem suæ felicitatis.' Sic *auctor heredis* dicitur testator, ex cuius bonis ille locupletatur. *Barth.*

580 *Numeroso Consule*] Consulatus enim præmii honorisque summi gratia conferebatur a principibus. *Idem.*

582 *Rustri te prole Tagus*] Nobilissimi *Delphi.* et *Var. Clas.*

tatem Hispaniæ Procerum laudat, quia inde Theodosii stirps.

Gallia doctis Civibus] Egregia et merita laus. Galliæ quo pacto literarum gloria hoc tempore floruerit, notum ex Ausonii professoribus, Eumenio, aliisque. Nobilitatem autem doctrinaque claros homines Principem stipasse Claudianus memorat, quod excubiæ Imperii ad eos pertineant velut. *Barth.*

Gallia doctis] Togata scilicet vel Insubria, cuius caput Mediolanum: quo, in honorem Principis, Roma lumina sui Senatus miserat. *Claver.*

583 *Stipavit Roma*] Eximii Principesque Roip. viri. Hi enim Roma sunt. *Barth.*

584 *Portatur juvenum cervicibus aurea sedes*] Sella curulis sive Consularis ex auro, quo conspicuus Imperator, more majorum, sedebat. *Idem.*

585 *Ornatuque novo gravior*] Tra-bea illa Consulari, quæ certe non minime erat ponderis, uti *molem* vocet Sidorius. *Idem.*

586 *Velamenta*] Ipsam Tra-beam Consularem, gemmis auroque conser-tam. Describit talem, ut Imperatorum decus accessisse scias.

Lapis] Gemma. *Barth.*

587 *Fulgor Iberus*] In gratiam Hispani Principis. Dicit antem Carthodonios, genus Carbunculorum rubra luce fulgentium (vel Pyropos), qui a magna Carthagine, Hispaniarum domitricæ, nomen nacti sunt, et ruboris ergo flammæ. *Idem.*

589 *Rudis*] Naturalis. *Idem.*

590 *Auget acus meritum*] Ars certat cum metalli pretio. Ovidius: 'Materiam superabat opus.' *Idem.*

591 *Multaque ornantur iaspide vultus*] Cultus scribendum cum priore Moreti, Oxon. Helmstedtensi, et uno Mediceo. Mazarin. *oneratur*, quod et placet. sic alibi, 'baccis onerat candentibus aures.' Lucens. *multa remorantur*. Id quod de nihilo non est, præsertim si legas, *remoratur*,

4 R

propter rigorem suum scilicet, ut mox dicturus, *multa variantur* unus Mediceus, *hortatur* in nonnullis. Forte *animatur*, sequenti versu malim *varias spirat figuras* quam *variis figuris*. Bello Gildon, 'verba soli spirantia virus.' Lib. II. in Stilich. 'insigne Minervam Spirat opus.' quomodo scripti. lib. I. de Rapt. 'totum spirant præcordia Phœbum.' Idyllio de Phœnice: 'divinos spirant altaria fumos.' ut et ibi legendum puto. Statius, Thebald. III. 'mens altum spirat honorem Conscia factorum.' Idem Pietate Abascantii: 'nil longior ætas Carpere, nil ævi poterunt vitare labores Siccatam membris, tantas venerabile marmor Spirat opes.' sic vetusta editio Parmensis. vulgati *Sepit opes*. Theb. IV. 'Non alacri penna aut verum spirantibus exstis.' ubi male Lindenbrogius reponit *salientibus*, noster Gigantomachia ex optimo codice Vaticano: 'Hic sibi promittit Venerem, spiratque Dianæ Conjugium.' D. Heins.

Vultus] Heroum enim effigies intexebantur Trabeis Consularibus. Barth.
592 *Nereia bacca*] Margaritam dicit. Idem.

594 *Ambitiosa colus*] *Ingeniosa* Regius. ut I. I. de Rapt. 'Pectinis ingenio nunquam felicior arti Contigit eventus.' mox *gemmarum flamina* non *stamina* sex scripti. D. Heins.

596 *Scrutatus stagna profundî*] Maris Eoi et Australis ait absconditos thesauros erutos ad decorandum hunc ornatum. Barth.

597 *Divitis algæ Germina*] Generatim loquitur; speciatim tamen de coralliis. Idem.

599 *Ignes*] Gemmas, a fulgore et radiis. Idem.

600 *Sidonii, rubrique maris*] Propertius, I. II. 'Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas, Et jubet ex ipsa tollere dona Tyro.' Idem.

601 *Pon[us]*] Gemmas. Ad pondera, non ad magnitudinem gemmas

loquitur indicando Imperatorio fastui. Idem.

602 *Hoc si Mæonias cinctu*] *Vultu* Lucensis et multi alii, quod viri docti sequuntur. scripti quidam, *cultu*. Nihil mutandum Cons. Olybr. vs. 178. dixi. Nam de *cinctu Bacchi*, quod paulo post sequitur, vulgatæ scripturæ controversiam non esse movendam satis evincit. quam et primus Vaticanus et ex scriptis melioribus complures tneunt. *Mæonias urbes* præterea tert. Vatic. et Rottendorph. cum uno Petaviano et Oiseliano. Idem Oiselianus *cum tu graderere pro compta*. D. Heins.

Cinctu] Habitu, cultu.

Mæonias urbes] Lydias, et Phrygias instar Bacchi. Barth.

603 *Proferret Lydia thyrsos*] *Transferret* Isingr. Gyrard. Lucens. et octo alii. Probe. infra in Epigr. 'Transferat huc liquidos fontes Heliconia Nais.' Ovid. I. I. de Remed. Amor. ut quidem cum membranis legendum: 'Transtulerat vires Græcia tota suas.' deinde *dubitassent* pro *dubitarent* Lucens. et cæteri magna ex parte. D. Heins.

604 *In te*] Formam Honorii Baccho præfert.

Nysa] Bacchi Urbs. Maro: 'Bacchumque avertere Nysa.' In ea cum educatum anctor libro IV. Diodorus Siculus. Barth.

605 *Tigres*] Vectura Bacchi. Idem.

606 *Nebrida*] Nebris Bacchi vestimentum, de pellibus factum. Idem.

607 *Caspia Colla*] Tigrides Caspiæ notissimæ. Idem.

608 *Satyrî circum*] Libidinosissimi animantium, Baccho comites dati. Idem.

609 *Ederis victricibus Indos*] Bacchi frutice, qui pampino et ederis funes faciebat. Idem.

611 *Auspice*] Fausto nimirum clamore, adclamatione prospera omnia ominante. Calendis autem Januariis, ipso nempe Consulatus initio, fausta

feliciaque omnia dici et fieri necessarium esse opinabantur. *Barth.*

Auspice mox latum] Non *Aspice* unus Ambros. et Tholos. quomodo legendum jam viderunt Cl. Gevartius Elect. i. 12. et in Observationibus Gronovius noster. mox *Omina* non *omnia* cum Delrio, Scaligero, Fabro in Semestribus, ac eodem Gronovio corrigendum. Confirmat Lucensis et duodecim alii, ut frustra vulgatam lectionem tueatur Barthius. *D. Heins.*

613 *Quater]* Quartum. *Barth.*

Solennia ludit Omnia libertas] Cæremonias intelligit libertatem indicantes, quæ manumissionis actui adhibendæ sunt, designantque ipsam florentis Reipubl. libertatem, hostiumque mox capiendorum multitudinem. *Idem.*

613 *Deductum Vindice morem]* Vindex servus M. Bruti, cum conjurationem adversus populum Romanum patefecisset, primus publice, coram summo magistratu, manu emissus est: ad cujus manumissionem quæ servatæ sunt cæremonia, ad posteros etiam descendunt. *Idem.*

615 *Grato remeat securior ictu]* Certus nimirum jam libertatis, neque deinceps verberibus subjectus. Percussus enim in maxillam, manumittebatur, ictuque transibat in libertatem. *Idem.*

616 *Tristis conditio]* Revera tristissima. 'Æquata servitus quadrupedibus.' Lege Aquilia, teste Caio, cap. 2. ad Leg. Aquil. *Idem.*

617 *In civem rubuere genæ]* Illico ut irrubuere genæ, civis ex servo factus est. Usque adeo autem in civem tum rubebant genæ, ut extemplo post circumactionem et ictum acciperent insignia civium, albam vestem, anulam auream, &c.

Tergoque removit] Pars enim ea corporis poenis servilibus exposita. *Barth.*

618 *Permissi felix injuria voti]* Sic scripti fere omnes cum Aldo, non

promissi. Præf. lib. ii. in Ruf. 'permissis jam licet ire choris.' Statius Epithalamio Stellæ pari mendo inquinatus: 'Tu tamen attonitus (quamvis data copia tantæ Noctis) adhuc optas, permissaque numine dextro Vota pares. Pone, o dulcis auspria vates, Pone, tua est.' *promissa vota* ibi lectum hactenus. neque aliter scribendum Achill. ii. vs. 266. 'eripitur miseræ permissus Achilles,' ut jam vidit Gronovius. *D. Heins.*

Promissi voti] Libertatis.

Felix injuria] Ictus manu, injuria speciatim. *Barth.*

620 *In nomen ventura tuum]* Consulatum. In Fastos enim illico ut erant creati, Consulum nomina referebantur.

Premissa futuris Dant exempla fidem] Veteris Sapientis de Moyse testimonium est: *Prædictione futurorum fidem præcisse præteritorum.* Et memoria præterlapsorum consilium dat illustre de futuris. *Barth.*

621 *Quoties te cursibus avi]* Quoties, ait, tibi Consulatum dedit, toties Victoria aliqua insigni auctus est Theodosius. *Idem.*

622 *Tranare Gruthungi]* Tam hic quam aliis apud poetam nostrum locis *Gothunni* in vulgatis exemplaribus vocabantur, tanquam ex Gothis et Hunnis conflati. Libri scripti etiam mire inter se dissentiant, uno tamen consensu editam lectionem non agnoscunt. 'Gruthungos gentem bellicosam' vocat Ammianus, lib. xxvii. nec aliter Oxoniensis et Leidensis. *Greothingi* in Fastis Idatii appellantur. Isingrin. et prim. Vatican. cum Aldo ac primis editionibus *Gruthunni*. Alii codices *Grutongi*, *Grotungi*, *Grutoni*, *Grotunni*, *Gritongi* et similia, vir doctissimus ad Hist. Aug. *Gruthungi* legit. Sequenti versu recte scripti fere omnes *ter mille*, non *tibi*. mox pro *cuneis immanibus*, unus Medic. sec. Vatic. et Palat. *navalibus*. ut alibi, 'litus navalibus arsit Hispani'

num Siculumque fretum.' Barthius vulgatam scripturam immerito tueri. Apud Constantium Porphyrogenetum in Thematibus *Ῥωμῶν* dicuntur. *D. Heins.*

624 *In linteis fregere nemus*] Copiam navium designat. Lucan. lib. 1. 'In classem cadit omne nemus.' *Barth.*

627 *Incipiens ætas*] Honorius natus est Constantinopoli anno 384 Septembri, Ricomere et Clearcho Coss. sed tunc verius renunciatum aut designatum arbitror. *Claver.*

Primus annus] Primus consulatus, non ætatis annus, quare et incipientem ætatem separavit. *Barth.*

Contudit annus] Sic nonnulli ex nostris, quomodo Delrius alique jam emendandum viderunt. Vulgo male *contulit*. bello Get. 'tanta nec clade superbum Contudimus Tanaim.' lib. 1. in Stilich. 'non Marte Suevos Contudimus.' vi. Cons. Honor. 'Retrudit hostiles animos,' ut illic legendum. Posset et legi *Incipiens ætas*. sequenti versu pro *submersa* unus Pulmanni *succensæ*. placet, pro incensæ. *D. Heins.*

630 *Corporibus premitur Peuce*] Stragem omnibus omnino navalibus copiosorem testatur fuisse Zosimus. *Peuce* autem insula Danubii populis culta, qui speciatim *Peuceni* perhibebantur. *Barth.*

632 *Odothæi*] Promotus dux pedum in Thracia Odothæum navigiis aggressus, Zosimo auctore, tantam stragem edidit, ut flumen cadaveribus oppleretur. *Clav.*

633 *Tibj*] Geminis tuis primis Consulatibus.

Secundis auspiciis] Consulatu secundo. *Barth.*

635 *Tyrannum*] Eugenium, cum suo Magistro Arbogaste. *Idem.*

636 *Ister sanguineos egit te consule montes*] Ita primæ editiones et scripti omnes. Vulgati duos versus pro uno nobis obtrudunt: *Ister sanguineos egit te consule, fluctus. Alpino genitor rupit te*

consule montes. cujus id liberalitati debeamus, incertum, nisi quod suspectus hic Isingrinus. Barthius tamen pro vulgatis exemplaribus præfracte pugnat. Quis non videt posteriorem versum languere? nam cur *Alpinus rupes* non dixit, ut poëtæ loquuntur? 'sanguinei montes' quomodo Virgilius, 'præruptus aquæ mons.' et apud Ovid. 'quanti montes volvuntur aquarum.' cadavera in Istrum præcipitata intelligit. *D. Heins.*

Ister] Horrendum Rei Romanæ nomen fluvii, ob tot ei infusas gentes.

Sanguineos fluctus] Cæde Barbarorum, modo dicta. *Barth.*

638 *Semper tenere triumphi Cum trabes*] Sic suo Marte, auspiciis autem Honorii filii bella gessisse, hostesque superasse Theodosium, dixit superiore, et circa principia etiam hujus nobilissimi Panegyrici. *Idem.*

639 *Sequiturque tuos*] Quasi affixa. *Idem.*

640 *Sis precor assiduus Consul*] Non assidue scripti. Forte assiduum. *D. Heins.*

Marit] Septies Consul, quoties ante eum nemo. *Barth.*

641 *Gaudia mundi*] *Mundo* Lucens. et Medic. unus cum tribus Vaticanis. rectius. *D. Heins.*

642 *Lanugo cum serpere caperit ora*] Cum virum te agnosceret mundus, cujus tantilla ætas omnibus modis decoravit Imperium. Primæ lanuginis positio festum ingens Romanis moribus, summaque vota parentum. *Barth.*

643 *Cum tibi prodideris*] Isingr. Gyrard. et alii ex nostris *protuleris*. quod alterius glossema. *prodere* enim proferre. Virgil. *Æn.* 11. 'lætique cavo se robore produunt.' quomodo libri veterimi. Val. Flacc. VIII. 'Condita lethiferis prodit medicamina cistis.' sic Carionis liber. quod ille non intellexit. Avienus, Fab. XII. 'Nunc inventa meis non prodis mœnibus cistis,' cum veteri libro. Ovid. Fast. v. 'Prodit formoso condita vi-

na cado.' ut quidem veterrimi codices. non *promit* cum vulgatis. Met. l. iv. 'lævaque a parte Medusæ Ipsæ retroversus squalientia prodidit ora.' ubi *protulit* etiam vulgo legitur. Plura ad Nasonem. sequenti versu *devota* pro *donata* scripti plerique. quod et vidit Raphelengius. *D. Heins.*

Nax pronuba] Numen ipsum noctis favens tanto matrimonio, et gerens pronubæ officium. *Barth.*

644 *Devota toro*] *Devota* enim Deorum quadam providentia prævotam et destinatam conjungem Honorio inducit. quod non ceperunt qui mutarunt.

Murice fulgens] Purpuram Imperatoriam induta. Inuit statim cum conjugio augustam quoque dignitatem accepturam Honorii Sponsam. Hoc enim decus conjugibus dare certo consilio distulerunt nonnulli Principes. Sic Gallam, secundam suam, non fecit Augustam Theodosius; ne scilicet Augusti ex ea nascerentur, in Arcadii et Honorii damnum, aut ipsa secundis forte nuptiis umbram dignitatis alteri deferret. *Barth.*

647 *Toto dotanda mari*] Omni Imperio Oceani. Sic de Augusto Virgil. 'Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.' Dotem autem, usu prisco, nec satis noto, in mariti bonis, non sponsæ, ut vulgo, agnoscit. *Idem.*

649 *Thalemis intendere*] A fidibus, quæ non nisi tenasæ sonant. *Idem.*

661 *Trans Rhæni cornua*] Cum tu omnem trans Rhenum Germaniam late perdomueris. *Idem.*

662 *Captæ spoliis Babylonis*] Domitis Parthis; horum enim Principatum et Imperium Babylonem vocant scriptores. Theodosii autem contra invictas istas gentes ea felicitas fuit,

ut pacem ab eo per legatos peterent, eo ipso anno quo natus ei Honorius filius. *Idem.*

Babylonis onustus] *Babylonos* meliores. recte. Nemesianus Cynegetico: 'utque intima frater Persidos, et veteres Babylonos ceperit arces.' Martialis, lib. viii. Ep. 28. 'Non ego prætulerim Babylonos picta superbæ Texta.' Sic vetustus Fragmento Puteanorum liber. Vulgo 'Babylonica picta superbe.' 'superba Babylon' passim poetis dicta. noster lib. i. in Entrop. 'centum portis Babylona superbam.' Lacan. l. i. 'Cumque superba foret Babylon spolianda trophæis.' Lib. viii. 'muriisque superbam Assyrius Babylona domos.' *D. Heins.*

663 *Majore toga*] Utrouque nimirum principe Consulatum simul gerentibus. *Major Toga* illustriorem pacem, clariorem statum Reip. indicat. *Magnum* enim pro insigniter bono Veteres sæpe habent. *Idem.*

Annus] Id est, Consulatus, ut alibi sæpe, qui quidem contigit anno 386. Itaque eum Flaccilla mater docuit, ad primas curules reptare, ut poetæ verbis utar. *Claver.*

664 *Tuo fasce*] *Tua militiæ.* Ad fascem, quo Romanus miles supellectilem suam gerebat iter faciens. Maro, Georg. iii. 'Non secus ac patriis acer Romanus in armis Injusto sub fasce viam dum carpit.' Radevicus præfat. Hist. 'Revera, nisi vestra fretus ope, sub hoc fasce succumberem.' *Barth.*

665 *Horrebunt Bactra*] Voto claudit et sponsione futuræ felicitatis Panegyricum istum, instar aliorum: *Suevi* Occidentis, *Bactra* Orientis Regna denotant. *Idem.*

IX.

EPITHALAMII HONOR. ET MAR. PRÆFAT.

1 *Surgeret in thalamum ducto cum Pelion arcu*] Cum in thalamum exornaretur et amplificaretur Pelion, nuptias inibi concelebraturis Thetide et Peleo, prognerando Achilli. *Surgeret*, Poëticum, velut splendore et honore majore indueretur, magis fieret conspicuum. *Pelion* mons Thesaliæ, ubi convivio nuptiali convenerunt ei, quod jam diximus, Dii. *Barth.*

Surgeret, &c.] Hæc Pelei et Thetidis nuptias indicant, de quibus supra. Ut vero hæc plenius intelligas, vide Præfat. Sidonii in Epith. Ruricii et Iberiæ: imitando enim explicat. *Claver.*

2 *Tantos Deos*] Omnes fere adfuisse fabula est. *Barth.*

3 *Socer æquoreus*] Oceanus.

Numerosaque turba sororum] Nereidum, quarum una Thetys, illius senioris Thetidis neptis. *Barth.*

4 *Epulis continuare dies*] *Continuare dapes* prim. Medic. quintus Vatic. et Palatinus. venuste. in nonnullis *diem*. Forte pro *dapem*. D. Heins.

5 *Præberetque Jovi communia pocula*] Ut hospes: *communis*, Diis nimirum, tum dignatis communibus epulis cum mortalibus uti.

Chiron] Illius erat regio Thessalica circa Pelium, ubi nuptiæ Thetidis præsentia Deorum celebratæ. Erat Chiron medicus; sapiens cum primis suæ ætatis, et peritus Astronomiæ; unde et finxisse puto fabulam de Nuptiis Deæ, cum Peleum animo haberet gloriæ singulari commendare. *Barth.*

9 *Terpsichore facilem*] Musam acci-

nentem Hymenæum aut Epithalamium facit, quia Apollo et Diana adspersati consortium cum cæteris Diis non venerant ad nuptiale Pelei festum. *Idem.*

10 *Molles duxit*] Deos ad sonum Terpsichoræ canentis dicit Choreas in antra Chironis duxisse. *Idem.*

12 *Teneris noscent congrua vota modis*] Cum nuptiarum solennitates, et omina noscent congruere cum illis egregiis cantibus. Hoc est, agnoscerent carmina digna tali concilio, talique festivitate. *Vota* ipsas Nuptias designant, nimirum quod principalis humanæ vitæ societas ineatur iis, qua bona pars felicitatis ipsius universæ dependeat. *Idem.*

13 *Centauri Faunique negant*] *Notant* perperam Claverius, et illum secutus Raphelengius, cum Barthio, curis secundis, qui juvenilibus notis recte alteram scripturam amplectebatur: ut ad Statii Silvas jam monuit amicissimus Gronovius, cap. 45. Vulgatam lectionem scripti nostri constanter tuentur. Mox *Rheton* Lucens. Gyrald. et quinque alii: quidam *Rhetum*, Latina terminatione. Quomodo Claverius. In plerisque scriptis et vulgatis monstra lectionum invenias. *D. Heins.*

Notant] Vituperant; habent quod in iis reprehendant, mirifice et amplius sibi placentes ruralibus et montanis suis júbilis.

Rhetum, Pholum] Nomina Centaurorum, de Chironis collegio: quos advenis illis Faunis longe judicio meliore fuisse, stringens nonnullos temporum suorum ineptos Censores,

Claudianus notat. *Fauxi* autem inter Musicos Deos, licet agresti cantu. *Barth.*

15 *Totiesque renatus*] *Renato* Lucens. Gyrald. et plerique alii: nonnulli *renatos*. mox *protrahit* non *pertrahit* idem Lucens. cum septem nostris. *D. Heins.*

19 *Venturumque*] Fatidico carmine; quale illud Parcarum apud Catullum:

'Nascetur vobis expers terroris Achilles, Hostibus hant tergo, sed forti pectore notus.' *Barth.*

Achillem] Æschylum sequi Claudianus maluit, quam eos qui Apollinem ab his nuptiis removerunt. *Delrio.*

22 *Reginam resonant*] Nupserat enim jam Regi Thessaliæ Peleo. *Barth.*

X.

EPITHALAMIUM HONORII ET MARLE.

1 *Hauserat*] Ex Maronis illo adumbratum: 'At Regina, gravi jamdudum saucia cura, Vulnus alit venis,' &c.

Promissæ] Est fictio Stilichonem adulantis; siquidem aliis artibus hoc matrimonium constructum.

Ignes] Amorem, qui igni comparatur. *Barth.*

2 *Augustus, promoque rudis*] Sic Lucensis et cæteri plerique cum primis editionibus: neque aliter prim. Vatican. et Oisellanus pro diversa lectione: quod minime explodi a Barthio debuit. Apud Horatium: 'Lycus in asperam Declinat Pholoën:' et apud Nasohem: 'Paulatim declinat amor:' unde liquet, cur noster *prorum æstum* dixerit. *Vulgati primoque.* *D. Heins.*

3 *Suspiria*] Notissima, et ubique contestata Amoris indicia. *Barth.*

6 *Mens omnis aberrat In vultus quos fixit amor*] Gyraldini libri lectionem et magni Scaligeri conjecturam hic expressimus: *quos fixit*, quos pectori ejus infixit: breviter dictum. Vulgo, *in vultus quos fixit*. Isingrin. et septem alii, *In vultus quod fixit*: non

male. prim. Vatican. et decem alii, *In vultus quos pinxit*: quatuor, *In vultus quod pinxit*: *pinxit* duodecim: *fixit* unus. Barthius: *In vultus quis fixit Amor*: quod ille argutum vocat, mihi insolens videtur. *Vulgata* scriptura ex illis Venantii Fortunati jam a Barthio adductis defendi potest: 'Cordis erat requies oculis, animaque recurrens Ad vultus, quos fixit Amor.' nisi et illic scribendum: *Ad vultus quod fixit Amor*. noster paulo post, de hoc ipso Honorio: 'tali solatur vulnera questu.' Apposite Cupido ipse ad Venerem apud Statium Epithalamio Stellæ: 'haud ulli vehementior unquam Incubui, genitrix, iterataque vulnera fixi.' *D. Heins.*

Mens omnis aberrat] Nihil ut videat et videre velit præter illam cupitam formam. *Barth.*

7 *In vultus quos fixit amor*] Per oculos enim atque adeo totum vultum Amor tela suarum affectionum vibrare et jacere in corda amatorum dicitur; id quod indicaverit his doctis verbis, potius quam expresserit, vates, optimus. Ab oculis ergo, telis se quibusdam peti Amatores aiunt

unde concipiant flammam desiderio-
rum in pectora, et velut exardescant in
adfectus. *Barth.*

Medullis Erupit gemitus] Ipsi ani-
mi penetralibus. *Idem.*

9 *Confessus secreta rubor*] In aman-
tium vultibus varios colores, pro ad-
fectus varii instabilibus stimulis, no-
tarunt hoc genus infiniti scriptores.
Eleganter Musæus de Hero et Lean-
dro.

Confessus secreta] Animi secreta, et
adfectus interni, in vultibus velut ex-
scribunt argumenta suarum rerum.
Barth.

12 *Venerabilis*] Consecrata enim,
et inter Deas relata Livia. *Idem.*

13 *Dioaurumque nurus*] Occulta adu-
latio: quasi jure hereditario a tam
vetustis Augustarum successioneibus
ad Honorium hæc venerint. *Idem.*

14 *Incausat spes agra morus*] In A-
mante hæc præcipua. Salustius Ju-
gartha: 'Animo cupienti nihil satis
festinatur.' *Idem.*

15 *Non volvere Phæbe*] Quod ad
juvandam animi impotentiam, in a-
mante sperante indicandam, facere
non parum dicas. *Idem.*

Volvere Phæbe] *Flectere* Lucens. et
reliqui omnes cum Aldo. *D. Heins.*

16 *Scyria sic tenerum*] Deidamia.
Propertius: 'Scyria nec viduo Dei-
damia toro.' *Barth.*

Flammabat] Amore vehementi. Qui
igni et incendio par. *Idem.*

17 *Fraudis adhuc expertus*] In eam
conferendæ: *παθῆναι* enim hoc ca-
piendum; cum non illum deceperit
virgo, sed ille virginem. *Idem.*

18 *Et mox, quos horruit Ide*] Quæ a
blanda virgine adolescenti Achilli
pectitos crines, ipsam Idam, montem
Trojæ celeberrimum, horruisse dicit.
Idem.

Quos horruit Ide] Ita Claverius
restituit: confirmant scripti meliores.
Vulgo *horruit idem*. Raphelengius ex
conjectura viri maximi, *torruit idem*:
quod non capio. *D. Heins.*

Horruit Ide] Nam Ida Achillis pul-
chre capillati adventu intremuit.
Claver.

19 *Thessalicos roseo nectebat pollice
crines*] Mire variant hic libri: veram
interim hanc lectionem ausim præ-
stare, quam ex Lucensi, prim. Vati-
cano, et Bononiensi depromptam ex-
hibemus; nisi quod *pectebat* malim
cum uno Ambrosiano, sec. Vatic. et
Farnesiano. Lectionum diversitatem
videamus. Isingrin. Putean. Oisæl.
Pricæan. *Thessalico roseos nect. pollice
crines. flectebat pectine* Oxon. ut apud
Petronium: 'Quo enim spectant
flexæ pectine comæ, quo facies me-
dicamine attrita?' sic et 'flexi ad
pectinem capilli' Spartiano in vita
Hadriani. *pectebat pectine* septende-
cim aliis. *pectebat pollice* Delrii codex
et Florent. S. Marci. *Thessalicos roseo
pectebat pectine*, Mazarin. Medic. et
Ambros. unus. alter Vaticanus, *necte-
bat pectine. roseo pollice* eleganter dixit.
hinc *ροδοδάκτυλος* frequens apud poë-
tas Græcos epitheton. de Aurora
præcipue. Cato in Diris: 'Aut ro-
seis digitis viridem decerpserit uvam.'
Nemesianus, Ecloga II. 'Dicite quo
prato Donacen, qua forte sub umbra
Inveniam roseis stringentem lilia pal-
mis.' Musæus de Leandro *ροδὲν
χεῖρα* quoque dixit: veram lectionem
ex parte quoque deprehendit Cl. Bar-
thius, sed curis secundis fluctuat. *pec-
tere pollice*. quomodo apud Statium
Coma Earini: 'Hunc nova tergemina
pectebat Gratia dextra.' hoster lib.
I. in Eutrop. 'Eous rector Consulque
futurus Pectebat dominæ crinea.' *D.
Heins.*

Thessalico pectine] Quem domo sua,
e Regia usque Thessaliæ Achilles ap-
portaverat, cum a matre mundo mu-
liebri instrueretur, ut pro virgine de-
geret in Scyro. Nectere autem virgo
amasio capillos dicitur, more blan-
dientium amasiorum. *Barth.*

20 *Verendus*] Hoc epitheto amorem
cum cultu quodam insinuat Claudia-

mus. *Barth.*

21 *Cunctatur*] Quod enim cupienti datur, gratius est beneficium: mora autem gratia exspirat. *Idem.*

22 *Quam pepigit*] Sperata, pacta, sponsa, nomina sunt jam matrimonio debitarum. *Idem.*

Quam pepigit] *Malo pepigi.* vi. Cons. Hon. 'Tunc mihi tunc letum pepigi.' *D. Heins.*

24 *Quæsi vultum tabulis*] Non ego, ait, de more libidinantium Regum, ob pulchritudinem filiam tuam mihi desponsari feci, nec mihi qui ejus consensum precarentur, depicta effigie mea in tabulis, longe formosiore. Notat morem seculi, sponso sponasque legentium regum ad picturas, quas et ideo mox, asserenda a nobis lectionis veritate, *lenas* appellat. In invidiam haud dubie Arcadii fratris hæc loquentem inducit Honorium; quippe decepti aut inescati picta puellæ effigie, frandibus Entropii Eunuchi, in matrimonium. *Barth.*

Quæsi vultum tabulis] Non *thalamis*, quod mox sequitur, recte ex suo libro Claverius, et Moreti codex. *Quæsierim* etiam concinne Medicus unus. Sequenti versu pro *Lena*, *Lena* legendum jam viderant interpretes. et sic plerique nostri, quomodo 'lena juvena' Ansonio, Epigr. LXXXIV. Luc. Gyrard. prim. Vatic. et quinque alii, *Plena*. Pluribus pro vera scriptura disputant curæ secundæ Barthii. *D. Heins.*

25 *Lena*] Lenocinans. Sane pictura illa *nuncia forma* revera Lenæ officio fungebatur, conciliantis per illecebras, regalibus matrimoniis non parum indecoras, Principi, quam nequaquam nisi deceptus talibus lenociniis, duxisset. *Barth.*

Iret pictura] Videtur hic tangere Entropii acurrilem astutiam; qui ut Arcadio subitum amoris ignem excitaret, Fl. Promoti neptim, eximie depictam, ei sæpius ostentavit. *Claver.*

Lena] Bene ergo dicitur, quia pictura ultro citroque missa animos ad

amandum inducit. *Debrio.*

26 *Variis dubium*] Ad formas semper novas mutandum: dum pulcherrimam, picturis interpretibus, speciem princeps exquirat. *Barth.*

Lecturus amorem] *Lectura pudorem* unus Med. et paulo post *patrilasque pro patrisque* scripti quatuor cum primo Vaticano. sequor. *D. Heins.*

27 *Falæ ceræ*] Colori, fucoque fallenti, et formosiore referenti puellam, quam erat. Cera enim hoc loci nihil aliud quam fucum vel pigmentum notat, aut colorem; qualibus pictores utuntur. *Barth.*

28 *Non rapio alienæ fœdera tædæ*] Ut fecerunt multi retro principes, jam inde ab Augusto, qui Liviam Drusillam marito Tiberio Neroni, etiam ad tres menses partui propinquam, palam eripuit. quod exemplum secuti deinceps tyranni abominabiles. *Idem.*

29 *Patriisque relicta Mandatis*] Non legitur hoc, quod sciam, ullibi Antiquitatis. Tamen verosimile est quam maxime. Nec dignior adfinitas legitum poterat, si maxime superfuisset Theodosius.

31 *Communem partitur*] Theodosio Augusto frater fuit Honorius, ei Honorio ex Serena filia, conjuge Stilichonis, neptis Maria, quam ducit nunc Honorius Junior Imperator. Sic Theodosius Senior, sive is Honorius fuit alter, Proavus fuit Mariæ, Avus Honorii Cæsaris: melius tamen de adoptivo patre hæc capias, de quo mox.

Fastigia] Imperatoriam Regiamque dignitatem. *Barth.*

32 *Gessique procum*] Misisse se ait, ut nunc loquuntur aulici, de latere suo primates, oratum desponsionem filię. Omnia hæc in Stilichonis laudem exeunt, ut nihil non totius hujus scriptoris. Legati enim summa exaltatione viri eligebantur. *Idem.*

33 *Oratum missi*] Non *missi*, prior Moreti et quinque alii. Et *reposci*, Oxon. pro *poposci*. quod efficacias. *D. Heins.*

35 *Hoc Principe natus*] Sic scripti

omnes. Vulgo *hic*. Junianus tamen *sed principe* eleganter etiam. Gyrald. *de*. mox iidem ad nnum omnes Cui *Mariam debes*, non *differs*. quod et Raphael. vidit. *Idem*.

36 *Sibi te generum*] Gener enim Stilicho Theodosii, quia Serenam duxerat, quam adoptarat, fratris filiam, Theodosius. *Barth*.

37 *Cui Mariam differs*] Me auctore nihil mutabitur, et videtur illud Maronis adspexisse: 'Turnum jam debent hæc mihi sacra.' *Deberi* enim dicunt Poëtæ, velut datis syngraphis, quod alicui est destinatum. *Barth*.

Fædus mihi solve paternum] *Fædus* optime Petaviani duo cum primo Vaticano, Pricæano, et Oisiliano. ut apud Propert. 'Sepe venit magno fœnore tardus amor.' et alibi: 'Post obitum duplici fœnore reddat honor.' In agricultura etiam apud poëtâs locum habet ea vox. ut in illo Nasonis: 'Hordeaque ingenti fœnore solvat ager.' *D. Heins*.

38 *Aulæ*] Domui Cæsareæ. *Barth*.

39 *Patruï germen*] *Patrium* Junian. Forte *patrum*. ut 'patruæ verbera linguæ' apud Horat. Ovid. Fast. iv. 'Ense cadit patrno Laus.' sic optimus liber. vi. Cons. Hon. 'Restituit sceptris patris.' ita legendum videtur, cum scripti nonnulli *patriis* exhibeant. Adeantur quæ ad Nasonem notavi Amor. iii. El. 6. vs. 49. *D. Heins*.

Cui nominis hæres successi] Notus jam frater Theodosii Principis, Honorius, laudibus Serenæ. Fuit vero et soror huic Serenæ Maria nomine, cujus ibidem meminit, vs. 69. *Barth*.

42 *Inque tuo crevi gremio*] Educatione tua, et cura materna. Educationem enim, voluntariam, et ex affectu, non coacto, præferunt aliqui generationi. *Idem*.

Partuque remoto] Si solum, inquit, partum demas, tu mihi potius mater, quam Flaccilla. Sane Flaccilla admodum puero Honorio decessit, postquam Galliam, Justinæ Valentiniani-

que filiam, uxorem duxit Theodosius.

43 *Tu potius Flaccilla mihi*] Par lans in Serenæ amore penes Theodosium Imperatorem. noster Laudibus illius, vs. 106. 'Defuncto genitore tuo sublimis adoptat Te patruus, magnique animo solatia luctus Restituens, propius, quam si genuisset, amavit Defuncti fratris sobolem.' Sic omnino Serena Flaccillæ filium hic fovisse dicitur. Stilichonem magis genitorem Honorio adscribit, quam ipse fuerit Theodosius. *Barth*.

44 *Quid juveni natam non tradis a-lumno*] *Non reddis* prim. Vatic. et septem alii. unus Medic. et duo Susiani, *credis*. quod placeret, nisi præcessisset paulo ante *creditus infans*. sed et *Redde suos aulæ* jam dixerat. *D. Heins*.

47 *Risit Amor colatque*] Cur volentem et ridentem Amorem concinnent Poëtæ, clarum ex Alexandro Aphrodisiensi, Problemate LXXXVII.

Placida matri] Quæ gaudet semper risu, et serenitate venustat omnia. *Barth*.

48 *Jactantior*] Animo elatior. *Idem*.

49 *Mons latus Ionium*] *Non Eoam*, mellores præter prim. Vatican. deinde *Cypri præruptus* non *Cyprea rupis* cum eodem Vatic. Isingr. Pulmanni, Delirii codice, et tribus nostris legendum, quod Raphaelengius jam vidit. *Ionium latus*, quia veteres Geographi eam maris Mediterranei partem, quæ Ægyptum versus tendit, Ionium dictam volunt, quod sequentia apud nostrum, quæ de Protei cubili et Nilo subjunguntur, confirmant. *Phariique cubile Proteos*, non *Phariumque*, Pricæanus. Pessine vulgati plerique *variumque cubile*. *D. Heins*.

Cyprea rupis] Cyprum Veneri sacrum notissimum. *Barth*.

51 *Despectat cornua Nilû*] Sic Lucens. prim. Vatican. et sex alii, non *despectans*. *D. Heins*.

52 *Candentes pruinæ*] Lucensis et quintus Vatic. *cadentes*. quod quid sibi velit nescio. malim *candentes*. quod

postea confirmatum inveni in prim. Vatic. Pricæano, et Pomponianis excerptis, in Oiseliano quoque. *cana pruina* passim apud poëtas. paulo ante *humano generi, non gressu*, primus Vatican. *Idem*.

Candentes] Aërem tranquillum et compositum Veneris sedi tribuit, quæ Dea fingeatur Serenitatis; nam bonæ constitutioni corporum necessaria bona aëris temperies. *Barth.*

55 *Æterni indulgentia veris*] Hoc enim regnum Veneris; quo tempore jus dicere ea, et præsidere voluptatibus omne genus, dicebatur. *Idem*.

56 *In campum se fundit apex*] *Desidit* unus Ambros. eleganter etiam. *D. Heins.*

In campum se fundit apex] Hoc est, in arce montis, et summo vertice, planities campestris visitur. *Barth.*

58 *Mulciber*] Omnium operum insigniorum et duraturorum opifex. *Idem*.

60 *Intus rura micant*] Scripti quidam *prata*. quod amplexus Raphelengius. mihi non probatur, quia jam præcesserat. *rura* tres melioris notæ Vaticani, alique complures, disertim exhibent. *D. Heins.*

Manibus quæ subdita nullis] Subacta, ut Virgilius loquitur, hoc est domita, ut idem alibi. *Barth.*

61 *Perpetuum florent*] Omnis generis fructibus et floribus, unde fecunditas eorum et voluptas aliorum colligatur. Veneris autem cultus in nuptiis semper et perpetua hilaritate. *Zephyro*] Favonius ventus Veneris. *Barth.*

62 *Alas*] Cantus volucrum requiruntur ad locum Veneri conciliandum. *Idem*.

65 *Vicissim*] Mutuo. *Idem*.

66 *Felix arbor*] Frugifera, fecunda, sterili opponitur. *Idem*.

68 *Assibilat alnus*] Amorem, et amatoriam quid, in ipsis etiam arborum vento impulsarum sibilis agnoscunt Amatores. *Idem*.

69 *Gemini fontes, hic dulcis, amarus* *Alter*] Amor felle et melle scatens; pulchre hoc figmento introducitur. Græci, pulchre uno utrumque epitheto complexi, *γλυκύπικρον* adpellant.

Dulcis] Dulcedine gratiosum affectum et placentem intelligas, ut Græcis *γλυκὺς* pro grato, accepto.

Amarus] Amarus Amor cum infelix; ut omnia sensibus nostris adversantia, huic saporī æquamus. *Barth.*

70 *Corrumpunt mella venenis*] Non corrumpit, scripti meliores: sequenti versu pro *armavit* prim. Vatican. alique nonnulli, *armari*: nihil muta. Sic IV. Cons. Hon. 'Hesperidum risit, quas ditat fabula, silvas.' ubi perperam *dictat* legunt. lib. I. in Eutrop. 'Elevat hunc plumis, hunc arbore fabula vestit.' Sic et argute, lib. I. in Stillich. 'fabricata vatibus arma' dixit: paulo ante, pro *Et platani platani*, prim. Vatican. alique nonnulli, *Et platano platani*: quidam, *platani platani*. Sunt etiam in quibus, *Et platani platano*: ut hiatus relinquatur: de quo dictum libro III. de laudibus Stillichonis v. 167. *D. Heins.*

71 *Unde cupidineus*] Nam amor, et melle et felle sæcundus, *γλυκύπικρον* quiddam dicitur hominibus infundere. *Delrio*.

Cupidineus sagittas] Amoris Idolo affingebant tela felle et melle tincta veteres, indicaturi quam adversis penitus cruciatibus sint subjiciendi, qui manum dederint semel monstrosam illi cupiditati. *Barth.*

72 *Mille fratres*] Non enim Amor unius Idoli est nomen, sed innumeros tales pueros fingeabant miseri Idololatræ. *Idem*.

73 *Ora paræ, ævo similes*] *Habitu similes* prim. Vatic. Putean. Oisel. et unus Pulmanni. septem alii ex nostris, *similes habitu*. VI. Cons. Honor. 'Hoc Deus effulgens habitu.' Barthius tamen vulgatam scripturam præfert. *D. Heins.*

Gens molliis Amorum] Veluti natio

quædam peculiaris, soli mollitiæ titulo notabilis et commendabilis. Amores enim molles ubique audiunt. *Barth.*

74 *Hæc Nympha parietis*] Populum nimirum, sive plebem, aut vulgus Amorum: hoc Nymphis genitricibus prognatum tradit et Philostratus. *Idem.*

75 *Ille Deos*] Eadem Platonica Theologia, quam Venerem modo a libidinum Dea aliam inferentem audivimus. Cupidinem etiam, ducem amabilem puerorum, qualem Claudianus hic indicat, ingerit, non inonestum numen aliquod, sed veræ pulchritudinis veræque virtutis amana. *Idem.*

76 *Temperat*] Regit, moderatur. *Idem.*

78 *Licentia*] Amore libero, et legum contemptore, licentia nihil non agendi mentibus, eo irretitis, ingeritur. *Idem.*

79 *Flecti faciles iræ*] Cum sint nimirum Amoris redintegratio. *Idem.*

Ira] Nam ut recte Terentius inquit: 'Amantium iræ amoris redintegratio est.' *Idem.*

80 *Ezecubia*] Ad fores Amantium.

Gratus Amantum pallor] Pallidus color amantium velut proprium indicium. *Barth.*

81 *Titubans audacia*] Tremens, horrens, incerta sui, prona audendi, et tamen cogitando rem aggredi timens. *Idem.*

83 *Levibus perjuria pennis*] Velut res nullius ponderis. Amantium enim perjuria nullius esse vitii censent Poëtæ, neque curæ ea arbitrantur superis. *Idem.*

Levibus perjuria pennis] Ventis potior scriptorum pars cum prim. Vatican. et Gyrالد. non male, ut illa respexerit: 'Jupiter ex alto perjuriam ridet amantum, Et jubet Æolios irrita ferre notos.' *D. Heins.*

84 *Alta cervice*] Arrogans. Horatius de Juvene, primum Ephebos egresso: 'Sublimis, cupidusque, et

amata relinquere pernix.' *Barth.*

Cervice Juventas] Sic bene ex Scaligeri conjectura Raphaelengius: nec aliter Gyrالد. Lucens. prim. Vat. alique nonnulli: quidam *juventus*. Vulgati, *juventa*. Virgil. lib. III. Georg. 'Interea gregibus superat dum læta Juventas.' Lib. v. *Æn.* 'si nunc foret illa Juventas.' sic utroque loco optimus Medicus: nec mirum magis Juventatem pro juventute poni, quam Jovem pro cælo, Nereum aut Neptunum aut Thetin Tethynve aut Amphitriten pro mari, Martem pro bello, Cererem pro frugibus, Palladem pro oliva, Bacchum pro vino, Vestam et Vulcanum pro igne, Venerem pro coitu: similiaque. Cæterum prim. Vatic. alique meliores magno numero Quos inter, non Hos. De Juventate plura diximus ad Nasonem. *D. Heins.*

85 *Procul atria divæ*] Pulcherrimi sunt hi versus, et nescio an inventionibus talium locorum non princeps sit omnium nostri scriptoris operum hic libellus. Ejus quidem singularis et suavissima virtus est æqualitas sermonis, quam in tam diversis inventionibus et descriptionibus semper servatam mirari licet. *Barth.*

86 *Permutant radios*] Auro videlicet fabrefacta. *Idem.*

88 *Admiscens artem pretio*] Ovid. de Regia Solis: 'Materiam superabat opus.' *Barth.*

Smaragdis] Gemma hæc nostro ævo pretii non cum summis, summa olim auctoritate fuit, adeo ut sola cum margaritis vetita sit privatorum vestibus, legibus Imperatorum. *Barth.*

Trabibusque smaragdis] Primus ex Leidensi libro sic legendum in Observationibus monuit Gronovius noster, inter harum literarum principes censendus. quam lego lectionem ab novem scriptis postea confirmatam offendi, nisi quod in duobus *smaragdi. strabibusque smaragdis* quoque primus Vaticanus. ne dubites de sinceritate

ejus scripturæ. vulgo *gravibusque*. *Beryllo splendore* Rufus Festus Avienus Orbis descriptione: 'Ipsa dehinc tellus quæ circumplectitur urbem, Et procerarum fluctu surgit palmarum, Et splendore procul beryllo ferta renidet.' Ita enim codex Ambrosianæ bibliothecæ, non *splendente*. pro *ferata renidet* opinor etiam *ferata* legi oportere. sic 'Columnæ Synnades' pro Synnadicis apud Capitolinum Gordiano tertio, 'vasa onycha' pro *onychinis* Lampridio. qualia multa viri docti in illis scriptoribus restituerunt. nam qui apud Martialem, Epigr. i. spectaculorum, pro 'molles Iones,' *moles* reponunt, suaviter nugantur. Mores Iones dici possunt, *moles* non nisi *Ionides* aut *Iades*. 'Satyros gestus' Manilius, 'herosas sensus' Persius, 'laticem Lyæum' Virgilius, 'Bromios remos' noster, dixerunt: quibus similia apud auctores infinita extant. ita et 'mimus scurra' Capitolino in Maximinis: 'Sed cum Maximinus interrogaret amicos quid mimus scurra dixisset. quod mutandum non est. in Pescennii vita 'forma metalla' apud Statium 'turmæ hostes' pro hostilibus, lib. xi. Thebaid. 'Nec jam hostes turmæ aut ferrum mortale timetur.' Sic optime vetus liber. vulgo: 'Nec jam aut hostiles turmæ ferrumve timetur.' 'Oceanum littus' Juvenali Sat. xi. 'Littore ab Oceano Gallis venientibus.' ita Leidensis liber antiquus. Paulo ante apud eundem Pithæus in suis codicibus monuit legi: 'Qualis in Oceano fluctu testudo nataret.' non *Oceani*. Venantius Fortunatus, lib. iii. Ep. 23. 'Plana procellosos ructavit pagina fluctus, Et velut Oceanas fonte refudit aquas.' Quomodo vere in membranis. Idem lib. vii. carm. 11. 'Per loca, per populos mundo sua sidera præsent, Quicquid ab Oceanis circulus ambit aquas.' Avienus Phænomenis pari modo 'Oceanum gurgitem' et 'pelagus Oceanum' dixit. In catalectis

Pithæi: 'Sol oriens, currusque suos e gurgite tollens Oceano.' Julianus, Epist. lxi. Καλχηδὼνα τορθῶν dixit, quem Καλχηδῶν alibi appellat. perperam Καλχηδῶν rescribunt. Festus Avienus Descriptione Orbis: 'Chalcedon tumultus fluctu circumdatus alto,' pro Chalcedonius. Pari modo Πέριον σπαρτὸν Alcæus l. 4. Antholog. Σκῆθην ἄλυσον Æschylus Prometheus dixerunt. 'Scythæ' etiam 'exercitus' apud nostrum lib. i. in Eutrop. et 'Scythæ pontus' apud Statium, Theb. xi. 'Dalmatæ montes' eidem in Sylvis. 'Astur equus' Martiali, et 'exercitus Astur' Silio. ubi male libri quidam *exterritus*. 'Phryx ager' et 'Cantaber Oceanus' nostro, et 'jugum Vesevum.' 'Salo Celtiber' eidem Martiali lib. x. Ep. 20. et 'Libys eques' lib. x. Epigr. 13. sed modus exemplorum non esset. de quibus alibi. D. Heins.

91 *Calcatur achates*] *Calcantur* Helmetstadiensis. *Idem*.

92 *Area*] Planities quævis. *Berth*.

94 *Panchaia turgent*] Non *Panchæque* Gyrard. et quatuor alii. Ovid. Metam. x. 'Thura ferat floresque alios Panchaia tellus.' Virg. in Calice: 'illi Panchaia thura, Floribus agrestes herbæ variantibus, adsunt,' sic utroque loco scripti. pro *turgent* etiam perperam *surgunt* vulgati, quod præceaserat: idque alii jam viderunt. noster lib. ii. de Rapt. 'omnis in herbas Turgent humus.' Lucan. lib. vi. 'nondum turgentibus altam In segetem culmis,' cum vetustis membranis. D. Heins.

95 *Nec sicco frondescent vimina cæsto*] *Sicca* septem scripti. Ovid. Met. x. 'Cinnamaque costumque suam audataque ligno Thura ferat.' ita ibi quoque libri veteres. Lucan. lib. ix. 'Et tamarix non læta comis, Eoque costus.' sic 'Achæmenia' et 'Assyria nardus' Horatio, 'nardus liquida' Ovidio, lib. iii. Art. am. tres alii codices, *cæsto* pro *costo*. pro *vimina*, *gra-*

mina totidem libri, hoc est *germina*. ut Stat. Epicedio Pileti Ursi: 'Cinnama et Assyrio manantes germine succos,' sic legendum. Qui *germina* amomum interpretantur, vellem nos docuissent amomum herbam esse. unus præterea *vulnere*, ut Epithal. Pallad. 'Niliacus pinguidesudat vulnere cortex.' Cæterum pro *costo* Gyr. et Lucena. *acantho*. Virgilius certe Georg. II. balsama et acanthum conjunxit: quæ noster respexisse visus: 'Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaque et baccas semperfrondentis acanthi?' Ubi Scholastes Ms. Bibl. Leid. '*Acanthi*' de quo Gnifo scripsit: quod in ejus flore tineta vestis acanthia dicitur, quibus similia apud Isidorum in Etymologia habes. 'vimen acanthi' idem Virgilius Georg. IV. dixit, quomodo hic noster: 'et flexi vimen acanthi.' Auctor carminis de Phœnice similiter, 'olentis vimen acanthi.' apud Nemesianum Ecloga II. 'molli gremium compleret acantho.' ut veram lectionem hanc esse nullus dubitem. *Idem*.

96 *Balsama ligno*] Sic duo scripti. quomodo Ovidius, 'sudataque ligno Thura;' et 'sudantia ligno Balsama,' Virgilius, locis supra adductis. Lucensis tamen, Gyr. Isingr. prim. Vatican. et sedecim alii, *ribo*. quorum auctoritas magni apud me ponderis. noster Cons. Olybr. 'Cornua temporibus raucos sudantia rivos,' quamvis alio sensu. Vulgati etiam *succo*, non male. ut apud Silium, lib. III. 'succo nobilis arbor.' et apud Statium, 'Assyrio manantes germine succi.' Ne quid dissimulem tamen, prima lectio omnium optima videtur, ut *ἐνλοβδάλ-σμων* intelligat. *corticem* vocat noster Epithalamio Palladii. *Virgam* Statius Propempt. Metii Celeris: 'Candida felices sudent opobalsama virgæ.' 'surculum' Prudentius. 'Illic et gracili balsama surculo Desudata fluunt,' 'Truncum' Seneca, Martialis, Ausonius: ut ad Statium Cl.

Gronovius jam monuit. Servius ad superiorem Virgillii locum Georg. II. 'Balsamum est arbor ipsa. Opobalsamum succus collectus ex arbore. Xylobalsamum lignum ipsius arboris, nam *ὄβος* dicitur succus, τὸ *ξύλον* lignum.' sic illa partim ex antiquis libris, partim ex Isidoro legenda. Cæterum τὸ *προεργα* optime τῷ *τάρδα* respondet, pro quo perperam scripti nonnulli et Raphaelengius *prorumpunt*. etsi Festus Avienus Orbis descriptione: 'tellus hic semper fragrat odore Cespitis, prorumpit lacrymoso stipite myrrha, Myrrha furor quondam Cinyreus. hic iadani vim Vellera desudant.' ita locus iste ex vestigiis veteris libri constituendus, nisi et illic *prorepat* placet reponi. 'Guttatim stillare' Scholastes Juvenalis Ms. dixit ad Sat. II. '*Opobalsama*] li- quor balsami. Est enim quoddam genus virgulti, cui cortex inciditur, et de cavernis incisæ corticis liquor balsami stillat guttatim.' unde et *sudandi* verbo scriptores plerumque utuntur, ut ex locis jam prolatis quoddammodo liquet. *Idem*.

98 *Pasnuque superbior*] Jactantior, ut ex ipso incessu didiceris.

99 *Cæsariem*] Dubitandum est, an pure loquatur qui Veneris comam *Cæsariem* appellat. Sane Virgillii verba sunt, Georg. IV. 'Cæsariem effusæ nitidam per candida colla.' Lucani lib. I. 'Cæsarie lacera, nudisque adstare lacertis.' *Barth*.

100 *Sorores Idaliæ*] Nymphæ ornatrices, ministræ cultus Dæ. Tales ornatrices, politrices, cultrices in familiis Romanarum Venerum et Junonum. *Idem*.

Sorores] Jovis ex Eurynome, Oceani gnata, filiz Gratiæ. Venus autem ex mari orta fingitur. *Delvia*.

102 *Morsu numeros dentis eburnæ*] Pectine eburno dicit depexam a puella comam Dæ. Fiebant pectines olim et e buxo, uti nunc quoque. *Barth*.

104 *Orbes*] Rotulas et spiras comarum. Martialis: 'Unus de toto peccaverat orbe comarum Annulus, incerta non bene fixus acu.' Unde paret eos orbes acnbus suffixos singulis sustinuisse sese. *Barth.*

105 *Studiosa relinquit*] *Relinquit* tert. Vaticanus et septem alii. prim. Vatic. cum duobus aliis *relinquit. relin-* qui legendum puto, eleganti Græcismo. *D. Heins.*

106 *Plus*] Magis, amplius, et testatum scriptoribus errorem illum comæ muliebris, non undequaque exacte compositæ, decentiorem haberi, ipsa accuratissima diligentia.

Speculi nec vultus egebat] 'Quia tota erat domus crystallina.' *Barth.*

108 *Et rapitur quocunque videt*] Sic Scaliger pater libris de Re Poëtica, Barthius, Aldus, et scripti meliores, non *quodcunque*. *D. Heins.*

Et rapitur quodcunque videt] De solo vultu Veneris sermo est, qui crystallinis aut gemmeis specularibus rapitur, quocunque sese collustrare insistit.

Singula] Ornamenta comarum. *Barth.*

109 *Probat*] Exigit ad speculum. *Explorare* vocat Ausonius. *Idem.*

110 *Ambrosio sinu*] Fragrante immortalitatis suavitatem. Virgilius: 'Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere.' *Idem.*

111 *Quid tantum gavisus*] Melius, *Quid gavisus, ait, tantum?* *Idem.*

Quæ prælia sudas] Prudent. Cathem. Hymn. II. 'Eousque dum lux surgeret Sudavit impar prælium.' sic enim Puteaneus optimus. quæ vera lectio. alii, *prælio*. *D. Heins.*

113 *Sidenias*] Cum Enropam rapuit, notæ fabellæ. *Barth.*

Juvenas] Hoc ait propter Taurum, quem Jupiter, Europes amore incensus, induit. *Delrio.*

114 *Pastoralia Lunam*] In quæ antea amans Endymionem Luna cælo descendisse prohibetur. Eum homi-

nem principem Lunæ sidus observasse, et rationes ejus docuisse, quibus ipse addiscendis xxx. annos insumserat, obque eam causam pro Lunæ amasio habitum fabulisque proclamatum prodit vetus scriptor Mnaseas. *Barth.*

115 *Antra*] Larmia saxa, deosculandi Endymionis ergo. *Delrio.*

119 *Ducem*] Stilichonem.

Cuspide] Hasta, seu sceptro. Etsi enim Stilichonem nunquam Regem, uxorem ejus tamen Reginam aliquoties appellat Claudianus noster. Idque ideo quia adoptatam videri vult a Theodosio. Veteres vero Reges hastis vice sceptrorum utebantur. Et hasta tradita signum erat Imperii concessi.

Gallos Italianque] Præfectus erat tutelæ Occidentis Stilicho, sed Italian et Galliam nominavit præ cæteris provinciis ejus Claudianus, quoniam crebrius et atrocius vexatæ a barbaris: unde assertarum major Stilichoni gloria. *Barth.*

121 *Propera. regalibus annue votis*] Concinnius legas, *propere regalibus annue votis.* proximo versu *Junge torum,* non *toros*, prim. Vatic. et Pricæanus. mox cave codices audias, in quorum plerisque *refocit* pro *removit*. Jam enim natum gremio Venus foverat: nunc fotum removel aliud actura. *D. Heins.*

Votis] Nuptiis. *Barth.*

123 *Peplumque*] Vide Pollucem, I. VII. 13. *Idem.*

124 *Blando spirantem numine*] Calentem nimirum adhuc de cinctu Veneris. *Idem.*

125 *Impulsos fluvii*] Torrentes dicit. *Idem.*

126 *Irataque flumina*] Philippus Rubenius *fulmina* scribendum vidit, cui subscribimus. *Solvere* est in mollietiem, placiditatem, voluptatem, transdere. *Idem.*

Flumina solcit] Ferri non potest hæc lectio, *annuum* enim jam memi-

norat. Lege igitur *fulmina* cum Scalligero et duobus scriptis. *D. Heins.*

127 *Parvis hæc fatur alumnis*] Vaticanum optimum secuti sumus. *parvos affatur alumnos* vulgati. Oisellianus *parvis affatur alumnos*. Deinde pro *Heus quis, Ecquis*, cum scriptis melioribus, recte Raphelengius. *Idem.*

129 *Rapidum Tritona*] Ut rapido cursu adsit, quoniam tantæ rei pondus et expeditio moram nullam fert. Rapi- tur, qui currit summo impetu.

Tritona] Tritones peculiaria, et iurati velut, vectores Veneris, quibus scilicet bona illa sua credere possit, nec metueret ne ob amorem eorum, oriundum de formæ venustate, aliquid ipsa illis damni conscisceret. *Barth.*

131 *Sacri, quos petimus, thalami*] *Magno mihi venerit usus Sacris, quos petimus, thalamis*, Scaliger. quod Mediceus unus confirmare videtur, in quo *sacros thalamos: sacris thalamis* disertim Oisellianus. *D. Heins.*

132 *Concha*] Buccina Tritonibus domestica. *Barth.*

Circumtonat æquor] *Circumsonat* scripti quidam, quod nollem Raphelengius arripuisset. lib. 1. in Rufin. 'Spumat et elisa montem circumtonat unda.' Ovidius, l. 1. *Metamorph.* ex membranis: 'Nunc mihi, quatum Nereus circumtonat orbem, Perdendum mortale genus.' Statius, Theb. vii. 'raucæ circumtonat ira Malæ.' Seneca Medea, vs. 766. 'tonuit insanum mare.' et Hippol. vs. 1008. 'tonuit ex alto mare:' sic utroque loco scripti: non, *tumuit*. *D. Heins.*

133 *Ægeas seu frangit aquas*] Prima editio et scripti nonnulli *Ogygias*. Barthio damnatum. mox *diversa parte* pro *plebe* Rapheleng. et multi ex nostris. prim. Vaticanus, *sparsa diversi plebe feruntur*. probe. nonnulli *sparsi diversa plebe*, vel, *parte*. *Idem.*

136 *Exploratores pelagi*] Vulgo et distinguebantur hæc perperam et

Carpathis legebatur: nos sex scriptos secuti sumus. pro *sequenti* frustra petenti Claverii codex et unus Medic. cum *petebat* jam præcesserit. *Idem.*

137 *Carpathis*] Lutatus: 'Mare Carpathium est Ægyptium; Nam Carpathus insula est inter Ægyptum et Rhodum.'

Obluctantem] Detrectantem concubitum. *Barth.*

138 *Ferum*] Tritonem. *Idem.*

140 *Non vestra sub imis*] Num Lucens. cum primo Vatican. nil temere muto. *D. Heins.*

141 *Furta*] Clandestini Amores.

Vadus] Vadum Poëtis quivis locus æquoris aut fluminis. *Barth.*

144 *Prorumpit gurgite torvus*] *Prorupit* Lucens. et Florent. S. Marci. cum primo Vatican. sequenti versa pro *velabant* Lucens. quoque et Gyr. rald. et prim. Vatican. *verrebant*. eleganter. ut l. xi. in Stilich. 'vestigia verit Cæruleus Oceanique æstum mentitur amictus,' 'Incultos aris advertere crines' apud Statium, Theb. iv. nos- ter ii. in Eutrop. 'Verrat quis marmora crine supino Rectius.' ubi *Ver- tat* perperam legebatur. *D. Heins.*

146 *Hispidæ tendebat*] Quomodo autem pedes bisulcos adscribit Tritoni, qui piscis est inferiore corporis parte? an hoc de veteri mostello novum est portentum? addit Poëta Tritonem priores pedes sub ipso ventre equinos habere, desinere de cætero in pristin. Icones tamen veteres non tales pedes his prodigiis adscribant, sed branchias quasdam, erarum similitudinem habentes. *Barth.*

149 *Retro sinuatur in arcum Bellus*] Sententia est: Triton posteriorem corporis sui partem, quæ prorsus bellina, et piscina est, curvat in arcum, ut quasi sub camera arcuatae aliqua porticu Venus invehatur, ne Solem rapidum scilicet in tranquillo præsertim mari sentiat. *Idem.*

151 *Purpureis molliora toris*] *Mariangelus Accursius* Diatriba in Ovi-

di Metamorphoseis, *rosis* ex veteri libro legit, et secutus est Raphelengius: quomodo et in prim. Vatican. ac undecim aliis nostris præstantioris notæ exstat: duo *comis*. Vulgatam scripturam Claverius tuetur: *Toros pro stratis* posuit, ut in Epigr. de Equo Homerii: 'Et Tyrio dignum terga rubere toro:' sic enim scripti plerique, non *orois*. 'Purpureum torum' Ovidius quoque dixit Epistola Ceneas. Rosarum mentionem cum denuo faciat paulo post noster, primo Claverii sententiam probabam, nihil mutandum esse censentis: nunc aliter videtur. sic Epithalamio Palladii de Venere: 'Floribus extrahit currus: juga floribus halant: Florea purpureas annectunt frena columbas:' et ibidem de thalamo Veneris, 'rosisque cubilia surgunt Floribus:' mox pro eo quod sequitur *hoc navigat antro*, perperam idem Raphelengius cum scriptis nonnullis *arcu*: quæ vox paulo ante præcesserat: *hoc navigat alte* pro diversa lectione Oiselianus. Junianus et duo Florentini cum quinto Vaticano, *ostro*: quia lectione nihil verius: sic ostrum pro purpureo toro Princeps poetarum non semel posnit. Omnia in nostro optime nunc se habent. Rosas instratas Tritonis tergo ostrini tori vicem Veneri præstitisse designat: nihil potuit dici elegantius. *Fulta ostro*, ut bello Gildonico, vs. 327. 'castumque cubile Ingreditur, Tyrio qua fultus Honorius ostro Carpebat teneros Maria cum conjuge somnos.' Ita enim et illic in optimis membranis scriptum offendi: tamen prim. Vaticanus aliquæ non pauci *Pulchra Venus*, non *Fulta*. D. Heins.

Purpureis mollitq toris] Pulvinaribus, aut veste stragula, qualibus tori sterni consueverunt. Barth.

Antro] Πορνικὸς, a similitudine Antri.

152 *Delibant æquora planta*] Qualis aliquin gressus Veneris super æquora. Barth.

Delph. et Var. Clas.

153 *Prosequitur volucrum*] Sic primæ editiones et quinque scripti. *Volucres amores* perpetuo epitheto poetis dicuntur: exemplis nihil opus, quæ obvia. Vulgo *volucer. votis* sec. Vatic. D. Heins.

154 *Tranquillumque choris quatitur mare*] Nota versum sono exprimentem verborum tranquillam et pacificam quandam succussionem. Barth.

Per omnem Neptuni dispersa domum] Non omnes domos. prim. Vatic. et novem alii: et mox *Alternas* pro *Alternis* primæ edd. ac scripti omnes: ut ad Statium Gronovius, c. 9. D. Heins.

155 *Cadmeia*] Ino, Cadmi filia.

156 *Frangitque rosas*] Sertis in vincula factis ex rosis. Barth.

160 *Audito rumore*] Nos putamus, et sæpius fingendam auditum Tritonem, ut non illico Nympharum omnis chorus excitus fuerit. Hoc vero rumore audito merito eum super æquoris campos sese extulisse. *Idem*.

Audito rumore] Sic cum Schotto idem Gronovius in Observationibus, et Barthius curis secundis: nec aliter scripti omnes. vi. Cons. Hon. 'Audito perfecta recens rumore Geta-rum.' Vulgo *Tritone*: mox *piæ volute* prim. Vatican. et octo alii non contemnendæ notæ. Cæterum pro *Tartessia tigris* prim. Vatic. a manu secunda cum aliis viginti *Carchesia*: duo *Tarchesia*: totidem *Carthesia*. prim. Oxon. *Tracesia*. tert. Vatic. *Carchesia*. sec. Medic. *Tarcheia*. Forte *Carteia*: quod fere idem: *Carteia* enim *Tartessus* antiquis: vel posset et legi *Carpesia*. Adeantur Notæ nostræ ad Met. xiv. Nasonis, vs. 416. D. Heins.

161 *Tartesia Tigris*] Monstra maris similitudinem aliquam habentia tigridum. Barth.

162 *Rupturus*] Loquitur de pisce arietis bellicæ machinæ simili. *Idem*.

Rupturus fronte carinas] Ita Lucens. prim. Vatic. et alii plerique: quomodo et cum Raphelengio Barthius. quatuor *fracturus*: etiam non male.

Cland.

4 8

Vulgo *rapturus*. Mox *carulea leana* libri plurimi, sed meliores *carulea leana*. D. Heins.

165 *Ornant connubia donis*] Non *onerant* quatuor membranæ: sed nihil mutandum: ut pluribus dicemus ad Val. Flaccum, lib. III. vs. 9. mox *carum monile* pro *rarum* unus Petav. Ovid. Art. Am. 'Vos quoque non caris aures onerate lapillis.' idem de Pactolo: 'nec caris erat invidiosus arenis:' noster Epist. ad Seren. 'rubri germina cara maris.' Pub. Syrus, 'quo margarita cara, unibacca, Indica.' Martial. lib. X. Epigr. 38. 'Caris littoris Indici lapillis.' Pro *Cymothoi*, secundus Vatic. et Helmæstad. *Cymodoce*. utrumque marinæ nymphæ nomen apud Homerum. *Cymodoce* apud Maronem quoque occurrit. Pro *Doto* plerique *Dote*: sed perperam. Pro *Spatale baccis* Oiselianus *Pigmea vacis*. prim. Vatic. a manu prima *Pigmea baccis*. D. Heins.

166 *Rarum*] Pretiosum, τὸ γὰρ σπάνιον τιμωρ. Barth.

167 *Gravibus baccis*] Margaritis. *Idem*.

169 *Coralia*] Hæc vero Græca licentia, propter vocales ancipites. Ovid. 'sic et coralium.' Sidonius vero: 'Lactea puniceo sinuantur colla corallo:' κοράλλιον Græce; sed est et herbæ species, quæ κοράλλια a colore rubro dicitur. *Claver*.

Doto] Virg. 'Nereia Doto.' Val. Flaccus: 'Hanc Panope, Dotoque soror, jactataque fluctu Prosequitur nudis pariter Galatea lacertis.' Hesiod. Δωδρε Πανόρε.

171 *Nuda caterva*] *Nuda caterva* scripti plurimi. Quinque *nuda corona*: quod placet: quomodo et prim. Vaticanus pro diversa lectione. *Texere* pro *cincere* Helmæstad. D. Heins.

176 *Nostro nupta Jovi*] Neptuno, qui secundus et pelagi Jupiter. Barth.

179 *Atitritis cum tenderet ullor Achivis*] Ita Lucens. Gyrالد. prim. Va-

tican, Oisel. et quatuor alii: duo Florent. et Pricæanus, *affictis Achivis*: tert. Vatic. a *victis Achivis*. Vulgo *ad tristes Achivos*. Ammianus Marcellinus, l. XVII. 'pari petulantia ruentes in agmina nobilium legionum Quados Sarmatis adjumenta ferentes attrivimus:' paulo ante pro *Victrices nos sæpe rates* in quinque aut sex scriptis *Victricis nos spem patriæ*. Lege, *Victrices nos nempe rates*: nam τὸ *sæpe* hic minus placet: nisi *mavis*, *Victricis nos vela ratis*: nam in primo Oxon. et Regio, *Victrices nos vela patriæ*: sed alterum utique præstat. D. Heins.

Achivis] Ad ruinas Achaiz. Barth.

182 *Ad mænia Gallis Conditæ*] Vide in hanc rem Livium, lib. V. *Idem*.

Ad mænia Gallis, &c.] Mediolanum designat ejusque originem. Mediolanum enim dictum est, auctore Ambrosio, a dimidia sue lanata, quum ejus urbis fundamenta Galli jacere vellent, effosso solo reperta. Schott.

183 *Conditæ, lanigeri suis*] Sic primus pro *lanigeris ovis* restituit Baptista Pius: mox alii. Confirmat prim. Vaticanus: et excerpta Pomponiana. Florent. S. Marci *lanigera suis*: ut Raphaelengius. Sed non opus. Videntur hoc loco Barthius: qui illa Sidonii quoque de Mediolano protulit, 'Et quæ lanigero de sue nomen habet.' Paulo ante pro *Ligurum terris* tert. Vatic. *campis*. pro *lussoque fretis* prim. Vatic. Palat. prim. Med. et quatuor alii *frequens: sequens* Pricæanus. D. Heins.

Lanigeri suis] Vera utique hæc scriptura, fundamentis enim locandis effossa tellure, cum Mediolanum conderetur, lanatæ suis cadaver inventum est. Barth.

Lanigeri suis] Sidonius 'Urbs quæ lanigero de sue nomen habet,' hoc est, Mediolanum. *Claver*.

Notum enim est, Gallis, dum in Insurbia condendæ urbis fundamenta jacerent, mirificum portentum oblatum, suam partim lana, partim setis

tectum. *Debrio.*

Ostentantia] Loco insignium. Quæ hodie quivis de plebe fere sibi peculiarior habet et sumit, olim magni, nec omnes quoque, Heroës, suis præmiis et monumentum virtutibus præferebant. Ita Urbes etiam pleque veteres sua habebant indicia domestica ingenuitatis avitæ aut domesticorum decorum. *Barth.*

184 *Spissata recedunt*] *Pulsata* Lucens. Isingr. prim. Vatic. et multi alii: pro *puris Aquilonibus* Priscianus *nudis*: puto pro *nudis*: pro *clarescunt Alpes* in multis veterum *rurescunt imbres*. D. Heins.

185 *Puris aquilonibus*] Purificis. *Barth.*

186 *Ignorat dicere*] Ac si dixisset, Miles sese ignorare dicit. *Idem.*

187 *Mavortia signa rubeant Floribus*] Prodigio, ait, quopiam contestante Veneris adventum, signa militaria omen lætitiæ dedisse, et sponte sua, floribus ex se nata vestita, Nuptialem Principum festivitatem, Deæ geniali applausu, contestata esse. Talia autem florentium sponte rerum omina pro felicissimis habebantur. *Barth.*

190 *Gradivum, nostri comitas*] *Noctæ* sec. Vaticanus. sic de Venere Epithal. Celerinæ, 'Idaliæ juxta famulæ.' supra hoc ipso poemate, 'dextra lævaque sorores Stabant Idaliæ.' D. Heins.

191 *Igneus horror Thoracum*] Lucem quampiam timendam a se fulgurans et vomens. Adulatur autem Stillicionem, velut in perpetuis armis pro Republica excubantem; quod sane et fecit vir suæ ætatis primarius. *Barth.*

193 *Stent*] Ne moveantur, quod fit in perpetua expeditione. *Idem.*

194 *Fas sit castra meis*] Fescenninis: 'Cessent litui, sævumque procul Martem felix tæda releget.' *Id.*

195 *Tibia*] Nuptialis Musica. *Idem.*

196 *Molle lyra festumque canant*

Faustumque Lucens. Gyrard. alique nonnulli. et sic ex suis Schottus. probe. 'fausti juvenum plausus.' Epithal. Celerinæ. l. i. de Rapt. 'Et faustas alio succedunt lumine tædas.' pro vulgata tamen stant primus Vatic. et potior reliquorum pars. pro *spirent crateres* quintus Vatic. *spument.* D. Heins.

Lyra] Nuptiis et hanc adhibitam, plena omnia. *Barth.*

197 *Spirent*] Ad copiam vini alludit. Crateres autem ingentia vasa erant, in medium statuta, unde hauriebatur minoribus vasis vinum, convivis propinandum. Vide Pollucem, VI. 11. *Idem.*

199 *Potestas*] Summa illa Majestas, quæ absoluta velut potestas est, volendo potens ardua quæque. *Idem.*

200 *Confundat turba proceres*] Licentia Nuptiali.

Solvantur habentis Gaudia] Omnes habentis gaudiis immittantur. *Barth.*

202 *Festas, hymenææ, fuses*] Faces enim Nuptiales pingebantur in manu Hymenæi.

Gratia, flores Elige] Gratiarum hoc munus. *Barth.*

Tu, Gratia, flores Elige] Malim *I lege*: nam *legere flores* pro *carpere* dicebant. D. Heins.

203 *Concordia*] Invocata ad Nuptias, veteri consuetudine. *Idem.*

204 *Vos, pennata cohors, quocumque vocaverit usus*] Scribendum, *quo quemque vocaverit usus*: aliter tamen libri. Epithalamio Palladii: 'Pennati passim pueri, quo quemque vocavit Umbra, jacent.' D. Heins.

206 *Funalibus*] Facibus, a funibus denominatis. *Barth.*

207 *Suspendite lumina nocti*] Alludit Romanum morem convivandi. Noctem videlicet omnem ducere ad summum usque mane perpotationibus. *Idem.*

208 *Nitidos postes*] Domum emittatam, et fumis benevolentibus adolitam.

Nostra myrto] Myrtus enim Veneri dicata.

Potes obducere myrto] More solenni nuptialibus festivitatis. *Barth.*

209 *Nectareis adaspergite tecta Fontibus*] Suaveolentibus. *Nectar* vero omne dicitur quod singularia et iussu-tioria alicujus dulcedinis est. *Id.*

210 *Fontibus*] Tres *Floribus*. Forte *Roribus*. *Pricæanus Fluctibus*: mox *aspergite* et *adolete* meliores scripti, non *aspergere* et *adolare*: quos inter et prim. *Vatic. D. Heins.*

Adolere] Incendere. *Barth.*

211 *Infecta croco*] *Tapetia Serica* dicit, strata solo, et sublata circum parietes, splendorem Aulæ datura; qualibus prolatis honorabatur adventus principum virorum. *Idem.*

212 *Prostermite vestes*] *Præsternite* frustra *Rapheleng.* contra scriptos. *D. Heins.*

213 *Thalamum*] Romanis Græcisque moribus magna cura novorum conjugum genialis torus struebatur, et thalamus ornabatur maxima cura. *Barth.*

219 *Saxone*] Saxones inter invictas tum gentes referuntur, et eorum spolia velut quibusdam Semidelis erepta jactantur. *Idem.*

220 *Socio Stilichone*] Hujus laudem semper miscet *Honorianis*, et *Theodosii. Idem.*

222 *Crinita sagittis*] Mos gentium Eoarum aut Africanarum capillis indere sagittas. *Idem.*

223 *Meroë*] Præter *Geographos* vide *Orosium*, l. 11. *Idem.*

224 *Achæmenio*] Persico: *Achæmenia* enim pars Persiæ. *Idem.*

226 *Cubilia surgant*] Hostium spoliis ornatos etiam thalamos victorum hinc non inscite notat *Julius Cæsar Bûlengerus*, libr. de *Triumpho*, &c. c. 1. *Idem.*

229 *Tadasque parari Nescia*] Occupatis nimirum numinibus in ipsius rebus, dum vacat ipsa et fruitur innocentia ætatis. *Idem.*

231 *Mores*] Virtutes. *Idem.*

Exemplaque discis Prisca] Philosophice autem noster Antiquitatis cognitionem etiam in virgine Imperatrice collandat; cui opinioni contrasentiant alii, nam *Ovidio* non sane ex facili quis persuaserit concurrere posse cum pudicitia muliebrem eruditionem, quamlibet exempla Antiquitatis non desiat. *Idem.*

234 *Mænonius senex, Thræcius Orpheus*] *Homeri Poësis*, et ex ea doctrina, nemini ignota. *Idem.*

235 *Mitylenæo*] Ex ea enim urbe oriunda Poëtria illa, omnium aliarum princeps. *Idem.*

237 *Mnemosyne*] Hæc a *Jove*, serpentis specie occultato, ut tradit *Siddonius*, subacta, novem Musas peperit. *Delrio.*

238 *Jucundior aër*] Adventu *Dæi. Barth.*

239 *Fundique comarum Gratus odor*] Deos vertice odorato fingeant, divina quadam suavitate spiritus aërem complere. *Idem.*

240 *Numenque refuluit*] *Lumenque* prim. *Vatic.* aliique multi: ut et paulo post *Hæc nova crescenti*, non modo neutrum placet. *D. Heins.*

241 *Cunctatur stupefacta Venus*] Velut pulchriorem sese conspiciens. *Barth.*

242 *Nunc flavam niveo miratur vertice matrem*] *Palatinus Nec flavam præ se ferat.* Scribendum opinor, *rutilo vertice.* Adeantur quæ curis secundis ad *Nasonem* notamus *Met. v. vs. 440. Rutili* enim capilli flavi dicti. *Barthius* curis secundis in hoc loco valde æstuavit, dum corrigit: 'nunc ora puellæ Flammeæ, nunc niveo miratur vertice matrem.' *Lancanus*, libro x. 'pars tam flavos gerit altera crines Ut nullis Rheni Cæsar se dicat in arvis, Tam rutilas vidisse comas.' *D. Heins.*

Nunc flavam niveo] Quomodo, aut qua parte corporis flava mater, si nivea vertice? Latet aliud quid, non

enim sœtus tam disparia jungere auctor prudentissimus. An legas? *nunc ora puella Flammea, nunc niveo miratur vertice matrem.* Ut summa pulchritudo igneo fulgori comparari supra notata nobis est ex non uno scriptorum optimorum. Nihil affirmavero, nec tamen facile aliquid commodius quisquam protulerit. *Barth.*

243 *Plena par altera*] Stata ætate Regina plenæ Lunæ æquiparatur, ob majestatem pulchritudini junctam. *Idem.*

244 *Matre*] Majores arborum minorum matres apud Poëtas. Sic fillam silvæ arborem appellat Horatius, lib. 1. Od. 14. 'Pontica pinus, Silvæ filia nobilis.' *Idem.*

246 *Promittit*] Ostendit velut de longinquo. *Idem.*

247 *Pæstana*] Noti campi Rosarum prerogativa. Servius Georg. iv. 'biferique rosaria Pesti. Pæstum est Calabriae oppidum, in quo uno anno bis nascitur Rosa.'

Rosæ] Rosis comparatur frequenter pulchritudo speciosarum fœmellarum. *Barth.*

248 *Vernis Roribus*] Quibus producit, aperitur, alitur, rosa. *Idem.*

250 *Admittere*] Est velut timeat virginitati admissarius, cum admittere nuptum aliquid designet. Plautus: 'Næ tu ad equos fuissas coitus admissarius.' *Idem.*

252 *Sidereæ*] Divinæ. *Idem.*

254 *Te propter Paphias sedes*] Non *ades* prim. Vatican. et sedecim alii: et *paterens* mox pro *patiare* lidem. Cypros Oisellianus, pro *Cyprum*. D. Heins.

255 *Tantos explore labores*] *Tantum complere laboris* unus Mediceus: quod elegantius: superiori versu *relinqui* prior Leidensis et Rottend. ut sequentibus hæc connectantur. *Idem.*

257 *Tempore longo*] Alius dixerit, ne Honorius semper speraret, nunquam potiretur gaudio suo. Longum

ergo tempus pro perpetuo posuit. *Barth.*

259 *Fortunam*] Tibi debitam: Augustam dignitatem.

Resumme] Quod jam videlicet in cognitione cum Theodosio habes, cujus Augustæ familiæ et fortunæ inserta es. *Barth.*

261 *Nulla subesse Vincula cognata*] *Subisse* pro diversa lectione quartus Vaticanus, ut bello Gild. 'subitis collo subiere catenæ.' D. Heins.

263 *Hoc ore*] Forma ista solius Augusti complexibus digna, et velut præparata a natura et providentia. *Barth.*

264 *Aula*] Imperio. *Idem.*

265 *Vultus enit*] *Lego erat* cum tribus scriptis: mox *æquent* malo. D. Heins.

Non labra rosa] Quæ hic divinæ formæ peculiariora decora describuntur, si enarrare, et adscitis locis scriptorum velim discutere, ingentem Commentarium egregiæ suavitatis et doctrinæ dictis impendam. *Barth.*

267 *Quam juncto*] Quidam libri, *juncti* vel *vincti*: *juncti* placebat Barthio. alter Moreti jugi: ut 'jugis aquæ fons,' et 'putei perennes jugis aquæ,' apud Horatium. Martial. lib. ix. Epigr. 26. 'Appetitit posito jugis oliva lupo.' Ita duo codices antiquissimi Vaticanus ac Puteanus. Vulgo, *villis*. Glossæ Stephani, *Jugis, & junctis*: sic 'juge triennium' pro continuo dixit Eutropius: *justo discrimine*, Isidgrini codex: quod ferri non potest, quia *justa temperies* sequitur: nil temere mutarim. Mox pro *pudorem* prim. et quart. Vatican. pro diversa lectione *ruborem*: quomodo et Julianus, et unus ex Susianis cum Aldo. placet. De superciliis Petronas: 'Supercilia usque ad malaram stricte ram currentia, et rursus confinio luminum pœne permixta.' Aunmian. lib. xxiii. 'juncta super alla.' Caprinis oculis torvi: 'et superciliis in

seu morbiā speciem curvatis junctaque.' Anacreon, Od. xxviii. Τὸ μὲν ὁπίσθιον δὲ μὴ μὲν Αἰδαντὸς μὲν πλὴν. quem locum egregie illustrant quæ ex Claudiano et Petronio jam attuli; nam Henricus Stephanus in ejus interpretatione multum æstuat. D. Heins.

268 *Pudorem*] Causam pro effectu: pro rubore. Barth.

270 *Aurora digitos*] Rosæ manus et digiti, pro parte non possitenda laudatissime foris; celebrantur scriptoribus turvitatam.

Humeros Diana] Hi quoque in celebritate pulchritudinis. Barth.

272 *Dotati potuit*] Corona Ariadne, cælo fixa. Idem.

Signare Corona] *Ditare* vel *donare* scripti multi: nil muta. vi. Cons. Hon. 'omnia luctus Argumenta sui Titan signavit Olympo:' *signare* pro diversa lectione prim. Vatic. Forte pro *insignire*: quartus Vaticanus itidem pro diversa lectione, *redimire*. D. Heins.

275 *Sidera*] Nova, videlicet novæ formæ. Barth.

276 *O digno neutenda viro*] *I digno* Gyrard. et Lucens. probe: unus Med. *In digno*: ut et Helmestadiensis. D. Heins.

279 *Ibis Regina Sicambros*] Sicambri pro indomitis et bellicosissimis populis. Barth.

280 *Atlanticoque recessus*] *Malo Atlantique*. D. Heins.

Recessus] Recondita loca. Barth.

284 *Ipsa caput distinguit acu*] *Constringit* Lucens. et quatuordecim alii: vulgata proba: mox pro *substringit*, unus Med. *succingit*. D. Heins.

Caput distinguit acu] Munus sive officium talium acuum designat Hieronymus, Comment. in iii. c. Esaiæ: 'habent mulieres acus suas, quibus ornatorum crinium compago tenetur, ne laxius fluant, aut in sparsos dissipentur capillos.'

Substringit amictus] Ut puella fiat

tenuior, subtilior, gracilentior. Barth.

286 *Ante fores*] Moris fuisse ut dona Augustæ futuræ, nimirum regis ornatus, domum mitteretur, etiam nescienti de Amore principis. Nuptæ autem vehiculis domum ducebantur, solenni more.

Piletaque sacram] Currus sacros dicit destinatos transvehendæ sponsæ, qualibus Antistitæ tantum utebantur olim. Antiquitus vero nuptæ novæ pedibus procedebant, ductæ a patrimis matrimisque pueris. Qui adeo obliteratos postmodum est mos, ut speciatim nuptialia carpenta commemorantur. Barth.

289 *Nobilis*] Equos secundum stirpes censitos dudum notarunt docti. Idem.

291 *Curvata cervice jubas*] Lucens. *Turbata*: rectius. iv. Cons. Hon. 'Turbantur phaleræ: spumosis moribus aurum fumat.' Tholos. *Crisita*. Pro *magistros*, *magistrum* Florent. et Ambros. unus. D. Heins.

Pharsalia rura] Thessali enim equi optimi. Barth.

292 *Hinnitu flagitat amnes*] *Ignes* duodecim libri: quod et in quinque suis Andreas Schottus invenit: nihil muto tamen. Apposite Lucretius initio lib. i. 'Inde feræ pecudes persultant pabula læta, Ignotos tranant amnes:' ubi de amore. Et de equibus Virgil. iii. Georg. 'Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem Ascanium: superant montes et flumina tranant.' Idem ibidem de equis in Venerem nentibus: 'Non scopuli rupesque cavæ atque objecta retardant Flumina:' sed cur *notos amnes*, cum primum incipiat amare? an *ignotoque*, ut apud Virgil. equi generosi pilus 'Audet et ignoto sese committere ponto.' Mazarinianus certe, *atque novo*. Palatinus *tero*: pro *primus amoris odor*, in prim. Vatican. Oisel. et quatuor aliis *pricus*: quod si sequimur, nihil difficultatis erit in *notis amnibus*. Fortassis tamen legen-

dum *privus odor*: *motus* etiam *amnes* quomodo *moti fluctus* apud Maronem: mox *Naribus accensus* potior scriptorum pars, non *accensis*: aliter tamen castigatores. *D. Heins.*

Notos amnes] Ad quos educatos: quos poscit opem in iis suis doloribus. *Barth.*

295 *Candidus*] Ministri albatu insignis Principatus. Ego tamen togatum hic exercitum innui existimo, quoniam posuisse eum arma autumat Claudianus; ut pacifico urbanoque habitu gaudium Principis fuerit contestatus. *Idem.*

Candidus exercitus] Ante dixerat niveas cohortes, quæ acil. in comitatu Principis. *Claver.*

296 *Exuliat socerum circa*] Non iuxta libri: vidit Barthius: mox pro *ducem*, sex scripti *diem* cum primo Vaticano: nihilo deterius. *D. Heins.*

297 *Pluvias ritu*] Omnis ingens copia pluvie voce indicatur. *Barth.*

299 *Velati lauro*] Tanquam in triumpho. Myrtum jungit, ob festivitatem Nuptialem. Alibi: 'Et calidis thalami succedit laurea sertis.' *Idem.*

301 *Sus collis*] *Premis* prim. Vatic. et alii novem. *D. Heins.*

303 *Connubia penant*] *Cunabula* Gyrald. et quatuordecim alii: recte. Educatus enim a Theodosio Stilicho: pro *Jam grata rediere vices*, prim. Vatican. cum quinque aliis, *En grata*. *Idem.*

305 *Quod dederat*] *Dederas* Barthius: confirmant octo libri. *D. Heins.*

Quod dederat genitor] Acutius, *dederas*. Quod tu illi dederas, hoc ille tibi reddit in nato tuo, connubium nimirum sanguinis. *Barth.*

307 *Dignus, quem legeres*] Non *cui leges* Lucens. prim. Vatican. et quindecim alii: diximus Cous. Manlii, vs. 747. pro *rerum habena*, prim. Vatic. et octo alii *tanta habena*. Junianus, *regni habena*. *D. Heins.*

Pignora tanti Principis] Supra no-

tavimus Stilichonem prae se tulisse utrumque filium suae tutelae a moriente Theodosio commendatum; quod sane verisimile etiam est; atque debuit is facere. *Barth.*

309 *Dicere nunc possem*] *Ita* Gyrald. Lucens. et octo alii: bene. bello Gild. in oratione militum: 'Quassatis cupio tellurem figere rostris,' poterat dixisse *cupimus*. lib. II. in Rufin. pari modo milites: 'jam *formidare* tyranni Tempestas subeunda mihi,' et, 'Tu mihi dux semper, Stilicho.' Eodem libro exercitus: 'Unde redi, nescis? patriarum audire satelles, Qui leges aliis libertatemque reduxi?' *D. Heins.*

Sub Æno] Initio Principatus Thracas et Scythas domuit Theodosius. *Barth.*

310 *Ponticus*] Calido exuberante sanguine. *Idem.*

311 *Notus clypeo*] Ex illo *Æn. xi.* de Ænea: 'experto credite, quantus In clypeum assurgat, quo fulmine torqueat hastam.' *Idem.*

312 *Qua tempestiva relatu*] Junianus, *quæ*. Medicus, *quem*. Puto quia vel cui: mox *consilii* non *consilio* fert. *Vatic. D. Heins.*

313 *Juris et æqui*] Locus elegans et valde subtilis, de eo, quod est medium inter *Jus* et *Æquum*. *Jus* est, auctore Donato, quod omnia recta et inflexibilia erigit. *Æquitas* est, quæ ex *Jure* multum remittit: est vero hic *κρῆσις* *ἡ ἀρετή* *ἡ σοφία*, ni fallor, quam vocat Justinianus. *Claver.*

316 *Quem sic Romana decerent*] *Quem* Lucens. ut ad frontem referatur: mox pro *clamat*, *longo* *clamet*: prior Moreti, *clament* *quicumque* *videbunt*. *D. Heins.* - *Quem sic Rom. &c.*] Poterat taceri hoc, o Claudiane: dum enim Stilichonem tuum plus nimio extollis, nascitur scrupulus, qui multos male habuit. *Claver.*

319 *Hic est, hic Stilicho: sese testatur*] Ita prim. Vatic. et undecim alij. Vulgo: *Hic ille est Stilicho, sic te tes-*

latur: sed tum rectius legas, *sic se testatur*: quomodo pro diversa lectione prim. Vatican. et sec. Medic. neque aliter Farnesianus. Virgil. 'Hic vir, hic est:' notum illud: 'At pulchrum est digito monstrari, et dicier, Hic est:' pro *offert* alter Oxon. *effert*. D. Heins.

319 *Hic ille est*] Ambitionis primum monstrari digito prætereun-
tium, quod de se gloriantur Horatius et Martialis. Persius: 'Pulchrum est digito monstrari et dicier, Hic est.'

Testatur et offert] Notum testatur, ignotum offert, et tacito quodam clamore docet atque indicat. Barth.

320 *Potestatis species*] Animus tot provinciarum Imperator, tot regionum tutor, exercituum rector, elucet specie corporis, et omnibus gestibus, gravibus citra affectionem.

Non voce feroci] II. in Stilichonem: 'non quos promoveris alto Turgidus alloqueris fastu.' Barth.

321 *Alto simulate gradu, non improba gestu*] Utraque hæc reprehendit in inimico Stilichonis sui, Rufino. Ut tota Poësis hujus Inculentissimi, et unici talium, scriptoris, laudandum eum, et novo præcone dignum, finem, servat, imminere vituperiis in vitia, virtutibus merita nectere præconia.

Improba gestu] Effemiuata, lasciva, turpis. De gestu enim morum animique conjectura non fetilis. Barth.

322 *Fingique laborant*] Ut ex sese faciant, ut in eas sese formas convertant. *Idem*.

323 *Hoc donat*] Ita scripti: mendose vulgo *Hæc*. D. Heins.

Donat] Nullo labore quaesitum. Barth.

324 *Formosusque rigor*] Gratus, acceptusque omnibus.

Vultusque auctura verendos] Venerabilitatem auctura vultui. Barth.

325 *Canities*] Stilichonis hanc commendat et alibi. *Idem*.

Canities] Belli duces ac milites celerius canescant, propter insomnia,

labores, et alia incommoda.

Consorte remota] Id est, ægritudine, tristitia, aut languore: nam 'multa senem circumveniant incommoda.' Clayer.

Consorte remota] An leg. cui *sorte remota*, &c.? Laudat enim illam præfestinam canitiem, prudentiam junctim et virtutem, de senecta et juven-
ta, ætatibus, participantem. *Sortem* autem *remotam* dixit, quod ultra humanæ morem et usum tale quid sibi Heroi obtigisse dicat. Barth.

326 *Contingunt gravitasque seni*] Vera hæc lectio, quam Aldus, Isingrini liber, ac nonnulli ex nostris exhibent. Vulgo *Contingit senii gravitas*. prim. Vatican. *Contingit senio gravitas*: quomodo et alii nonnulli, vel *contingunt*: *seni* pro *senii* dixit, quod non intellectum a librariis loco mutando occasionem dedit. Ausonius Epist. 1. ad patrem: 'Pulchra juvenia sibi senium sic jungit, ut ævum, Quod prius est, maneat: quod modo, ut incipiat. Et placuisse reor geminis ætatibus, ut se Non festinato tempore utramque daret:' sic ista emendo. *remota* ad canitiem referendum, quam senii consortem vocat: sic et Plinius in Panegyrico 'festinata senectutis insignia' canitiem dixerat. quæ noster imitatus. Gyrard. prim. Vatican. et duodecim alii cum *sorte remota*. sec. et tert. Vaticani, et octo præterea cum Aldo *consorte remota*: quomodo et Vir Celeberrimus Gaspar Gevartius censebat scribendum esse, ut Rufinus subintelligatur: *en sorte remota*, codex Isingrini. non Vatic. non *sorte remota*. Barthius conjicit: cui *sorte remota* *Contingunt senii gravitas viresque juvenia*. Lego cum *sorte remota* *Contingant senio gravitas viresque juvenia*: *sorte remota*, præter sortem et cursum naturæ. Pro nocendi paulo post nocenti malim. D. Heins.

328 *Ornatur Fortuna viro*] Tantum abest ut ille aliquid fortunæ debeat. Barth.

330 *Odium terrore*] Quem enim metunt, oderunt; quem oderunt quiaque perire expetit. *Barth.*

331 *Diligimus pariter pariterque timemus*] Id quod summum artificium regendi alicuius Imperii aut Regni arbitrantur cordati prudentissimique scriptores. Corippus, l. i. de laudib. Justin: 'Te decet hic habitus, regnantum maxime, dixit, Terribilis Princeps et amabilis omnibus idem.' Acutissime autem illud dictum *Ipsos metus te noster amat*. Et verissime: metus enim ille carus est bonis, quo vel peccaturi aliquando in officio contineantur. *Idem.*

333 *Custos*] Strenuus, fidelisque tutor. *Idem.*

334 *Optime ductorum*] In summa fide tutando Imperio.

Fortunatissime patrum] In collocanda filia Principi. *Barth.*

335 *Domino*] Augusto. *Idem.*

337 *Contemno jure*] Magistratu, Imperio. *Idem.*

339 *Thermantia*] Vidit quidem si-

miles, imo eandem, sed magna sua felicitate. *Idem.*

Thermantia] Quæ similes tædas vidit magno suo malo. *Claver.*

340 *Sic uterque crescat Maria*] Ultimum votorum ad felices et auspiciatas nuptias sobolis proventus. *Barth.*

Maria] Fl. Maria Augusta tenella et jugo impar nupsit Honorio vix puero. Itaque Princeps, belle educatus, immitis uxoris cupidinem distulit: sed interea Nympha delicatula, immatura morte præventa est. *Claver.*

Natus in ostro] Ipso ortu suo ingrediens Principatum. In Honorio hanc nativitatem in purpuram celebravit Panegyricis superioribus aliquoties; hic sobolem patre non infeliorem vovet. *Barth.*

341 *Parvus Honoriodes*] Blanditur pueri adhuc gignendi præstituenti imaginariæ.

Genibus considat avitis] Stolicbonis dicit. Mos ut parentes recens natos liberos tollerent, genibus imponent, vetustissimus. *Barth.*

XI.

IN NUPT. HONOR. ET MAR. FESCENNINA.

Fescennina] Sic primus emendavit ex veteri libro Pulmannus: quomodo Lucensis, excerpta Pntæana, et quatuor alii ex nostris: alia in vulgatis inscriptio. Primi Vaticani inscriptio *Epithalamium Honorii et Mariæ*. Cæterum in vetustis omnibus membranarum hæc carmina Epithalamio præmittuntur. *D. Heins.*

Epithalamion] Unus Belga Liber *Fescennina* inscripsit. Neutiquam absurde. Potior mihi tamen ille titulus, cum nequaquam joca ipsa, Fe-

scenninique cantus hic sint, sed illa ipsa verba, quæ occentata novis nuptis. Tamen neque pugnare, si sint Fescennina nuptiales quilibet cantus translata, quæ ex se rudes incompolitique versus solis nequam dictis commendati. *Barth.*

In Nuptias] Occultiore hanc harum Nuptiarum causam fuisse memorat Zosimus, ut Principe non nimium sollerte in generum adscito, eo securius summam rerum Stilicho administraret. *Idem.*

1 *Princeps pulchrior*] Ingens gratia pulchritudinis in viro Rege aut Principe. Et rationi congruum videtur, qui aliis imperet, alios ut multos specie, cultui opportuna, antideat: 'Gratior est pulchro veniens e corpore virtus.' *Barth.* Laudabilis vero eximie decor ille corporis, ubi animus Sapientia et Consilio instructus est, quod raro accidere visum Petronio Arbitro, ubi ait: *Raram facere mixturam cum Sapientia formam.*

Corusco sidere] Vibrationem oculorum innuere arbitror.

Princeps corusco sidere pulchrior] Honorium similem Theodosio fuisse tradit Paulus Diaconus, lib. xv. *Barth.*

2 *Parthis sagittis*] Solertia sagittandi nobiles Parthi.

Sagittas tendere certior] *Mittere certior* duo ex nostris: *tendere doctior* prim. Vatic. et excerpta Puteana: eadem cum duobus aliis primo versu *clerior*, non *pulchrior*: versu quarto Barthius *menti* non *mentis* ex Palatino. *D. Heins.*

Certior] Felicior, velut non Fortuna sed artis totum opus esset. Parthos hujus artis fiducia inde a cunabulis pollere, auctor Ammianus, lib. xxv. *Barth.*

3 *Eques Gelonis*] Geloni immanes populi, ducunt chorum talium.

Imperiosior] Imperiosus, jus imperandi habens et exercens. *Barth.*

4 *Quæ digna mentis*] Ardua mens, celsis rebus occupata. *Idem.*

5 *Formæ igneæ*] Regali. Ut Elementa cætera eminet ignis. Sic censabant nationes quæ Reges secundum formam eligebant.

Igneæ] Cælesti prorsus. *Barth.*

6 *Dare castorem*] Parere. Virgil. 'Marte graviter geminam partu dabit Ilia prolem.' *Idem.*

7 *Achillis*] Nota omnia de virtute hujus. *Idem.*

8 *Delos Apollinem*] Apollinem Deum formosissimum, ei Patriam Delum, quis nescit? *Idem.*

9 *Lydia*] De Bacchi in hac Educatione, Nonnus, Dionysiac. x., &c. Lydiam Honorium Baccho præferre, rem magnam dixit, quod ea gens Regum eximia amatrix.

Liberum] Qui inter formosissima Numina. *Barth.*

10 *Per altas ilices*] Inviām aliis silvam. *Idem.*

11 *Præda citatum*] Hanc enim sentientem facere vult ipsum Equum. *Idem.*

Præda citatum] *Prædo* Lucensis et Gyrald. cum primo Vatican. et Farnesiano: quod verum puto. *Prædonem* vocat, qui prædatur feras: sic *prædo volucrum* Martiali *accipiter*: et Glaucus Anthedonius Ausonio in Mosella *prædo piscium*. Prædari autem verbum venatorium: unde et præda. Martial. lib. i. Ep. 60. 'Præstabit illic ipsa figendas prope Voberea prædanti feras.' Sic ex vestigiis Vaticani libri emendasse olim me memini. Vulgo *prædanti*. Unde *prædanti* factum. 'Abas prædator aprorum' Ovid. lib. xii. Met. quomodo 'ferarum vastator Amycus' Virgil. ix. et 'raptor aprorum Neurus' Valerio Flacco, ut videtur illic scribendum. *Idem* Ovidius: 'In multas lupa tendit oves, prædatur ut unam:' apud Juvenalem, Sat. xi. 'Prædo caballorum prætor sedet.' Sed doctissimus Gronovius jam recte monuit ibi legendum esse *præda*: apud Nasonem Epistola Phædræ in veteri codice legebatur: 'Silvaque prædandas præbeat alta feras:' non *perdendas*: ut illic monui. Sidonius Panegyrico Aviti: 'Vasta per adversas venabula cogere prædas.' Statius Soteris Rutilii Gallici: 'dives prædæ tamen accipit omni Exuvias Diana tholo:' et Lacrymis Etrusci, 'nulla vivere præda' Leonem ait, qui mansuetus erat: 'prædari pisces calamo' apud Propertium, libro iv. El. 2. Pari modo Ausonius in Mosella: 'alburnos prædam puerilibus hamis.' Mox *regas* et

ludent non reges et ludent Lucens. Gyr-
rald. et alii aliquot. unus Petav. *Plau-*
dentque. quod arridet. nil muto tamen.
Silius, lib. xvi. 'et plurimus idem Lu-
dentis per colla comæ.' *D. Heins.*

12 *Ludentque ventis inatrabiles comæ*] Magna venustatis accessio. ii. de Raptu: 'Brachia nuda nitent, levi-
bus proiecerat Euris Indociles errare
comas.' *Æneid.* i. Virgilius, 'dede-
ratque comam diffundere ventis.'
Barth.

13 *Tetis jacbunt sponte tuis fera*] Ut sentiant formam Imperatoriam.
Idem.

14 *Leo*] Heroica Venatio Principi datur. Josephus Devonius, lib. vi. 'Inflictis gaudet jaculis, et morte su-
perbit.' *Idem.*

16 *Roversum*] Ex Fato, alternis Semestribus. Vide Hyginum. *Idem.*

Spernit Adonidem] Rectius *spernat*: et damnet Moreti liber et unus Am-
bros. *D. Heins.*

17 *Virbium*] Vide Servium ad *Æ-*
neid. vii. *Barth.*

18 *Sub platani voles*] Hæc vera lec-
tio: alii *jaces*, vel cum vulgatis *cubes*:
quod forte ex *lubet* vel *jubet* natum.
vires prim. Vat. et Farnes. *D. Heins.*

Platani] Arbor umbrarum nomine
commendatissima. *Barth.*

19 *Gelido specu*] Divorum morem
æmulatur hic Princeps. *Idem.*

20 *Torrentiorem*] Rapidior, vel
et nrentiorem. Utraque enim vis in

voce. *Idem.*

21 *Somno resolteris*] Græcis *λυσι-*
μυλας somnus alladitur. *Idem.*

23 *Ancipiti gradu*] Dubio; suspensio
inter spem et metum. *Idem.*

25 *Acerbis Scythia*] Diris.

Scythas] Notum hos pro feris im-
manibusque mortalibus dici. *Barth.*

26 *Corde*] Toto sensu, omni capta.
Idem.

27 *Micantem te*] Sideris instar.
Idem.

28 *Ultrò servitium pati*] Adulatio
Panegyrica. *Idem.*

30 *Colloque poscat vincula libero*] Incredibilis adulatio. *Idem.*

31 *Caucasus*] Notus mons Scythiæ.
Idem.

34 *Sexu recepto*] Muliebri ingenio.
Patris et immemor] Martia, cujus
filia Hippolyte. Hyginus, Fab. xxx.
Barth.

36 *Securim*] Quæ armatura Ama-
zonica. *Idem.*

37 *Seminudo pectore*] Mamma ex-
erta. *Idem.*

38 *Negatum Herculi*] Sunt enim qui
tradant non nisi extinctæ detrahi po-
tuisse etiam ab Hercule. *Idem.*

39 *Bellumque solus conficeret decor*] Sunt enim et speciositati sua arma.
Idem.

40 *Mox faciet virum*] *Nos* Gyrald.
Lucens. et duo alii cum Farnesiano.
D. Heins.

Virum] Maritum. *Barth.*

XII.

Duos postremos versus singula-
rum stropharum hujus Odæ in unum
coalescere videas in multis antiquis co-
dicibus. Contra singulos versus ode
proxima in duos dividunt Claveriani
codices. *D. Heins.*

1 *Cuncta tellus*] Nuptiæ enim Im-
peratorum publicam inferunt læti-

tiam, publica tripudia. Ita populus
Coronas sumebat, choreas dacebat
per urbes, communi quodam generis
humani festo.

Nuptiæ vere] Vere nubunt omnia.
Barth.

3 *Toros heriles*] Omnium rerum, so-
lens suo more, dominum facit Impe-

ratores Romanum. *Idem.*

4 *Omne nemus cum fluvio*] *Fluvius* non inconcinne datur Lætitia, ut Græci Poëtæ sæpius, et eorum imitatione alibi noster. *Barth.*

6 *Ligures facere campi*] Mediolani enim factæ Nuptiæ, ut constat ex sequente libro. *Idem.*

7 *Veneti montes*] Ligustici, Eugæneque. *Idem.*

8 *Subitaneque se roortis*] Sponte enata, sponte terra prodeuntibus.

Rosæ] Ubi consitæ rosæ. Dicebatur Latine et Rosarium. *Barth.*

9 *Vestiat*] Nihil frequentius quam terræ germina vestitum ejus appellari. *Idem.*

12 *Calamisque flexuosus*] Est fluminis, non arundineti. *Idem.*

14 *Padus electriferis*] In Padi fluminis ripis sitas arbores electrum desistere vetus est Fabula. *Idem.*

16 *Epulisque jam repleto*] Munificentia, videri vult, et factum etiam forte est, Imperatoria. In nuptiis magnatum sportulæ dividebantur, tam caræ plebi Romanæ, ut earum gratia etiam Spoletum usque eam excurrisset tradat Ammianus Marcellinus, l. xiv. *Idem.*

17 *Resonet Quirite Tiberis*] Intelligit enim festam populi voluptatem exhibita nuptiali sportula. Q. Symmach. lib. iv. epist. xiv. 'honor sportulæ suscipiendæ.' *Dempst.*

18 *Dominique lata votis*] Cum ex immenso agmine puellarum una uxorem ducturo eligeretur, quacum vitam suam transigeret, doctissimi scriptores vota pro ipsa Nuptiis acceperunt, uti hoc quoque loco vota Honorii facit domum ductio Mariæ Stilichoniæ. *Barth.*

19 *Aurea septemgeminæ*] Auream a splendore aurorum templorum dicit. Rutilius, Itinerar. i. *Idem.*

20 *Coronet arces*] Festo more. Intelliguntur sarta nuptialia, quibus postes ædium cingebantur, novis nup-

tis destinatorum. *Idem.*

21 *Iberi*] Hispania. Unde genus Theodosio. *Idem.*

22 *Fluit unde semen aula*] Ita legendum jam alii monuerunt, nec dissentiunt scripti nostri. Vulgo *fuit*. Laude Serenæ: 'series his fontibus Ælia fluxit.' Statius, Theb. ii. 'tibi larga Pelops et Tantalus auctor Nobilitas, propiorque fuit de sanguine juncto Jupiter:' et lib. i. 'Aonias sanguis fuit hic ab origine Thebas.' et mox: 'Unde genus, quæ terra mihi, quis defunctus ordo Sanguinis antiqui piget inter sacra fateri.' Noster in Eutrop. libro ii. 'geminas inter discordia partes Hoc auctore fuit:' quomodo illic videtur scribendum. *D. Heins.*

Aulæ] Domui Regali, familiæ, stirpi. *Barth.*

24 *Imperio facta domus*] Imperatoribus. *Idem.*

25 *Vix numerat triumphos*] Sane si penitus res Theodosii introspicere velis. *Idem.*

27 *Puella matrem*] Serenam nimirum. Theodosii domum laudatam a fœminino etiam sexu vide in Laudibus hujus Serenæ. Inibi sunt hæc: 'Hæc generat qui cuncta regunt; nec laude viroram Censeri contenta fuit, nisi matribus æque Vinceret, et gemino certatim splendida sexu Flaccillam, Mariamque daret, pulchramque Serenam.' *Idem.*

29 *Cæsareum flumineo*] Sic cum Barthio Gronovius Observat. iii. 9. recte. Claverius *famineo*: quod *devrēpai* *σπορρίδας* Barthii temere sunt amplexæ, minime prioribus hoc loco *σπορρίδας*. Scripti fere omnes *flamineo*: aut cum vulgatis *flamineo*: diximus ad iv. Cons. Hon. vs. 20. *D. Heins.*

Cæsareum flumineo] Non minorem, quam ipsius sit Cæsaris, nobilitatem per agnationem dicat Sponsæ, quæ de domo Cæsarea per sexum fœmineum prodita, recurrat in eandem,

nubente videlicet ipsi Principi Maria. *Barth.*

33 *Generisque procreator*] Tacite divinitatem domui Cæsareæ adscribit. *Idem.*

35 *Luxuriatur antris*] Libri plerique *antris*. et recte. *vitrea illa antra* alibi quoque habes: ut VI. Consul. Hen. 'Undosa tum sorte domo vitreisque sub antris Rerum ignarus adhuc ingentes pectore curas Volvebat pater Eridanus.' Silius, lib. IV. 'vitreo quem Fucinus antro Nutrierat:' ubi male libri scripti *viridi*. Virgiliana illa e VII. *Æneid.* respexit: 'vitrea te Fucinus unda.' Idem Silius, lib. VII. 'vitrei se sedibus antri *Æquoræ* pelago simul emergere sorores.' Sic legendum; ut pluribus ad Ovidii Fastos dicemus lib. VIII. 'Donec arenoso (sic fama) Numicius illam Excepit gremio, vitreisque recondidit antris.' Statius Propemptico Metti Celeris: 'Surgite de vitreis spumossæ Doridos antris Nereides.' Veram Claudianeï loci scriptoram vidit ex Palatino codice secundis curis Barthius. Nasso Met. V. 'erat Indus Atya, quem flumine Gange Edita Limniace vitreis peperisse sub antris Creditur:' quomodo illa ex membranarum scribenda, 'vitrea sedilla' Maroni dicuntur in Georgicis, ubi Cyrenas antrum describitur. *D. Heins.*

36 *Oriensque regna fratrum*] Quod solum defuisse ait felicitati Theodosii, dissensu fratrum occulto, initio Belli Gildonicæ. *Barth.*

37 *Simul occidentisque plaudat*] Con-

cinius *plaudant* in primo Vatican. et Farnesiano: tres alii *plaudas*. Statius Lacrymis Etrusci: 'neque enim dominos de plebe tulisti, Sed quibus occæus pariter famulantur et ortus.' *D. Heins.*

38 *Placida jocantur urbes*] Sic scripti meliores: quomodo jam legendum Gronovius noster in Observationibus monuit: et illum secutus curis secundis Barthius: alii *locentur*. Claverius *feruntur*. Vulgo *latentur*, contra metram. *Idem.*

39 *Quæque novo*] Doctrina nonnullorum ex Philosophis, Solem in noctem exstingui, reaccendi in diem. *Barth.*

42 *Rapidi tacete Cori*] *Rubidi* membranæ meliores magno numero. Lucan. VI. 'Ioniumque furens rabido cum tollitur Austro:' sic et ibi scripti. Statius Surrentino Pollii: 'Tum rabidi ponunt flatus.' Rutilius tamen Itiner. lib. I. 'Illic me rapidus consistere Corus adegit.' *D. Heins.*

Cori] Corus, ventus occiduus, adversus flans Aquiloni. Vide Gellium, II. 22. *Barth.*

43 *Sonorus*] A stridore tempestatum, quas vehit. Ut Maro: 'Luctantes ventos, tempestatesque sonoras.' *Idem.*

44 *Solus evantem Zephyrus*] Prosperitatem et bonum eventum circumloquuntur hoc vento Poëtæ. Nostros Veneris peculiaris causa. Genitabilis enim hic ventus. *Idem.*

45 *Perdominetur annum*] Sic perpetuum ver. Zephyrus hujus dux. *Idem.*

XIII.

1 *Solitas*] Vidi qui vituperaret hoc carminis genere celebrari Nuptialia. Ego, etsi Tragicæ videantur Anapesti, ex ipsa tamen Tragœdia testimonium petam, ubi eis concinetur

Epithalamium. *Barth.*

Galea fulgere] Comita arma in Heroicis Landibus ejusdem Ducis alibi quoque celebravit: 'sideris iustar Emicuit Stilichonis apex.' *Idem.*

2 *Melli corona*] Neptiali, nullo sudore paranda: *στρίψας γαυφύλιον* vocat Bion. *Barth.*

4 *Releget*] Aliorsum mittat. *Idem.*

5 *Aula*] Regia domo. *Idem.*

6 *Patriis*] Stilichonis. *Idem.*

7 *Junge potenti pignora dextra*] Jungebat dextras convenientium matrimonio, *Pater*, vel qui Parentis loco erat, aut Matris. *Idem.*

Pignora dextra] Cujacius in suo cod. habuit: *Fœdera dextra*: sed *pignora* de Honorio pene puero et Maria puel-

lula dici non male crediderim. *Cla- ver.*

8 *Gener Augusti*] Qui Serenam adoptaverat, Theodosii. *Barth.*

10 *Qua jam rabies livoris erit*] Felicitate successum extinctum cum omni sua rabie livorem dicit. *Nem esse* enim interitasse denotat. *Idem.*

11 *Color*] Afflicta species, *Fucus. Idem.*

12 *Socer est*] 'Stilicho Patrius et Socer Honorii.' *Idem.*

XIV.

1 *Idaliū juber*] Veneri sacer Hesperus; quia ad ejus exortum collocabatur puella in thalamum sponsi. *Barth.*

2 *Nascitur*] Sidera enim parere se dicuntur. *Idem.*

3 *Sollicitus pudor*] Quem in omnem novarum nuptiarum descriptione agnoscunt et commendant Poëtae. *Idem.*

4 *Flammea*] Flammeum genus pepi aut velamenti, novis nuptis faciei velandæ luteo colore facti, illigati- que, ne pudor et lacrymæ viderentur: quas tamen ipsa flammea prodere dicit Claudianus, nimia significans. *Idem.*

6 *Impacata licet*] Summis enim viribus unguis etiam jam sponsæ puellæ pro virginitate defendenda parare dicebantur. *Idem.*

10 *Armat spina rosas*] Hoc impar jugum natura factum aiunt, ut ne gratissimus odor sine defensione omni injuriæ pateret temeritati.

Mella tegunt apes] Petronius Satyrico; 'Apes ideo pungunt, quia ubique dulce est, ibi et acidum invenies.' *Barth.*

11 *Crescunt difficili gaudia jurgio*] Claudianus Mamertus, lib. II. de Sta-

tu Animæ, c. 2. 'Mortalium generi natura datum est, ut abstrusa fortius quærat, ut negata magis ambiat, ut tardius adepta plus diligit.' Petronius: 'Quicquid quæritur optimum videtur.' *Idem.*

12 *Accenditque magis*] Petronius, pari re: 'Nolo quod cupio statim tenere, Nec Victoria mi placet parata.' *Idem.*

14 *O quoties, Hoc mihi dulcius*] Quæ enim virtus in Principe concubitus etiam legitimum postponente Gloriæ a victis hostibus, servata patria, stabilito imperio? De puero enim puerilia vota præponuntur, qui licet isthic nominet Parthos, spe tamen paternæ virtutis eos nominat potius quam suorum gratia facinorum: quæ venationem et ludicras equitationes nondum excessisse, præcedentia affirmant. *Idem.*

15 *Sarmatas*] Paternas Victorias pro suis loquitur. *Idem.*

16 *Aspirate novam*] Alloquitur jam novos conjuges, qui mos fausta ventium.

Fidem] Mutuum amorem, fortunas, fataque omnia conculcantem. *Barth.*

17 *Mannranque facem*] Donec vita

mansura. *Idem.*

18 *Tam junctis manibus*] Tam arcta copula. *Idem.*

19 *Edera*] Quæ in exemplum ducitur strictæ alligationis. *Idem.*

21 *Querula alite*] Columbam dicit: cujus in rebus amorum crebra mentio, ob simplicitatem, castitatem, et constantiam dilectionis mutuæ, in hoc genere avis contestatas. Hic de oculis et suavis admurmurationibus solum sermo est. Eodem pertinet versus optimi auctoris priisci, Cn. Matii: 'Columbatimque labra conserens labria.' Hinc autem *columbari*, pro labella columbarum more conserere. *Idem.*

22 *Linguis assidue reddite*] Linguae non otiosæ in his Amoris collutationibus. *Idem.*

Linguis assidue reddite mutuis] *Assidue* scripti plerique. malim *assidui*: ut IV. Cons. Hon. 'Sis precor assiduus Consul:' atque ita primus Vatican. et Farnes. Cl. Gronovius in Observationibus, 'assiduus reddite mutui:' quomodo ex nostris Junianus: quinque alii, 'assiduus reddite mutuis,' proxime conjecturam nostram: pro *mutuis* septem etiam nunciis: non male. Sequenti versu *animam* pro *animum* recte idem Gronovius: vide notas ad Epithal. Pallad. vs. 132. D. Heins.

23 *Animum conciliantibus*] Epithal. Palladii: 'Oscula mille sonent, liveness brachia nexn, Labra ligent animos.' Tria in ore amatorio commendantur, *ἀπαρρη, φωνή, φιλῆμα.* Barth.

27 *Alter virgineus nobilitet cruor*] Cave cum viro docto alte reponas.

Vulgatum recte tuetur Barthius. D. Heins.

Alter virgineus] Lanam nobilitari purpuræ tinctura clara res est ex immani pretio, et regia omniumque summa dignitate ejus coloris. Et hæc prima est nobilitas sive nobilitatio strætæ in lecto regio purpuræ. Alteram supervenire Claudianus ait tinctionem, de virginali sanguine Mariæ, jam Augustæ: cujus servatum tanto sponso florem pudicitiae hac ratione commendat Poëta. Est autem sanguis, qui primum sequitur concubitum, index virginitatis marito servatæ, etiam in sacris literis. Barth.

28 *Victor*] Velut magna aliqua lucta eluctata. Madidum torum ob sudorem dicit mutuum. *Idem.*

29 *Nocturni vulnera præti*] A defendente primum congressum virgine. Catullus: 'Dulcia nocturnæ referens vestigia rixæ, Quæ de virginis gesserat exuviis.' *Idem.*

31 *Turba licentior*] In jocos, quibus Fescennina constant, palam libereque effusos. *Idem.*

33 *Ludite milites*] Ut præsentem semper exercitum loquitur: et quis nescit urbana castra Principum? *Idem.*

35 *Insonet acribus*] Divo enim et Mundi Principi cælum et terram applaudere autumat. Illud hic in finem harum Odarum, asseverare ausim, nullam politius et gratiosius Lyricam carmen ab Horatii usque ævo ad nostrum pervenisse, quam sunt hæc Fescennina. *Idem.*

Insonet acribus] *Intonet* unus Medic. quatuordecim scripti, *auribus*. D. Heins.

XV.

DE BELLO GILDONICO.

EXCERPTA Pompanii Læti huic libro præfigunt præfationem, quæ in vulgatis exemplaribus lib. II. in Rufinum præmittitur, addita hac inscriptione, *Belli Civilis liber tertius*: pari modo et secundus Vaticanus. Reliqui quoque codices præfationem hoc loco agnoscunt cum primo Gyraldino: primus Vaticanus aliter, ut suo loco diximus. Ex Lucensi codice nullæ variæ lectiones erant notatæ in hoc Poëma. Oiselianus *Librum de bello Gildonis* inscribit. *D. Heins.*

Præfatio hic desideratur: vel petenda ex lib. II. in Rufinum, ubi invenies.

Quæ ad Stilichonem se convertit, qui antea classe armata in Achaiam a Getis pæne spoliatus ac direptam, vindex properavit; ac Musarum fontes, ipsiusque Phœbi sedem belli metu exemit: quæ tamen expeditio minus feliciter cessasse traditur illi regioni, quæ jam plus satis afflictæ, numerosum tanti ducis exercitum neque alere neque sustinere valuit; quare penitus exhanstæ non parvo stetit sua libertas. Vide Zosimum. Cæterum hic liber in Gildonem videtur scriptus fuisse Honorio IV. Consule cum Eutychemio, postquam ei nupsit Maria. Anno 398. *Claver.*

1 *Redditus, &c.*] Inde satis conjiçitur pro comperto habitum, ut Africa pars Europæ esset; sed enim Theodoritus ait, Gratianum, qui patre defuncto Europam tenuerit, post Valentis patrui obitum Asiæ Libyæque, id est, Africæ, regnum suscepisse. Paulinus: Europen Asiamque duo vel maxima Terræ membra: quibus Libyam dubie Salustius addit Europæ

adjunctam. At credo partem Africæ Occidenti propiorem Honorio accessisse; quæ vero Egyptum respicit, Arcadio relictam fuisse. *Claver.*

Auster] Africa.

Subjectaque rursus] Velut jam exenta. At improvise domitum Gildonem memorat Zosimus. *Cobocorum* est rotunditas, seu camerationis illa cavitas, aut inclinatio, qua descendere ad nos Orbis videtur. *Vicinum metuit orientem.* Terræ enim Orbis videtur prono ibi cælo vicinior, et metuere propinquum Solem. *Barth.*

2 *Alterni concera poli*] Non *Alterius*, prior Moreti. *Alterni* pro utriusque. III. Cons. Honor. 'Et geminis fulgens utroque sub axe trophæis Tethyos alternæ refluxas calcavit arenas.' Sic alibi noster: 'alternum puppis latus' habes apud Juvenal. Sat. XII. male etiam hæc vulgo distinguebantur. *D. Heins.*

Rectore sub uno] Communem dicit Patrem et Tutorem utriusque Imperii, Flavium Stilichonem, cujus auspiciis debellatus Gildo, et Honorio Africa restituta. Inscriptio vetas: FLAVIO. STILICHONI. ILLUSTRISSIMO. VIRO. SOCERO. HONORII. AUGUSTI. AFRICA. CONSILIIS. EJUS. ET. PROVISIONE. LIBERATA. EX. SC. *Concordia* nimirum profunda sub unum omnia Rectorem redigente, quamlibet duo sint Principes. *Barth.*

3 *Conspirat geminus orbis*] Sic prim. Vatic. et Oiselianus a manu primâ. Vulgo *Conspirant gemini orbes.* *Europen* etiam, non *Europam*, meliores. *D. Heins.*

Gemini orbes] Oriens et Occidens. *Barth.*

Frenis communibus] Mens ea fuit Theodosii, ut fratres illi, velut pro indiviso Orbem possiderent: at Rufinus primo Illyricum invasit; dein Eutropius Africam; quibus restitit Stilicho. ita ut tres tyranni, Gildone addito, opera et consilio magni illius ducis occubuerint. *Claver.*

4 *Europam Libyæ*] Restituit Africam Honorii partibus hoc Bello Stilicho. Et postinde adeo res ejus egit, ut plurimum ipsi Orientis vindicare voluerit. *Barth.*

5 *Plena redit*] Absoluta, perfecta.

Patriis quod solum defuit armis] Male alii *avis*. Lucani hemistichion est ex lib. ix. 'terræ pelagique labores Donat, et Emathiis quod solum defuit armis.' superiora quoque ex eodem nono sub finem, 'Concordia mundo Nostra perit.' *D. Heins.*

Patriis quod solum defuit armis, Tertius occubuit] Plenæ securitati Theodosiani seculi absuit nondum domuisse Gildonem. *Barth.*

6 *Nati virtute*] Non solis auspiciis, dicere vult. De eodem inennte iv. Cons. quo gesta hæc sunt: 'patriis olim fneras successibus auctor, Nunc eris ipse tuis.' *Idem.*

7 *Horret adhuc animus*] Poëticum *videt*. ut in incredibili eoque subito gaudio animus humanus percelli solet: sic videmus usque experimur tam insperatis gaudiis, quam subitis mororum causis attonari homines, interdum penitus etiam interire.

Manifestaque gaudia differt, Dum stupet] Licet sit clara res, tamen laborat animus in fide, gaudiumque differt, dum stupor ejus locum subit, fieri videlicet vix potuisse, quæ facta sunt. *Barth.*

9 *Cingphas*] Africanus. *Idem.*

10 *Nullis victoria nobis Hæsit*] Virgilium imitatur: 'Hectoris *Æneæ* manu Victoria Graium Hæsit,' &c. *Idem.*

11 *Nob terræ spatium*] Poterat enim in immensa spatia Africæ retrocedere. *Claver.*

dere Gildo, et bellum in multum tempus ducere, quæ in re cavenda Stilichonis Prudentiam commendat noster lib. i. Laudum, a versu 330. Paucis etiam ex inopinato oppressum Tyrannum ibidem memorat.

Obice ponti] Obstaculo objecto. *Obices sunt* pessuli, quibus januæ et claustra firmanantur. *Barth.*

12 *Congressum, profugum, captum, voc nunciat una*] Elegantissima rei celeriter gestæ narratio representatioque verborum cursu et festinatione. Originem debet dicto Cæsaris de debellato Pharnace Romam scribentis: VENI. VIDI. VICI. *Idem.*

Congressum, prof. &c.] Eadem figura illud Cæsaris: *Veni, vidi, vici.*

13 *Rumoremque cui provenit laurea belli*] Victoria pene ante bellum nunciata est. *Laurea* simpliciter victoriæ, felicem belli exitum, notat. *Barth.*

Laurea] Proprie dictum vel pro literis laureatis: nec enim Gildo fuit tanti, ut ipsius cladem triumphus sequeretur: atque in hoc non solum prudentia, sed modestia elucet Honorii. *Claver.*

14 *Quo Deo*] Ut *hæc mixtum*, quasi impatrabilia humanis opibus. Ingreditur Poëticam de Theodosio et Honorio fictionem, cui divinitus indultam, per patrem jam cælitum, victoriam narraturus est. Dii alioquin fortunam denotant. *Barth.*

15 *Dementia*] Stultitia. Velut contra Deum pugnaturi. Sic *Demens* Clandiano Gildo qui Honorium oppugnare ausus sit. *Idem.*

16 *Quem veniens indicit*] Ita meliores libri excepto prim. Vaticano, quomodo 'bellum indicere,' et similia. vulgo *induxit*. Consul. Manlii: 'quis tenebras soli causisque meantem Defectum indicat numerus.' Laude Serenæ: 'totoque severos Indicit mores pelago pudor.' sic cum libris utroque loco legendum. Cæternum pro *peremlit* Gyrard. et Lovan. *proterit*. ut l. i. in Rufin. 'qui cuspe proterit In-

Delph. et Var. Clas.

Claud.

4 T

dos.' Silius, lib. xv. 'decima jam hæc vertitur æstas, Ex quo proterimur.' prim. Vatic. pro diversa lectione *perdidit*. quomodo et Patavinus ex nostris, et præterea Isingrinianus. *D. Heins.*

Perculit] Velut fulmine quopiam superno. *Barth.*

17 *Exitium jam Roma timens*] *Exitii* octodecim scripti. quod longo elegantius. probavit et Barthius curis secundis. sic 'metuens leonum' præf. lib. ii. de Rapt. mox *vix* pro *vultu* potiores membranæ. diximus ad lib. iii. de Rapt. vs. 91. *non qualis* etiam nonnulli, pro *nec*. *D. Heins.*

Exitium Roma timens] Sunt enim, non secus atque animantibus, etiam urbibus sua fata. *Barth.*

Roma] De Roma in speciem dem efficta, ejusque miserabili descriptione, visendus Symmachus.

Negatis Frugibus] Quas adeo intercluserat Gildo, inque Africa frumentarias populi Romani naves retinuerat, ut ipso jam devicto moram omnem tollendam scribat Symmachus, ne plebs, inopia efferata in seditionem erumpat, lib. iv. Epist. 4. *Barth.*

18 *Rapidi Olympi*] Quia semper in rapido motu. *Idem.*

19 *Britannis*] Instar hos dicit bellicosissimi, remotissimi, ferocissimi populi. *Idem.*

20 *Indos*] Horum debellationem summam Romanæ virtutis faciunt. Horatius, Od. iv. 14. 'Te Cantaber, non ante domabilis, Medusque, et Indus, te profugus Scythes Miratur.' *Idem.*

21 *Vox tenuis*] Descriptio hominis fame confecti, in Dea Illa, Claudiano ipsique non admodum honorifica. Morbida autem hoc genus numina, non insolentes faciunt scriptores. Ut Africam in ægritudine fuisse, a Theodosio Seniore, medico experientissimo, curatam, scribit Symmachus, lib. x. Epist. 1. *Idem.*

Oculique juvences] Prima editio,

Thuan. et Patav. Eccles. Cathedr. 'Oculique latentes Interius. sedere genæ.' quomodo apud Statium, Theb. i. 'sedet intus abactis Ferrea lux oculis.' Silius, lib. ii. 'jam lumina retro Exesis fugere genis.' quidam etiam ante *rd fugere* distinguunt, cætera vulgatam scripturam servantes. *D. Heins.*

24 *Laxata casside*] Decrescentibus enim membris laxiores fiunt habitus. *Barth.*

Laxata casside prodit Canitiem] *Canities* pro diversa lectione in primo Vaticano. *D. Heins.*

25 *Canitiem*] Talis jam eo tempore fingeatur, senio ipso portendente ruinam.

Trahit] Velut onus molestum, non tutricem. *Barth.*

28 *Mansuris*] Alludit promissionem Romanis datam a Jove apud Maronem, Venerem alloquente, *Æn.* i. 'His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium sine fine dedi.'

Nasci] Non aliter quam ipsos homines urbes et Imperia autumabat Antiquitas. *Barth.*

29 *Stant*] Firmam auctoritatem habent.

Inmota Sibyllæ Carmina] Vide Lactantium, Cicer. ii. Divinat. Quæ nunquam frustrata Romulam gentem canit Tibullus, lib. ii. ad Apollinem: 'Te Duce Romanos nunquam frustrata Sibylla est.' *Barth.*

30 *Tarpeias arces*] 'Superis habitabile Saxum.' Capitolium. *Idem.*

Respuit arces] Sic Gyrard. et sex alii. etiam primus Vaticanus pro diversa lectione. vulgo *despicit*. Vide quæ notamus lib. ii. de Rapt. vs. 213. mox *Araxem* recte idem Gyrard. et septem ex nostris. De Oaxe Cretæ fluvio frustra sunt interpretes. *Oaxem* pri. Vatican. *D. Heins.*

31 *Non ut proculcet Oaxem*] Servius Oaxem Scythiæ amnem esse dicit. *Barth.*

33 *Susa*] Regia Persarum, sagitta-

rum usu doctis incolis celeberrima. Antiquitas ibi thesauri Persarum Regum.

Rubris arenis] Maris Erythræi.

Aquilas figamus] Ponamus castra. *Barth.*

35 *Roma precor*] Magna energia. Illa enim Domina rerum pro victu rogat.

Tua gentis] Nepos enim ex Marte Jovi Romulus: qui stator et conservator Romanæ rei colebatur. *Barth.*

36 *Defende famem*] Arce, prohibe, Horatius: 'toga quæ defendere frigus Quamvis crassa queat.' *Idem.*

37 *Lugenda Getis et fienda Suevis*] Extremam miseriam hostilis commiseratio notat.

Getis et Suevis] Atrocissimis hostibus Rei Romanæ has nationes æquat, quarum tamen soboles non diu post Imperio præfuit. Sic Suevus patre, matre Getes, Ricimen, Anthemii Augusti filiam duxit uxorem, ipsumque post socerum civili bello interfecit. *Barth.*

38 *Hausimus*] Exanthlavimus, tollimus. *Idem.*

Horret Parthia casus] *Horrebat* prima editio. *exhorret* Gyraldi liber. ut lib. 1. in *Entrop. exhorruit annus nomen*. prior Moreti *horrescit*: etiam bene. *Vatic.* primus a prima manu, et dno alli, *horret jam*. *D. Heins.*

39 *Tumuloque repletos*] *Cumulos* lege. et sic unus *Med.* dictum *Cons. Olybrii*, vs. 104. et lib. III. de *Rapt.* vs. 342. neque aliter a prima scriptura prim. *Vatic.* Mox *minacem* pro *minantem* *Oxon.* *minatum* prim. *Vat. Idem.*

40 *Corrupto sidere*] *Ære*, cælo. *Barth.*

41 *Aut fluvium*] *An fluvium* prim. *Vatic.* et *Oisel.* *D. Heins.*

Fluvium per tecta vagum] Tiberis inundatio et magnum Romæ malum, et majorum damnorum portentum. Horatius, lib. 1. 'vagus et sinistra Labitur ripa, Jove non probante Ux-

rius amnis.'

Summiæque minantem Collibus] Quibus inædificata Tempia et Palatia Procerum Romanorum. *Barth.*

43 *Pyrrhæ secula*] Diluvium. Horatius, Od. 1. 2. 'Terruit gentes grave ne rediret Seculum Pyrrhæ,' &c. Quæ respexit noster. Hoc autem ævo Pyrrhæ illud diluvium esse, quod in sacris literis describitur, credibile est. *Idem.*

44 *Urbis que potestas Decidit*] Quidam orbis. non placet. Romam intellige, rerum dominam. *Recidit* quoque pro *Decidit* scribendum, quod postea in Palatino inveni confirmatum. Cicero lib. VII. in Verrem: 'O nomen dulce libertatis! O jus eximium nostræ civitatis! O lex Porcia legesque Sempronie! Huccine tandem omnia reciderunt?' Seneca Hercule Fur. 'Thebana tellus civitasque Amphionis Quo recidistis?' sic ex antiquis libris corrigendum, quomodo jam partim Parens meus ex conjectura. Phædrus: 'Delusa ne spes ad querelam recidat.' Pro vulgata tamen scriptura videtur stare Gronovius noster ad Epist. LXXV. Senecæ, et ejusdem Herculem Furentem, vs. 269. atque ita Lucretius nonnunquam. Adeantur quæ ad Epist. XIV. Nasonis, vs. 46. congressimus. *D. Heins.*

45 *Umbra*] Miseram inanemque effigiem. *Barth.*

46 *Populis*] Civibus. Populi enim inter alia et tribus, sive familias civium denotant. *Vulgus plebs est, populus Cives*, ait Papias.

Patrum consiliis] Senatus, cui nomen et honos Patrum non alia de causa datus, quam quod consilio et auctoritate, fide etiam patria, præessent Reipublicæ. *Barth.*

Patriisque vigebam Consiliis] Non *patrumque* tres scripti. lib. II. in *Stilich.* 'patriæque gubernas Imperium monitis.' Nupt. Hon. 'patriisque relicta Mandatis:' ut utroque loco cum membranæ legendum. IV. *Cons. Ho-*

nor. 'patrio Olympo.' quomodo et illic meliores libri. *Armato etiam populo* recte Gyraldinus. Vulgo *armatis populis*. Infra: 'Ille diu miles populus.' *patrumque Conciliis* primus Vatican. et Oiselian. *D. Heins.*

47 *Domus terras*] Ex ambitione Romana, sæpius notata, qui terrarum Dominos ubique scriptorum jactant.

Hominesque revinxi Legibus] Quasi dicat humanum genus in unam urbem cœgi, et unis legibus adstrinxi. *Barth.*

Hominesque revinxi Legibus] *Urbesque* sex scripti, ut lib. III. in Stilich. 'Pacet muneribus montes, qui legibus urbes.' *omnesque revinxi* prim. Vatic. mox *et lapsi non elapsi* meliores præter prim. Vatic. *D. Heins.*

48 *Ad solem victrix utrumque curri*] Vincendo Orientem et Occidentem sum emensa. Petronius Arbitrator de iisdem Romanis: 'Qua mare, qua tellus, qua sidus currit utrumque, Orbem jam totum victor Romanus habebat.'

Solem utrumque] Rutillus, lib. II. 'Qua fert atque refert Phœbus uterque facem.' *Barth.*

49 *Ferox Caesar*] Armis acerrimus. *Idem.*

50 *Demotaque prius Artibus*] Pacis inertia prima corrumpendis Romanis moribus fuit, ut generatim verum est, quod sapienter Dionys. Longinus scripsit: *ἐλπίη διαφθείρει τὰς μεγάλας φύσεις*. Et Catullus: 'Otiū Reges prius et beatas perdidit urbes.' Scite Velleius, lib. II. 'Potentiæ Romanæ prior Scipio viam aperuerat, Luxuriæ posterior aperuit. Quippe remoto Carthaginis metu, sublataque Imperii æmula non gradu, sed præcipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum.' *Idem.*

51 *Gremium pacis*] Pacem ipsam profundam et tutam. Hoc est, cum altissima pax omnia contineret, securis de bello universa. *Idem.*

Servile recessi] Pro serviliter: sic

servile genus infra 365. malit tamen Barthius *servire*: vide quæ noto Cons. Olybr. vs. 119. apud Statium Hercule Surrentino 'famulare timens.' *D. Heins.*

52 *Libyam Nilamque dedere*] Cum populus Romanus in eam amplitudinem esset auctus, ut Italis Siciliisque proventibus annona non sufficeret, sunt classes rei annonariæ constitutæ, quæ de Africa et Ægypto Ostiam frumentum veherent, unde adverso Tiberi urbi importaretur, cum ante incerta fortuna esset, et fames sæpe improvisa ingrueret. *Barth.*

53 *Dominam plebem*] Reipublicæ amans scriptor notat occulte tempora Principum. Si servitium concessit urbs, si ferox ille Cæsar communia jura in se transtulit, quomodo Domina Plebs, Bellator Senatus? *Idem.*

55 *Horrea*] Publica Urbis. Quorum occvii. intra moenia fuisse numeramus apud Publum Victorem. Hæc autem non frumento tantum constituta publico; sed ut proventus suos in iis depositos quandoque tutos haberent, quibus deerant privatæ custodiæ. *Idem.*

56 *Stabat certa salus*] Firma erat. *Idem.*

57 *Pensabam Pharium*] De Africanis et Ægyptiis classibus loqui, clara res.

Annum] Ubertatem, Proventum. *Barth.*

60 *Cum subit*] Hæc Scaligeri conjectura: quam Claverii codex et alter Moreti confirmant. Vulgo *subito*: pro *Pharium annum* prim. Vatic. et Isingr. paulo ante *parilem*: etiam Oiselianus: sed frustra: *diuturnæque* *Aurora* etiam non *divinæque* octo veteres: pro *Ægyptia rura* Palatinus *tura*: scribe *Ægyptia jura* In partem *essere* novam: atque ita disertè secundus Ambrosianus. Infra: 'Jus Latium, quod non Merœ rubroque solebat

Oceano cingi, Tyberina clauditur unda.' et, 'At nunc Illyrici postquam mihi tradita jura.' *D. Heins.*

Par Roma mihi] Constantinopolis.

Divinaque sumis] Abscissa. Maro de Britannia, 'toto divisos orbe Britannos.' *Barth.*

61 *Aurora*] Orientale Imperium. *Idem.*

63 *Libye*] Sen Africa. Non ab re enim Zosimus tradit, Eutropium Gildoni auctorem fuisse, ut totius Africae ad Carthaginem pertinentis tractum invaderet: nam Libya erat sine controversia sub dominio Arcadii. *Claver.*

64 *Solo ducta Noto*] Austro secundo aderat cataplus navium frumentariorum ex Africa. Hinc *Australis* annus, commeatus Libyci. In Eutropium: 'Austrolem Arctoïis pensavit fragilis annum.' *Barth.*

67 *Metimur carula*] Prospectamus oculis, ut solent aliquem expectantes. *Idem.*

69 *Vel prada reliquit*] Gildonem interiora Africae petiisse depopulatam utilem superventuris hostibus commeatum notant Historici populi. *Idem.*

Præda reliquit] *Prædo* Aldus optime et decem scripti. Gildonem intelligit: de quo et infra: 'pars tertia mundi Unius prædonis ager:' et postea: 'Ite recepturi, prædo quem australit, axem:' l. i. in Stilich. hunc quoque nostrum 'Prædonem lembo profugum' vocat. *D. Heins.*

71 *Diurnos ut famula præbere cibos*] Servis Romani quot mensibus aut diebus demensum in victum frumentum dabant, de cætero super iis non solliciti. Quod sibi scelere Gildonis contigisse Romæ hic queritur. *Barth.*

73 *Librat Barbarico fastu*] Jam copiam faciens ciborum, jam spem ulteriorem incidens. Sua autem jactantem facit Claudianus, quoniam majores ejus Africae usurparunt dominium, ut ex Ammiano discimus. *Idem.*

74 *Suspendi*] Extrahit, ut rem sui

arbitrii. *Idem.*

77 *Tumida Carthagine*] Fastus, perfidia, ambitio, Punica gentis, notæ virtutes. *Idem.*

78 *Contenta luce*] Vita. *Idem.*

79 *Damnus Cannensibus emi*] Emitio enim difficilem comparisonem denotat, quod illa non nisi appenso pretio fiat. *Idem.*

Cannensibus emi] Hanc veram lectionem, non, quæ in aliis, egi, dicemus lib. iiii. in Stilich. vs. 188. *D. Heins.*

80 *Arsit*] Navalibus conflictibus immanior est tralatio, et tamen Poëtis non infrequens aut incommoda. *Barth.*

82 *Emissus ab Alpe*] Livineius scribit *immissus*: ut vs. 641. belli Gothic. 'aliasque immissa per Alpes:' sed nil necesse: nam et illic Lucensis *emissa*. Lucan. l. vi. 'Cum super e totis emisit collibus agmen:' ubi similis diversitas in scriptis. emitti carceribus equi pari modo dicuntur. *D. Heins.*

83 *Attonita jam proximus Hannibal Urbi*] Inter summa discrimina Reip. Romanæ, Hannibalem prope Urbem conspectum: Proverbium inde in usum venit, Hannibal ad Portas. *Barth.*

85 *Muro sustinui Martem*] Illi enim adequitavit Hannibal. *Idem.*

Muro sustinui Martem] *Mauro* decem libri: quod frustra probant. Imitatus hoc est manifeste Sidonius Pænegryco Aviti: 'si denique dirum Hannibalem juncto terræ cœlique tumultu Reppulimus: cum castra tuis jam proxima muris Starent, collina fulmen pro turre cucurrit.' Silius, lib. i. 'obsessa palatia vallo Pænorum, et muris defendis Roma salutem.' Lib. xii. 'pubes turres dispersa per altæ, Ut jam Roma satis credat defendere muros.' *D. Heins.*

88 *Impensaæ sæcula bellis*] *Bello* prim. Vatic. alique non pauci ex melioribus. *Idem.*

Impensaæ sæcula bellis] Loquitur

de tribus bellis Punicis, quibus aliquot secula Carthago Romam fatigavit. Possunt autem et bella alibi atque in Italia a Pop. Romano gesta intelligi, quibus vix quinque seculis se expedierunt. *Barth.*

99 *Hoc Fabius fortisque mihi*] Non simul Gyrald. prim. Vatican. et decem ex nostris. lib. 1. in Eutrop. 'Hoc mihi Janiculo positis Hetruria castris Quæsiit?' Paulo ante *hoc mille* non *hæc* ex membranis legendum: usus elegans *roû mihi* hoc sensu: de quo inter alios ad v. Theb. Statii Gronovius, vs. 579. *D. Heins.*

91 *Compulsum dirum Syphacem*] *Dirum Hannibalem* malit Barthius, ut consulari Historiæ. *Idem.*

Syphacem] Exaggerat Regis virtutem per adjectum hostile epitheton. Sed et alioquin non fuit ejus omnino expertus. Ego vere nomen hujus regis hoc loci suspectum habeo. Non enim compulsi ad venenum Populus R. Syphacem. *Barth.*

Syphacem] Sunt qui nomina propria sine scrupulo variant, sibi que in re seria parum cante ac moderate indulgeant: ego libens contenderim non nisi magna exempla sequenda esse, imo parce imitanda. *Claver.*

98 *Et Numidæ Gildonis erunt*] Malim, si per libros liceret: 'Ut Numidæ Gildonis eant.' cum indignationis nota: vide notas ad Epithalamium Palladii, vs. 137. *D. Heins.*

Gildonis erunt] Similia priore in Eutrop. vs. 213. *Barth.*

94 *Proh labor*] Non dolor. prim. Vatic. et alii viginti. quod perperam damnavit Barthius. *D. Heins.*

In Bocchi regnum] Ut Bocchus aliquis aut illi similis regulus barbarus Africa potiretur. *Barth.*

96 *Ille dix miles populus*] Delectus enim primi fiebant ex urbana juventute. Et inter cives juventutem in armis esse, tuendæ Reip. constituit Romulus. *Idem.*

98 *Horribilem gentes*] Accurate ad-

modum *gentes*, id est, barbaros, qui Romano non parebant imperio, a *subjugatis* distinxit: ea ratione, qua Justinian. 'barbaricas gentes,' in præcem. Instit. nuncupavit. *Delrio.*

Placidum sentire] Juxta illud divini vatis: 'Tu regere Imperio populos Romane memento, Parcere subjectis, et debellare superbos.' *Barth.*

99 *Miserabile pacis Supplicium*] Media pace, pace indulta, spoliatus vitæ subsidiis, inhonorus, egens, fame pene animam agit. Verba fere eadem in Juvenali, 'Nunc patimur longæ pacis mala.' Cessantibus autem publicis subsidiis annonæ, collationibus privatis cives sese mutuo sublevabant. *Idem.*

101 *Obsessi discrimen habet*] An adit? *D. Heins.*

103 *Hæc prospera fata*] *Fati* rectius legas. vi. Cons. Hon. 'in hunc sibi prospera fati Gratahntur durasse diem.' sic vere scripti. de Apono: 'Inde sibi fati prosperiora petunt.' quomodo castigandum: *prospera vitæ* Lucan. l. viii. ex veteri codice, 'mutantur prospera vitæ: 'prospera belli' idem dixit l. v. et 'prospera rerum,' l. vii. quomodo et Silius, l. iv. 'animos stimulabant prospera rerum.' *Idem.*

104 *Dedisti*] Ita nostri omnes. Ad Jovem non ad fata referendum. Vulgo *dedistis*: paulo post frustra *Gabinos* pro *Sabinis* reponit Delrius: aliter nostri. *Idem.*

107 *Brevior*] Angustior. *Barth.*

109 *Mania pauperis Ancæ*] Collatione quidem Imperatorum, alioquin etiam locupletis. *Idem.*

112 *Rusticus inferret*] Hæc omnium scriptorum lectio, quam recte Raphaelius expressit: mox pro *humis* Philippus Rubenius *numeris* in Electis legit. Livineius, *armis*. audacter. quomodo tamen in ora codicis sui Pomponius quoque Lætus, nescio an ex membranis: frustra locum tentari bene ad Statium c. 23. Diatribes Gronovius observavit. Barthius primis

curis juvenis: sed secundis palinodiam canit. *D. Heins.*

113 *Altera Nilum*] Aurora, quam modo nominavit, aut altera, sive adeo Roma nova, quam Ægypti proventum occupasse dixit supra. *Barth.*

Altera Nilum] Id est, Aurora, sive Orientis Imp. habet sibi Ægyptum subditam. *Claver.*

114 *Quæ terras humeris pontumque subegi*] Id est, omnibus viribus, conatū, ut qui humeris addnitur gravi operi tollendo aut movendo. *Barth.*

115 *Senectæ*] Quæ ipsa mihi, inquit, instar affectionis est. Hoc enim est Senectutis Elogium apud antiquitatem. Vide Ciceronem lib. singulari. *Idem.*

116 *Quibus iratis crevi*] Dixit supra laborare se mole, et breviorē fuisse feliciorē. Jam ait iram in se Deorum expletam ipsa prosperitate, qua inducta sit in fatalem istam perniciem. Iratis Diis nati dicuntur, ad omnia infortunati. *Idem.*

117 *Patrem*] Jovem.

Tuque o] Exclamatio energetica, animi excitationem indicans.

Si sponte per altum Vecta] *Qua vecta per altum sponte*, prim. et tert. Vatic. quatuor alii, *qua sponte per altum Vecta*. *D. Heins.*

Sponte per altum Vecta] Matrem Phrygiam Deorum alloquitur. Romam inde advectam ductu Claudis Vestalis, quæ adverso Tiberi navem traxit injecta manu, testimonio pudicitiam servatæ. *Barth.*

119 *Pralatoque*] Romano, quem Phrygio Almonī prætulisti. *Delrio.*

Almonē] Cum venisset ad Almonem, adverso Tiberi, simulacrum e Phrygiæ accersitum, ibi lotum est a Sacrificulis; unde mos annuus mansit sacer, eo die exportare Deam ad fluvium, et illic enitidare saxeam. Dies erat pridie Id. April. iter porta Capena. Ipsa Dea adeo credebatur hac ablutione mitigari, ut omnia velut de integro felicia portenderet Reipubli-

cæ. Redux in urbem publica lætitia simulacrum excipiebatur, ablutis omnibus malis ominibus.

Leones] Ubique Comites magnæ Deorum matri. *Barth.*

121 *Sin prohibent Parca*] Harum enim Imperium in ipsum est Jovem.

Falsis auguriis] Vulturum. *Barth.*

124 *Allia cades*] *Pugnas* Gyrald. Isingr. prim. Vatic. et sex alii. Sequenti versu pro *prostrernite*, quod jam præcesserat, *permittite* legendum cum eodem Isingrin. Vatic. Mazarin. et Florentino S. Marci. etiam Pricæano atque Oisiliano. Patavinus *committite*. Stat. Theb. II. 'utinam his manibus permittere gentes Jupiter æque velis:' noster infra: 'turbinibus mediis permittite carinas.' l. II. in Rufin. 'miserum permitto casibus orbem.' Silius, l. XII. 'permisit flammis atque ensibus urbem:' sic et 'gladio permittere mundum,' Lucan. lib. VII. *D. Heins.*

125 *Savi Pyrrhi*] Inter summos potentissimosque hostes rei Romanæ numeratur Rex iste. *Barth.*

129 *Sanctæque memor Trytonis*] Palladium enim erat, quod apud Virgines Vestales custodiebatur, Palladis simulacrum. *Idem.*

131 *Indigetes*] Indigetes dicuntur qui ex mortalibus in Deorum numerum relati.

Si quos Roma recepit] Quæ quidem omnes recepit, instar cæli, quo recipi dicuntur qui mortalitatem migrant. Nullum enim numen gentium non receptum Romanis. Quotquot enim provincias, populos, urbes, superabant, eorum omnium Deos partim publice consecrabant, partim per familias spargebant. Hinc factum ut omnium superstitionum colluvies Romanam conflueret. *Barth.*

132 *Aut dedit ipas Deos*] Cæsares et Reges intelligit, solennibus rebus in Deos relatos.

Corda remitti] Sic major scripturarum pars eleganti Græcismo. vulgo

corde. D. Heins.

Corde remitti] Sententia flecti. Sententiam aliam, aliud cor Diis dare Poëtarum mos est. *Berth.*

183 *Sacrum dextra sedare tumultum]* Vide ad r. Rafin. vs. 117. Dicturorum mos, manu protenta populo silentium imponere. *Idem.*

185 *Et contusa genus]* Scripti plerique *contoussa, comecissa, discissa, confusa*, et similia: sed prim. Vatic. alique nonnulli *contusa*: bene. Lucan. lib. ix. 'planctu contusa peribit.' *Idem* l. ii. 'Effusas laniata comas, contusaque pectus Verberibus crebris.' Ita meliores scripti maximo numero: eodem libro antea præcesserat: 'Nunc, ait, o miseræ contundite pectora matres.' lib. iii. 'Non lacrymæ cecidere genis, non pectora tundit.' Juvenalis, Sat. xiii. 'plana faciem contundere palma.' Seneca Thyesta, vs. 1046. 'Pectora illiso sonent contusa planctu.' ut bene Etruscus codex. D. Heins.

186 *Africa]* Simulacra talia non tam fictiones Poëtarum, quam Dæmonum præsumptiones. Africam Cartio Rufo muliebri ita se specie obtulisse, nanciam futurorum, testis Plinius Cæcilius, l. vii. Epist. 27. *Berth.*

187 *Crinales]* Sic enim Maro, libro vii. 'Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.' Intelligit autem noster pectinem eburneum, Africæ gestatum ob ebur peculiare ei provincie. Et alloquin pectinis usus familiarior Afris fuerit ob crispitiem, et duriorrem comam. *Idem.*

188 *Effractum scripti pendebat ebur]* Non *Et fractum* scripti meliores. eleganter: *εὐκθύνης* est, quam nunc *apothionem* dicunt. *dentes ebur* pro *dentibus eburnis*, ut Idyllio de Nilo loquitur. Sic lib. ii. in Rufin. 'duplicem fossam non exsuperabile vallum Asperat.' ut recte ibi Vaticanus, pro *fossa vallata*. lib. i. in Eutrop. 'Aureoram sane quæ talia ferre Gaudent, assuetas sceptris muliebribus urbes

Possideant.' pro *Aurora urbes*. sic vetus liber. lib. i. in Stilich. 'stabant rutili grex aureus anni.' quomodo legendum. Pleni hisce deliciis poëtam. Virgil. Eclog. iii. 'Infelix o semper oves pecus,' pro *ovium pecus*: ita meliores libri. Eclog. ix. 'Usque ad aquam et veteres jam fracta cacumina fagos,' non *veteris fagi*. Ecloga secunda dixerat: 'inter densas umbres cacumina fagos Assidue veniebat.' quæ egregie confirmant scriptam lectionem superioris loci. initio *Æneid.* 'Italiam fato profugus Lavinia venit Littora,' non *Laviniaeque*. Georg. ii. 'At rabidæ tigris absunt et sæva leones Semina.' non *leonum*. Sic tribus illis locis optimus ac vetustissimus Mediceus: similes mendas et in Ovidio deprehendimus, de quibus ad illum poëtam. mox *Irrumpit* non *Irripit* sec. Vatican. *supernas fores* unus Med. non *superbas. supernas plagas* alibi etiam dixit pro *supernas*. hoc tamen loco nihil temere mutem. Virgil. *Æn.* viii. 'foribusque affixa superbis Ora virum tristi pendebant pallida tabo.' Statius, Theb. ii. 'foribusque immissa superbis Unda fremit vulgi.' Seneca Hercule Furenti quoque Statius Epithalamio Stellæ: 'thalamique egressa superbum Limen.' Vide Gronovium ad Senecæ Tragœdias, p. 350. 'Irrupit clamore fores' Statianum hemistichium est Theb. vi. D. Heins.

140 *Avulso nexu]* Catena Elementorum, et vinculo, quo attinetur rerum omnium ordo. *Fœdera Mundi* vocat priore in Rufinum. Intelligit autem irrefutabile sapientiæ divinæ argumentum, maris fluctus littora sua servare. *Berth.*

142 *Veniunt prærupta Pachyno Æquora]* *Prærupta* opinor vel invitis membranarum, quomodo apud Maronem: 'Unde per ora novem vasto cum murmure montis It mare proruptum.' Adeantur quæ annotamus libro ii. in Stilichonem, vs. 462. D. Heins.

Pachyno] A Sicilia usque tempestas

veniat Africam superfusura. De ustis vel calore incultis ejus Libyæ locis, de qua hic sermo, lege Lucanum, lib. ix. *Barth.*

145 *Ille perusta*] *Præusta* prior Leid. et Oiselianus. Sequenti versu medio calore non nimio Patavinus Ecclesiæ Cathedr. quod si sequamur, mox pro *medius* cum scriptis nonnullis melius *flag.* *Olympi* sit legendum: vide quæ noto ad lib. ii. de Rapt. vs. 106. *D. Heins.*

148 *Medius flagrantis Olympi limes*] Zonam torridam dicit, nimio aestu inhabitabilem, quæ media cæterarum. Ovidius: 'Utque dux dextra cælum totidemque sinistra Parte tenent Zonæ; quinta est ardentior illis.' *Barth.*

150 *Dominetur aratri*] *Aristis* bene scripti meliores: ne bis idem dicat, primus tamen et tert. Vatic. *aratri*, etiam Oiselianus. *D. Heins.*

151 *Dipsades*] Serpentum genus, descriptum Nicandro et Lucano. Dictum a siti, quia dipsade percussu proni se in fluvios abjiciunt, donec rumpentur, humorem in se rapientes.

Dipsades et cerastus] Junguntur pro summe maleficis etiam Lucano: 'pro Cæsare pugnant Dipsades, et peragunt civilia bella cerastæ.' *Barth.*

153 *Gildoni secunda fui*] Ovidii, 'Æacidæ fecunda fui:' postea pro tot annis prim. Vatic. *annos.* recte. supra: 'ideone tot annos Flebile cum tamida bellum Carthagine gessi?' atque alibi non semel. mox *tenetur* pro *tenemur* probe idem Vatic. et tres alii, modo distinctio mutetur: *transcripsit* quoque pro *transeribit* Gyrard. et *Eriis fundi* non *Erigui* Putean. cum Florent. S. Marci. *D. Heins.*

155 *Nostris jam luctibus ille Consequit*] *Consequit* prim. Vaticanus pro diversa lectione. eleganter. *Idem.*

157 *Ultimam regnum*] In quo sane tamen *majestas aliqua foret.* Et Africæ non inusitatum parere Regibus. Nunc inhonoro Latroni sine omni sceptro

patendum dolet.

Private jure] Usurpabat enim Gildo provinciam, more potius licentiaque gentili, quam imperio legitimo. *Barth.*

158 *Fundi*] Ut vilem etiam nostri possessionem habeat Dominus vecors et ineptus. *Idem.*

159 *Barce*] Oppidum Pentapolitane provincie. *Idem.*

160 *Paratonio*] *Egyptiaco.* Stephanus urbem vicinam Alexandriæ locat. *Idem.*

161 *Pars tertis mundi*] Ambiguum hoc multis. Nam Africam veteres Geographi adiciebant Europæ. *Idem.*

162 *Distantibus idem Inter os vitis cinctus*] Avaritia et prodigalitate. *Idem.*

165 *Morientibus hæres*] Modus exquirendarum divitiarum et sumtum prodigalitati Regiæ. *Idem.*

166 *Virginibus raptor*] Tyranni est omnem necessitudinem naturæ nibili facere et delere. *Idem.*

167 *Nulla quies*] Ut malefactoribus usu venire solet. Salustius de Catilina: 'Animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat.' *Idem.*

168 *Dies*] Ob Proscriptiones, eque bonis ejectiones. *Idem.*

170 *Pulsatur*] Evertitur, conficitur. Sæpe sic plagæ corporis ad fortunarum animique læsiones ab scriptoribus transferuntur. *Idem.*

171 *Accitus conviva peris*] *Ascitus* in Priæano, et Bononiensi: rectius, etiam in Helmsstadiensi: apud Statium Hercule Surrentino: 'Qua pater ætherius, mensisque adscita deorum Turba, et ab excelso venit soror hospita templo:' ubi pari modo in vulgatis codicibus peccatur: *acciri* tamen in *convivium* legi apud Dictyn Cretensem, libro vi. 'Qua tempestate multi undique reges acciti domum Chironis, inter ipsas epulas novam naptam magnis laudibus veluti deam celebraverant.' Ausonius Periocha Odysseæ vii. 'Accito ad con-

vivium Ulyssæ.' *D. Heins.*

Mors nulla refugit Artificem] Hoc est, nemo tam callidus tamque cautus est qui artificem cædis fugerit, excogitatis omnibus viis et speciebus mortis. Potest intelligi animi barbari delectatio in cædibus miserorum: quo spectavit forte vox Neronis jam se interemtori, *Qualis artifex pereo!* *Barth.*

173 *Ignota novercis Gramina*] Omnia iniquitate insidiisque nocentia, novercis æquiparantur. Sic iniqua infestaque loca agrorum. Insidiæ, et lethalia novercarum gramina singularis malitiæ proverbium fecerunt. Horatius: 'Quid ut noverca me intueris?' Ovidius: 'Horrida terribiles miscent aconita novercæ.' *Idem.*
174 *Gramina*] Venenatas herbas. *Idem.*

175 *Liberiusque gemat*] Sic a tyrannis ob lacrymas extinctos homines legimus, idque matrem, ob defletum filium.

Dapibus crudelis in ipsis] Exemplo Caligulae. Suetonius, cap. 32. *Barth.*

Dapibus crudelis] Tales fuere boleti olim, deorum cibus. *Claver.*

Dapibus crudelis in ipsis] *Crudelis herilem* Reg. et Oxon. placet. mox pro *intentos capiti* cum primo Vaticano decem alii, *lateri.* et sex *urget* pro *ardet.* *D. Heins.*

177 *Fixus quisque toro*] Attonito et devotato velut animo. Hoc enim genus cogitationum animum clavis velut defigit. Sic defiguntur animo attoniti, incantati. Valerius Flaccus, lib. vi. 'Hac tunc attonitos facie defixerat hostes.' *Barth.*

178 *Carnifices epulas*] Mortis non securas. Modo dixit cædis fuisse genus, acciri ad epulas tyranni.

Incertaque pocula] Metu veneni: quod ubique promptum tyrannis medicamentum. Ferebant secum parata venena Reges in omnem casum Fortunæ; ne necesse haberent hostium potestati succedere. *Barth.*

180 *Tartareo paratū*] Qui ad Tartara ducāt, mortifero. *Idem.*

182 *Vino calefacta Venus*] Sine Cerere enim et Libero friget *Venus.* Ita scite Varro vinum suscitabulum Veneris vocat. *Idem.*

184 *Crinitos inter famulos*] Comta ministeria. *Idem.*

Pubemque canoram] *Decoram* prim. Vatic. et decem alii: *plebemque* tres. *D. Heins.*

185 *Orbatas jubet ire nurus*] Nurus Poëtis omnes fœminas signat. *Barth.*

186 *Arridere*] Non minus crudele factum Imperatoris illius, qui parentes filiorum supplicio interesse cogebat. *Claver.*

187 *Profuit*] *Præstitit* unus Ambros. et sic in margine primi Vaticani manu viri docti erat castigatum: non nequor. *Id plus* subintelligitur. lib. ii. in Eutrop. 'Concessoque cupit vixisse colonus, Quam dominus rapto,' id est, magis cupit: ita passim scriptores. *D. Heins.*

Siculi mugitus ferre juvenci] Nota res. Illud non indignum observatione, posteriorum seculorum tyrannos idem supplicium usurpasse. *Barth.*

188 *Quam tales*] Omissa est vocula *potius.* Libro ii. in Eutropium: 'concessoque cupit vixisse colonus, Quam Dominus rapto.' Vide ibi notata. *Idem.*

Quam] Id est, potius quam: sed enim *profuit*, quod supra, nescio quam vim habet. Dixit vero Livius: 'Orationem precibus quam jurgiosilem.' Tacit. 'Pacem quam bellum optabant.' *Claver.*

Choros] Saltationes cantusque quos modo dixit: pietatis scriptores in universum hoc genus nocturnarum insaniarum execrabile habent. *Barth.*

190 *Media Carthagine ducta*] Extractæ. *Barth.*

191 *Connubia*] Concubitus. Vel et conjugia indigna. *Idem.*

193 *Ingerit*] Invitis, et contra omnia facientibus.

Discolor] Nigrior parentibus. *Barth.*
Discolor infans] *Degener* Isingrin.
 prim. Vatic. aliique sex. *D. Heins.*

195 *Peditum præcurrunt agmina longe*] Ut Romanum Principem cursores. *Barth.*

197 *Proturbat avita*] Non *perturbat*, conjectura Raphelengii: confirmant aliquot ex nostris, etiam prim. Vaticanus.

200 *Fas erit*] Metuo ne hæc turbata sint. Ambros. optimæ notæ: *Fas erit* ?—*Errantesque solo natali reddere cives*: in priore versu hiatus relictus erat. Moreti, et sec. Vatic. *Fas erit atque solo natali.* Tholos. *Fas erit errantes natali.* Regius, *me reddere.* Med. et Rottendorphian. *mihî*: latet aliquid: mox *ni Jupiter*, non *nisi*, præstantiores aliquot cum primo Vaticano: idem Vatic. pro diversa lectione paulo post *patiemur inultas*, non *inultam*. *D. Heins.*

201 *Iret adhuc in verba dolor*] *Erumperet.* *Barth.*

202 *Voces adamante notabat Atropos*] *Parcas* Jovi amannenses et dictorum ejus exscriptrices facit antiquitas, ut scilicet in fatorum illico numerum venirent quæ elocutus esset summus Deorum. Nam verba Jovis fata irrevocabilia. *Idem.*

204 *Nec te, Roma, diu*] Verba summam Majestatem spirantia. *Idem.*

205 *Honorius*] Non ego, ait, sed mihi majestate proximus Romanus princeps. *Idem.*

206 *Secura*] *Æternitatem* Romano Imperio spondet.

Vestrum tenorem] Jugis constantia, *tenor*. 'Fortunæ tenor' Petronio perpetua ejus inconstantia. *Barth.*

208 *Afflavit Romam meliore juventa*] Deorum spirabili afflatu vegetari, reflorescere omnia, traditio vetus.

Melioræ juventa] *Ætates* urbibus, instar hominum, adscribi, notatum jam aliis. *Barth.*

211 *Erexit galeam*] Ipsa armatura,

ipse homo, cristis crescere videtur. *Idem.*

213 *Humentes Noctis equos*] Ab rore nocturno. Virgilius: 'et jam nox humida cælo Præcipitat.' Noctis auriga antem somnus. *Idem.*

214 *Volocbat sidera cursu*] *Cursu* Gyrald. prim. Vatic. et tres alii: sic et Nocti snus apud poëtas currus: unus Ambros. *lappu*. Pro *cornu* prim. Vatic. et sex ex nostris *cornus* paulo ante: galeæ enim jam meminerat. Puto scribendum *Levis* et *excussa*: non *Et levis*: *læve* enim et *rubigine scabrum* contraria. Naso in Fastis, lib. iv. 'Aspera Rubigo parcas Cerealius herbis, Et tremat in summa læve cacumen humo.' *D. Heins.*

215 *Divorum proceres*] Ambitio hominis! Nec communes Deos facit suos Principes.

Majorque minorque] *Seniorque* prim. Vatican. et octo alii ex nostris: ut infra: 'Italas senior tendebat in oras.' vi. Cons. Honor. 'Seniore supernas Jam repetente plagas.' *D. Heins.*

Majorque minorque] Pater et avus Honorii. *Barth.*

Majorque minorque] Intellige Theodosium comitem, avum Arcadii et Honorii, qui divinis fere honoribus consecratus est, quia, ut ex Drepanio loquar, debuerat esse Imperator. At Valens, audita aruspicum designatione, super literis Θ. Ε. Ο. Δ. plurimos quorum nomina ab iis incipiebant morte mulctavit, inter quos huic Theodosio majori, qui jam invidia similium obterebatur, caput absulit Carthaginæ. Fuit autem vir bello strenuus, et cujus laudibus L. Pacati oratio et Ammiani pagina quasi gestiant. *Claver.*

219 *Sic cum præcipites*] Navi comparatur Respublica. Sic Imperator navis magistro. *Barth.*

Sic cum præcipites] Hæc comparatio visa est quibusdam nimis frigida et exsanguis. *Claver.*

Artem] Moderandæ nayis scientiam. *Barth.*

220 Verbera mutat] Non mutat vel mutat, libri meliores, et sic ex conjectura Raphaelengius: pro *descensura* ratis quartus Vaticanus *Descensura*. Forte *descensura*, a desidendo, proprio hac in re verbo. Rottendorph. *Defensura*. 'In campum desidit apex' in antiquis membranis habuimus Epithal. Honorii, vs. 26. de navibus III. Cons. Honorii: 'Succensum sedere rates.' Naso, IV. Fast. 'Sedit limoso pressa carina vado.' Videantur annotata nostra ad tertium *Æneidos* Virgilianæ, v. 555. ubi id ipsum verbum revocabimus. *D. Heins.*

221 Cæca sub nocte] Caligine, aut vera nocte. *Barth.*

222 Ledi sustentant] Castor et Pollux Spartæ ex Jove et Leda prognati. Seneca: 'geminum Tyndaridæ genus Succurrunt timidis sidera navibus.' *Idem.*

223 Circulus ut pateat Luna] Ultimus ætheriorum, sub quo demum omnia morti obnoxia. *Idem.*

224 Ad oras] In oras, et mox simul ac, non simulut, Gyrالد. alii que. *D. Heins.*

225 Bosporus arctas] Bosporos prim. Vatic. et excerpta Pomponii. *Idem.*

Bosphorus] Descriptio Byzantii visenda apud Xiphilinum Severo. *Barth.*

226 Arcadii] Hic Princeps non adeo fuit laudatus: nam vel a puero nescio quid sinistri exercuit. *Claver.*

Urbi Eæ] Romæ Orientali. *Barth.*

228 Permixto tremuerunt gaudia fle-tu] Ut solet insperata gaudia sequi fons lachrymarum. *Idem.*

229 O mihi post Alpes nunc] Post eas summo labore emensas. *Idem.*

231 Unde tuis optatus ades] Ex Maroniano *Ænea* II. *Æneid.* 'O Lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrum, Quæ tantæ tenere moræ, quibus, Hector, ah oris Expectate venis?' &c. *Idem.*

232 Feræ] Plurimas barbaras gen-

tes et ante Principatum et ejus ini-tiis domuit Theodosius. *Idem.*

233 Præsidium] Tutela, confugium. Horatius: 'O et præsidium et dulce decus meum.' *Idem.*

234 Lugentique pium] Clementem: quali Principe mortuo luget mundus.

Fortemque requirunt] Ob tumultus secutos. Quos compescuit tamen egregie Stilicho. *Barth.*

Lugentique pium fortemque requirunt] *Longeque pium* prim. Vatic. et Pricæ-anus a manu prima: neque aliter Oiselianus: pro, longum: Gigantomachia: 'nec te Proserpina longe Umbrosæ tenere fores:' infra hoc ipso libro: 'in solis longe fiducia telis.' *D. Heins.*

235 Rupit suspiria] Ex imo pectore. *Barth.*

236 Hoc erat in fratres] In fatis, Regius, Pomponii et Gevartii excerpta. Ovid. Trist. 'Ergo erat in fatia Scythiam quoque visere nostris' Lib. I. Metam. 'Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus.' Lib. I. Fast. 'Sic erat in fatis: nec te tua culpa fugavit:' nihil tamen mutandum: paulo aliter secundis curis hæc distinguit Barthius. *D. Heins.*

Hoc erat] Ironica indignatio abrupto sermone. Virgil. *Æn.* II. 'Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per enses, Eripis!'

Medio] Interveniente, conciliante. *Barth.*

237 Germanaque dissidet aula] Una, totius mundi rectrix, a consensu fratrum. *Idem.*

238 Tanti sit palma furoris] Discordiæ tantæ, tantorum odiorum concussionumque Mundi pretium sit salus Gildonis, impetente Honorio, defendente Arcadio. *Idem.*

Fit causa furoris] Sit palma Gyrالد. et quatuordecim alii: bene. *D. Heins.*

239 Egregius morum] Mores, omne genus virtutis.

Magno] Magno pretio. Maro:

'magnoque optaverit eunt, Intactum Pallanta.' *Barth.*

240 *Pietas infracta*] Contusa, confracta; particula enim auget vim verbi.

Recedat] In vicem ejus objecto odio, terrarumque orbe civilibus dissidiis discusso. Sane felicitas fuit seculi compositum hoc bellum. *Barth.*

Infracta recedat] *A fratre* Isingrin. prior Leid. Pricæan. et unus Petav. prim. Vatic. cum decem aliis in *fratre*: *fraterna* scribendum puto. Barthius vulgatam scripturam tæuet. *D. Heins.*

241 *In primo genitore*] Considera, inquit, merita, sive virtutes, Gildonis: in me primum, parente tuo. Loquitur bellum civile cum Maximo et Victore, insigni virtute Theodosii confectum. *Barth.*

242 *Dissidium*] *Dissidium* pri. Vatican. alique plurimi: sed frustra paulo ante habuimus, 'mundus germanaque dissidet aula.' *D. Heins.*

Sub ictu] Sortis nimirum. Locutio proverbialis: Sub uno ictu esse omnia. Ictus enim subita et improvisa percussio. *Barth.*

245 *Auxilio favere Getæ*] *Fovere* Ald. et scripti aliquot cum prim. Vatican. Lucan. 'Votis tua fovimus arma.' Barthius tamen pro vulgata scriptura digladiatur: superiori versu, qui non adjuvit unus Medic. concludit: ut et Palatinus: *egentem auxilio* præterea, non *exantem*, unus Ambros. Naso Trist. i. El. iv. 'Causa mea est melior, qui non contraria fovi Arma.' *D. Heins.*

247 *Fluitante fide*] Ambigua, instabilis. *Barth.*

Si signa petisset] *Tulisset* duo Med. et Palat. ut lib. ii. de Rapt. *signa Dea adversa tui*: mox *detecto* legendum cum omnibus scriptis. nisi quod primus Vaticanus *defecto*: hoc est, defectionem molito: minus doleam, si palam a me defectisset, seque hostem meum esset professus. Isingrin. *defenso*: in Oiselianis etiam *defecto*. Raphaelengius Delirium secutus *dejec-*

to: frustra. Nihil hic difficultatis. Detectum hostem vocat apertum, non occultum: nec damnum *et de facto*. *D. Heins.*

248 *Obvia*] Contraria. *Barth.*

Obvia detecto] Hoc dicere voluit: Si, debellatis hostibus, obviam mihi progressus, gratam sibi meam victoriam fuisse significasset; minus illi succurrerem. Quid subaudiatur, nemo non videt. *Delrio.*

249 *Restitit*, &c.] Medium se gerendo, ut ait Livius, hæc illave defensoris, prout invaluisse. Arma aperta palam vites, ait Tacitus, frans et dolus occulta, eoque inevitabilia. *Claver.*

In speculis fati] Speculabundus Fortunam, et ad ejus momenta fidem collibrans. Natum a speculatoribus, qui locis tutis et altis dispositi nuntiabant advenientem hostem. *Barth.*

250 *Libravit geminas eventus iudice vires*] Quo fortuna partium, eodem ejus inclinabat favor. *Idem.*

251 *Ad rerum momenta*] Libra velut præserte. *Momenta*, nutus et renutus. *Idem.*

252 *Fortuna simul cum Marte pendit*] Martem enim Fortunæ, hoc est, consilia sua eventui apta habuit Gildo, ut sermocinatur Theodosius. Noster codex etiam erectiorem sententiam præfert, in hæc verba: 'Victori; cum Marte simul Fortuna pendit.' Qua verborum collocatione etiam lucidior sententia. Fortunam suam Marti dubio applicavit; hoc est, fidei, quam mihi debebat, rationem prorsus nullam habuit. *Idem.*

Simul cum Marte pendit] *Mente* Gyrald. et sex alii cum excerptis Pomponii Vatican. quod damnat Barthius. prior cum *mente* Mazarin. Mox *Etsi* pro *O* si idem Gyrald. et octodecim ex nostris: ac primæ Edd. Excerpta Put. *At si*. Forte *Quod si*. nam quartus Vatican. *Ut si*. *D. Heins.*

253 *Cupidis astris*] Sic blandiuntur Principibus suis Poëtæ: Horatius ad

Augustum: 'Neve te nostris vitiis iniquum Ocior aura Tollat.' *Barth.*

254 *Exemplum sequer Tullii*] Res gesta nota. Vide Livium, Florum. *Damis laniatum* ait Claudianus quod raptus equis per loca senta, flagris ante cæsus. Fufetium scribendum, non Sufetium, docuerunt pridem docti viri. *Idem.*

255 *Aptarem membra quadrigis*] Ap- tandi verbum in deliciis Claudiano novi: hic tamen *raptarem* malim: quod Rubenii excerpta confirmant, et prima editio. Virgil. 'Raptabat- que viri mendacis viscera Tullus.' idem de Hectore: 'Raptatus bijugis ceu quondam.' Vetus poëta apud Ciceronem, libro 1. Tusc. Quæst. 'Vidi, videre quod me passa æger- rume, Hectorem quadrijugo curru raptariæ.' noster lib. 1. in Stillich. 'Tu neque vesano raptas venalia curru Funera.' *D. Heins.*

257 *En iterum calcat*] Nunc iterum prim. Vatic. et potior cæterorum pars. *Idem.*

Calcat] Responsa ut Principis, vel et Dei. *Calcat*, cum contumelia neg- ligit et proculcat. *Barth.*

258 *Post patrem fratremque*] De- ceptos et delusos, quia crediderunt. Perfidia Gildonis toto hoc opere tra- ducitur, cum infamia gentis. Sequen- tia clare docent, Arcadio addere vo- luisse Gildonem detractam Honorio partem. *Idem.*

259 *Inque tuam sortem*] Partem Im- perii Paterni. Ab Eutropio Eunu- cho totum hoc fuisse, et ejus instinc- tu Honorium voluisse Africa interver- tere Gildonem, scriptor Zosimus. *Idem.*

260 *Mercede placebit Proditio*] Se- ditio prim. Vatic. pro diversa scrip- tura: quomodo et sex alii. Forte *Deditio*: sic et peccatum Præfatione libri 11. in Eutropium. præcedentia confirmant. *Proditio* minus hic fe- renda, quia *proditor* paulo ante præ- cessit. *D. Heins.*

261 *Læsi fratris*] Honorii. Quem

ob crimen fugiase dicit Gildonem. Intellige fratris liberos cæsos.

Transfuga] Ob id minime carus ha- bendus. *Barth.*

262 *Levis ingenio*] Ut probatum scelere in ipsum Theodosium jam commemorato.

Discrimine summo] Licet adeo, in- quit, res nostras fuerint accisæ, ut dubiis nobis de vita periculis eximen- da, jamque sub ictu lethi constitutis, immineant extrema omnia, tamen antiquis moribus salus non placeat quam attulerit proditor. *Barth.*

263 *Suspensa morte*] Tandiu dilata. Licet, inquit, aliquando necessario utamar proditore, tamen, pulsus ma- lis, luce recepta, illum odimus, et pœnæ etiam subdimus. *Idem.*

Suspensa morte salutem] *Suspensam* malo cum uno Ambros. et *nunquam* pro *nunquam* cum priore Leid. *D. Heins.*

264 *Nunquam gratus erit*] Proditor ipse nunquam poterit amari.

Luce reperta] Reparata. *Barth.*

Damnatus luce reperta] Gyrald. Isingrin. et quatuor alii, *recepta*. ne- que aliter diversa scriptura prim. Vaticani: quod secutus Raphelen- gins. nihil temere mutem. Virg. *Æn.* iv. vs. 14. a fine: 'Quæsivit celo lucem, ingemuitque reperta:' sic 'fraude reperta' libro 1. in Eutrop. 'nec fraude reperta Cautior elusi fremitus vitare mariti.' et libro 11. vs. 589. 'hac fraude reperta,' non *arte*: ex antiquis membran. Statius, Theb. x. 'subitus mox fraude re- perta Exclamat.' Theb. vi. 'fraude reperta Raptus in excelsum.' de An- tæo. *D. Heins.*

265 *Nec nos patimur committere tali Hoc genus emptori*] *Nec vos* cum Cla- veriana editione Barthins: quomodo tert. Vatic. sec. Ambros. et Maza- rin. *Idem.*

Nec nos patimur] Hoc est, nostro lubito, nostroque assensu nunquam Imperatorio generi vestro eam ma- culam inuretis, ut proditione alter

alterius velit partem divisi Imperii concerpere, ad seque transferre. Indignum nimirum facinus genere et indole Regia, suaque sobole, ait Theodosius. Potest et Eutropium turbarum redemptorem intelligere.

Committere emtori] Possunt referri hæc ad Eutropium. Committere emtori, si argutari velis, sit emere. *Barth.*

267 *Hic vendit*] *Hoc* scripti fere omnes: probe. pro *nec nos duo vos*. pro *committere*, unus *Med. concurrere*. hæc sana non videntur. *D. Heins.*

Vendit patriam] Summo a parricidio scelere. Patriæ enim a parentibus honor debetur summus.

Plerique in tempus abusi] Contestata res gentium historiis, proditores post operam suis moribus interemtus. *Barth.*

268 *Tenuit sic Graia Philippus Opida*] In Oiseliano *renuit*. *D. Heins.*

269 *Pellæo libertas concidit auro*] Notæ artes Regis astutissimi, dictis etiam celebrata; ut cum nullum locum inexplugnabilem autumavit, quo adigi posset asellus auro onustus.

Pellæo] Per contemptum non raro nominatur Urbs ante Philippum et Alexandrum contemptum oppidum.

Auro] Notum Oraculum: Ἀργυροῖς λόγχοισι μάχου, καὶ πάντα κρατῆσεις. *Barth.*

270 *Romani scelerum semper sprevere ministros*] Ferro enim et virtute, non auro et negotiationibus, bella gerant. *Idem.*

273 *Petit*] Petit. *Idem.*

274 *Patrare*] Conficere, perficere.

Per famuli nefas] At quis hic famulus? Explicant historici. A. Gell. 'regis Pyrrhi amicum,' lib. iii. cap. 8. vocat. Valer. Antiati veteri historico 'Timochares Ambraciensis' dicitur. *Dempster.*

Ductosque Camillus] Historia apud Livium, lib. v. *Barth.*

275 *Pueros obessa, &c.*] Apud Florentinam narratur hæc hist.

277 *Moveat*] Concutiat, convellat.

Quod respuit alter in hostem] Scelus videlicet prodicionis. *Barth.*

Quod respuit alter in hostem] *Quem* Lovan. *Lego, quem respuit*, vel, *quod respuit*. flagitium prodicionis. pro *prælia solvant* prin. Vaticani discrepans scriptura *tolunt*. *D. Heins.*

279 *Condonat habenas*] *Cum tradit* plerique scripti, aut *cum tradat*, *cum donat*, *cum turbat*, *cum prodit*, et similia. *Puto, cum tradit*, vel *num tradit*: possit et *cur donat*, vel, *num*. *Idem.*

280 *Tanta provincia*] In alias sex divisa; Carthaginem, Numidiam, Tripolim, Byzantium, Mauritaniam Sitifensem, Mauritaniam Cæsariensem. *Barth.*

281 *Animus mutaverit anceps*] *Nutaverit* legendum cum melioribus libris. Aldus et scripti nonnulli *animus mutaverit*: unde *animus nutaverit* olim emendandum videbatur, quod Silium sic locutum existimarem l. i. 'Stantem pro muro et nutantem membra Caycum:' sic enim Oxon. liber, non *nutantem*, vel *mutantem*: vel cum Colon. 'minitantem vana:' vel cum P. Victorio 'mutantem verba:' l. vi. 'Ardus ille super tumidis cervicibus altum Nutat utroque caput:' sic Colon. optimus: l. xvii. 'Quos ubi nutantes conspexit Amilcare cretus Terga fugæ:' quomodo prima editio, non *mutantes*: nunc accuratius loca illa perpendenti primo versu *nutantem membra*, et tertio *nutantes terga*, scribendum videtur. Est enim Virgilii illa imitatus Æneid. v. 'Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertant Infensi.' medius versus distinctione post *τὸ super* juvandus. Ad Claudianum igitur ut revertamur, cum Lovan. *animis nutaverit* exhibeat, nullus dubito *animi nutaverit anceps* legendum: sic alibi, 'Ambigus vitæ jacuit:' et 'Ergo animi victus:' et Cons. Manlii, v. 211. 'Sic patiens animi per tanta negotia liber Emergit:' quomodo vetus liber: nihil magis obvium: apud Apuleium in *Metamorph.* libris: Impos animi, infirmus, æger, saucius, vecors animi,

furens, externatus, attonitus animi, festinus, recreatus, tenellus animi: et similia. apud Maronem: fidens animi, amens, inops, infelix animi: furens, præceps, miseratus animi: egregius et præstans animi. apud Silium: ardens, æger, dispar, erectus, furens, turbatus animi. apud Statium: florens et eximius animi. apud Catullum, 'vagus animi,' Galliamb. apud nostrum, 'victus animi,' libro II. in Rufinum; libro II. in Eutropium, 'exiguus animi.' *D. Heins.*

282 *Refugum*] Iustar reciprocantium fluctuum. *Barth.*

283 *Mauri fuit Africa munus*] Malim *fuit*, si superiori versu *refugum* pro *refugum* cum Tholosano legas. Posset et scribi *Maurique fit Africa munus*. Barthius vulgatum tuetur. *D. Heins.*

Mauri fuit] Portento enim simile aliquando fuisse Africam Latronis unius Mauritani donum. Munus ejus qui donat. *Barth.*

284 *Mansylas fraudes, bilingues Indidias*] Afri omnes populi malignitatis et dolosorum animorum traducuntur. *Idem.*

Bilingues] Ambiguas. Aliud sensu, aliud lingua tenentes.

285 *Doli spirantia virus*] *Soli* cum scriptis et primis edd. legendum: ut apud Juvenal. Sat. III. 'facilem stilavit in aurem Exiguum de naturæ patriæque veneno:' vidit veram quoque scripturam secundis curis Barthius. *D. Heins.*

Verba doli spirantia] Totus Principis sermo in eo est, ut Afram omnem gentem, naturæ cæli, solique conditionibus perfidiæ infamem, filioque cavendam præpingat. *Barth.*

286 *Ne consanguineis certetur cominus armis*] Hoc enim agebat sive Gildo, sive per eum Eutropius, ut Honorium Arcadio committeret, ipse iis bellantibus securior foret, aut excusso jugo provincia abuteretur pro sua. Sane magna Honorii felicitas, nec sine causa tantopere alibi celebrata

Orosio, qui interventu fortuito Masceleris tantis discriminibus tam repente emersit. *Idem.*

287 *Deprecor*] *Ne, precor*, prim. Vatic. et viginti alii: optime: imitatus illa: 'Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella.' Videantur quæ notamus ad Epist. Heroid. xvi. Nasonis. *D. Heins.*

288 *In Mauros hoc crimen eat*] Oppositis fratribus. Id factum sane, cum, pacatis Romanis, Mauros fratres fratricidium colliierit. *Barth.*

289 *Molitur*] *Malo molitus: devotior pro devinctior* Ald. et Patav. recte: amat enim eam vocem noster. *D. Heins.*

292 *Cum diuus abirem*] Nota consecratio. Quibus ad suum usque Principibus contigerit diligenter notat Eutropius. Donum Principum sequentium, tyrannis nunquam datum.

Abirem] Statione cederem. *Barth.*

293 *Res incompositas*] Sane ordinaturus adhuc Imperium, vix superato Eugenio Tyranno.

Tumidas] A mari male quiescente, quod tumere tum dicitur. *Barth.*

294 *Stringebat*] *Stringebat* lego cum uno Ambros. dictum alibi. *D. Heins.*

Etiamnum] Vetitos pace, tamen remanentibus odiis. *Barth.*

297 *Quienct*] *Lege quienct*, ut recte prim. Vatic. et alii aliquot, pro *quievisset*: sic *extinxem* pro *extinzissem* apud Virgil. et similia. Silius, lib. VIII. 'Ignosset, quamvis avido committere pugnam, Varroni, quicunque simul tot tela videret.' Inepte vulgo *ignoscet*. lib. XI. 'Tum deus ut liquidi discisset stagna profundi, Tellurisque globum media tellure locasset.' Sic optimus Coloniensis. Vulgati *discussit* et *ligasset*. lib. XVI. 'Vos hodie posco, superi; protractis ad arma Quod profugos, satis est:' Ita idem codex. Perperam nunc legitur, 'protractus ad arma Quod profugos,' apud Maronem, 'pœnam traxe per

omnem' pro traxisse. *Æn. xi. Vixet pro Vixisset : et jussu pro jussuro : in hoc tamen Claudiani loco prim. Vatic. pro diversa lectione quærit : pro qui-erit puto. D. Heins.*

298 *Quod libera tanti*] Quid cum membranis scribo. Barthius *ne libera* cum Cujacianis libris, et nonnullis editionibus. *Idem.*

300 *Metu*] Principis, qui compescere eos auctoritate poterat. Fuisse bellicorum et armorum peritum etiam hostili in eum alioquin animo, testatur Zosimus.

Dissensus acerbus Sed gravior consensus] Dissensus enim bellum inter fratres civile confecturus erat: Consensus novum omnino Principem illaturus, spreta stirpe Theodosii. *Barth.*

301 *Et gravior*] *Sed scripti* quidam. *D. Heins.*

302 *Tenerumque rudemque*] Non tamen usque adeo talem. Constat enim Arcadium natum esse triennio ante Imperium Theodosio collatum. Jam imperavit hic annos xvii. sex cum auctore suo Gratiano, undecim solus, et cum filiis: ut vigesimum ætatis annum egerit moriente patre. *Barth.*

303 *Veros Principis*] Qui non egeret Moderatoris. *Idem.*

304 *Quem ta tremuisse futeris*] Vide Zosimum. Sane magno malo fuisset ei citra Stilichonem Ruffinus. *Idem.*

308 *Ceu præsens numenque*] Numina ubique præsentia etiam pagani fingebant omnia contueri.

Si tanta recusas] Si te non movent a sententia tot taliaque monita meritaque Stilichonis: reverentia tamen ejus moveare, a fovendo hoste publico, qui socer est fratri tuo, et sic tibi pene Pater. *Barth.*

Si tanta recusas] *Si jussu Oxon.* placet: sequenti versu *rd at* bis repetendum cum scriptis: perperam vulgo aut. *D. Heins.*

310 *Mea Serena*] Fratris filia Honorii, nuptæ Stilichoni. *Barth.*

313 *Tulisset*] *Tulissent* rectius prior *Delph. et Var. Clas.*

Leidens. duo Vaticani, et Pricæanus. *D. Heins.*

314 *Permitte*] Non obnitere. Dio pellat, aut ne obsta: res erit confecta. *Barth.*

315 *Ille licet sese*] Similia prorsus, iv. Cons. Hon. vs. 103.

318 *Consilium*] Prudentiam. Non abs re ubique in Stilichone a nostro commendatam.

In omnes Equalem casus animum] Nullibi ad notas aut Fortunæ aut effectuum mutantem, aut secus agentem quam res postulet. *Barth.*

320 *Inveniet virtute viam*] Secundum tritum illud Nasonis: 'Invia virtuti nulla est via.' *Idem.*

Sic Divus, et inde] Malo, *at inde.*

324 *Tutior*] Porro non mutabilis. Negat postea fratris possessionem turbaturum. *Barth.*

325 *Longo sermone*] A tanto scilicet tempore. *Idem.*

Sermone volutant] *Retexunt* prim. Vatican. Pntean. Oisellianus, et Patavin. probe: quo sensu sæpe *Prudentinus*. Statius Theb. iii. 'multumque et ubique retexens Legatum sese Graia de gente petendis Isse super regnis:' libro ix. 'Sed memor Elysa regis, noxasque retexens Tydeos:' ubi nihil ex scriptis mutandum. pro *pervenit* mox idem Vatic. *convenit*: et *qua fusus*, non *quo*: *qua* pro *ubi*.

327 *Fusus Honorius ostro*] *Fortis* plerique libri: prior Moreti *fulvus*: ut Nuptiis Honorii: 'hoc navigat ostro Fulva Venus:' apud Silium, lib. xi. 'Nec pudeat picto fultum jacuisse cubilli:' hinc et *fulcrum*. Vide quem notamus Epithalamio Honorii, vs. 161. Statius, Theb. ii. 'Regis Echionii stratis allapsus, ubi ingens Funderat Assyriis exstructa tapetibus alto Membra toro.' *D. Heins.*

Ostro] Veste purpurea stragula. *Barth.*

328 *Carpebat somnos*] Verba inferrunt sonum quodammodo suaviter dormientis.

Claud.

4 U

Maria] Syllaba notanda. In Nuptiis: 'Mariæ sed luce minores Eligat ornatus.' Prudentius Psychomachia: 'Nec mea post Mariam potis es perfringere jura.' Barth.

330 *Devictos Mauros*] A Theodosii præcessoribus. Vide Ammianum. *Idem*.

Devictos tenuit fiducia Mauros] *Devictis tumuit fiducia Mauris* Gyrard. excerpta Læti, et quindecim alii, nisi quod in Regio *dementia*. Noster alibi: 'Tantane vos, inquit, Getici fiducia belli Erigit? hinc animæ frustra tumuistis inani?' Val. Flacc. l. 1. 'Sed non sponte feror, nec nunc mihi jungere montes Mens tumet.' Quod in *tamen* frustra mutant, lib. 11. 'nec enim alma videri Jam tumet, aut tere tri crinem subnectitur auro.' Ita locum vexatissimum corrigendum puto. Noster initio Cons. Maul. 'plausue tumet clarescere vulgi.' quomodo vetus liber. Statius Achilleide, lib. 1. vs. 348. 'vestesque latentes Diducit, sparsumque tumet componere crinem.' ita testatur se in vetusto codice invenisse Cl. Gronovius: vulgati *studet*: sic et *fremeret* cum infinitivo apud eundem Statium Achilleide: 'non aspera præbet Ora lupis, dominique fremitu captivus inire Imperia.' quomodo vetus exemplar. multi alii *gemit*. vulgati *negat*. vulgatum *tenuit fiducia Mauros* ex illo Virgiliano potest defendi, *Æneid.* primo: 'Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?' D. Heins.

331 *Conjurat in arma*] Ne videatur bellum legitimum agnoscere, conjurasse dicit. Barth.

332 *Progenies vesana Juba*] Numidas dicit. Populi enim Regum suorum soboles perhibetur. *Idem*.

333 *Firmunne jacentem*] Firmi rebellionem habes apud Ammianum Marcellinum, lib. xxix. Zosimum, lib. 17. *Idem*.

Firmunne] Hic tyrannus adeo fidens animi vel impudens fuit, ut pur-

puram indueret. Exstat nummus ejus faciem præferens cum hac inscriptione, *Dn. Firmus P. F. Aug.* Hunc Theodosius comes debellavit. *Clacer*.

Firmunne jacentem] Tres fratremne. cum Glo-sa, *Firmum*. D. Heins.

335 *Rurus habent*] *Avent* corrigit secundis curis Barthius. *Idem*.

Rurus avent] Conantur, cupiuntque tangere, nobisque ereptam sibi vindicare. Barth.

336 *Germani nec fata times*] Fuit enim Gildo frater illius Firmi, qui non futili bello, in Africa Romanos appetivit. Ammianus, l. xxix. *Idem*.

337 *Notoque senex*] Accuratissimus scriptor alludit militarem vultus torvitatem in seniore Theodosio. *Idem*.

338 *Meam umbram*] Etiam tenuem speciem. *Idem*.

344 *Currus*] Currus triumphantium laureis cincti. *Idem*.

346 *Dii bene*] Bene, ait, tibi consuluerunt, parem meæ gloriam conferentes, dum, ætatis tanto spatio interlabente, alterum ex fratribus mihi dederunt triumphandum, alterum servarunt tibi. Triginta circiter anni has victorias sunt interlapsi. *Idem*.

348 *Dixit, et afflatus*] *Affatus* Livineius notis in Propertium legi jubet. quomodo et in ora codicis sui idem notarat. quod Tholosanus liber confirmat. nihil mutantur tamen. Umbra Anchisæ, *Æn.* v. 'Jamque vale. torquet medios nox humida cursus, Et me sævus equis Oriens afflavit anhelis. Dixerat; et tennes fugit, ceu fumus, in auras.' quæ noster procul dubio respexit. Idyllio de Phœnice, 'longeque coruscis Nox afflata rotis.' D. Heins.

349 *Immanibus*] Prægrandibus. Barth.

354 *Sancte pater*] Venerande. *Idem*.

356 *Venatu cingere saltus*] *Visus destringere saltus* prim. Vatic. Isingr. et quinque alii ex nostris. Latet ali-

quid. nam *visus* ferri non potest, cum *videbar* mox sequatur. an *visu destringere*? sic et Rutilius castigandus Itimerarii libro secundo, sub initium, ubi pari modo *cingere* nunc circumfertur: 'Italiam rerum dominam qui stringere visa, Et totam pariter cernere mente vellet.' posset et legi *conatus stringere*. noster infra: 'quæcumque meo gens barbara nutu Stringitur, adveniat.' l. ii. in Stillicon. 'Transvehitur Thuscos Apenninusque volatu Stringitur.' D. Heins.

360 *Injecta mapalia tabo*] Casæ pastorum Libycorum. Festus: Mapalia casæ Pœnicæ appellantur, in quibus nihil est secreti. Leonem regem Animantum, Gildoni componit, ut victoris augeat gloriam. Barth.

364 *Defluxere juba*] Quas irati Leones erigunt. Idem.

365 *Injecta vincla Unguibus*] Venatorum veterum mos, captum Leonem quadrupedem constringere. Idem.

Injectaque vincla Unguibus] *Ingestaque* septem scripti. bene. iv. Cons. Hon. 'ingesto crispatur purpura vento.' incensæ Helmæstadiensis. D. Heins.

368 *Hortator me cogit*] Alii *Hortatu*. *Hortatu me tangit* prior Leid. venuste, pro *quonam usque remoti*; olim *remissi* legebam, ut alibi, *me nimium junxere remisso Fata viro*: quod confirmavit postea Rottendorphianus liber. 'posito remissa lucta' apud Statium Lucani Genethiaco. prior Moreti et Farnesianus, *morati*. paulo post *pelagi minas non moras* scripti plerique. Lucan. l. v. 'nubila nusquam Undarumque minæ.' aliter tamen prim. Vatic. Idem.

Hortator] Auctor, Impulsor. Barthius.

370 *Transmittere primus*] Paria iv. Consulatu. Idem.

372 *Germania tota feratur*] *Cuncta* Gyrard. prim. Vatic. et quatuor alii: sic alibi 'cuncta vetustas.' et l. ii. in Eutrop. 'unaque cuncto Pœna ma-

net generi.' Apuleius, Metam. iii. 'Nam cum fere jam tertia vigilia scrupulosa diligentia cunctæ civitatis ostiatum singula considerans circumirem.' Ita legendum. Paulo antedixerat: 'Neque parva res, sed pacem cunctæ civitatis respiciens.' lib. viii. 'Civitas cuncta vacuatur studio visionis.' Ita probe veteres libri. *et cuncta* perperam a vulgatis abest. D. Heins.

374 *Rhenum*] Germanos Gallosque Romanis militantes. Barth.

376 *Sedens*] Otiosus velut, et non habens quod agam. Idem.

377 *Alterius*] Valentiniani: cujus ut proprii filii, interfecto Gratiano, Regnum tutatus est Theodosius, sorore etiam in conjugium adscita, quæcum fratre et matre ad eum profugerat. Idem.

Alterius] Theodosius Imperator, princeps grati animi et memor, Valentinianum juniorem, fratrem Gratiani (a quo diadema Orientis accepit) vi armata in integrum restituit, Maximo interfecto: dein secundo Alpes fregit ipsius ulciscendi causa, et debellaturus Eugenium. Vide Sidon. Claver.

378 *Nos prædæ faciles insultandique jacemus*] *Insultandæque*. Palatinus. D. Heins.

380 *Tubam*] Conflictum Bellicum, tuba commissum. Barth.

381 *Auferet*] Velut dolo. Idem.

Auferet ignavus] Sic Raphaelengius cum Isingr. prim. Vatican. et Putean. Vulgo *Afferet*. Lego *An feret*. Posset etiam reponi, *Ut ferat ignavus*? quod indignantis est. *fati* etiam pro *lethi* prior Moreti. et *decernet* scripti omnes. et *Chaos miscebis non miscebit*. Palat. D. Heins.

382 *Decernet Honorius inde, Hinc Gildo*] Gloria autem homini obscuro a nobili manu interire. Barth.

384 *Plus nominis horror*] Alibi idem non semel. 'Fama bella constare.'

385 *Mittunt præsentis famam*] Mi-

quit Gyrald. alique complures. *utile facto* etiam, non *factu*, prim. Vatic. et multi ex melioribus. D. Heins.

[*Mittit presentiam famam*] Hinc abconderunt gentes nonnullæ suos Rectores. Barth.

386 Qui *stetit*, *aquatur*] Itaque sapienter monentur procures cum dignitate inferioribus non confingendum.

[*Campo*] Bello, prælio, Marte. Barth.

387 *Majestatem*] Principis Romani supra omnes reliquos mortales. Idem.

389 *Est illi patribus*] Est illi, inquit, germanus frater, utroque parente quoad genus, sed minime iisdem moribus, Masceleris, aut quocunque tandem nomine iste Regulus consitus fuit.

[*Est illi patribus*] Inepto vulgo patribus. iisdem parentibus. idem pro idem prim. Vatic. atque nonnulli, et *patrus* pro *patribus*. D. Heins.

[*Non et moribus idem*] Ut non raro diversa sunt studia adolescentium iisdem parentibus ortorum. Barth.

390 *Mascezel*] Præclarum inventum Stilichonis, qui destitutus occasione belli incendi, Principis Honorii nomine, quod sine Arcadii offensa non poterat; hunc Maurum justo dolore, sed privata injuria accensum in fratrem Gildonem cum valida manu quasi summisit: unde victor reversus est, at non multo post Mascezel in ponte quodam ambulans, signo a Stilichone dato, in aquam detrusus est; quod factum Christiani quidam justo Dei judicio ascribunt; Zosimus invidiæ. At Gildo in breve coactus sibi ipsi manus intulit. *Claver*.

Mascezel] Sic Gyrald. prim. Vat. excerpta Læti, alique nonnulli cum Aldo. mira diversitas hujus nominis in scriptis. Vulgo *Mascezer*. *Mascezi-lam* vocat Orosius: sed scripti meliores ibi quoque *Mascezel*, ut hic. et sic Marcellin. in Chronico. apud Ammianum, lib. XXIX. *Mascizel* est. Jordanandi et P. Diacono *Mascelser*. *Mas-*

celzel Monacho Altissiodurensi. Zosimo *Μασκέλδης*. corrupte. D. Heins.

[*Piacula fratris*] Distingue: *Mascezel*; *fugiens* qui dira *piacula fratris*, *Spesque suas vitæque tuo commisit asilo*. Barth.

393 *Patrias* in *pignora contulit iras*] Quas in patrem gerebat Gildo. Idem.

394 *Quoque manu pueros parvos*] Et quos ipse sinu parvos Gyrald. prim. Vat. et quinque alii. tres itidem: Et quos ipse manu. duo *Quoque sinu pueros*. hinc proverbium in sinu aliquem *gestare*, et in sinu *ferre*. Pro *Ocidit* recte idem Gyrald. prim. Vatic. et quinque alii, *Obtruncat*: quo verbo frequenter usus est Virgilius. D. Heins.

396 *Dispulit*] Ipsa dilacerata cadavera disiecit, quod summæ immanitatis.

[*Tumulo arcuit umbras*] Crudelitas summa, jam inde a Creonte Thebano, theatris decantato. Hic vero res augeatur cognatis cadaveribus in quæ sævitur. unde ait: 'Naturamque simul fratremque, hominemque, cruentus Exiit.' Barth.

398 *Tenuem invidit arenam*] Sepultura etiam erat arena injecta cadaveri; adeo sancta et necessaria res censebatur. Horatius de Archytæ cadavere: 'Quamquam festinas, non est mora longa, licebit Injecto ter pulvere curras.' Idem.

399 *Refugo sole*] Prodigio summis sceleribus detestandis notato. Idem.

400 *Reddidit*] Non prior intulit, sed scelus scelere ultus est. Redditur, quod reperentitur. Idem.

402 *Hic odium*] Ita scripti multi, prim. Vatic. alique complures *Hinc*. quidam etiam *Hoc*. Vulgo *Hoc*. Barthius *Huic*. et sic quintus Vatic. D. Heins.

[*Perdita jura*] Omne fas. Merito ergo fratrem deseruit et expugnavit Mascezel. 'Nulla enim amicitia esse supra leges debet.' Barth.

403 *Nudi pulvere Manes*] Velut in-

dumento necessario despoliati. *Barth.*

404 *Si flentibus aram*] Clementiæ et Misericordiæ ara, Athenis nobilis. Erat in ipso Foro Urbis. Fuit vero et Romæ ara clementiæ, eodem, puto, instituto, licet non frequenti pariter usu. *Idem.*

Flentibus aram] Aram misericordiæ, quam Pansan. scribit in foro Atheniensium fuisse constitutam. Eumenius Rhetor: 'inde est,' inquit, 'quod Atheniensis humanitas aram misericordiæ instituit.' *Deirio.*

405 *Nomen statuitis Athenæ*] *Nomen* recte Barthius. quomodo et scripti omnes. *Βαυδς ἑλέου* Athenis. cuius Pausanias, Theophilus ad Institutiones, alii meminerunt. Cicero etiam teste Scholiasto Statii, sed locus ille vulgo corruptus. *Si proprium nomen*, non *Et*, quintus Vatic. paulo nervosius. paulo ante *proditâ jura* non *perditâ* alter Moreti. placet. Sic *proditâ jura Senatus* Lucan. lib. iv. sub finem. *D. Heins.*

406 *Pandionias phalanges*] Nota historia vel ex ultima Thebalde Papinii. *Barth.*

407 *Rogos meruere maritis*] Prior Moret. *mariti*. Lego *maritos* pro *maritales*, sic Evadne Ovidio dicta, 'Atta maritales viva subire rogos.' et nostro, 'Casta maritali successit Thessala busto.' laude Serenæ: 'curra Pisæa marito Fugit tela Pelops:' sic enim scribendum, non *marino*. 'mariti ignes' apud Statium, Thebaid. viii. quod male codices mutant, et 'maritum fœdus' Theb. xii. Ovid. Epist. Hypermn. 'Quam tu cæde putas fungi potuisse marita:' sic legendum: cum veterimus liber *marito* exhibeat, de quo pluribus ad illum locum. Martialis. lib. iv. Epigr. 31. vs. 5. 'Arserit Evadne flammis injecta maritis.' nam ita et illic emendandum puto. *D. Heins.*

408 *Si mæstas squallore comas*] Barthius *mæstæ comæ*. Aldus et scripti plerique *marito sq. comæ*. Puteaneus

sparæ comæ. Lego *passæ*, de qua voce pluribus ad Ovidium. posset et legi, *mæstæ squallore comæ*: quod Claverianam editionem occupavit. *maritus comas* eleganter dici ad Maronem motui *Æneidos* xi. vs. 35. *mæstæ squallore comæ* etiam corripbat Berneggerus ad Flori. iii. 1. *Idem.*

Mæstæ squalore comæ] Loquitur de supplice habitu quo Adherbal Romanos movit in Jugurtham. *Barth.*

409 *Adherbal*] Vide Salustium Jugurtham. *Idem.*

410 *Mæstæ*] Stirpem ejus, atque adeo ipsum in liberis. *Idem.*

413 *Clade*] Excisione domus. *Idem.*

414 *Agnoscatque suum*] Orans et obsecrans, sed nihil proficiens. In morte Gildonæ, ut plerisque ceteris hujus seculi rebus, dissentiant scriptores. Zosimus verbis supra positâ sua manu strangulatam scribit. Orosius mavult ab aliis, vii. 36. *Idem.*

417 *Portu Etruscæ*] Pisis, Urbæ Etruriæ. *Idem.*

418 *Herculeam, &c.*] Hic vero intellige cohortes à Maximiano Hercullo, et à Diocletiano Jovio, institutas à aliis Herculiani et Joviani milites dici queant. *Claver.*

420 *Festinant adeo*] Cum vero non nisi difficulter vexilla movebantur, insignem aliquam exercitui cladem imminere summi ominum observatores Romani credebant; inducti his, quæ primum Flaminio, post M. Crasso evenerunt. *Deirio.*

422 *Dictaque ab Augusto legio*] Nempe Honoriana.

424 *Dictis ante tamen*] Adhortatio militaris animis utilis, ob eamque eloquentia Imperatori necessaria. *Barth.*

425 *Aggere conspicuus*] Tribunal castrænsi, quod cespite congerebatur.

Circumsusa juvenus] Locus enim castrorum medius erat, quem scandebant exercitum allocuturi. *Barth.*

426 *Nixa hastis*] More conglutinis

Militaris.

Pronaque ferax] Pulchra emphasis his verbis : in ipso enim silentio non cessat militaris ferocia. *Barth.*

437 *Gildonem domitura manus*] Omen victoriæ anticipat. *Idem.*

438 *Tempus agis*] Ac si dicat : Tempus ipsum jam præcipit exsequi res promissas, occasionem ingerens, initium operis faciens. Tempus *agere* rem, opportunitatem summam notat. *Idem.*

Tempus agis] *Agi* Cod. Moret. vide metas ad lib. i. de Rapt. vs. 219. deinde *delictis* non *meritis* omnes libri. *D. Heins.*

439 *Iusto*] Pleno, omnibus modis absoluto. *Barth.*

440 *Civiles abolete notas*] Victi enim sub Maximo Eugenioque multi erant in hoc exercitu, Orientali enim milite tyrannos Theodosias subdiderat ; militem suis signis reliquum adscribens. *Zosimus*, libro iv. *Idem.*

Civiles abolete] Honorius Imp. hortatur milites ad prælium futurum ; eosque monet, ut notam seu dedecus in comitatu Maximi vel Eugenii adquisitum, fide ac virtute aboleant ; sic bello Getico 'expurgate nefas.' *Claver.*

441 *Gallos causam*] Gallicus exercitus, qui omnium in Occidente fortissimus, hic intelligitur.

Causam] Ovid. 'Vincuntur Parthi causa, vincentur et arma.' Propert. 'Frangit et attollit vires in mille causa.' Ait vero gentem Gallicam invictam esse robore, nec esse domabiles, nisi causa legitima destituantur : estque hæc vere pia sententia. *Claver.*

Causa] Legitimus enim Princeps, a Principe adscitus, Theodosius. *Barth.*

442 *Barbaricam omnem*] Gildoni contractam. *Idem.*

443 *An Mauri fremitus*] Distinctio corrupta. scribe : *an Mauri, fremitus, rauceque repulsus Umbonum, et nostros*

passuri cominus ences ? Fremitum. Romani militis intellige : quos jam a prima Republica ensibus quater clypeos solitos ex Livio discas. De collisione armorum Polybins, lib. xv. ultimo Scipionis et Annibalis congressu. *Idem.*

434 *Umbonum, et nostros*] Vestros Gyrard. prim. Vatic. alii multi. bene. idem Vatic. *fremitum*, non *fremitus* : quod et alii nonnulli confirmant : idem codex, *gladiisque micantes, et galeisque.* Palatinus *galeaque.* Oiselinus *radiisque.* D. Heins.

435 *Galeisque micantes*] Cum ad conflictum ventum concutientiæ galeæ, armaque cætera, enitidata antehac, ut terrori sint hostibus, et oculorum præstinguant aciem. *Barth.*

436 *Longe totis*] De longinquo utilibus. *Idem.*

437 *Exarmatus erit, cum missile torserit hostis*] Ut hodie Arabes nudi pene, solis jaculis armati. Fingit tamen de hostibus ista bonus Imperator hic, ad milites audacia inspirandos ; quo genere mentiri consultum Duci. *Idem.*

438 *Prætentat pallia læva*] More gentilitio pugnandi, non paucis de Barbaris usitato. *Idem.*

441 *Arma oneri, fuga præsidio*] Arma graviora quam quæ fugaces non impedire videantur. Oneri esse dicitur, quod molestia afficit.

Connubia mille] Vide Collectanea Andr. Tiraquelli Legum Connubial. cap. 7. *Barth.*

442 *Non illis*] Non ulli meliores scripti. *D. Heins.*

443 *Numero languet pietas*] Immani copia evanescente patrio affectu. *Barth.*

Numero languet] Ovid. 'Alterius vires subtrahit alter amor.'

444 *Umbatus dux resis*] Corona grandiori caput tectus.

Murcidus] Enervatus crapula luxuræ. *Murcidi* enim qui torpent hesternis epulis. *Barth.*

446 *Morbis*] Seniam Gildonis nullo

negotio colligas ex Ammiano. Possis et læsam virilitatem intelligere, quem morbum dicunt Poëtæ. *Barth.*

448 *Choreas*] Ultima lux et ebrietatis deliria. *Idem.*

450 *Quas vigilat, Veneri noctes*] Viro forti et cordato ingens opprobrium noctes vino et Venere perduxisse. *Idem.*

451 *Mori satius, vitæ quam ferre pudorem*] Nemo tam miser ut turpia honestis proponat. *Idem.*

452 *Nam quæ*] Abrupta oratio, indignationis repentino obortæ. *Idem.*

453 *Illyricis damnis*] Ab Alarico. Duo hi tyranni potissimum ab obitu Theodosii rem Romanam affixerant, Gildo et Alaricus. *Idem.*

454 *Jus*] Imperium. Sæpe sic noster. *Idem.*

Jus Latium] Omnis antiquitatis peritus poëta, *jus* pro Imperio et potestate posuit, quod Juriscons. perquam familiare est. *Delrio.*

458 *Prædo*] Gildo. *Barth.*

459 *Notum*] Africam Australem.

Insuperabile] Si insuperabile, quomodo ruet? Si ruet, quomodo insuperabile?

Caput rerum] Caput principalis cuiuscunque rei portio, parte corporis humani gubernatrice, qua demta, truncus est reliquum. Tacitus, *Annal.* i. 'Fixum Tiberio non omittere caput rerum, neque se Remque publicam in casum dare.' *Barth.*

461 *Tot jura, tot urbes*] Lege rura cum prim. Vatic. aliisque nonnullis: vidit jam Cl. Barthius. *D. Heins.*

464 *Despectas leges*] Romanæ generatim, quæ gentibus subactis sacræ: Gildonem his spretis profanum dicit vi. Cons. Hon. vs. 108.

465 *Tertia jam cervix*] Maximus et Eugenius a victore Theodosio carnifici traditi.

Rotetur] Ad celeritatem abscissionis. Secundo Entrop. 'matrique rotatum Conspexere caput.' De Pentheo a Menadibus perempto. *Barth.*

466 *Funereis*] Qui mero sanguine imperare sueti. Theodosius Senior Dux, apud Ammianum, lib. xxix. 'Comes Valentiniani sum ad opprimendum Latronem funereum missus.' *Idem.*

467 *Fulcraque Tonantis*] Similem felicitatem in Augurio Aquilæ habes apud Ciceronem, qui suos ipse ex Mario versus producit, i. de *Divinat.* *Idem.*

Fulcraque tonantis] Vel hinc colligere quis posset, verborum satis proprium fuisse nostrum: cæterum hæc comparatio, vel ex Homeri *Iliad.* M. vel ex Virgilio desumpta est. *Delrio.*

468 *Ad liquidam æthram*] *Ab liquida æthra* undecim nostri: ut Cons. Manlii: 'Cum subito liquida cessantem vidit ab æthra:' alludit et Rottendorphianus, in quo *obliqua æthra*: mox *pedibus sævis non curvis* prim. Vatic. aliique nonnulli. Virgiliana imitatio est: qui *Æn.* xii. 'Namque volans rubra fulvus Jovis ales ab æthra Littoreas agitabat aves, turbamque sonantem Agminis aligeri: subito cum lapsus ad undas Cygnum excellentem pedibus rapit improbus uncia.' *Collectum* pro *Corruptum* Helmæstadiensis aliique nonnulli. *D. Heins.*

Ad liquidam] Ut Aquilam sereno cælo descendisse dicat. Aquilæ augurium etiam aliis rebus felix. *Barth.*

471 *Hæsit in ungue caput*] Signum Gildonis decollandi. *Idem.*

474 *Pendula bella*] De bello cum Pygmæis græum Aristoteles, *Animal.* viii. 12. *Idem.*

475 *Clangore*] Perperam scripti plerique *Clamore*. Stat. *Thebaid.* v. de grænis: 'illæ clangore sagaci Umbram fretis arvisque volant:' et *Theb.* xii. de iisdem: 'Tunc hilari clangore sonant:' apud Homerum quoque in simili comparatione *κλαγγὴ γερδων* *Iliad.* Γ. Extat et hæc comparatio apud Oppian. lib. i. *Hallent.* et Lucanum, lib. v. et Val. Flaccum, lib. iii. ubi *Arctos ad patrias* cum ve-

teri libro non agros patrios legendum: 'patrium Aquilonem' Statius in hac comparatione dixerat. *D. Heins.*

Ingenti clangore] Gruum clangor abscondus, ob asperas arterias Alexander Aphrodisiensis, Problem. cxxv.

Ætius relinquunt Thraciam] Ubi æstivabantur, pulsæ nunc hyeme. Ægyptum autem fugiunt adulta æstate rursus, ob nimios calores, in quo Thraciam æstivatum redeunt. *Ælianus, Animal. ii. l. Barth.*

476 *Strymone]* Fluvius celebris, dividendus a Macedonia Thraciam. *Idem.*

477 *Textitur alis Litera]* Græcancum nimirum A. Lucanus, lib. v. de gruibz tempestate sparvis: 'Et turbata perit dispersis litera pennis.' *Idem.*

Textitur alis] Durus ablativorum concursus: lege *ales*: *ales littera* quomodo 'ales planta' apud Silium, lib. v. 'ales plumbum' et 'ales jaculum' apud eundem lib. iii. et xvii. 'ales arundo' apud Prudentium. et similia. pari modo peccatum lib. ii. in Stilich. 'jam fama loquacibus alis Pervolat Oceanum linguis:' cum *ales* scribendum ait: inepte *alas fama loquaces* dari quis non videt? famam recte alitem fingit. sic *freca rreplevra*, *alata verba*, passim apud poëtas Græcos: de gruum littera Sympos. *Ænig. xxvi.* 'Littera sum cæli pennæ perscripta volanti:' male vulgo volantis. Martial. lib. ix. 'Quod penna scribente grænes ad sidera tollant.' *Idem* in Xenii: 'Turbabis versans, nec littera tota volabit, Unam perdidideris si Palamedis avem:' *conscriptur* etiam non *inscribitur* prim. Vat. et Oiselianns: iidemque paulo ante: 'nec mons aut silva retardat.' *D. Heins.*

480 *Arripiunt naves]* Gubernaculis sibi adsumtis. Non potuit melius describere incensam Oratione Principis militiam. *Barth.*

481 *Et vela legunt]* *Ligant* undecim scripti: quod placet: vela enim non leguntur nisi cessante vento aut post

navigationem confectam: neque aliter prim. Vatic. pro diversa lectione: apud Statium, Sylv. libro iv. ad Maecellum: 'Thebais optato collegit carbasa portu:' apud Maronem, *Æn. iii.* 'Vela legunt socii et proras ad litora torquent.' Georg. i. 'atque omnis navita ponto Hamida vela legit.' Lucanus, lib. iii. 'legere rudentes, Et posito remis petierant litora malo.' *D. Heins.*

483 *Alpheæ Pisæ]* Urbem dicit Etruriæ, in cuius sinu collecta hæc classis. *Barth.*

Pisæ] Urbs in Tuscia a Pisanis, qui Arcades erant, condita. *Claver.*

485 *Aulii]* Ubi congregabantur naves classis ad Trojam ituræ. *Barth.*

488 *Aut rumpite funem]* Isingr. et Mazarin. *jam vellite*: duo alii *jam rumpite*. prim. Vat. et Patavinus cum Oiselianno: 'Vellite proclamant socii, jam vellite funem. Sane rō solcite minus concinnum, quia solverat præcessit: quanquam et id Latinis scriptoribus usitatum. Virgil. *Æn. lib. iii.* 'fugite atque a littore funem Rumpite.' *idem* et 'convellere funem a terra' in Georg. dixit. Lucan. lib. v. 'Rumpite quæ retinent felices vincula proras.' *D. Heins.*

491 *Cupio tellurem figere rostris]* *Cupidi tellurem figite* Farnesianus. *Idem.*

493 *Revolant mergi]* Inauspicata avis navigaturis, quod mergantur scilicet semper: auspicati cygni, quod nunquam toti. *Barth.*

494 *Occiduas Sol]* In Solis, Lucia, Noctis Monosyllabis versibus claudendis affectant aliquam emphaſin scriptores. *Idem.*

495 *Lunaque conceptis]* Vide ad iv. Cons. Hon. vs. 427. *Idem.*

496 *Et confusa ragos]* Gyrالد. et plerique ex nostris *confusa*. quomodo legendum monni ad vs. 22. Cons. Olybr. alii, *concussa*, *confusa* Farnesianus. *D. Heins.*

Crines] Kadios siderum et ignes qui ex iis descendere, aut ruere. quan-

doque videntur ad terram, non alio frequentius nomine censent Poëta.
Barth.

499 *Major Honorius auctor*] Nomen sanctum gentibus divinumque celebrat alibi Auctor, qui rem aggredi suo imperio suadet. Maro: 'Magnanime Ænea, non si mihi Jupiter Auctor Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cælo.' Noster respexit verba Cæsaris apud Lucanum, l. v. 'Fisus cuncta sibi cessura pericula Cæsar, Sperne minas, inquit, pelagi, ventoque furenti Trade suum,' &c. *Idem.*

501 *Plautia*] Contemtim, et militriter. Rustica castrensis violentia pro ineptiis habet illa commenta, ut putat, cælestium formarum. *Idem.*

504 *Augusti Fortuna*] Felicitas illa velut fatalis, cuius genius celebratur, jurabatur, in Fortuna Cæsarium. *Idem.*

Augusti Fortuna] Tacitus: 'Parando potius quam imperia ducum sollicitando res militaris continetur.' 'Jussa exsequi, non interpretari decet; cætera,' ait Livius, 'diis curæ erunt et Imperatori.' *Claver.*

506 *Cæcis saxis*] Scopulis pelago latentibus. *Barth.*

Humana speciem] Scripti plerique *specie*. Patavin. et Claverii co, *dex in speciem*. probe. Cons. Manlii: 'Inque chori speciem parcentes ardua flammæ Scena rotet.' Apuleius Met. iv. 'Hæ arbores in lauri faciem proluxæ foliatæ sunt.' *D. Heins.*

Magna] Maximam insularum hanc habuit aliquando antiquitas. Sardinia autem a Sarde, filio Herculis. Vide Silium, l. xii. *Barth.*

508 *Sardiniam veteres dixere Sicani*] *Sandalium* excerpta Pomponii Læti. *Sardoniam* Mazarin. et duo Medicei. *Lege Sardoam*, noster bello Get. *Sardoæque habitare sinus*. ut recte illic Claverius. Virgilius Eclog. *Sardoam herbam*, ubi pari modo *Sardoniam* etiam veterrimi libri agnoscunt mendose. Serenus Sammonicus, cap. 25. 'Ut mihi Sardois videatur proximus

herbis: 'apud Græcos enim *ω* est, *Σαρδώνιος*: quæ littera syllabam longam facit. Stephanns, *Σαρδὼ, ἡ νῆσος δ' ἀρκτικῶν Σαρδώνιος καὶ Σαρδῶος*. Rutilius, lib. i. Itiner. 'Nec quæ Sardoæ cespite massa fluit.' quomodo scribendum. *Sardoam fugam* ante dixerat. 'Sardoæ ora' apud Lucan. l. iiii. apud Nasonem, Fast. iv. 'Sardoæque regua sinistris Despicit a remis.' 'Sardoæ gramina' Nemesiano, Eclog. iv. Priscianus periegesi: 'pulsatur ab undis Inter Sardoam pelagus Celtamque refusia.' et mox: 'Sardoæ pelago circumflua tellus.' sic utroque loco castigandum ex vetustis membranis. *D. Heins.*

509 *Dives ager frugum*] Sardinia, terra bona, infelix cælo, ut loquitur fere Pomponius Mela. *Barth.*

512 *Procaz*] Procurrans in mare. Secedit enim pars illa prominens quodammodo a corpore reliquo suo. Claudius potuit et fluctibus *procaem* intelligere, ut sunt *Austri procaeces* in Æn. i. *Idem.*

Subitiæque sonora Fluctibus] *Flatibus* plerique codices, cum primo Vaticano: bene. Sic 'procaces Austros' Virgilius dixerat. *D. Heins.*

513 *Insanos*] Convitio nautico, quod ita hæsit ut montes illi vulgo insani vocarentur. *Barth.*

Insanos] Majuscula littera scribi debet. Nam Florus: 'Sardiniam Gracchus arripuit: nihil illi gentium feritas, atque Insaurum montium, nam ita vocantur, immanitas profuere.' *Claver.*

Infamat] Traducit vulgo. *Barth.*

514 *Pestifer aër*] Quo infamis Sardinia. *Idem.*

516 *Quos ubi luctatis*] Gyrald. *jactatis*. *D. Heins.*

Luctatis] Magno discrimine eluctatis. *Barth.*

518 *Sulcos*] Urbs Sulci Sardinie, condita Carthaginensibus. Stephanus. *Idem.*

619 *Olbia*] Sardinie civitas non

ignobilis, Corsicam contra. *Barth.*

Olbia] Sardiniae oppidum. *Claver.*

520 *Libyam contra*] Ei e regione. *Barth.*

521 *Calaris*] Sive Caralis, ut jam olim hic legendum ad Livium monuit Henricus Glareanus, variantibus libris: princeps urbium Sardiniae, nobili portu celebris, quo convenisse in Africam transmissuram Honorii classis indicat noster. *Idem.*

Tenuemque per undam] *Per undas* prim. Vatic. aliique plerique. tertius Vaticanus *umbras*. pro *Calaris* in mul-

tis veterum *Calis*. quomodo etiam in vetustis codicibus Solini et Marciani Capellae saepe scriptum occurrit. eamque veram esse scripturam Glareanus ad Livium contendit. Videantur hoc loco Barthii curae secundae. *D. Heins.*

525 *Prorisque reductis*] In pontum: puppibus terrae fixis. Virgilius, l. vi. 'Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci Ancora fundabat naves.' *Barth.*

526 *Suspensa*] Funibus videlicet. Maro idem: 'fessas non vincula naves Ulla tenent.' *Idem.*

XVI.

DE MALLII THEODORI CONS. PROLOG.

FLAVIUS Manlius Theodorus, Vir Clarissimus et Doctissimus, Consul fuit anno Urbis Conditaë MCLII. Reparataë Salutis CCCXCIX. quadriennio post Olybrium et Probinum. Collegam habuit in Oriente Entropiam Eunucho: ut alterum egregie laudavit, alterum Consulum vehementius etiam vituperavit, eodem tempore, Claudianus. Spadonis nomen, ipso damnato, inque Cyprum seposito, erasum est Fastis, unde nec in Chronologorum monumentis comparet, solo Manlio Togati Magistratus locum obtinente. Ita Fasti Græci, Cassiodorus, cujus vulgaris libris male inserta est vocula 'Manlius et Theodorus.' *Barth.*

Alloquitur quippe Consessum summorum virorum qui honoris Manlii ergo convenierant Mediolani. Hac enim in Civitate Consulatum summissem credibile est: Romæ certe non summissem docet, cum ad jam Consulem scribit, Symmachus, lib. v. E-

pist. 11.

Præfatio hæc videtur mihi omnium amœnissima, et quadam alacritate commendabilis: varia enim doctrina conspicuus vir ac laudandus. *Claver.*

1 *Doctæ subjecta catervæ*] Iudicio exposita summorum doctissimorumque virorum. *Mos* Consulum amplissimos accersire, quorum præsentia Magistratus initia decorarentur. *Barth.*

2 *Vero quam celsius actam*] *Aulam* prim. Vatic. aliique quatuordecim aut quindecim cum Pomponii Læti excerptis. Idem prim. Vatican. paulo ante *tanta subjecta catervæ*, ita tamen ut et *rd doctæ* habeat adscriptum. Sic idem in fine epigrammatis, *quicquid ubique micat*: addito, *vel, in orbe*: ubique etiam multi alii: et placet. *D. Heins.*

Vero quam celsius actam] Jam dum prægloriosum illud publicæ inscriptionis decus fama tenuisse hinc vi-

des. Ex præceptis autem Sapientiæ veram potius gloriam quam ingentem querit. *Barth.*

4 *Serrasse labor*] Laborat enim ea magnitudine sua, utpote modum excedens, qualia omnia instabili loco pendunt. Seneca (Edipo: 'Quicquid excessit modum Pendet instabili loco.' *Idem.*

5 *Continuis crevit fiducia castris*] Malitia, quam sectantes audaciores effici constat. *Idem.*

6 *Miles habet*] Militaris audacia. *Idem.*

Miles] Non solus militavit, Horatius, aut Naso, et ante illos Ennius.

7 *Culmina Romani Senatus*] Ita nostri omnes. Claverius *Lumina* ex suis: sed nulla opus mutatione. *D. Heins.*

Culmina Romani] Ita omnes libri nostri. Nec causa mutandi. Summus enim Magistratus, Apex Nobilitatis Romanæ hac voce censetur. Ausonius ad Syagrium: 'Cujus ego Comes et Quæstor, et, culmen honorum Consul, collega posteriore, fui.' *Barth.*

8 *Quibus exultat Gallia*] Non semel Galliæ eruditissimos viros suo ævo tribuit hic Scriptor. *Idem.*

Gallia] Id est, Mediolanum, quæ etiam a Gallis condita; eam vero Maxim. Imp. Romæ videntur prætulisse.

9 *Omnibus audiamur terris*] Rara felicitate, ut et celebretur ubique, et ipse intersit suis laudibus: quam sibi gratulatur et Martialis: 'Hic est quem legis, ille, quem requiris, Toto notus in orbe Martialis, Cui, Lector studiose, quod dedisti Videnti decens atque sentienti, Rari post cineres habent Poëtæ.'

Per aures Ibinus] Scite, velut recitatio ista iis omnibus locis andiretur, quibus legendus obveniret, post edi-

tionem, liber. Similiter *per ora virum ire* alii dixerunt. Aures notant Judicium, ab recitatione consueta ante promulgationem; tot enim Iudices ibi, quot auditores. *Barth.*

11 *Ut perhibent*] Nam cum Jupiter mundi medium locum vellet agnoscere, ex ortu atque occasu duas aquilas dimisisse fertur, quæ volatu lassæ in Parnassi vertice consederunt.

Spacium Natura] Natura Universum. Priscianus Periegesi: 'Naturæ genitor, quæ mundum continet omnem.' *Barth.*

12 *Regni nescius ipse sui*] Scita irrisio. *Idem.*

13 *Armigeros*] Silius Italicus, l. x. 'Armiger haud aliter magni Jovis anxia nido Cum dignos nutrit gestanda ad fulmina fœtus.'

Æqualibus atis] Etate et robore. *Barth.*

15 *Parnassus*] Hic mons a Musis nobilitatus est in terræ medio. Statius, medium cæli nuncupat; ubi Lutatius, Umbilicus terræ Parnassus. *Claver.*

16 *Alternas*] Ambas dicere vult. *Barth.*

17 *Curat*] Studet, satagit. *Idem.*

18 *Certius in nobis*] In vobis prim. Vatican. *D. Heins.*

Nobis] Qui honoris ejus gratia, subque nutu ipsius hac convenimus: generoso animo sese agnoscit ducibus Achivis permistum. *Barth.*

19 *Hoc ego concilio*] Vides ut floruerit illo etiam ævo Mediolanum, non ita pridem Galliæ regi subditum, ubi Parrhasius etiam Claudianum hunc explicavit: sane hic fere orbi comparatur. *Claver.*

20 *Quicquid ubique micat*] Senatum Romanum, illic præsentem, certe bonam aut meliorem partem.

XVII.

DE MALLII THEODORI CONSULATU.

Panegyricus in Consulatum Fl. Mallii Theodori] Ita concinnavi titulum ex veteri marmore apud Onuphrium Panaionum in Fastis. Basis :

DEDICATA VI IDUS NOVEMB.

CONS. FL. MALLIO THEODORO

V. C.

Perperam igitur in membranis *Mallius* vocatur. Oiselianus codex : *Incipit Panegyricus dictus Theodoro consuli.* D. Heins.

Eruditissimum, eloquentissimum, tantamque non divinum hunc librum, humanæ sapientiæ mysteria magnam partem indicantem, si enarrare ex merito velis, Græciæ Latique penetralia omnia necesse erit ut excutias, *Barth.*

1 *Ipsa quidem virtus pretium sibi*] Quippe virtutis possessio, summa felicitas. Felicitas absoluta non est, nisi quæ omnia in se habet. Unde extra virtutem bonum nullum. Unde natum hoc, ipsam sui esse pretium. Seneca Epist. LXXXI. 'Virtutum omnium pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad præmium : recte facti merces est fecisse.' Eodem spectat illud Plauti : 'omnia ei adsunt bona Quem penes est virtus.'

Ipsa quidem, &c.] Hæc Panegyris recitata est anno 399. Eutropio et Theodoro Coss. sed Eutropii nomen erasum est, *μόνον Θεοδώρου γεγραμμένον*. Fuit autem vir ille in philosophia maxime versatus, et qui Geometriam et Astrologiam, ut ait Poëta, coluerit ; sed rebus agendis minus fuit idoneus, ut fere fit. *Claver.*

Pretium sibi] Causa sui appetendi ipsamet sibi, nullo sub præmio, nulla

externa commoditate, fructu alio nullo. *Barth.*

2 *Fortuna secura*] In animum enim virtute compositum nullum jus Fortunæ. Et sic Manlius hunc ipsam Fortunæ domitorem vocat B. Augustinus. Ausonius : 'Judex ipse sui totum se explorat ad unguem ; Quid Proceres, vanique ferat quid opinio vulgi, Securus.'

Fascibus ullis] *Fastibus* multi scripti : dictum alibi : pro vulgata tamen scriptura stat primus Vaticanus, *Mox viret* pro *nitet* Florentinus S. Marci : venuste ; ut indicamus lib. I. de Rapt. vs. 236. et *tumet* pro *petit* sequenti versu Pricæanus : etiam elegantius. vid. bello Gild. vs. 330. D. Heins.

Fascibus ullis] Ullo omnino honorum genere. Ambitionem animo sapientis omnino excludit. *Barth.*

3 *Erigitur*] In arrogantiam. Fortunam aut successus vix optabiles non debere extollere animum sapientis sciscunt docti. Livius, lib. xxv. 'Nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsentī credere Fortunæ, cum quid vesper vebat incertum sit. Is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferat, nec adversa infringat.'

Plausu petis clarescere vulgi] Ut auræ popularis captatores. Vanus animus aura captus frivola, *Vulgi mancipium*, apud Phædrum, Fab. LXXXVIII. *Barth.*

4 *Opis externæ cupiens*] Cum opibus enim *subsidiisque*, vulgi Idolis, parum virtuti commercii, nisi ut iis utatur aliorum emolumento. *Idem.*

5 *Divitiis animosa suis*] Domesticis bonis, animi nimirum ex sapientia immobili moderatione. Non cupiens quæ non habet; quorum copia est, illis contenta. Horatius, Carm. 29. Libro III. 'Fortuna Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii, benigna. Laudo manentem; si celeres quatit Pennas, resigno quæ dedit, et mea Virtute me involvo, probamque Pauperiem sine dote quæro.'

Animosa] Vox contentum divitiarum inferens. *Barth.*

6 *Ex alta mortalia despicit arce*] Arx vera, omnium mortalium contentus, et conscientia bene factorum, ut loquitur M. Brutus. Virtutis unicæ immobilis cultus, Sapientiæ recessus. *Idem.*

7 *Attamen invitam*] Non *Hanc tamen*, potior codicem pars. *D. Heins.*

Invitam blande vestigat, et ultro Ambit honor] Fere sic fieri videmus, ut quem abstinere homines dignitatibus vident, iis promptius impeditum velint, cum res sit magnæ æstimationis etiam apud imprudentes fulgorem Ambitionis contemnere. Virtus ita dum non postulat honorem, gloriam adipsicitur. *Barth.*

8 *Docuit toties*] An *deciit*? *D. Heins.*

10 *Te quoque*] Etsi non egens, neque operi forte manum admovent, æque tamen quieti velut rusticæ vacabat Theodorus, speculationibus indulgens in locis ei dedicatis, atque Heroës illi veteres Romani. *Barth.*

11 *Emeritum pridem*] Militiæ togatæ annis velut emensis. Veteranus miles post emerita stipendia, signis abacedens, condebat sese in secusum.

Desudatisque] Labore et industria superatis, exantlatis, &c.

Remotum] In optatam quietem et otium rebus bene gestis promeritum. *Remotus* enim solum designat. Horatius, lib. II. Carm. 3. 'Sen te in remoto gramine per dies Festos reclina-

natum bearis Interiore nota Palerai.' Et *remotus*, prorsus sepositus. *Barth.*

12 *Eadem rursus complexa potestas*] Bis eundem Magistratum gessisse Theodorum indicat. Fuit autem iterum 'Præfectus Prætorio,' ut indicant Inscriptiones Legum, XLV. et XLVI. Cod. Theodosii de Hæreticis. *Reducem*, ex alio vitæ Instituto. *Idem.*

14 *Accedunt trabes*] De more, homo Romanarum rerum veterum pertinax, consulatam præponit cæteris omnibus dignitatibus. *Idem.*

15 *Splendor*] Magnificencia, gloria. *Idem.*

16 *Culmen utrumque tences*] Magnanimitatis et gloriæ.

Talem te protinus anni Formare rudem] Laus omnibus fere magnis viris data, puerili ætate, virili fuisse animo. *Barth.*

17 *Dignum vita curuli Traxit iter*] Alibi de puero dixit: 'fatisque loqui jam digna futuris:' *Idem* vita autem *juventæ* applicandum.

18 *Traxit iter*] Non satis placet. Forte *Stravit* a manu Claudiani est: sic *iter sternere ad gloriam* et similia passim in usu optimis scriptoribus. Statius, Theb. XII. 'tibi fama benignum Stravit iter.' *D. Heins.*

Primaque senes cessere juventæ] Senes, inquit, indolem venerabantur in juvene divinam. Insigne hoc encomium, cum senilis ætas summa sit contemtrix et cavillatrix juventutis. *Barth.*

19 *Dulce loquendi Pondus*] Nervositas, gravitas. *Idem.*

20 *Attonitis sermo qui duceret aures*] Eloquentiam Theodori commendat. *Idem.*

21 *Undare*] *Opulentiam vndantem* æquare vult Ciceronianæ atque Demosthenicæ: sic idem Petronius de eadem: 'mox flumine largo Plenus, Pierio defundes nectare verba.'

Foro] Ubi campus exerendæ Eloquentiæ, patrocínio reorum, quo nobilitas Romana inclarescebat.

Opulentia linguæ] Fusa quædam abundansque copia. *Barth.*

22 *Tularique reos*] Stadia primævæ nobilitatis Romanæ priusquam ad honores gerendos accedere possent: summi enim tituli erat eloquentem esse. *Principum liberos* id etiam studuisse adeo verum est, ut et hinc laudem inscriptionibus publicis ambiverint.

Ipsa hæc amplissima sedes] Curiam dicit. *Barth.*

23 *Orantem stupuit*] Verba facientem. *Stupuit* ad eloquentiæ vim pertinet, attonito quodammodo auditore. *Idem.*

24 *Pars Libya*] Proconsulem Africæ puto intelligi, aut potius vicarium Africæ, virum spectatiss. *Claver.*

Libya moderantem jura] Proconsulem Africæ intellige. Moderatores eo ævo Provinciis præfecti. *Barth.*

26 *Exigua peperere moræ*] Quibus iis adfuit. Nisi si spatium inter utrumque honorem, minorem et maiorem, intelligit.

Populumque clientem] *Patronum* Manlium. Clientes proprie, quippe bouis commodisque affecti ab Patrono Manlio. *Barth.*

27 *Testantur*] Indicio suo declarant. *Idem.*

28 *Macetum*] Id est, Macedonum: nam et *Maxéria* dicitur Macedonia Stephano. *Claver.*

Condita Pella Mænia] Conditorem ergo suum, summi honoris ipsius gratia, Manlium dixerunt Pellæi, ut Eutropium Consulem eodem anno Constantinopolitani. *Barth.*

Credita Pella Mænia] Vult Poëta Manlium Macedoniae fuisse præpositum. Delrio vult Præfectum fuisse Prætorio Illyricæ; quod totam Græciam complectebatur. Et sane recte pro Macedonia *Pella* usurpatur: est enim celeberrima urbs illius provincie. *Dempt.*

Credita Pella Mænia] Sic membranæ pleræque cum primo Vaticano:

quomodo et in ora libri sui legendum notarat magnus Scaliger. Vulgo *condita*. Tibi Macedonia et Pellæ mænia sunt commissa: frustra pugnat pro vulgata scriptura Barthius: cum sequentia illa, *commissa revocasti gaudia genti*, satis nostram scripturam adstruant. Hujusmodi nævos plures expunximus ad Remed. Amor. Nazonis, v. 65. *D. Heins.*

31 *Bellante Philippo*] Argute. Bella enim et gerebat et seminabat qua poterat, ferro et ingenio metuendissimus Princeps. *Barth.*

32 *Cum regia*] *Regia* regnum denotat. *Idem.*

33 *Aula*] Imperator ipse. Quæstorem fuisse Manlium docent sequentia. *Idem.*

34 *Terris edicta daturus*] Magna dignitas, ingens honos Quæstoris in Comitatu aulaque Imperatoris. *Idem.*

35 *Oracula Regis*] *Regum* pr. Med. et Palat. ut rescripta Principum intelligat et constitutiones. *D. Heins.*

Oracula] Ad maiestatem servandam, populosque tot unius Imperio subjectos retinendos, Romani Principes plerasque suas domesticas res divinitati adscribunt, Decreta præcipue, Responsa, Edicta, quæ oracula perhiberi voluerunt, quorum magisterium penes Quæstores erat, viros insigniter eruditos, quorum ore loquerentur, qui se Divinos videri volebant.

Regis] Principis Romani, contempta religione priæca. *Barth.*

Oracula Regis] Hic designatur Quæstor, vir inlustris, sub quo leges dictandæ et preces. *Claver.*

Sic et rescripta Principis 'oracula.' *Delrio.*

36 *Eloquio crevere tuo*] Splendorem sumserunt ab eloquentia. *Barth.*

37 *Majestas Romana*] Imperatoria. Sermonem celebrat Manlii gravitatis Romanæ congruunt.

Locutam] Ore quippe Quæstoria loquitur Princeps. *Barth.*

38 *Sacræ mandantur opes*] Comitiva sacrarum largitionum. *Idem.*

Sacræ opes] Hæc dignitas Quæsturam sequitur in Notitia: est autem Comitiva sacrarum largitionum: sub qua Præfecti thesaurorum, Comites metallorum, et alii. *Claver.*

Orbisque tributa] Universi Orbis, Romanis devicti, sub manum Manlii convenisse dicit. *Barth.*

41 *Abdita sollertia*] Aliis populis ignota. Semper enim metallo fodiendo natura alios aliis industriores fecit.

Pallentes] Perpetuus color talium operarum. Silius Italicus: 'Et redit infelix effosso concolor auro.'

Bessi] Mira sollertia hujus populi ad rem metallicam celebratur, aliquin indomiti barbarique. Sunt vero Thraciæ medii populorum Bessi, teste præter alios Livio, lib. XXXIX. *Barth.*

Bessi] Lat. Pacatus eleganter vocat Bessum *quæritorem*, quod aurum in terræ visceribus exquirat. *Claver.*

42 *Aq. celut expertus*] Hæc veterum librorum lectio. Unde *expertus* olim cœcinnabam. Nunc nihil muto. Glossa Ambrosiani unius *expertus, probatus*. Vulgo *excitus*. remigantes exerebant brachia: hinc bene exerti dicuntur. Statius, Theb. ix. de Diana: 'notamque tremiscit Silva Deam, sævis ubi quondam exerta sagittis Fœcundam lasso Niobem consumpserat arcu.' *D. Heins.*

Lentandis tonsis] Tonsæ dicti remi a decutiendis fluctibus, sicut tonsores a decutiendis et tondendis capillis. *Lentare tonsas* dicuntur nautæ, quia lente obluctando majoribus fluctibus aut plane strato mari navim emoliantur. Id indicat Mæro ipse: 'et in lento luctantur marmore tonsæ.' *Barth.*

43 *Lateri custos*] Inspector operarum nauticarum; quales singulis lateribus navigii appositos hinc

clarum.

Tempestatesque futuras] *Sonoras* sex scripti, et prim. Vatic. pro diversa lectione, Virgiliano hemistichio, et tum malim *Prædoet* sequenti versu. *D. Heins.*

44 *Temperat*] Regit.

Tempestatesque futuras] De Prognosticis sermo; qualia Arato, Maroni, Vegetio, lib. iv. Rei Mil. aliisque notata. *Barth.*

45 *Cum Dorida vicerit usu*] Pontum, maritimamque Fortunam velut pedibus subjecerit. *Doris* pontum denotat. *Barth.*

Dorida] Pro mari, ut et Virgil. in Gallo.

46 *Subit torquere*] Orditur, Incipit. *Barth.*

47 *Rerum documenta*] *Mentis* pri. Vatic. Lucens. et unus Medic. *D. Heins.*

48 *In omni corpore imperium*] Corpori enim exequatur universum illud Imperium, quantumcunque etiam. Ejus plura membra plures sunt Magistratus, quorum singulis diversa officia. *Barth.*

49 *Cuncta tellure*] Minima quidem parte; sed hæc est ex ambitione Romana locutio. *Idem.*

50 *Hispana tibi Germanaque Tethys Paruit*] Omnis Hispania et Gallia usque ad Oceanum. Præfecturam Prætorio Galliarum intelligit, Germaniam pro Gallia dicens; nam dux Provinciæ Germanicæ tum populo Romano suberant, eæque inter septemdecim Gallicanas numerabantur. *Idem.*

Hispana tibi Germanaque] Præfecturam Præt. Galliarum accipio, sub qua Hispaniæ vii. Provinciæ, Galliarum xvii. Prov., Britanniarum v. *Claver.*

51 *Nostro diducta Britannia mundo*] A primo domitore Julio Cæsare Britannia hoc habuit, ut velut in alio mundo collocata censeretur, quippe

quæ Romanis eatenus ignota fuerat, qui Terrarum Orbem victoriis emensæ esse videri volebant. *Barth.*

52 *Tuas voces*] Responsa, jurisdictionem. Fluvios cum divinitatis participes Poëtæ faciant, magnum est eorum nominibus pro regionum incolis uti. *Idem.*

53 *Lentus Arar*] Flumen Galliæ, Lugdunum præfluens, Rhodanoque se infundens. Lentum alioquin, et stanti simile, Rhodanoque propterea oppositum.

Rhodanusque celer] Sic *Rhodanus præcipitem* non semel vocavit Ausonius, sed *Rhodanus ferox* Lucens. pri. Vatic. et quinque alii, ut cæsura consularum. Silius, l. iv. 'non Pirenen Rhodanumque ferocem Jussa aspernatos.' ita veterrimus liber, vulgo *fuurentem*. 'feras Rhodani gentes' Lucanus dixit lib. vi. idem lib. i. 'rue-rent in terga feroces Gallorum populi.' noster lib. ii. in Stilich. 'flava repexo Gallia crine ferox:' alibi 'populos levitate feroces' Gallos dixerat. noster 'ferocem Danubium' vocat lib. ii. in Rufin. 'alii per terga ferocis Danubii solidata ruunt.' Seneca Hercule Furiente: 'Quis Tanais, aut quis Nilus, aut Rhenus ferox Abluere dextram poterit?' Lucan. l. i. 'Rhenique feroces Deseritis ripas.' *D. Heins.*

Rhodanusque celer] Notissimus Galliæ amnis describitur ab Ammiano Marcellino, l. xv.

Dives Iberus] Ob metalla Hispaniæ, præcipue aurum. *Barth.*

55 *Te iudice*] Præfecto, Præposito. *Barbarus Rhenus*, qua non parebat Romanis. Eratque 'tum limes Imperii.' *Idem.*

56 *Unius fit cura viri*] Iteram Romano Imperio terrarum orbem addicit. *Idem.*

Quodcumque rubescit Occasus] Sic scripti fere omnes cum primis editionibus. Lucens. *Oceanum. Occasu* prim.

Vatic. et Pomponii Læti excerpta. prior Moret. et duo alii, *quodcumque rubescit Occasus*. noster locutionem hanc vehementer amat. paulo post: 'Quodcumque recedit Litibus, incumbit studiis.' Bello Gild. 'quod Nilus et Atlas Dissidet, Occiduis quod Gadibus arida Barce, Quodque Paræto-mio secedit littore Ganges, Hoc sibi transcribit proprium.' Lib. i. in Entrop. 'quicquid se Tigris ab Hæmo Dividit.' vi. Cons. Honor. 'Omne Palatino quod pons a monte recedit Mulvius.' Statius, Theb. xi. 'Hoc quodcumque madent campi, quod sanguine fumant Stagna, quod innu-mero Lethæa examine gaudet Ripa, meæ vires.' Lucan. lib. iii. 'Quicquid ab Occiduis Libye patet arida Mauria.' *D. Heins.*

57 *Quodcumque dies deceptor ambit*] Universum Occidentis Imperium: diversis tamen temporibus. *Barth.*

58 *Assiduos honores*] Nunquam interrptor, velut altero alterum assidente, perpetuave catena adhærente.

Cursus] Ad majora festinantis intellige. Sic alibi transcursu Stilichonem egisse memorat, quæ alii vix summo labore potuerint. *Idem.*

Honores] Magistratus, dignitates.

59 *Una ætas*] Sequitur haud dubie togatorum doctissimum. Marcus enim Varro seorsim ab aliis sentiens, ætatis spatium xv. annis definivit. Itaque una juvenili ætate, hoc est, ab anno xv. ad xxx. Manlium omnes honores emensum autumat Clandianus: vel sane ab anno xxx. usque xiv. Alios alio ordine alias ætates distinxisse tradit Censorinus c. 14. de Die Nat. *Idem.*

Interfuit ætas] *Interfuit* cum Delirii libro et Juniano legendum. pri. Vatic. pro diversa lectione *intervenit*. probe etiam Gyrældinus *ætas*. ut l. ii. in Entrop. 'Sed vaga lascivis fueret discursibus ætas.' *D. Heins.*

60 *Gradus fati*] Summas Potestates et Magistratus Romanis fatales habitos, alibi monuimus. *Fata* sic pro ipsals dignitatibus aut honoribus ponebantur, ut commutare eorum Fata perhibentur Prinelpes, quos in melius erigunt. *Gradus* autem interval- la, de minoribus ad majores, pleris- que rebus adscribunt. *Barth.*

Intulit annis] *Induit* alter Moreti. quomodo vi. Cons. Hon. 'quem non aliena per arva Induit hospes honor.' plura de hoc verbo ad l. ii. de Rapt. vs. 98. *D. Heins.*

61 *Parta quies*] Post diuturnos la- bores gratissima. Claudianus seces- sum studiorum gratia Manlii loquitur; quibus optimum virum ita immerum fuisse, ut rerum communium curam velut omnem abjecerit. *Barth.*

62 *Priusquam*] Ab administratione publicorum officiorum, privata vita velut in portum venit, et tranquillitas censetur. Quies autem quesita er- dito viro ad commentandum specu- landumque.

Portum] Certam fidamque stationem, tutam ab omnibus turbis et tem- pestatibus. *Barth.*

63 *Ingenii redeunt fructus*] Non fruc- tus, octo scripti. portus paulo ante meminerat. persistit in ea locutione. *fructus* vel *fructus* prim. Vatic. *D. Heins.*

Aliique labores] Inest huic alii con- temtus quidam occultus et ingeniosus priorum laborum. *Barth.*

64 *Vitæ pars nulla perit*] *Perire* di- cit, quæ male impendatur, ut parum vitæ habere ambitionem hominem præ quieto.

Quodcumque] Quacunque ratione. Nos *quodcumque* ad vitæ partem reducimus. Quodcumque vitæ judi- cia demere potest, impendit literis. *Barth.*

Quodcumque recedit Litibus, incumbit studiis] Forte scribendum *recidit*. hoc est, demit. sic infra: *quæ pars in- justa recedit*. ubi etiam *recedit* multi

Dolph. et Var. Clas.

Claud.

vetere. Vide tamen quæ paulo ante ad vs. 67. pro vulgata scriptura dixi- mus. *D. Heins.*

65 *Litibus*] Forensibus negotiis. *Barth.*

66 *Aut curam imponit populis, aut otia Musis*] Sic et scripti. malim nihilo- minus, *impendit*. *D. Heins.*

Imponit populis] Leges nempe suis oraculis velut. Virgil. Georg. i. 'has leges, æternaque fœdera certis Imposuit Natura locis.'

Otia Musis] Otium, studia curarum fugientia, expers vita tumultuum. *Barth.*

67 *Cecropiæ senecta*] Antiquitatis Græcanicæ. Senes sunt Philosophi, auctoritatem sapientiæ habentes. *Idem.*

Omnia Cecropiæ] Hic docetur Mal- lium fuisse plus satis curiosum in dis- ceptatione philosophica. *Claver.*

68 *Discutiens quod quisque novum*] *Quid* prim. Vatican. alique nonnulli. Forte, *quod quisque novi*. *D. Heins.*

Quid quisque novum] Aurea Philo- sophicæ novarum doctrinarum cupi- dæ. *Barth.*

69 *Quantæque*] Quot agminibus sin- gulæ sectæ stipentur. Non enim auc- tores tantum sectarum singularum suas habebant assecclas, sed discipuli quoque sub doctoribus velut, atque eminentioribus inde adhærentes, in una secta diversa agmina conficie- bant. Donec eo res redierit, ut Phi- losophia merus esset titulus; Heroum veterum nomina, qui familias velut fecissent, mera vulgi ludibria, ut ex Gellio, Luciano, aliisque videre licet. *Agmina* ergo scite dixit.

Sectæ] Secta families sunt Philoso- phorum. Secta enim doctrina quam quis proposuerit sequendam præ cæ- tera. *Barth.*

70 *Namque aliis, &c.*] Ne singilla- tim quæque exponam, opponatur ex contentione locus hic Ciceronis Aca- dem. i. iv. et Sidon. Epithalam. Pole- mi et Araneolæ. *Delrio.*

4 X

71 *Hic confidit aquis*] Notissima Thaletis doctrina. Lege Plutarchum, Diogenem Laërtium, l. 1.

Procreat omnia flammis] Ita docet, ut procreari videri velit. Heraclitum dici clarum. *Barth.*

72 *In Ætnæas casurus sponte favillas*] Notissima sive Historia sive Fabelula de Empedoclis morte; qui inter deliros Sophistas locum Principem ambiens nusquam reperiri maluit, quam humano more tumulari. Horatius frigidum vocat in ipso illo Immortalitatis salto degma etiam illudens: 'Dens immortalis haberi Dum cupit Empedocles ardentem frigidus Ætnam Insiluit.' *Idem.*

73 *Dispergit revocatque Deum*] Memtem sacram docebat Empedocles per universa diffusam movere et vegetare omnia. Ex ea opinione hausit Maro divinos illos versus, quibus mundi animam Deum cecinit: 'totanique infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.'

Revocatque] In singula videlicet creaturæ corpora, a cura rerum universarum, totiusque creaturæ.

Revocatque Deum] Vel, diem primæ Vaticanæ. quod et in multis aliis legitur. minus bene. *D. Heins.*

Rursusque receptis] Abundat vox. Satis enim foret, si *receptis* scripsisset. *Barth.*

74 *Nectis amicitias quicquid discordiæ solvit*] Vetustissimorum Sophorum sententia est, omnia secundum litem fieri, principe assertorum Heraclito. Idem dogma Empedoclis, contraria nimirum Elementa considerantis; inimicitias et amicitias omnia facere, has connectendo, illas dissolvendo in vitam et mortem quicquid spirat et vivit. *Idem.*

75 *Corporis hic damnat sensus*] Supputando eo facile devenit humana ratio, ut, quæ sensibus comprehenduntur, incerto sciri et cognosci, perspicere valeat.

Verumque videri Perneget] De in-

certitudine sensuum quod dixi, plena sunt omnia. Vide Ciceronem Academic. iv. At de cognitione veritatis in rebus loquitur Claudianus: in hac certitudinem non esse, cum Ensipæum comprehendere nequeat, docet Plotinus. *Barth.*

76 *Hic semper lapsurus pondera terræ*] Eleganter hominibus operam ipsam adscribit rerum, quas tales considerabant, aut docebant. Celebris autem opinio rapiditatem circumvolutionis celestis ipso suo impetu sustinere corpus terrestre, in aëre pendens, ne labatur. *Idem.*

78 *Accenditque diem*] Solem dicit; quem Patrem diei Pindarus.

Prærupti turbine saxi] Futilem balathronum facere aliqui qui Solem ingens saxum esse commentarentur. *Barth.*

79 *Unaque tegi non passus Olympo*] Vagorum hominum vanitatem scite arguit. Tot mundos sciscabant nonnulli, quot essent stellæ. *Idem.*

81 *Angusto pectore mundos*] Scite juxta posito Epitheto sententiam suam declaravit, nimirum hominis conatus ridiculos esse ad alium rerum doctrinam. *Idem.*

82 *Vaga primordia*] Atomes doctrina Leucippi, Democriti, Epicuri; cæcæ plagæ nexus et hamuli doliris hominibus ficti. Vise Lucretium: Lactantium de Ira Dei, c. x. *Idem.*

83 *Numina constituunt alii*] Firmant, expediunt, ut sint velut, quæ antea non fuerant certa. Iridio salsa, ut totum hoc comma, de Philosophia. Dubitatio hæc inter casum et Deos tangitur priore in Rufinum. *Idem.*

84 *Graiorum obscuras*] Quia Consulem Romanum laudat, deprimit Græcæ res, modo literarum, supra armorum. De obscuritate ejusdem gentis scriptoræm idem queritur Lucræti. lib. 1. 'Non me animi fallit Graiorum obscura reperta Difficile illustrare Latinis versibus esse.'

Romæ floribus] Ornamentis dicens, orationis amœnitate. *Barth.*

85 *Vicibus gratis formare loquentes*] Per Dialogos intelligit, modo scribendi Socratico, aliisque Philosophis dilecto. Latinorum Princeps Cicero adeo hoc genus frequentavit, ut per contemptum inde Dialogistæ nomen invenir. Platonem primum Dialogos introduxisse Favorinus tradidit. *Idem.*

86 *Alterno verum contexere nodo*] Socraticis captionibus, officio Dialecticæ, quod pulchre mihi delineasse visus est Plotinus, Enneade I. I. III. c. 3. *Idem.*

88 *Docta Cleanthea*] Doctrinam Cleanthis vere commendat. Ejus enim viri ingenium erat hebes, nec proficiebat nisi ærumnabili labore, cui idcirco adeo se deditit, ut alter Hercules diceretur. *Idem.*

89 *Chrysippe, recessu*] De Chrysippo notæ historiæ, exstatque magno commo omnium literarum Diogenes Laërtius. *Idem.*

90 *Democritus risit*] Sapientium hominum non postremus: summam studiorum et felicitatis humanæ in tranquillitate animæ ponebat, cætera omnia fato ferri visa joco ludibrioque habebat.

Dixitque tacendo Pythagoras] Quinquennii taciturnitate initiabantur doctrinæ suæ Pythagorici, ad cælestia capienda ut fierent idonei. *Barth.*

91 *Uno se pectore cuncta vetustas condidit*] Antiquitatis notitiam summam eruditionem habet. *Idem.*

Cuncta vetustas] Junianus tanta etiam non male. *D. Heins.*

92 *Major collectis viribus exit*] A ventis, aut spiritibus alioquin aliis. *Barth.*

93 *Ornantur veteres*] Insigniore gloria, quam parit novorum librorum conditio: ut et ampliore labore. *Idem.*

94 *Academia*] Notæ Athenæ Atticæ Sapientum Philosophorumque turba. *Idem.*

95 *Ut tandem propius discat*] *Discas* codex S. Marci, unus Vatican. et Pricæi. *D. Heins.*

Ut tandem propius discat] Usui ipsi, et gubernationi tanti Magistratus admoda. *Propius*, certius, facilius, semotis obstaculis. De Finibus, de Summo Bono, de Justitia, Honestate, Virtutibus, quæ hic tanguntur, Philosophorum opiniones hic excutere non est. *Barth.*

97 *Virtus divisa*] Unam statuit virtutem divisam in justitiam, temperantiam, fortitudinem, cæteras. *Idem.*

98 *Objectet vitii*] Virtus enim fugere vitia. *Idem.*

99 *Vincat ratione metus*] Ratio nimirum in id data homini, ut sapientiæ et bonæ mentis studiosus, vitia omnia deformesque larvas fugiat, superet, declinet, excindat.

Metus, amores] Dux furis tranquillitatis humanæ.

Franget amores] Injecto velut fræno coërceat. Juvenalis: 'pone iræ fræna modumque, Pone et avaritiæ.' *Barth.*

101 *Animaverit astra*] Vitas genioque suos astrorum corporibus adscribebant veteres, consensu fere Auctorum. *Idem.*

102 *Impuleritque choros*] Sic Delrius, Schottus et Gronovius: quomodo et ex nostris meliores. Vulgo *Impletitque chaos*: perperam. *Choros* pro astris posuit. Val. Flaccus, lib. v. 'Qualis ab Oceano nitidum choros æthera vestit:' sic et *χῆρος ὄργανον* passim apud Græcos poetas. Plura exempla cœgessit Barthius: qui tamen perperam *Impletitque* tuetur. *Impulerit*, *ῥδ animaverit* optime interpretatur. Statius Lacrymis Etrusci, 'Servit et astrorum velox chorus.' Fulgentius Astronomico: 'At choros astrorum reliquos non tangitur umbris.' Plura collegit Passeratius ad Propertium. *D. Heins.*

Impletitque choros] Numerosos illos et certis legibus in chorum plenum.

atque compositum, astrorum cursus intelligit; vatum optimorum consensum imitatus. Manilius, lib. II. 'Signorumque choro, et mundi flammea tecta.' *Chorus* enim compositum agmen, scitumque omne denotat, cum nihil lætum fere haberetur priscis Græciæ vatibus sine choreis, chori-que omnibus adessent, sacris, fabulis, ludis, conviviis. Est enim chorus proprium concinentium hominum, et in coronam orbemve cœnantium agmen.

Impleturque] *Impulerit* alii. *Impletur*, suis fecerit, absolverit, numeris. *Barth.*

Impuleritque chorus] Hoc est, calorum ex motu concentum, de quo Apollinaris: 'solidum princeps quod Musica mundum Temperet, et certis concentum reddat ab astris.' *Delrio.*

Quo virat machina motu] Quis ille sit spiritus, qui mundum omnem moveat, et intus agat. Multis de hoc; Deo nempe ipso, Timæus Locrus, Ocellus Lucanus, Aristoteles, Plato. Motu autem vivit machina, alioquin subcessura. Manilius, lib. II. 'Namque canam tacita Naturæ mente potentem Infusumque Deum cœlo, terrisque, fretoque, Ingentem æquali moderantem fœdere molem,' &c. *Barth.*

103 *Sidera cur*] Planetas dicit. *Idem.*

105 *An gemina convertant æthere mentes*] Contrariæ scilicet dæm, ut omnia alia secundum litem fiunt.

Mentes] Dii. Deum enim animam mentemque machinæ hujus universi statuit omnis vere sapientium Philosophorum Schola. Virgilius: 'totamque infusa per artus Mens agitat molem.' *Barth.*

106 *Sitne color proprius rerum*] Magna disceptatio inter Philosophos, color qui visum subit, sitne in rebus, an lucis appulsu generetur, ipsisve oculorum radiis confiat, inque iis differentiam suam faciat. Vide Stobæi Collectanea Physica, cap. 19.

Lucisque repulsi] *Legē*: *Sitne color proprius rerum, lucisque repulsi*. Ipsissima veritate. Hæreatne in rebus color, an repulsionem lucis eludant aciem oculorum, fingantque colores. *Barth.*

Lucisque repulsi] Meliores *lucime*. iidem paulo ante *variusque*. quomodo Barthius conjecerat: hoc loco ille malit *lucisque repulsi* *Eludant aciem*: quam mutationem minime necessariam ducō. *D. Heins.*

107 *Luna Recursum natriat Oceani*] *Eatum* sive reciprocationem Oceani dicit, ignorabile portentum Naturæ, causis semper latitans, ad Lunaria tamen incrementa, horasque ejus sideris fieri, res demonstrat.

Quæ Luna] Quota hora. Lunari-
bus enim horis velut appensum movetur pelagus. *Barth.*

108 *Quo fracta tonitrua vento*] Ab Elementis astrisque ad meteororum tractationem venit. Socratico vero et Platónico more omnia refert ad causas naturales.

Fracta tonitrua] Qua vi sonitus illi perterriti fractis fiunt nubibus. *Barth.*

109 *Quis trahat imbriferas nubes*] Hoc vero est Divi illius Socratici negotium. Jovi vulgus secuti Poëtæ hanc vim tribuunt, quem Strepsiades per ingens cribrum micientem pluvias facere crediderat.

Saxa Grandinis] Ab effectu, saxis pari. *Barth.*

Quo saxa creantur] *Creantur* plerique: *ferantur* Aldus et decem ex nostris. duo *feruntur*. tres *ruuntur*. *rotantur* Mazarin. Putean. et Rhemensis. *Legē rotentur*. 'rotare saxa' IV. Cons. Honorii etiam dixit, vs. 330. l. 1. in Rufin. 'Haud secus hyberno tumidus cum vortice torrens Saxa rotat': 'saxa rotare' passim apud poëtās: *creantur* tamen prim. Vatic. *quæ creantur* codex Claverii. *Quid trahat* etiam, non *quis*, Florentinus S. Marci. et *saxa* non *sagra* potiores.

membranzæ. Ita et lib. 1. in Stilich. 'pigri flabra Bootæ.' Raphaelengius cum Claveriano codice, quod et Scalliger probat et Barthius, *flamma excutiat: flagra vel auræ* prim. Vatic. non *per auræ*. certe, nisi *flamma excutiat* legas, non video quomodo hæc cum sequentibus cohæreant. *D. Heins.*

111 *Excutiat*] Ad celeritatem velut excussæ per aurâs tormento flammæ alludit. *Barth.*

112 *Tristem cometen*] Nuncium utriusque impendentium tristium.

Figat] Erudite, ad veterum doctrinam. Physici enim statuebant Cometen non suo sed ætheris motu ferri.

Crinittâ] Duæ Cometarum species: Cometæ, et Pogoniæ. *Barth.*

113 *Compositam puppin*] Philosophica vox. Qui enim, omnibus affectibus liber, contemplationi rerum et virtutis cultui sese dedicavit, dicitur se composuisse. Compositi enim a morte, qui nihil cum rebus jam humanis habent, etiam cadaveribus curatis. Horatius, lib. 1. Sat. 9. 'Omnes composui. Felices! nunc ego resto.' *Compositam puppin*, subtractam dicit tumultibus vitæ communis. *Idem.*

114 *Facunda placebant*] Sequentia arguunt concinnius scribi *facunda*; quod in nullo tamen tot librorum offendimus. *Idem.*

Facunda placebant Otia] *Facunda* puer olim conieci. confirmant Barthius et decem scripti: *facunda* vocat *otia* quod libros parerent: *facunda jacebant* prim. Vatic. Male *facunda carmina* et *facundas Musas* dixit Porphyrius Panegyrico ad Constantium. *D. Heins.*

115 *Nascentes libri*] Par ratio librorum et liberorum; et illi enim progenerari nobis dicuntur.

Ibant in secula libri] Mira elegantia locutionis, qua scripta genium habentia sensim excedere pectore auctoris, et in æternitatem famæque perennem favore prodire finguntur.

Secula] Æternitatem. *Barth.*

116 *Vidit ab æthra*] Notum Justitiæ numen, primis hominibus conversari solitum, ingruentibus malis peiorum ætatum moribus, cælum repetisse traditum, ibique juxta libram consediisse. *Idem.*

117 *Viduatas leges*] Velut perpetuas illius alioquin contubernales. Horatius: 'viduus pharetra Risit Apollo.' Quam semper gestabat. Quod inepte cavillantur Grammatistæ. *Id.*

118 *Continuo frontem limbo*] Scalliger et Barthius *nimbo*: qui hoc loco videndus: nec aliter Rhemensis, et opt. Ambros. ex Plauto, Arnobio et Isidoro adstruit hanc lectionem vir eruditus: quibus adde Papiam. 'Nimbus, fasciola transversa ex auro assumpta (lege *asuta*) in linteo, quod est in fronte dominarum positum. Nam et lumen quod circa angelorum capita pingitur, nimbus vocatur, licet sit densitas nabis.' Apud Statium tamen Achilleidos primo in optimis membranis legitur, 'gemmais aut nectunt tempora limbis': non *vittis*: quomodo vulgati codices: 'frontem limbis imminutam' dixit Arnobius, ubi *nimbis* tamen reponunt homines eruditi: sed et *nimbus* pro *nube* hoc loco potest sumi: ut apud Maronem: 'Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo Detulit.' *D. Heins.*

Frontem limbo velata pudicam] Pudicitæ veteris ratio obtinebat virgines in publicum non procedere, nisi obvelatis vultibus, ut hic justitia domo sua cælesti in terram descensura.

Limbo] Fasciolæ illæ, quibus frontem obvelabant femine *Nimbi* appellabantur potius. Isidor. lib. XIX. Orig. c. 30. 'Nimbus est fasciola transversa, ex auro aduta in linteo, quod est in fronte fœminarum.'

Frontem pudicam] Nazarius Panegy. 'In serenis frontibus animorum iudicia perleguntur. Justitia vero quid pudicum magis?' *Barth.*

119 *Deserit autumnû portas*] Statio Virginis nota in Cælo. *Porta*, ut

vellat Homero et Tragicis, loca. Chelæ noctis dispendia reparare dicit, quod Sole in ea gradiente fore pares lux et tenebræ. *Barth.*

120 *Noctis dispendia*] Damnum, luce ampliorem partem obtinente. *Idem.*

121 *Pax acibus quacumque volat*] Vis et Jus contraria: in Pace Jus, in Bello Vis, unde Justitiæ amica Pax. Hac in terris regnante omnia erant pacata, omnia per se proveniebant, omnium rerum, exclusa invidia atque avaritia, communis erat fructus.

Volat] Alis enim prædita fingitur.

Rabiemque frementes Deposuisse fera] Alludit officium et beneficium Justitiæ; cui nimirum soli debeat conjunctio humanæ societatis, cum sine illa, citraque ejus Imperium, omnia vita ferino more coleretur. *Barth.*

122 *Latatur terra rocores Numinis*] Insignis hyperbole. Hac enim ratione sub Jovis Imperiis nemo unquam fuerit justus Princeps, isto demum Consule Justitiæ in terras reversa. *Idem.*

123 *Prisci curi*] Aurea ætas naturali æquitate vitam colens. *Idem.*

124 *Ligurum se manibus inferi*] *Vasitis se manibus prim.* *Vatic.* *D. Heins.*

Ligurum se manibus inferi] Mediolanum dicit. Eam enim Theodosius Magnus elegerat aulæ sedem, et veteri Romæ quodammodo succedaneam. *Barth.*

125 *Castos Penates*] Non enim alios nomen illud æquissimum intraverit: cum Justitiæ vel prima regula sit alieno toro omniæque incesta libidine abstinere.

Castos ingressa Penates] Contra fugit conceleratorum hominum habitacula, ut ætate jam corrupta. *Barth.*

Levibus plantis] Utpote divina aura, ignis ætherius. Quam substantiam Diis suis cum effigie ejusdem humana adtribuebant sapientes prisci.

Levibus plantis] Non *plaustris* plerique codices: nec admittendum *claustris*: quod Barthius commentus est. Sequenti versu rē in delendam ex auc-

toritate eorundem codicum. *D. Heinsius.*

126 *Insensit ætheries*] Nobilissimas scientias, Astronomiam et Geometriam tradit in manus Manlii, utpote hominæ cordato dignissimas. Astrologia enim velut scilicet quæpiam, celestibus inscendendis.

Signantem] Delineantem: Signa enim elementa, prima rudimenta.

Pulvere] Usus veterum ad Mathematicam lineas subtilissimi pulveris. *Barth.*

127 *Quæ pia*] Cultui numinum dedita: mater et nutrix Mathematicarum disciplinarum.

Sollicite pollice] Curiosa opera.

Deprendit] Curam intelligit velut fugientes. Ut in illo: 'Deprendit tacitis dominantia legibus astra.' *Barth.*

128 *Quæ movent momenta polium*] Pendentem velut in æquilibrio. *Momenta*, motus hinc inde ducentes pondere, donec constant; et ipse stilus ferreus, indicans æquationem.

Quæ movent momenta polium] Cum *momenta* a movendo deducantur, clarius videtur *movent momenta*: *foveant* putabam aliquando. *D. Heins.*

Certus in astris Error] Vagus et ratus circuitus. *Barth.*

129 *Quis tenebras Solis*] *Soli*, et mox *Defectum indicat*, non *videat* aut *inducat*, cum optimis libris scribendum: vide notas ad bellum Gild. vs. 16. Minucius Felix: 'Relinquenda vero Astrologis prolixa de sideribus oratio, vel quod regant cursum navigandi, vel quod arandi metendique tempus indicant:' quomodo et festa apud Romanos indicebantur, quæ non erant statâ: male pro vulgata scriptura pugnat Barthius. Vide quæ de hoc loquendi modo ad Senecam (Edipum observat exactissimus Gronovius, vs. 17. Lucensis, *Defectum signet*: paulo post *coneratus* pro *generatus* scripti: vidit Raphelengius. *D. Heins.*

Causisque momentis] Non pro min-

culo aut portento habendum, sed raris certisque causis contingentem, et velut ingredientem. *Barth.*

130 *Videat numerus]* Prænnunciet. Numerus, calculus, ratio, expensio. Lucanus, lib. 1. 'quem non Egyptia Memphis Æquarit visu, numerisque docentibus astra.' *Idem.*

131 *Pallentem]* Obscuratam, orbentem lumine. *Idem.*

132 *Virginis]* Inculpatae, quam cum castitas hominum decresceret, reliquit cæcus eorum. *Idem.*

135 *Tunc sic]* Subitam allocutionem notat. III. Cons. Honor. 'Tunc sic lætus ait: Rex o stellantis Olympi.'

Sincera bonorum Congeries] Sic ipsum hominem appellat, exquisita omnium bonorum commendatione, velut in naturam ea hominis transferint. *Barth.*

Malli] Malli in melioribus scriptis: plerique etiam Tum sic. Pal. prim. Med. et alter Moreti, Cum sic: quam locutionem Nasoni sæpe reddidimus ex optimis membranis. *D. Heins.*

136 *Veteris vestigia resti]* Simpliciter priscam intelligit, omni ævo sequenti laudatam. Rectum, probitatem, æquitatem inconcussam intellige. *Barth.*

137 *Ductos video mores]* Metallo ductos. Ducere enim verbum ei rei est. Virgil. 'Aut leveis œcreas lento ducunt argento.' *Idem.*

141 *Transmissa gloria vitæ]* Jam ante enim Reipublicæ adfuerat, antequam se conderet in illum suum Par-nasæum. *Idem.*

142 *Humanum curare genus]* In Romanis Magistratibus. Hanc enim ambitionem loquendi perpetuo servat, Romanæ rei humanum genus addicendi. *Idem.*

143 *Nullas recipit prudentia metas]* Nemo eam emeritus est: quamdiu vitæ usus, tandiu prudentia opus est. Omnium temporum arbitram atque reatricem esse prudentiam, celebre Isocræti dictum est. *Idem.*

144 *Sedes]* Honoris locus, fastigium Magistratus. Multis semel; raris, iterum contigisse summos honores dicit. *Idem.*

145 *Sed meritis tantum redeunt]* Meriti probe prim. Vaticanus: quomodo emendandum clarissimus ac politissimus Vir Gaspar Gevartius jam olim me monuit, cujus eruditio in hæc poemata commentarios avide expectamus. Locum merito ut obscuriorem notat caris secundis Barthius, sed mendosum esse non est subodoratus. *D. Heins.*

147 *Quos fortuna regit]* Legit jam ante annos aliquot scribendum vidi: ut testis idem mihi Gevartius. Confirmat Rhemensis liber, cujus excerpta viro summo Dionysio Petavio dabemus. Napt. Honorii: *Dignus quem legeres.* Laud. Stillich. *Quis legi virtus:* atque ita passim. *Quos fortuna dedit,* vel, *gerit,* conjectura est Barthiana in uberiori Commentario. Alias apud illum malebat, *Quis fortuna redit.* Sed nihil verius est nostra lectione. Memini Sidonium quoque Apollinarem sic non semel locutum. *Idem.*

Magnoque] Magno pretio. Maro: 'magnoque optaverit euntum.' *Barth.*

148 *Abstrusa rerum ratione]* Investigatione rationum et repertorum Philosophicorum. *Idem.*

149 *Patriam]* Athenas dicit, servatas Oraculo recte exposito Themistocli, homini non literato, sed acris ad omnia prudentiæ.

Tui Platonis] Temporum etiam eorum Philosophiæ, extra eam, quæ Sacris Literis debita, princeps Plato, Christianis quoque doctoribus commendatissimus. *Barth.*

150 *Quam qu]* Eruditioni et speculationi Platonice opponit prudentiam sine illis in Themistocle, quo sane vix ullus Principum id genus fuit felicior, naturali virtute pollentem. *Idem.*

Qui] Themistocles. *Idem.*

151 *Urbanque carinis Venit]* Bar-

thius ex scriptis malit legi, *Textif.* nescio quos dicat scriptos, præter Claverii codicem, qui eam lectionem in coronide profert. nam Pulmanniani et omnes, quotquot ego insexpi, pro vulgata stant, et recte quidem. *D. Heins.*

Urbenque] Optime. nam et *καὶ ἡ* *ἑστία* Urbs Athenæ. *Barth.*

152 *Medo*] Persarum Regi, Medis imperanti tum. *Idem.*

153 *Spartanis matribus*] Institutum Lycurgo, gymnastica exercitia foemina cum viris communia esse; rei rationem rogatus respondisse memoratur, uti in robusto exercitatuque matris corpore firmus valensque fetus gigneretur; utque ipsæ mulieres, ubi necessitas postularet, armis pariter patriæ adessent. *Idem.*

154 *Sexum vicere*] Viriliter agendo.

Leges æværa] Spartanæ Leges notæ severitatis. Valerius Maximus, II. 6. *Barth.*

155 *Ignave mure*] Satis munitis virtute Legibus oriunda. *Idem.*

157 *Monitis annique silentes*] Nota omnia. Monitus et annos silentes conjunxit, ut supra tacendo locutum memoravit; ignaviæ simul umbraticam sapientiam notans, ut modo ante. Silentio autem auctoritatem secreti Deorum cultus, scitorumque majestatem, sibi peperit Pythagoras; quibus accedentibus nonnullis portentis, cultum pene divinum habuit. Ammianus, lib. XXII. *Idem.*

Annique silentes] Scripti nonnulli *animique*. Unde vidi qui Samii corrigendum censeret. ut Pythagoræ discipulos intelligat, qui *ἀκούοντες* propterea dicti, quale mendum et ego ex Martialis lib. IX. Epigr. 48. delevi. vulgo legitur: 'Sic quasi Pythagoræ loqueris successor et hæres, Propendet mento nec tibi barba minor.' Puteanorum fratrum codex *Præpendet* *zamen*. Vaticanus antiquissimus 'Propendetque minor n. t. b. tamen,' vocum ordine turbato. alius ejusdem

bibliothecæ *Dependet* *zame*. excerpta Thuanæ optime notæ *præpendet* *zame*. Lego: 'Propendet Samia nec tibi barba minor.' Eximius vir mihiq̃ amicissimus Isaacus Vossius pulcherrimis ad Pomp. Melam Observationibus malit: 'Præpendet meta nec tibi barba minor.' Seligat lector, quam conjecturam ex duabus potioribus arbitretur. apud nostrum tamen vulgata lectio non est sollicitanda. per annos *silentes* quinquennium intelligit silentio a Pythagoræis devotum. Laërtius in Pythagora: καὶ αὐτοῦ εἰ μαθηταὶ κατερίθουν τὰς ὁδοὺς, εἰς τὸ ποιεῖν αὐτοὺς περπατεῖν τε ἡσυχάζον, μὴ οὐκ τὸν λόγον κατακοινοῦντες. Meminerunt hujus quoque quinquennii Gellius Noct. Attic. I. 9. Jamblichus vita Pythagoræ; Plutarchus de Curiositate; Lucianus vitarum Auctione, Hermotimo, et Gallo; Tzetzes in Chiliadibus; alii. Sidonius Apollinaris, Carm. 15. 'Assertit hæc Samius post docta silentia lustrî Pythagoras.' *D. Heins.*

158 *Famecum luxum*] Tarentini vitæ summam ponebant in voluptate, extra hanc omnia adspersentes.

Ebæli Terenti] Spartani. *Barth.*

159 *Insignem curam*] Quo major dignitas enim, eo amplior cura quam non fugiat homo Philosophæ sententia, nisi simul ignava opera. *Idem.*

160 *Meritis majora patebunt Præmia*] Præmia autem virtuti data, commendant temporum felicitatem. *Idem.*

161 *Jungere senæus Cum Stilichone*] *Sensus*, consilium, sententiam. Sic Cn. Mattius: 'Curasque acerbis sensibus gubernare:' ratione, intellectu. *Idem.*

163 *Profuit ætas*] Male vulgo *perit*. contra fidem præstantiorum codicum. et tamen eam scripturam tætur Barthius. *D. Heins.*

163 *Consilio vel Marte*] Bello et Pace. *Barth.*

164 *Vicere sub regno*] Ita distin-

guendum cum melioribus membranis. Idque vidit Barthius ac monuit. *D. Heins.*

Vivere sub regno] Hic locus valde anceps et lubricus, o Claudiane! licet ad laudem Honorii hæc referas, videris tamen de tuo Stilichone plus nimio gloriari. *Claver.*

165 *Servire*] Suo quodam servitio. Capiendum ad id quod dicit alibi: 'Fallitur egregio quisquis sub principe credit Servitium: nunquam Libertas gratior exstat Quam sub Rege pio.' *Barth.*

166 *Nostra soror*] Quæ temperet nimirum Justitiam, velut agnata ei, et sanguinis ejusdem. *Idem.*

167 *Fratres amplexa serenos*] Nullus titulus, nulla laus dignior summo principe, Serenitate; qua scilicet Imperator proximus sit supremo nuntio, quod tranquillum et inturbabile statuitur. *Idem.*

169 *Perfidia*] Opponit hanc pietati: quia nulla magia re Deorum numina contemni credebant veteres quam perorando. *Idem.*

170 *Furiarum vincula*] Ipsas simul catenis impeditas dicere vult, omnia obtinente Pace, Pietate. *Idem.*

Vincula veneno] Colla primus Medicus Vaticanus, et Palatinus, rectius, si quid video, delirium certe eam scripturam Barthius appellare non debuit, sequenti versu malim, *Exultat*, ut a superioribus oratio dependeat, atque ita Vaticanus chartaceus. *D. Heins.*

171 *Exultat cum Pace Fides*] Fides vero Paci optime jungitur, quoniam sine ejus adminiculo nullam certum est constare inter homines societatem, ut disserit Appian Crassus apud Livium, lib. vi. Ut merito eam 'certissimum humanæ Salutis pignus dicat.' *Barth.*

Exultat] Unus Vatic. *Exultat*. ut hæc quoque a superioribus dependeat. *D. Heins.*

172 *Inter*] Permixtæ populo, ut

de aureo seculo canunt Poëtæ. *Barth.*

173 *Nobiscum, Theodore, redi*] *Veni* Gyralt. *D. Heins.*

174 *Agrestem dudum*] Agriculture deditum: hoc est, secessui rurali.

Reverti cogis] Primæ Justitiæ suasioni cedit, quæ probo viro est coactio, nempe quod nefas oblectari virtuti, cui insint cæteræ omnes. *Barth.*

175 *Rubigine raris*] Desidia radices agente. Ovidius: 'ingenium longa rubigine læsum Torpet.' *Idem.*

176 *Nunquam mihi cura tot annis*] *Nam quæ mihi vetustiores libri, annos etiam Ambrosianus unus, bene, diximus bello Gild.* *D. Heins.*

177 *Sulcis mollire novales*] Agrum colere. *Barth.*

178 *Soli vires*] Fecunditatem.

Rupes] Omnem collem monetaque indicat hac voce Claudianus. *Barth.*

181 *Veteranus*] Præmia velut in assignatis agris jam indeptus. *Idem.*

182 *Vector*] Nauta, navigii gubernator. *Idem.*

183 *Collectamque dix*] Gloriam dicit, ambitionis præmium, et laborum pro Republica. *Utinque* ad instabilitatem rumorum ducendum, a mobilitate vulgi pendentem. *Idem.*

184 *Patiar deponere*] Insuetior locutio, nec mutanda. Tantum enim est, ac si *deponi* dixisset. *Idem.*

185 *Natura fortior usus*] Curtius, l. v. 'Pauci hujus sententiam fuerunt; cæteros consuetudo, natura potentior, vicit.' *Idem.*

186 *Defluat*] Ipso in usu evanescat. *Idem.*

187 *Desidis auriga non audit*] Exemplis e vita communi dictum confirmat.

Audit] Attendit, ei obsequitur, obtemperat. Virgilius, Georg. i. 'nec audit currus habenas.' *Barth.*

192 *Animosque ferarum Exuvius*] Malim *exuvius*, frequentissimo poëtis Græcismo. *D. Heins.*

193 *Nitidis sensibus*] Purificatis: talibus enim adeundos Deos sapien-

thoras scieant. *Barth.*

194 *Irruit intrepidus flammis*] Omnia pericula spernet. Floratius: 'Justum et tenacem propositi virum Non civium ardor,' &c.

Irruit intrepidus flammis] *Flammis* prior Moreti, et optimus Vaticanus a manu secunda. quod elegantius. In Epigrammatis: 'Sic ope sanctorum ne barbarus irruat Alpes.' Prudentius Apotheos., vs. 480. 'Ecce Gerasenos legio irruit effera porcos.' ubi tamen *ruis* in veterrimis codicibus legitur. Guntherus Ligurini lib. iv. 'Touteous hostilem cum civibus irruit urbem.' et libro ix. 'Protinus hostiles infesto milite fines Irruit.' Avienus Descriptione orbis: 'virides sulcans terras Achelous Irruit Hadriaci tergum maria.' Ammianus, libro xvii. 'Has enim oras Parthiscus irruens obliquatus meatibus Istro miscetur.' Minucius Felix Octavio, de fulminibus agens: 'Adeo passim cadunt, montes irruunt, arboribus incurrant, sine delectu tangunt loca sacra et profana.' ubi perperam *dirunt* reponitur. Valerius Flaccus, lib. iiii. 'gravis irruit Othum Phleias, et trepido Pollax impingitur Hebro.' Ubi *invenit* perperam nunc circumfertur. sequenti versu *conferatos hostes* et *inermis* legendum, ut potiores scripti. sic 'arma conferta' et 'conferta legio' apud Silium. Vulgo *conferatos* et *in ermis*. D. Heins.

196 *Ille vel Æthiopum pluvie solabitur æstus*] Pluvia solatur æstus, quia temperat ac frangit. Hoc ergo vult, Justitiam vice pluvie functuram apud Æthiops, ac nimios æstus mitigaturam. Tacite autem tranquillitatem animi subindicat, quæ per Justitiam acquiritur et comparatur. *Æstnavit* in hoc loco plus quam vellem doctissimus Barthius. Libri nostri manu exarati nihil variant, altero Moretano deterioris notæ excepto, qui cum Deliriano, *Ille per Æthiopum*: sed ea non est illius codicis præstan-

tia, cui multum deferas. *Idem.*

Ille vel Æthiopum] Cælum enim ei mittere pluvias dicit, vel in mediis Æthiopum arboribus, alludens animum immobilem virtutis possessione. *Barth.*

197 *Ilum trans Scythiam*] Tuncim primus Mediceus et Palatinus: placet. D. Heins.

Trans Scythiam æternus comitabitur æstus] Ubique serenam inturbabilemque vitam vivet. Sapientis justique viri constantia describitur a contentu exilii; quam subierant multi ob contentam fortunam, virtutisque cultum, summi sapientum Coryphæi. *Barth.*

198 *Habenas*] Moderamen Imperii Romani currai regendo exæquat. *Idem.*

Snoccepit habenas] Hic profecto exprimitur dignitas Præfecti Præt. Occidentis, sub quo Italia, Illyricum occidentale. *Claver.*

200 *Prima Padum Tyberimque ligat*] Duos celeberrimos Italiae fluvios conjungit. Cl. tamen Blondellus *Trebianque* malit. Sequenti versu pro *Lydeos* Raphaelengius ex conjectura viri illustris *Lybias*. nec dissensio. quod et Barthius amplectitur. Tentabam olim *Nunibus*. D. Heins.

203 *Cyrnos*] Corsicam, a fœmina Corsa. *Barth.*

Cyrnos] Corsicam intelligit. Strabo: Κύπρος ἐνδὲ τῆς Πορφαίας καλεῖται Κέρκυρα.

Trifidam] Talis toto situ Sicilia.

Relentat] *Relinquit*. Exemplo Maronis, lib. v. 'pars vulnere clauda, relentat Nexantem nodis.' *Barth.*

204 *Tyrrhena funditur*] Affunditur. Sonum unde ubertim appellentis proponit. *Idem.*

Tunditur unda] Et hic Scaligeri conjecturam Raphaelengius expresserat: quod Puteana excerpta, Rhemensis, et Ambros. unus confirmant. Vulgo *funditur*. Catullus: 'Littus ut longe resonans Eoa Tunditur unda.'

nam sic scribendam, non resonante. Virgil. *Æn.* v. 'Est precul in pelage saxum, spumantia contra Littora, quod tumidis submersum tanditur undis.' Tibullus, libro II. *Eleg.* 4. 'Stare vel insanis cautes obnoxia ventis, Naufraga quam vasti tunderet unda maris.' Horatius, *Epod.* XVII. 'Non saxa nudis sardiore navitis Neptunus alto tundit hybernus salo.' Gantharus Ligurini libro IV. 'Nec mora: Dalmatæ qua fluctibus equoris Anson Tanditur.' Priscianus Periegesi: 'Post hæc Eolus tellus prætenditur oræ, Fluctibus Ægei primis quæ tanditur alti.' Prudentius Cathem. 'Salsæque candens spuma tundit pumces.' Unus Med. *auditur*, alius, *clauditur*, quomodo et Vaticanus secundus cum Palatino: qui *clauditur* urnæ. Forte *plauditur*, quatuor *refunditur*. D. Heins.

205 *Nec te tot limina rerum*] *Lumina* Barthius: quomodo complures ex nostris. Inter quos et optimus Vaticanus, tres alii, *tot te limina*. Malobam olim cubina, ut lib. I. in Rufin. 'jam non ad calmina rerum Injustos crevisse queror.' et sic Claverii editio, sed cum in quatuor codicibus *nec te molimina rerum* offenderim, omnino scribendum videtur, *nec tot molimina rerum*. Ovid. *Metam.* xv. 'Magna quidem rerum molimina vidit in ex-tia.' et alibi: 'Magna tenent illud numen molimina rerum.' *Idem*.

206 *Velut altus Olympi Vertex*] De cacumine seu apice montis Olympi, Augustinus, lib. I. contra Manichæos. *Barth.*

210 *Sub pedibus nimbes*] *Ima* pars montis, pes Poëtæ. *Idem*.

211 *Sic patiens animus*] *Animo* tredecim scripti, unus, *animos*, duo, *animi*: quod verum puto, vide notæ bello Gild. vs. 281. D. Heins.

Patiens animus] Omnia enim vincit, quantumvis aspera tolerantis patientia, omnia levia facit quæ atrociter videbantur, ubi animus repugnabat

fato, moleaque subibat ejus legem.

Per tanta negotia liber] Quibus inherescit, libertatemque suam quodammodo vendit et addidit animas præceptis veris sapientie non imbutus. Libertas est, nulli subdita, omnibus imperans. *Barth.*

212 *Similiæque mi*] Constantia Justitiæ animum ita occupante, ut non metet unquam vultum, rideat, fugtanam, spem, timorem, voluptatem, vigore perpetuo nobilis, nec a se danciens.

Justique teneram] Strictam velut lineam. *Barth.*

213 *Non gratia suadet*] Peruadet. Sic scriptores alii. *Idem*.

214 *Intactaque pectora luro*] Avaritiam vel Principem omnium Herou suorum pectoribus eliminat. *Idem*.

215 *Fuerint aliis hæc forte decora*] *Decor* optimus Vaticanus. Superiora rectius sic legantur, si per libros liceat: *Nam aprætas quid opes intactaque pectora luro Commoremur?* D. Heins.

216 *Quæ crimina purget*] Non, ait, virtutibus tuis accensam expulsionem vitiorum, aut his te carere, cum præsentia earum has laudes contemnat. *Barth.*

217 *Servat inoffensam divinus modestia vocem*] Animi compositi tranquillitas aluat placiditate sermone, non commoto affectibus animo, ut in voces erumperet iracundias. Sedatum animum summam sapientiæ declarant scriptores. *Idem*.

Modestia] Hic locus valde notabilis; sunt enim multi adeo stolidi, ut si quibusdam virtutibus excellere se sentiant, id quasi per compita velint publicari: saltem ea vitia, quibus non urgeri se putant, palam deprecantur; quod alienum est a modestia. *Claver.*

218 *Nec lumina feror Asperat*] Immanis enim illa commotio animi nobilissimum etiam sensum indicit, ut scintille quædam furoris in ipsis oculis apparent. *Barth.*

219 *Rabidas diffundit sanguine venas*] Iracundos tumere venis, rubesceri, sanguine foras eluctabundo, quotidie videmus. *Barth.*

Suffundit sanguine venas] Non diffundit, ad Statium Gronovius ex antiquis libris: recte nostri propemodum omnes accedunt. *D. Heins.*

220 *Tempestas oris*] Feritate expressa velut fluctibus. Sic iraram fluctus apud Maronem. *Barth.*

221 *Sentes expulsa corrigis ira*] Ne videaris ad affectum tuum vindicem agere: sed tanta animi tranquillitate vitia punis, ut invitus quodammodo legibus parere, pœnas exigentibus, videaris. *Idem.*

222 *Dentibus unquam Instrepis horrendum*] Furentis Iracundiæ modo, quem notare licet in hominibus bile transversa raptis. *Idem.*

223 *Frenitu nec verbera poscis*] Ut in famulos irati Domini. *Idem.*

224 *Qui fruitur pœna, ferus est*] Quem delectant cruciatus sœntium: exempla suppeditant Tyrannorum voces et spectacula. *Idem.*

Qui fruitur] De hac feritate dictum etiam in Rufinum. Seneca: 'Ferina rabies est, sanguine et vulneribus gaudere.' *Claver.*

Legumque videtur Vindictam præstare sibi] Non tam secundum earum rigorem, quam affectum suum, supplicia exercens. Cordatum enim viram nullo vindictæ gaudio eam exercere volunt sapientiæ præceptores in noxios: sed procul odio et tyrannica lœtitia, justitiam facessere. Seneca, lib. 1. de Ira, c. 16. *Barth.*

225 *Felle Canduerint*] Ignis enim quidam pestilentis est ira, cujus flos est candor. *Idem.*

226 *Ardet stimulis*] Ab hoc ardore Pythagoræ non cœdendam esse ignem dicebant, cum iratum hominem non efforandum vellent.

Ferturque nocendi Prodigus] Nocere homini sapientiæ abominabilis animi. 'Sapiens non est, qui nocet.' *Barth.*

227 *Ignarus cœsus*] Non enim perspicere aut estimare sinit iracundia aut crudelitas animi causas motuum et pœnarum.

Dile proximus ille est] Non potest humana felicitas in majus extolli, quam cum divinæ proxima collocatur. Hinc proverbium venit: 'Dile proximus;' de præclaro viro. *Barth.*

228 *Ratio, non ira*] In hoc data est homini Ratio, ut moderetur eum, et, principatu suo usa, admoveat divinitati, subtrahatque rebus fortunæ parentibus. Est enim in humano pectore, quod sibi constat, occulta quædam sapientia, gubernatrix affectuum, quam cum sequetur homo, videbit se superiorem omnibus calamitatibus, intra se habere divinam ductricem operum snorum, directricem consilium, ad cujus consilium tranquille possit vivere domitor opinionum, Dominus affectuum, itaque composito animo felix, ut Deorum vitam vivat inter mortales.

Facta rependens] Justa libra aut statera examinans. *Barth.*

229 *Consilio punire potest*] Non affectu, aut odio.

Muerone cruento Se jacent alii] Sœptis paria in Honorianis et Stilichonis Laudibus, dulcissimis et sapientissimis monitis. Serio sapientibus priscis adeo crudelitas et sanguinis amor displicebant, ut etiam cocis atque venatoribus eo nomine cohabitare abnuerent. *Barth.*

230 *Feritate timeri*] Bruto fœdoque amore cœdum: quo homo transit in naturam ferarum. *Idem.*

231 *Addito census*] Ita meliores nostri. vidit quoque Raphelengius. *D. Heins.*

Adductoque hominum cumulens] Fiscem qui præferunt privatorum commodis, tyrannos regnant: qui secus, laudantur. *Barth.*

Addictoque] Hoc est, damnato adjudicatoque. *Delrio.*

232 *Lenis fuit Nilus*] Commendatio

tranquillitatis a fluminibus profunda,
non rapida. *Barth.*

Lenes fluit] Qua regione lenes fluit,
docet Plin. Curtius vero docet, 'altis-
sima quæque flumina minimo sono de-
labi.' Vide Diodor. *Claver.*

233 *Utilior*] Quotannis enim Æ-
gyptum irrigans, ne imbris ea
egeat, aut ulli terrarum fecunditate
concedat, efficit. Tibullus: 'Te prop-
ter nullos tellus tua postulat imbres,
Arida nec pluvio supplicat herba
Jovi.' Illud de Nilo memoria dig-
num ab Æliano commemoratur, ejus
aquam non mulieres modo, quod
Aristoteles prodidit, sed pecudes
etiam fecundas reddere: quare tan-
te utilitatis flumen variis Poëtæ
epithetis decorarunt: quin imo Silius
sacrum nominavit; vel quia Æliano
teste, Nilum eundem, quem Osyrim
credebant; vel quia Nilum Egyptii
consecrarunt. *Delrio.*

Nullas confessus marmare vires]
Prim. Vatic. nullo: rectius, superiori
versu pro sed cunctis annibus, idem,
cunctis sed amantibus: forte, cunctis
sed et annibus. D. Heins.

234 *Acrior et rapidus*] Ita scripti
octo. prim. Vaticanus et multi alii
ac. *Acrior ac rapidus tacitas*: duo aut,
unus ut. Lucensis ad. Cl. Gevartius
Acrior it conjiciebat. In Claveriano,
Acrior at Rhodanus: quod perperam
arrisiit Barthio. Duos enim maximos
fluvios conjunxit, Nilum et Istrum:
idque exemplo Lucani ac aliorum.
pro extat Mazarinianus exit. quod
maïo: pro *tacitas ripas*, frustra alii
tactas vel *tractas* vel *fractas* vel *ruptas*.
Maronis illa videtur respexisse: 'Cen
septem surgens sedatis annibus altus
Per tactum Ganges, aut pingui fla-
mine Nilus Cum reflouit campis.' Liris
apud Silium, lib. iv. 'fonte quieto
Præstringit tacitas gemmanti gurgite
ripas.' Statius iv. Sylv. 'Qualis Ci-
nyphias tacente ripa Pœnos Bagrada
serpit inter agros.' de Nilo Lacan. x.
'quos inter in alta It convalle tacens

jam moribus unda receptis.' quam
veram illic lectionem esse alii jam
viderunt. 'pigra vado Langia ta-
centi' apud Statium, Thebaid. iv. et
mox: 'Una tamen tacitas, sed jussu
numinis, undas, Has quoque secreta
nutrit Langia sub umbra.' lib. iii.
'tacent exhausti solibus amnes.' Na-
so, Fast. iii. 'Sustinuit tacitas con-
scius amnis aquas.' Pont. iv. El. x.
'Et tacite pergens lenes Melanthus
iter.' *Idem.*

Tacitas præterempt ingens] Danubii
placiditas grandis alioqui et velut
gravidam annis fecit proverbium vul-
gare vetus Germanis; esse omnium
amniū uxorem, ut ob strenuitatem
maritum Rhenum. *Barth.*

235 *Clementia ævi Gargitis*] *Sani*
scripti plerique: sic contrā *inæma*
aqua apud Poëtās: assecutus etiam
est elegantiam hujus lectionis Bar-
thius curis posterioribus. D. Heins.

Eadem clementia sani] Sanus enim
gurgis, cujus immensitatem clemen-
tia in ostita deducit. *Barth.*

236 *Gangem*] Flumen illud magno
cum fragore ipais statim montibus
erumpit: dein ubi mollis contigit
planities, in quodam lacu hospitatur;
inde lenis fluit. *Claver.*

237 *Lapsique minentur Pontibus*] Collapsi
minentur diluvium agria.
Barth.

Lapsique minentur Pontibus] Melior
scriptorum pars *lassique*: quod ve-
rum: diximus nonnihil lib. iii. de
Rapt. vs. 352. Barthius tamen vulga-
tam malit, *lassa procellis* ratio libro in
Rufin. i. vs. 276. ut illic emendamus.
D. Heins.

239 *Pax*] Communis fluctibus et
humanis animis.

Pax majora decet] Notatum supra,
divinitati homines admovere tranqui-
litate magnanimam.

Majora decet] Translatione a rebus
supra Lunam, quæ in summa floren-
tissimaque pæce sunt perpetuo. *Barth.*

243 *Largitor facili*] Alii *Largitur*.

Largiri olim conficiebam, quod in sex codicibus postea deprehendi, quos inter Palatinus, Barthio quoque inspectus, nec intellectus hoc loco tamen: unus *Largiris*. egimus de hoc loco III. Cons. Hon. vs. 88. Vaticanus optimus a manu prima *Largior* est. quam lectio in nonnullis aliis etiam occurrit membranarum. D. Heins.

Largitor] Vox peculiarem magnanimitatem dantis indicans.

Comitatur] Comes nota sollicitudinis. Secundo Stilichoniarum, pariter ejusdem Herois decoribus accenset: 'nec prospera factus Attollant nimios, quin ipsa superbia late Dissocessit, vitium rebas solempne secundis, Virtutemque ingrata comae.'

245 *Frons priore manet*] Eadem pressus fluidata in Stilichone. Barth.

246 *Qui crescit putat*] Sapientem non debere tantum tribuere fortunæ, ut ejus bonis posse esse crescere arbitretur. Uno tenore animi omnem vitam obemdam dicit. Idem.

Qui crescit putat] Delirio leg. quo: hoc sensu: fatetur se ea dignitate indignum, quæ ad altius fortunæ et dignitatis fastigium evectus est.

247 *Jucunda remota*] *Modesto* Isigrin. Aldus, et aliqui ex nostris membranarum. *fastum modestum* eleganter vocat aliquid temperati mediique inter fastum et modestiam. mox pro *insania* *Pricmanus* *oecania*. D. Heins.

248 *Quæ non seditio*] Adscribitur viris solidæ virtutis in vulgus ea auctoritas, ut tumultus seditionesque prodeuntes in confertos turbatores confutent. Maro, *Æneid.* I. 'si forte coorta est Seditio, sævitque animis ignobile vulgus; Tum Pietate gravem et meritis si forte virum quem Conspectere, silent, arrectisque auribus astant.' Barth.

250 *Barbaries media*] Locus corruptus. Livineius, *Media barbaries*. Scalliger *Barbaries Medo*. unus liber ex nostris, *medio*, alius *mediam*. quod Barthio placebat. Pricmanus, *mediis*,

vel *mediam*. Ambrosianus optimus *medii*, vere. quomodo in *Electis* primus restituit Cl. Gevartius. vide notas lib. II. in *Rufin.* vs. 369. Neque aliter Claverius edidit, haud dubio ex Cujacianis libris, eamque lectionem Barthius quoque pro genuina curis secundis est amplexus. D. Heins.

Medii quam non reverentia] *Medius* idem qui *Mediator*, duobus dissentientibus interveniens. Lucanus, lib. I. 'Crassus erat belli medius mora; qualiter undas,' &c. *Medii* tam honorifica appellatio oriunda esse potest ex loci dignitate, quæ apud veteres prima erat trium.

Reverentia] Ob eruditionis claritadinem, quæ quidem talis est, ut ipsi etiam hostes eam venerentur. Barth.

261 *Sitiens*] Animi enim pabula sunt flores Eloquentiæ. Athenæus: τροφαὶ γὰρ τῶν ψυχῶν αἱ καλοὶ λόγοι.

Sermonis mella polita] Elegantissima comparatio eloquii cum melle, nectare, et id genus dulcibus; frequentata scriptoribus. Petronius: 'His animum succlage bonis, sic flumine largo Plenus, Pierio defundes nectare verba.'

262 *Deserat Orpheus*] Locus Barthio mendii suspectus, qui *Deserat* malit. *Diceret* editio Camertis. Ego nihil temere immutem. Quis, inquit, Orpheus cantus non deserat auditor, tui eloquii melle delinitus? *blanda formidine* optimus Vaticanus a manu prima. D. Heins.

Deserat Orpheus] Relinquat Orpheum, et isti accedat. *Testudo* Pössin notat, ex more Musicæ prisce, quæ jungebatur versibus vocalis. Barth.

263 *Timori primordia mundi*] Egregium opus Theodori hoc usquam ad nos pervenisset! Placiditatem morum, vitæque, cum gratia carminum et doctrinæ conspirantem prædicat. Idem.

265 *Pagina*] Libri. Idem.

266 *Augusto Judæe merces*] *Pro-*

nium tantorum laborum dicit Consulatum, quem summi honoris loco viris eruditiss tribuebant Principes, unde tantopera ea paullo ante donatus gloriatur Ausonius, Plinius Panegyrico. *Barth.*

257 *Illumque habitum*] Consularem togam.

Quo jungitur enla Curia] Consularis Imperatoris dignitas. Non enim ullum legimus ex magistratibus alium suscepisse Principes, penes quos plenum omnium rerum arbitrium erat. *Barth.*

258 *Socios proceres cum Principe iungit*] Socio quatuor scripti, concinne, sic et Barthio iudicante, mox *refloruit* pro *refloreat* quatuor libri. *patuit* etiam et *stat* legendum cum melioribus, alii *patet* et *stat*: quod frustra secutus Raphaelengius. *Stat* labor optimus Vaticanus et *Crescunt* virtutes paulo ante. Raphaelengiana lectio Barthium habet approbatorem. *D. Heins.*

259 *Quem quater*] Anno enim Consulatum Manlii præcedente quartum eum honorem gessit Honorius Imp. Anno Christiano 398.

Perfecto anno] Expleto a sese. Stringit fatuam et inertem ambitionem multorum retro principum, qui plures Consulatus nomine tantum iniierunt, paucis diebus gerendos. *Barth.*

263 *Ornatur propriis*] Eadem commendat in Stilichone II. Laudum.

Propriis industria donis] Meritis nulla ambitione, nullis donis ipsi substractis. Ipsa enim virtus suorum sibi donorum mater est. *Barth.*

264 *Ambitus, invidia*] Portenta duo humanorum laborum quibus virtus scipius quam ulla vi hostili concutitur, et præmiis ingenuitatis suæ intervertitur. *Idem.*

266 *Non hic violata curulis*] In invidiam Orientalium partium hoc dicit, quibus Consulatum inicit cum Mallio hoc nostro Eutropius Euanthius. *Idem.*

267 *Incestant*] Contemnerant, violent. Virgilina: 'totamque incestat funere classem.' *Inestare* de mortuis dicitur, quorum tactus abominabilis. *Idem.*

268 *Solisque gerenda Patribus*] Senatoribus et viris. *Idem.*

269 *Roma latura pudorem*] Sic in Eutropium: 'Heu cæli terræque pudor! trabenta per urbem Ostentatur anus, titulumque effeminat anul.' *Idem.*

270 *Vetorum*] Bonorum surcesum. *Idem.*

271 *Aonio lucos*] Musarum chorum. Papinius: 'Neque enim Aonium nomen advena pulso.' *Idem.*

272 *Felix Helicon*] Omnis chorus liberaliter eruditorum hominum. *Idem.*

273 *Riserunt floribus annes*] Rubuerunt optimus Vaticanus. ut Nuptiis Honorii: 'Mavortia signa rubescant Floribus.' sed nil mutandum. Vide quæ notavi ad Nasonem Metam. xv. vs. 205. *D. Heins.*

Riserunt floribus] Subito natis: portentum enim lætificum indicat.

Docti annes] Qui doctos faciunt potiores. *Barth.*

275 *Radio descripserat*] Ad Matthesin Manlii nostri pertinet, non ad Poësin. *Idem.*

277 *Lamina nostri*] Allusus mos Romanus quo officii gratia novus Consul producebatur ab amicis aliisque proceribus, ad capeasendum honorem. *Idem.*

278 *Visimus ædes*] Post hunc versum in optimo Vaticano, priori Leidensi, et uno Moreti libro alius legitur, quem suo loco inserendum curavimus. Oxoniensis et Lovaniensis codicum margini etiam adscriptus erat. Qui tamen omnes constantes *Notior est Stilichone domus.* nullo sensu. Quare admittendam censui felicissimam Gasparis Gevartii conjecturam reponentis: *Notior est Helicone domus.* quomodo per litteras me nupen

monuit esse corrigendum. Scriptum videlicet erat ab imperita aut prope-
ranti manu, *Notior est Stelicone*, dua-
bus posterioribus literis *τὸν* est perpe-
ram repetitis, et omisa aspiratione
in *Helicone*. qui errores in vetustissi-
mis membranis frequentes admodum
occurrunt. Dubium mihi non est,
Lector, quin mecum subscripturus
sis palmarie huic restitutioni loci
valde perplexi. Paulo ante dixerat,
noster, 'Concinit felix Helicon,' tan-
quam Theodoro nequaquam alienus.
hinc etiam illud Uranie paulo ante,
sorores alloquentis, 'quin limina nos-
tri Consulis et semper dilectas visi-
mus ædes.' Non inconciune etiam
legas, *Notior hæc Helicone domus*:
Hæc domus notior est nobis ipso He-
licone. *D. Heins.*

280 *Fasces subitis libet*] Sub ejus
magistratu censeri.

Miracula plebi] Portentosas bestias,
miraculi instar singulas videndas. *Mi-
raculum*, quicquid stuporem movet,
innsitata figura. *Barth.*

281 *Nomen celebrate*] Musas cele-
brare id hortatur, quod nullis non
Musicis instrumentis theatra persona-
bant. Nomen adjicit, quia nomina-
tim in plausibus ciebantur præsentēs
Heroës. *Idem.*

282 *Jovis æquorē*] Neptuno dica-
tus Circus Maximus. *Idem.*

284 *Arion*] Equus fabulis notus.
Idem.

285 *Illustret circum sonipes*] Lecti
ex certis oris equi. Sic *Phrygiorum*
subjugatio maximarum editionum
prætoribus conceditur a Valente et
Valentiniano. l. xix. de Prætor. et
Quæstor. C. Theod. *Hispanorum* men-
tio plurimis locis apud Symmachum,
&c. Varios equos nominat Claudia-
nus, ob fastidium, quod unius generis
gregea populo faciebant. *Idem.*

Sonipes] Ludos Circenses designat.
In Circo fuisse *δάδακα θύρας*, ait Ce-
drenus, quæ referant *τὸν Ζωδιακὸν κί-
νον* *ἐκαστην δάδακα*. additque per solum

Terram universam: per Eari-pum,
mare intelligi. *Claver.*

287 *Stagna Tagi*] Notissimus His-
paniæ amnis, auro fluens. *Barth.*

288 *Liquidas*] A perpetua unctione
Palæstritarum. Hinc *lubricos* ipso-
met vocat Sidonius, lib. ii. Epist. 2.
Idem.

Alciden] Ovid. 'Altera pars Circi
custode sub Hercule tuta est.'

289 *Cuncta Palæmonis*] *Uncta* le-
gebam aliquando. sed vulgata defen-
di potest. *D. Heins.*

Palæmonis] Alludit nobilissimas
Græcarum urbium palæstras, quarum
Olympiæ Elide celebratæ in hono-
rem Jovis, Isthmiæ Palæmonis me-
moriæ institutæ.

Explorata] Examinata, subacta cre-
bris certaminibus. Papinius Equo
Maximo: 'Atque exploratas jam
landet Vesta ministras.'

Coronis] Agonibus, certaminibus.
Barth.

291 *Juga Taygeti*] Mons Laconicæ.
Manala] Arcadiam in Tegea mons.

Barth.

292 *Trivis apex*] Ob successus
venationis. *Idem.*

293 *Latonia*] Mars et Diana utri-
usque Ladi præsules, auctore Ter-
tull.

294 *Colla ferarum Arte premat*] *Ar-*
te Constrangulet injectis manibus et la-
certis belluas: *Arte*, agilitate corpo-
ris intellige, qua sola tantarum bel-
luarum insultus evadere poterant.
Barth.

295 *Arte ligent*] Quomodo hæc in-
telligenda sint, docet ad silvas Stadii
Gronovius, c. 26. et illum hoc loco
secutus curis secundis Barthius. fa-
cessat ergo Marcilli Conjectura, *Arte*
ligent. cum *τὸν* *legat* proximo versu
præcesserit. *D. Heins.*

Ligent] *Θηρίωνων* enim operas suas
in id locabant, aut bestiaram jugulum
petere, aut pectus venabulo fodere.
apud Ovid. legi: 'Guttura ligare la-
queo.' *Claver.*

297 *Prodigia*] Genera bestiarum populo Romano eatenus invisa. 'Monstra' vocat Calpurnius.

Cædis sitientem] Poëtarum Theologia Dianam perpetuis venationibus gaudere, etiam apud superos, in consortio numinum.

Deferat arcum] Ubique ipsam cædibus præsentem Dianam adesse debere autumat. *Barth.*

Differat arcum] Sic Vaticanus et multi alii. Vulgo *deferat*. Junianus *desinat*. ut apud Statium, 'Titania desine bella.' vera tamen lectio, quam edendam curavimus. III. Laud. Stilich. 'Retibus et clatris dilata morte tenendæ Ducendæque feræ.' IV. Cons. Hon. 'prælia differ In juvenem.' et sic alibi. vidit Barthius quoque veram lectionem. *D. Heins.*

298 *Ursi magna quos mole*] Cumprius spectaculis expetitam hanc feram constat: scilicet quod mole et robore diutius resisteret una multis, et lassaret plures congressores. *Barthius.*

Mole ruentes] *Rudentes* Aldus et magna scriptorum pars cum optimo Vaticano. ruditum *ursis* dat, qui asinatum proprius, ut leonibus Virgilius et bobus, Caco etiam VIII. *Æneid.* *D. Heins.*

302 *Optat*] *Optet* cum Aldo scripti. et mox *malint* unus Medicus pro *mallent*. Idem.

Mallent fregissee] *Frangere Heroes* eos quos devicerant, more Leonum, &c. aiunt Poëtæ. *Barth.*

303 *Fulminei pardi*] Ob velocitatem et impetum. *Idem.*

305 *Viridis*] A virore quodam ex flavedine, quem in maculis Pardorum notare licet, lib. III. in Stilichonem: 'Tum virides Pardos, et cætera colligit Austri Prodigia.'

Adulter] Corrupto scilicet Læonæ genere. *Adulterium* enim permistio non congruorum. Sunt tamen qui Læonam inter feras conjugium servare, nec misceri alieno concubitu tra-

Delph. et Var. Clas.

dant, ut Basilienus Sæleuciensis. *Barth.*

306 *Hi maculis, &c.*] Leopardos innuit, qui maculosi; ut et lynx, quæ Maroni dicitur 'maculosa.' *Claver.*

Hi maculis patres referunt] *Referant* in prim. Vaticano. Putem legendum: *Qui maculis patres referant.* *D. Heins.*

307 *Alpina quicquid tegitur*] *Libyarum* recessus ob spectacula excussos mentio frequens in auctoribus. *Barth.*

310 *Molles ludi*] Gymnasia omnium flagitiorum, turpitudinum, incestuum.

Nota dulcedine] *Dulcedo* omnem ludiorum facetiam notat, tam vocis Musicæ, quam instrumentorum. Non inconcinne legas *nota dulcedine ludii*. Nam de hominibus loquitur, non ludis ipsis. *Ludii*, Indionum omne genus. Nil tamen muto. *Barth.*

Dulcedine] 'Nosses jocosæ dulce cum sacrum Floræ.' *Martial.*

310 *Nostra dulcedine ludi*] *Malim nota* quomodo a Scaligero ad Manilium citari monet Barthius. neque aliter *Claverii* editio. sic I. II. in *Eutrop.* 'nota dulcedine prædæ.' *D. Heins.*

312 *Qui, qui, &c.*] Locutio elegans: intelligit enim mimos, qui honestiore vocabulo Apollinis parant; citharædos, tibicines, comicos, tragicos. Mimi autem fuere meo iudicio subtilissimi, qui gesticulatione manuum potnerint animi sensa exprimere. *Claver.*

Qui latis risum salibus] *Pantomimos*, *Ludionum* omne genus dicit. *Pantomimi*, omnibus ludicris apti. *Barth.*

313 *Qui nutu*] *Nictu* prim. Vaticanus. bene. *Ovid.* I. III. *Metam.* 'Et quantum nictu formosi inspicor oris, Verba refers aures non pervenientia nostras.' ita enim vetus liber. alii, *nutu*. Vulgo *motu*. *D. Heins.*

Qui nutu manibusque loquax] *Ingens* horum hominum in scena Romana gloria, qui ore et gestibus, quæ velent, exprimerent, populo non aliter capienda, quam si verbis enuntiarent.

Claud.

4 Y

tur. Hos, digitis, manibus, gestibus, loqui, autumant scriptores.

Tibia statū] Tibicines in spectaculis noti. *Barth.*

314 *Plectro pulsanda chelys*] Citharædos dicit, et id genus alios.

Sæco] Comædos dici notissima res, ut statim Tragedos. *Barth.*

316 *Levi tactu*] Plectrorum. *Idem.*

317 *Innumeras voces*] Organum, quod speciatim nunc vocant, Musicum intelligit. *Idem.*

Innumeras voces segetis moderatus æthenæ] Fuit cum *tegetis* scribendum opinarer. *D. Heins.*

318 *Intonat*] *Intonet* Lucensis et præstantissimus Vaticanus, alique nonnulli, et mox *concitet, jaculentur, et adifcent.* Barthius assentitur nescio quibus, qui *pedibusque trabali vecte* pro *penitusque* legunt: et sane *rd penitus* hic otiosum ac supervacuum videtur. pro *laborantes undas* possis *relabentes* reponere. *Idem.*

Erranti digito] Unum pro omnibus dicit. Error Poëtis omnis velocius cursus, cujus ordinem non facile comprehendas.

Penitusque] Notando more, ut ipse sibi ventum suffecerit: Modulatur. De Hydraulis veterum Vitruvius, l. x. Athenæus, l. iv. Observandum hic gladiatorum mentionem in rebus spectaculorum non fieri a Claudiano, quippe qui sublatis ante fuerint Edicto Constantini, quod retulit uterque Codex. *Barth.*

319 *Concitat undas*] Ctesibii inventum. Vide Vitruvium, ix. 9. *Idem.*

Undas] Totus hic locus agit de organo hydraulico. Vide Athenæum et Vitruvium. *Claver.*

320 *More ævium sese jaculantur in aures*] Saltatores et funambuli, qui miris modis corpora vibrare, et tantum non volare norunt. *Barth.*

321 *Crescentia*] Tabulata in sublimis crescentia refert Senec. in Epist.

322 *Quorum compositam*] *In Arcem.* Ex multis hominibus una arx componitur, ei imponitur puerulus, pede

vinctus, qui mirificos saltus in summo ciet. *Barth.*

Augmentatus in artem] *Arcem* concitiant Scaliger et Barthius. recte. confirmant potiores scripti. Sed quid sibi vult *rd augmentatus*? Codices certe nonnulli *agmentatus: amentatus* Helmæstadiensis. Lego *amentatus*: quod verbum et in Luciano extat. atque ita optimus Vaticanus et Ambrosianus præstantissimus: ne dubita. paulo ante dixerat, 'qui se jaculantur.' Lucani versus est l. vi. 'Cum jaculum parva Libys amentavit habenna.' Silius l. xiv. 'Inde atros alacer pastosque bitumine torquet Amentante noto Pæmorum aplustribus ignea.' quomodo in optimo Coloniensi libro scriptum est: ut Modius jam monuit. obloquitur tamen illi solens, ut pertinacissimæ est incitiz, Dausqueius. Vulgati *Adventante noto, inepte.* Posset tamen *Adjutante noto* legi. Marcianus Capella lib. v. 'In censis mihi elatius anhelanti amentatas hastas crebro et pila plurimum valentia ministravit.' *D. Heins.*

324 *Pendula*] Id nos docuerint vel hodierni funambuli melius ac certius, quam verbis explicari queat. *Claver.*

325 *Pegma*] Est confixilis machina, Apuleio. Vel machina lignea instar domus exædificata, paulatim per se surgens, et multis tabulatis in sublimis crescens, variisque statuis referta: ea in scenam, pueris insidentibus, aut alio aliquo ludicro ornatu deducebatur.

326 *Spargentes ardens flammæ*] Hæc corrupta sunt. nec libri juvant. Lego minima mutatione *parcentes*. sequentia confirmant, ubi *fula incendia* hæc flammæ vocantur. Scriptum primo fuit *parcentes*, c in g mutato, ut sæpissime in antiquis libris: codices certe quidam cum Vaticano optimo *pergentis in ardus*. Sic apud Martialem nunc legitur, lib. i. Ep. 105. 'Picto quod juga delicata collo Pardus sustinet improbæque tigres.' cum *deligata* scribendum sit: sed de his alibi. Silius,

lib. xiv. 'Qua nondum tamen impulerat vim Dardana lampas, Parcebatque vapor.' ita scribe, non *intulerat*: sic 'Parcendo secare' apud nostrum Bello Getico: et vi. Cons. Honorii, 'jugulum parentibus offert.' Statius Epithalamio Stellæ: 'Ast illam summa leviter (sic namque jubebas) Lampade parcentes et inertis strinximus arcu:' ubi perperam *inermi areu* nunc scribitur, non enim vult Statius nulla sagitta tactam fuisse Violantillam, sed levi sagitta: sic Paris apud Nasonem: 'Nec mea sunt summa leviter destrieta sagitta Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.' Idem Statius Lacrymis Etrusci: 'victis parentia fœdera Cattis.' Achill. i. Nunc levibus sertis, lapsis nunc sponte canietris, Nunc thyrsos parcente ferit.' Theb. iii. 'pars spicula dextra Nequicquam parcente trahunt.' vii. 'pro pere monitus iramque parentis Ede nihil parcens.' Serenus Sammonicus, cap. 7. 'Sic pavidum corpus dextra parcente foveto.' Ansonius Epithaliis Heroum, Epit. xxi. 'Dam parcente manu molle olus excolitur.' 'Parentes ego dexteris Odi' apud Horatium Od. iii. 19. *D. Heins.*

Ardus flammis Scena rotet] Flammis artificialibus emissis, munitis ante tabulariis. *Barth.*

330 *Fida incendia*] Miraculo spectatorum, velut ars histriorum naturam Elementi mutaverit. Ipsam celeritatem circumacti ignis in causa esse ne noceat tabulatis, sententia est. *Idem.*

331 *Lascivi subito*] Vaticanus optimus, cum uno Petaviano, Mediceo, Ambrosiano, et quatuor aliis, *Lascivæ*. ut lembus fœminino genere ponatur, quomodo *phascus* apud poetas. *D. Heins.*

Subito aquare] Unda subito arenæ immissa, vide Martialis Spectac. Similis prodigio, ad oculos vulgi, speculæ fiebant in arena, enascebantur arbores, et aquis subito natis innatabant marines belluæ. *Barth.*

Lembis] Subitam Naumachiam designat. Dio testatur Neronem, belluæ interfectis et venatione exhibita, subito aquam induxisse, ubi certamen navale exhibuit. *Claver.*

332 *Remigibus canoris*] Musicis instrumentis et celestium personantibus.

Spument immissa canoris] Hanc veram lectionem puto, quam Lucena. Gyrald. prim. Vatican. et plerique alii ex nostris agnoscunt: septem *immersa*: totidem *iamensa*. Forte pro *emensa*: sed alterum magis placet. Vulgo *inversa*: quod Barthius tustur. *admittere* simili de re dixit Spartianus in Alexandro Severo: 'Fecit et stagna stupenda admissis mari:' de *immittendi* verbo nonnihil diximus l. ii. in Rufin. va. 376. Vetus Epigramma in catalectis Pithæi: 'Hic, quem cernia, Athos immisis pervius unda, Flexibus obliquis circueundus erat.' *Immitti* verbum theatrale. Apuleius, Met. x. de Amphitheatro: 'Quocumque ad exitium mulieris bestia fulset immissa.' *D. Heins.*

Inversa] Vi remorum. *Barth.*

334 *Duplici vitta*] Sacerdos, velut gloriæ et eternitatis, dupliobus infallis, duplici corona, insignitus. Quo genere Deo dilectos, et singularibus in bonum publicum homines moritis Poëtæ describunt.

Duplici vita submisus in ævum] Non sunt audiendi Codices, qui *vitta* aut *mitra* reponunt cum Barthio: pro *mitra* tamen *duplici* merito possit legi, unus præterea ex nostris *duplici famæ*, sed frustra. Vult eternitatem duplici nomine Theodoro obtigisse, quam et scriptis immortalibus sit consecutus et consulu, fastis inserendus: *vitta* erudite tustur Gronovius ad Statii Silvas, p. 359. *D. Heins.*

In ævum Proceat] Exeat in memoriam cultumque hominum. Consuevis autem a tanto honore eternitatem spondebant nominis, relatis videlicet in Fastos Romanos, quos non nisi cum Imperio perituros morant:

Imperium vero ipsum nulli fatorum Deorumve delebile censebant. *Ævum*, notat eternitatem. *Procedere*, ad gravitatem et sanctitatem facit Virgilius: 'incipiant magni procedere menses.' *Barth.*

338 *Trabente domus*] Consulibus perpetuo venerabilis. *Idem.*

339 *Servatoque ordine fati*] Ne Filii moriantur ante Patres, quo modo turbati ordinem fatorum dicebant, ut notatum jam aliis. *Idem.*

XVIII.

IN EUTROPIUM LIB. I.

In codice Cujaciano notatum erat librum tertium injuria temporis esse amissum: et sane in primo Vaticano sub finem libri secundi habebatur, 'In Eutropium lib. III. explicit. Incipit Epithalamium Laurentii.' Quod carmen, 87. versibus constans, indignum judicavimus proferri in lucem. *D. Heins.*

Erat Eutropius ex æmulis Stilliconis, cujus astu Senatusconsulto in insulam Cyprum relegatus fuit. Sed contra Poëtam nostrum stat historica veritas. *Dempst.*

1 *Semiferos partus*] Prodigia, hoc est, quicquid monstrosarum rerum accideret, contraque communem cursum atque ordinem naturæ, iratorum numinum indicia, et monitus, et impendentium infortuniorum argumenta credebant veterum superstitio. *Barth.*

Semiferos partus] Semiferi partus sunt humana belloinaque natura coitu commixta, quales putabantur olim Satyri, Fauni, Centauri, D. Hieronym. de vita Pauli: vide Plin. VII. 3. et XIII. 24. Lucret. I. IV. contra opinionem vulgarem multis disceptantem: monstrosi sane hi partus, publicis ceremoniis expiabantur, quia nunquam, sine futuræ cladis augurio contingebant: hinc Lucan. 'matremque suos conterruit infans:' de omnibus illis prodigiis consulendus Livius, quem vide. *Dempst.*

Partus] Talium monstrorum natiuitates crebro observatæ, nunquam

non perculerunt hominum mentes, et raro etiam non indicarunt tristia infortunia. Sic Romæ infantem cum Anubidis canino capite editum a Cornelii Gallicani conjuge scribit Phlegon Trallianus in Historiis Admirandis. Sic infans cum Elephantino capite apud Liv. I. XXV. Et eodem porcus humano capite proditus memoratur, ut et lib. XXX. *dimidiis* homines, ambigui, apud Tacitum, Annal. II. &c.

Metuendaque pignora matri] Metuenda, quia nec communi infortunio exempta erat mater, et præterea nocuisse matribus talia portenta a natiuitate, vel Lucanus testis: 'Monstrosique hominum partus, numeroque modoque Membrorum, matremque suos conterruit infans.' *Barth.*

2 *Manibus in mediis*] Et mediis scripti: mox pro *vianisque* Aldus et manu exarati quatuordecim *binasque*; sed nihil opus: *diras* etiam pro *durus* unus Medicus. *D. Heins.*

Manibus in mediis] Ab hominum prodigiis ad bestiarum portenta gradum facit. Sic iisdem temporibus, a morte statim Alarici, qui Romam spoliaverat, in Hispaniis bestię irratæ pestilentia, mortuorum catervatim hominum pastu, etiam vivis velut bellum intulere. Sic Lupos, et alias bellicas in urbis conspectas, prodigiorum loco notant multi. Lucanus: 'silvisque feras sub nocte relictis Audaces media posuisse cubi-

lia Roma.' *Barth.*

Luporum Marmor] Lupos in urbe visos inter prodigia habitum: de morte Julii Maro, Georg. i. fine: 'Per noctem resonare lupis ululantibus urbem.' Silius de Cannensi clade, lib. viii. 'Castra quoque et vallum rabidæ sub nocte silenti Irrupere feræ.' Lucan. de civilium bellorum denunciatione: 'silvisque foras sub nocte relictis Audaces media posuisse cubilia Roma.' *Dempster.*

3 *Attonito pecudes pastore locutas*] Multa hoc genus notata Julio Obsequenti, c. 22. 'Bubonis vox in Capitolio audita. Bos locutus.' Idem c. 24. 'Bos locutus et nutritus publice.' Expressam vocem memorat Livius, talium superstitiosus, l. xxxv. *Barth.*

Pecudes locutas] Armenta olim locuta prodit D. Augustinus de Civit. Dei lib. iii. id primum factum Anno Urbis 292. P. Volumnio, Serv. Sulpitio Coss. Liv. i. Dec. lib. iii. Id vero sæpius contigisse disces ex Plin. viii. 45. sed maxime ante bella civilia et conjurationem Cassianam. Georg. i. fine, 'pecudesque locutæ.' Tibull. lib. ii. Eleg. 6. Vide nostrum, lib. ii. in Eutrop. princ. et de bello Getico: 'territat assiduus Lunæ labor,' &c. *Dempster.*

4 *Lapidum duras*] Pluisse lapidibus sæpius memoratur Livio et Obsequenti. Juvenalis, Sat. xiii. 'bimembri Hoc monstrum puero, vel mirandis sub aratro Piscibus inventis, aut fœtæ comparo mulæ, Sollicitas, tamquam lapides effuderit imber.' Livius, lib. vii. *Barth.*

Lapidum diras hyemes] Nec minus in portentis, lapidibus e cælo pluisse, ut annotavit Jul. Obsequens, cap. 3. 30. 32. quod contigisse historica fide relatum est a Plin. ii. 56. ubi non tantum 'lapidibus,' sed et 'lateribus coctis pluisse.' Tibull. ante eum l. ii. Eleg. vi. 'Multus ut in terras deplueritque lapis:' quod quoties accidebat, pontifex vel prætor Urbanus, novendiale sacrum offerebat, indice-

batque prodigii explandi et procurandi gratia. Alexand. Neapolitanus Gen. dier. l. v. c. 27. Tiraquell. ibid. *Dempster.*

5 *Sanguineo rubuisse*] Sanguine pluisse autumat. Petronius prodigiis belli civilis Pompeiani: 'Sanguineoque recens descendit Jupiter imbre.'

Jovem] Aërem, ætherem.

Puteoquo cruore mutatos] Prodigium hoc inter decem miracula Dei recenset Moyses, ii. 7. *Barth.*

6 *Visas concurrere Lunas*] Ignibus celestibus hinc inde discurrentibus. Cujus generis sunt apud Obsequentem et Livium multa. *Idem.*

Concurrere Lunas] Plures Lunas simul visas, Cn. Domitio, C. Fannio Coss. habes ex Plin. ii. 32. Plut. in Marcello in princip. ut et plures Soles, c. 31. ne poetica vanitate hæc dicta existimentur; quæ omnia explari credebantur, cladesque denunciata averti, sacro concepto Jovi prodigiali, hoc est, prodigiorum depulsori. Plant. Amphitr. 'Prodigiali Jovi Aut mola salsa hodie aut thure comprecatur oportuit?' licet scrupulum injiciat Tibull. lib. ii. El. 6. his verbis: 'Sed tu jam mitis Apollo Prodigia indomitis merge sub æquoribus.' *Dempster.*

7 *Geminos Soles*] Obsequens capitibus, 29. 41. 66. 68. Livius sæpe, qui et tres Soles recenset visos, lib. xli. Causam hujus conspectus naturalem indicant Physici.

Orbis] Omne genus humanum. *Barth.*

9 *Hæc terra cælique pudor*] Exsecratio.

Terræ cælique] Hominum et Deorum.

Trabeata] Consularibus insignibus ornata. Nam Consulium effigies urbibus circumlatas, et dedicatas, plurimis locis constat.

Trabeata anus] Elegantissime. Simul enim et emasculatum, et inutilem, et deformem, et ominosum, et honore omni indignum anum voca-

vit. *Barth.*

10 *Titulum effeminat anni*] Mulieris officia Eunuchorum, nec ad eos pertinet quod virile est, sed contaminatur tactu velut ipso eorum et effeminatur. Noster hoc opere: 'quodcumque virorum Est decus, Eunucho scelus est.' *Idem.*

11 *Pandite Pontifces*] Recludite, ait, o qui Sibyllinearum carminum custodim estis præpositi, arcana scripta fatidicorum versuum, consulite quid hoc didactum portentum ferat inferturiorum! Respondet mox sibi, velut Oraculorum ipsorum nomine, 'Consule lastrandi fasces, ipsoque litandum Prodigio.' Pontificum fidei credita erant carmina Sibyllina, et ab his consulebantur. Imo Quindecimviri ad ea adenda destinabantur ex collegio Pontificum. Gellius, l. 10. *Pandere* ipsum religiosa et destinata sacris robur vox est. Ut alibi, l. de Raptu Proserp. 'Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum.' *Idem.*

Camena vatis] Sibyllini libri consulebantur, quoties grave reipub. imminerebat periculum: eorumque cura penes pontificem summum erat. *Dempster.*

12 *Fulminos libros*] Quibus disciplina fulguritorum procarandorum continebatur, et alia quæcumque superstitione Romana inoleverant. Vide Ciceronem, lib. II. de Divinatione, Arnobium, alios. Ex Etruria acciri solitos aruspices et id genus divinatorum, clarum ex scriptoribus multis. *Barth.*

Fulminos ignes] Aruspicina inventum fuit Etruscorum, a quibus ad Romanos migravit. Vide Tall. l. i. Divin. Fulmina autem quæ ad auguralem spectare disciplinam putabantur, erant tredecim: 'postularia, pestifera, consiliaria, monitoria, hospitalia, regalia, peremptoria, fallacia, deprecatoria, attestata, auxiliaria, bruta et atterranea.' ex Cæcinnæ, Sen. l. II. sat. quæst. c. 49. in genere tamen *diurna Jovi, nocturna Summano dedi-*

cabant: D. Augustin. l. I. Civit. c. 26. quæ expiari solebant solemnî religionem, fulmine nempe terræ defossæ mandato, et ara a pontifice structa venerato. Fest. l. II. Juvenal. Sat. vi. 'qui publica fulmina condit.' Lucan. l. I. 'dispersos fulminis ignes Colligit, et terræ mæsto cum murmure mandat.' Locus autem hic *bidental* vocatus. Vide Horat. de arte Poët. in fine. *Dempster.*

13 *Immensumque nefas*] *Immensumque* aliquot veteres. D. Heins.

Immensumque nefas] Inauditum, vix animo comprehendendum. Eunucho omnibus exemplis diritatis exigit.

Filris] Extispiciis, et omnibus sacrificiorum ritibus. *Filris* jecinatorum proprie velut fimbriæ. *Barth.*

14 *Nova*] Inaudita hactenus, quibus similia mundus non viderit. *Idem.*

15 *Tentat jam transfuga mundi*] *Tentat* Oxoniensis et Priceanus: eleganter. Et tum *portendunt* superiori versu cum plerisque scriptis amplectendum. vi. Cons. Hon. 'nostra pericula tendit Posthabitis pulsare suis.' Bello Get. 'nudatum frondibus Hæmum Tendit hyems vestire gela.' Infra hoc ipso libro, vs. 300. 'cum tenderet artus Exsanguis onerare toga.' sic enim ibi legendum. Ovid. l. x. Met. vs. 532. 'Pars igitur tendebat adhuc invadere pinnam' quemodò scripti aliquot. Val. Flacc. l. III. 'Nutat ab arce ratis remisque obsistere tendit.' Lib. iv. 'Cur tenditis ultra In famulas servare Jovis?' Heratius, lib. I. Od. 20. 'Socraticam domum Mutare lorice Iberi, Pollicitos meliora, tendis:' quæ vera lectio. lib. III. Od. 4. 'Fratresque tendentes opace Pelion imposuisse Olympo:' atque ita Virgilius, Silius, Statius, alii. *Tentat* tamen hoc Claudiani loco non est temere sollicitandum. D. Heins.

Tentat] Injuria quædam in hoc verbo occultatur. *Barth.*

16 *Ruptens Niphate*] Barbaricis copis perrupto. Alibi: 'bis ruptus'

Alpes.' Erat Niphates ad Occidentem terminus Persicæ circa ea tempora ditionis. Ammianus, lib. XXIII. *Barth.*

17 *Oriens*] Quicquid Romanarum provinciarum est ad Orientem Sollem. *Idem.*

18 *Morbi lues*] Pestilentia. *Lues*, omnis morbus qui inficit.

Nulla colono Responsura seges] Dicuntur arva respondere Rusticorum labori, cum spes eorum non frustrantur. Virgilius, Georg. I. 'Illa seges demum votis respondet avari Agricola.' Sic mendacem fundum Horatius, qui destituit spem coloni, l. III. Carm. I. 'Non verberatæ grandine vineæ Fundusque mendax.' 'Ingratam agrum,' Martialis, lib. X. Epig. 47. *Barth.*

20 *Jugulo*] Qua victima. Diræ autem aræ sunt dirorum numinum, dira portententium. *Idem.*

Diras aras] Aras offensas, figurate pro Diis ad iram accensis. *Claver.*

21 *Lustrandi fasces*] Piaculo exennidi. Qui finis lustrandi.

Litandum] Impetrandum per sacrificia. 'Litamina Sacrificiorum signa, post quæ sacrificare iterum non liceat. Inter litare enim et sacrificare hoc interest: Sacrificare est hostias immolare; litare vero, per immolationem hostiarum impetrare quod postules.' *Litare* itaque dicuntur quibus hostiæ addicunt, aut abdicunt.

Ipso litandum Prodigio] Ut moris erat, utque responsa vatium consulebant, prodigiis ipsis pleraque mala monstra expiabantur. Sic Androgyni deportabantur in mare: 'aves funestæ' captæ exurebantur: et talia, quæ apud Obsequentem legere est. Pauciter faciendum Eutropio consulit, velut ex vatium persona, Claudianus. Et factum est sane jure merito homini impudentissimo et avarissimo. *Barth.*

23 *Quodcumque parent*] *Cantant* terminus Vaticanus cum Isingrini libro. *q. Heins.*

23 *Eutropius cervice lues*] Supra alius voluit agens de Rufino: hoc vero pertinet locus D. Augustini satis elegans: 'Melius est ut pereat unus quam unitas.' Virgil. 'Unum pro multis dabitur caput.' *Claver.*

Sic omnia volvis] *Omnia volvere* dicit ob instabilitatem perpetuam rerum omnium alteratricem. Juvenalis: 'Sunt in Fortunæ qui casibus omnia ponant, Et nullo credant mundum rectore moveri.' *Barth.*

Sic omnia volvis] Ita ex veteri libro Claverius. Vulgo *nobis*. Aldus *omina*. Livineius, *si qua omnia*. Barthius, *sic omnia nobis?* frustra. Lib. III. de Rapt. 'Sic numina fati Volvimur.' Infra hoc ipso libro: 'tantone Mbet mortalia risu Volvere?' ut quidem antiquus codex. Statius, Theb. XI. 'Quas volvis, Gradive, vices?' Lucani ista respexit: 'non tam cæco trahis omnia cursu, Teque nihil, Fortuna, pudet.' *D. Heins.*

24 *Hoc regni, Fortuna, tenes*] Ita in impotentes incivilesque loqui indignabundi solent. Terentius Adelphis: 'quid hoc rei est? Regnumne heic, Æschine, tu possides?'

Jocandi Servitia] Ludum enim jocumque Fortunæ censebant exaltare indignos, et dignos honore homines deprimere. Porro ad jocum hunc ludumque Fortunæ pertinet quod ingeniose Plautus dixit miseros a forte illa sua homunculos pro pila haberi. *Barth.*

25 *Humanis rebus*] Vita universa. Ovid. 'Ludit in humanis divina potentia rebus.' Horatius, lib. II. Sat. VIII. 'heu, Fortuna, quis est crudelior in nos Te Deus? ut semper gaudes illudere rebus Humanis?' Pulcherrimo Claudianus bacchari dicit, ebriam velut, nullo gradu constantem, ut passus ambiguus eidem adscribit Ovidius: 'Passibus ambigula Fortuna volubilis errat.' *Idem.*

26 *Servili Crimine*] Servis omnibus inferiorem et viliorē et vituperabiliorem facere Eutropium querit: ita

que Fortunæ crimina circumagit, ut nulla sint, modo vir sit sexu Romanus Consul. *Crimen* dixit opprobrium, ut alibi sæpius. Alludere et eo potest ut infra Malitiam servilem detrudat Eunuchum, ingenia enim servilia sua natura mala sunt. *Barth.*

27 *Lazata compede*] Metallarios videtur dicere, qui in fodinas destinati, ferreis compedibus attinebantur. Lucanus, l. vii. 'vincto fossore columnur Hesperie segetes.' *Idem.*

28 *Quirinales cinctus*] Habitus Conulares.

Ergastula] Carceres serviles et gladiatorii, in quibus laborandum erat captivis. *Barth.*

Rupta ergastula] Ergastulum locus in quo ad opus faciendum servi vinciuntur; ab *ἐργάζομαι, operor*. Isidor. l. xv. c. 6. Suet. Tiber. c. 8. Tull. pro Cluent. 'Qui luter sicarios damnatus est, manns incidit, et apud eum fuit in ergastulo.' De servis ibi vincit Vetus Scholiastes Juvenal. ad illud Sat. ii. 'Squalidus in magna fastidit compede fossor.' Flor. l. iii. c. 19. 'Frequentia ergastula, cate-natque cultores, materiam bello præbuere.' Lucan. l. ii. 'Servilia solvit Agmina,' &c. *Dempst.*

29 *Des saltem quemcunque virum*] Non enim viri sunt Eunuchi, utpote 'Alter quos pepulit sexus, nec suscipit alter.' Eutropio hoc fortuna dedit ut ante ipsum ad parem dignitatem nemo Eunuchus pervenerit.

Discrimina quædam Sunt famulis] Hic enim servus honestior habetur qui uni jure hero servitium præstitit, quippe ingenii melioris, cum nequam cæteri mutent sæpe dominos ob malitiam. Certe disciplinas, quibus præ aliis alii instituti erant, discrimina in servis fecisse non est dubitabile. Alii enim Pædagogi. Alii Medici. Crebros fuisse Grammaticos clarum ex libellis Suetonii Illustrium literis virorum. Hi necesse habuerint suum aliquem præ aliis, ut loquitur Claudianus noster, splendorem. *Barth.*

30 *Sunt famulis, &c.*] Inter servos hi priores, posteriores illi ex Comico. Arist. lib. i. Polit. c. 4. δούλοι πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου. *Servus ante servum, dominus ante dominum.* Eurip. in Helen. πρὸ δεσποτῶν τοῖσι γονεῦσιν δούλοις εὐλαβεστέων θανέειν: id est, ante dominos generosis servis gloriosissimum mori. Tull. Paradox. vi. legatur, ubi servitutes distinguit. Plaut. Asinar. act. ii. scen. iv. princip. *Dempster.*

Maculam minorem] Sed tamen maculam, cum talis sit servitutis Romanæ conditio, ut vix humana. *Barth.*

31 *Domino qui vixerit uno*] Amicum Domino mancipium. *Idem.*

Qui vixerit uno] Uni codices decem. Paulo ante pro *Des*, prim. Vatic. Lucens. et sex alii *Da*, et *Hoc regni, Fortuna, lues*, Florent. S. Marci. non invenuste. *D. Heins.*

32 *Arenas*] Nota impossibilem notationem. *Barth.*

33 *Jura*] Dominia. *Idem.*

34 *Mutavit tabulas*] Familiæ indices servilium operarum; quas toties venditum Eunuchum sæpius mutasse oportebat. Quanta famulitia fuerint Procerum indicat vel Petronianus Eumolpus, cujus familia vel Carthaginem capere potuisse perhibetur.

Quanta vocabula vertit] Quot nomina, ait, dominorum mutavit Eutropius, dum, velut vilissimum mancipium, venum ite semper, nec constans ullibi servitium reperit? Itaque infra vs. 60. 'Permutatque domos varias: quis nomina possit Tanta sequi?' Videntur notis quibusdam servos notasse, ut in tanta, aliquot sæpe milium, turba, dignosci ipso aspectu possent: hæ notæ utique vocabula erant dominorum, quos Characteres dicit B. Ambr. Orat. in Funere Valentiniani: 'Characteres Domini inscribuntur et servi, et nomine Imperatoris signantur milites.' Potest noster et eo intelligi, quod servorum nomina, cum venderentur ii, mutata

fuert, ne videlicet mancipio si quod vitium foret, aut si per nequitiam saepe mutasset dominos, facile crimen proderetur. *Barth.*

35 *Nudatus quoties*] Venalibus enim detrahebantur vestimenta, inspiciebantur, et pertentabantur corporis partes, ne merx mala vitium tegeret.

Medicum dum consulit emptor] Non enim oculis manibusque suis credebant, tanta erat vafrities mangonum in tegendis vitis corporum venalium. *Barth.*

Medicum dum consulit] Servos igitur venales medici inspiciebant nonnquam. Emptor inspicit apud Martial. lib. vi. 'Quidam sine modo, Rufe, diligenter inspectum Velut emptor aut lanista.' *Claver.*

36 *Occultum dolorem*] Morbum. *Barth.*

38 *Cadaver*] Specie et ætate cadaveri quam homini similior. *Idem.*

39 *In rugas totus defluxit aniles*] *Diffuxit* videtur præstare: sed aliter scripti. *D. Heins.*

Rugas aniles] Decrepitæ ætatis indices. *Barth.*

41 *Et factum ignavis*] Quomodo potuerunt nescire, quum servi ex Æd. edicto gestarint titulum, ubi quid morbi vitiive esset: quis fugitivus, quis noxa non solutus? unde Propertius: 'Ant quorum titulus per barbara colla pependit.' *Claver.*

Factum munus] Contumelie nomen est Eunuchus sanus, nedum morbosus, vetulus, cadaverosus, qualis iste proponitur. *Barth.*

42 *Jugis*] Instar jumentis. Servi enim quadrupedibus æquiparantur, neque sunt in censu hominum cæterorum.

Vetustum Servitium] Ætate confectum. *Barth.*

43 *Servitium*] Servus. Salustius: 'Catilina credebatur servitia urbana posse sollicitari.' *Idem.*

45 *Debilita supplicia*] Jam tum scelerato hominis ingenio supplicia pro merito. *Idem.*

Debilita supplicia] *Dedita* scripti meliores; vere: in primo tamen Vaticano *Debet*; etiam in Oisellano. Infra: 'natos hoc dedere poenæ Profuit.' Ovid. *Métam.* xiii. 'consortia pectora poenæ Deditit.' ut quidem legendum. Sic et *noxæ dedere*. Ovid. *Fast.* i. 'noxæ tibi deditis hostis Spargitur affuso cornua, Bacche, mero.' Fragmentum de origine urbis Romæ: 'Postquam rem, uti acta erat, comperit, servum noxæ dedit.' Sic Livius quoque, Festus, alii. Plura ad Nasonem, *Metamorph.* xiii. 664. curis secundis. *D. Heins.*

46 *Matris post viscera*] Sic locutus alibi, id est, ab ipso ortu. Lucianus tradit Eunuchorum quam Spadonum conditionem esse viliozem: in Jure promiscue habentur, estque fere generale Spadonis vocabulum. *Claver.*

47 *Armenius*] Negotiator, mango. *Barth.*

48 *Mollire mares*] *D.* Cyprian. Ep. ii. ad Donat. 'evirantur mares, omnis honor et vigor sexus evirati corporis de decore mollitur.' Prima vero pestis insolitis inventio, ut vult Petron. Persarum fuit: 'Persarum ritu male pubescentibus annis Surripere viros.' Licet illud de usu, non origine possit capi: nam noster Semiramidi Babylonis conditrici id tribuit, assentiente Ammiano lib. xiv. 'Quis,' ait, 'videns spadonum laram multitudinem non detestatur memoriam Semiramidis reginæ illius veteris, quæ teneros mares castravit omnium prima?' id autem tenella fiebat ætate, Martial. lib. ix. Ep. 9. ut noster bene dicat raptum Eutropium 'ab ubere ad poenas.' Maximus sane eunuchorum usus antiquis, Assyriis, Medis, Persis, Græcis, Curtius et Arrianus passim, imo et Romanis, adeo ut necessitate exigente id leges permittant, l. 3. l. 4. §. ad leg. *Cornelianam de sicar.* tamen ne id fieret, edicto cavet Domitianus, in eo non improbus. Xiphilin. in Nerone. Sueton. in Domit. c. 7. Martial. l. vi.

Ep. 2. lib. ix. Ep. 9. quumque malignitas perseveraret infantes evirare, penam capitis castrare audientibus Justinianus indixit, l. 1. C. de Eunuchis. Vide locum et considera. *Dempter.*

Nefandum] Sane vero, cujus gratia multi homines simul occiduntur priusquam fiant. Itaque et Imperator Constantinus in Orbe Romano Eunuchos fieri capitali supplicio vetuit. l. 1. c. de Eunuchis.

Mollire mares] Effeminare. *Barth.*

49 *Facundum corporis ignem*] *Inguen* Isagrini Codex; quod Gyrardo placebat: quomodo Farnesianus, Pricmannus et Rottendorphianus ex nostris pro diversa lectione. *Martial.* 'Ne nimis exhausto macresceret inguine Gallus.' Mihi vulgata tamen lectio magis arripit. Mox *officiumque patris non officium*, meliores, et *causas fato pro causam*. Cave etiam *Acturus pretium pro acturus* cum Delrio legas, aliter suadentibus membranis, et ipso Claudio. *D. Heins.*

Ignem] Vim generandi, qua velut de igne ignis, sic divina operatione, ex homine homo venit in vitam. Contra frigidi, generationi inepti. *Barth.*

Ignem] Indicat vim, qua virilitas excitatur aut juvatur. *Claver.*

50 *Uno sub ictu*] Poëtice. Nam plures sectiones requirit Paulus Ægineta. *Barth.*

52 *Ambigua vita*] Notam non paucos infantes acerrimo eo dolore perire. Ideoque Lex D. Adriani *Castrationem* poena Legis Cornelie de Sicariis Homicidiæque compescuit. Vide Ulpianum, cap. 4. ad L. Corn. de sicariis. *Idem.*

53 *In cerebrum secti traxerunt frigora nervi*] Res ipsa est, quod de Parotidis venis incisis, circa aures sunt eæ, virilitatem ex ipso cerebro asque exstirpantibus, notant docti.

Secti traxerunt frigora nervi] Ut effeminatum, mollem, muliebrem facerent. Feminis enim plus frigoris

inesse quam nobiliori sexui notum. Physicis et Medicorum filia. Ab incisis autem nervis *Abacissi* postmodo dicebantur Eunuchi.

Frigora] Nam calor omnis ad virilem virtutem una cum membris sexum facientibus præciditur. *Barth.*

55 *Fato*] Fatali turpitudini. *Crimen fatum* dicit alibi. *Idem.*

56 *Mansisse virum*] Eunuchus enim vir non est. *Idem.*

58 *Asyria commercia ripe*] Eporium nobilissimum, Babylonem intelligit, quam urbem mediam Euphrates interfuit. Negotiatores Babylonii primarii Asiaticæ luxuriæ. *Idem.*

59 *Galata ductore*] Il mercatura mancipiorum nobiles. *Idem.*

61 *Stabulis Ptolemæus*] Nam fastidit etiam Dominum describere Claudianus, extremo contemptu mancipii. *Stabula Galatarum* dicit. *Idem.*

Stabulis Ptolemæus in illis] *Tabulis* quatuor scripti; ut conjecerat V. Cl. Albertus Rubenius: quod Claverius quoque in editione sua expressit. Supra, 'quot jura, quot ille Mutavit tabulas.' Verior tamen scriptura *miles stabuli*, quomodo primus Vaticanus pro diversa lectione, ut et Farnesianus ac Pricmannus. Confirmant Lucensis optimus cum uno Mediceo: quod verum est: infra v. 156. quomodo vetustus codex: 'ab imis Evecus stabulis summos invasit honores.' *D. Heins.*

62 *Pellicis*] Eunuchi, quem habebat pro tali.

Pellicis usu] Non velut propriam possessione. Uxori enim legitimæ, propriæ, perpetuæ, usuraria opponitur. *Barth.*

63 *Donat Arinthæo*] Hoc nomen varie legebatur, etiam in antiquis codd. fuit autem vir togata et armata militia clarissimus, de quo Ammianus, lib. xxvii. et Græci historici. Est sane epistola apud Basilium, ubi eam tristitiam ex Arinthæi morte indicat; si quidem ab eo non solum

honore affectus est, sed etiam tota Ecclesia ipsi plurimum debuit: quin imo Armenia omnis periisset, ni ejus adventu et occurrus Persæ terribi fecissent fugam. *Claver.*

Donat Ariathæo] Sic Vaticanus cum aliis nonnullis: quomodo apud Ammianum et in Codice Theodosiano legitur. Chronicon quoque Alexandrinum *'Apothæos'*. Ariathæi alterius sub Constantio armaturarum rectoris Ammianus meminit lib. xv. et ejusdem forte, qui expeditioni Persicæ interfuerit sub Juliano, et cum Valente in Orientem missus sit a Valentiniano, magister peditum: hunc *lectissimum ducem* alicubi vocat. Lucensis aliiq; bonæ notæ *Arenthæo*. Vulgo *Aristæo*. Vide curas secundas Barthii. *D. Heins.*

Dignus haberi] Indignus, inquit, erat ejus fædo et turpissime abusu a milite et illo altero corpore, quis locupletior factus censeretur. Nihil potuit vilius. *Barth.*

64 Maturus emi] Annis bonis, integris, maturis, sublapsis. Integer et validus opponitur *mature*. *Idem.*

65 Quæ genuit] Lege cum Gyrardino et duodecim aliis *Quam genuit*. Val. Flaccus, lib. i. 'Quam referam visas tua per auspria gentes.' Sic enim vetusti codices, quod Carrio non intellexit: *quam* pro quantum. Virgil. 'Quam metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent!' *D. Heins.*

Dicortia] Tanquam de muliere nupta loquitur ad demonstrandam diuturnitatem infamæ contubernii. *Bart.*

66 Hæc erat, heu Ptolemæ, fides] Concinnius primus et tertius Vaticanus, cum Oseliano: 'Hæc erat, hæc, Ptolemæ, fides?' Statius, Theb. x. 'Hæc erat, hæc metuenda manus, ferrumque quod amens Ipsa dedit?' Naso, Metam. xi. 'Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam?' *D. Heins.*

67 In gremio] Amatorio contubernio, iustar mulierculæ. Carissima

quæque in sinu nobis esse, gerique dicuntur. *Barth.*

68 Præsepia] Nam contubernium ad præsepia paupertatem domini et impudicitiam mancipii simul denotat. *Idem.*

69 Viduum] Nihil potuit anilius, et homini turpissimo dicere convenientius, ut est ingeniosissimum Epos iatad, totum Satyrico sale sparsum. *Idem.*

71 Crudelis] Commune amantium fastidientium convitium. Virgilius: 'O crudelis Alexi,' &c.

Generis] Non sexus: is enim jam nullus est. *Barth.*

73 Uzorisque decus] Formam, ob quam amabatur. *Idem.*

74 Nec pignore nitimur ullo] Magnum est fecunditatis privilegium, etiam in deportati liberis. C. Th. ad Eutropium P. F. P. Tacitus: 'Firma munimenta quibus inajstas, numerus liberorum.' Optimum ergo vinculum in conjugii liberi. Juvenal. 'partu retinere maritos.' *Clav.*

Nititur ullo] Nitimur rectius petiores scripti. *D. Heins.*

76 Scapulas tutabimur] Servilissime. *Barth.*

Scapulas tutabimur arte] Sollicitus est Eutropius de scapulis suis, nescio quo tumore incurvatis. Forte etiam explicari posset de eo, qui timet sibi a loris vel scutica. *Claver.*

77 Sic fatus acutum] Albertus Rabenius post *rd acutum* distinguit. vox enim eunuchorum acuta; ut et fæminarum: infra vs. 340. 'vocis acutæ Mollietis.' ubi vide Barthium. *D. Heins.*

Acutum] Ingeniosum sonat. Petronius: 'O hominem acutum et urbanitatis vernulæ fontem!' *Barth.*

78 Segnis ad artem] Malam quidem et maleficam. Ennuchi enim tam naturales quam factiti *κακοϋργοι*. *Idem.*

79 Officii capax] Cum de Eutropii rebus, negotiis, officio, loquitur Claudianus, verba sunt pleraque ambigua,

ita ut ad turpitudinem monstri simul accommodata sint: sic hoc loco *efficiam*. Barth.

80 *Custodia nulla*] Custodes ponantur mulieribus matronisque Romanis. Juvenalis, Sat. vi. 'Pone seram, cohibe: sed quis custodiet ipsos Custodes? tanta est, et ab illis incipit uxor.' *Idem*.

82 *Danaën sub turris latentem*] Fabula Danaës corruptæ, inter difficillimarum rerum indicia venit in Paeremiam: 'Ἀργυραίος λόγχοισι μάχου, καὶ πύρρα κρητάρους. *Idem*.

Sub turris latentem] Prim. Vatic. *e turris*. Lucens. et cæteri fere omnes *in turris*: pro *Eliceret* videtur scribendum *Illiceret* vel *Pelliceret*, si vulgatam scripturam amplectimur. *D. Heins.*

84 *Indomitas*] Libidinis efferae, et equinae, ut Prudentius appellat. *Barth.*

86 *Ancilla tetigisse latus*] Inter eundem, ne quis observet. Est ex illo Ovidiano, i. de Arte Amandi: 'Inserere te turbæ, leviterque admotus eunti Velle latus digitis, et pede tangere pedem.' *Idem*.

Ancilla tetigisse latus] Præcipuum lasciviæ argumentum latus tangere. de Galatæa Sidon. Carm. ii. 'latus quod pollice fixo Vellis, et occulto spondes connubia tactu.' Ovid. lib. i. Amor. 'Penelope vires juvenum tentabat in arcu, Qui latus argueret, corneus arcus erat.' Nec plura addo; sunt enim quæ sequuntur, lenoniam verius quam studiosorum. *Dempster.*

88 *Furtis quasiase locum*] Ubi clam conveniatur in concubitu. Sic quicquid occulte et velut cum metu patrat, *furtum* vocant scriptores. *Barth.*

90 *Juvenum flammis*] Amores Laidis quantumque divitiarum ex universa Græcia ad eam confluerit, notissimi. Unde ad ejus fores universam Græciam jacuisse scribit Pro-

pertius, lib. ii. 'Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes, Ad cujus jacuit Græcia tota fores.' *Idem*.

Juvenum flammis] Hæc flammam quibusdam hactenus obscuræ: supra dixit in Rufin. ii. 'ardentes gemmas' pro diademate: in Paneg. iv. Hon. *Ignes*. Hæc igitur indicant Laida juvenum amantium donis ac maneribus ditatam; seu flammis, hoc est, gemmis, quæ flammæ in speciem rutilant; tales præcipue pyropi, unde Ovid. de Solis regia: 'Clara micante auro flammisque imitante pyropo.' *Geminum pro pelagus*, Isthmon Corinthiacum designat, ut est in lib. ii. in Rufin. Potest etiam intelligi amor flammeus juvenum. *Claver.*

91 *Et gemino*] Non *E gemino* scripti plurimi. Vulgata tamen suos quoque in codicibus vetustis assertores habet, et recte: sec. Vaticanus *De gemino*. Pomponii excerpta *In gemino*: *dotata* etiam pro *ditata* prior Moreti; optime, ut iv. Cons. Hon. 'Quenam tot Divis veniet nurus, omnibus arvis Et toto dotanda mari.' Mox pro *refundit* alter Leid. et Moreti *refutat*: *refutare* pro *recusare* non novum. Ovid. Art. Am. lib. ii. 'Ferre novæ nares taurorum terga refutant.' sic vetus liber. Glossæ Stephani, *Refutari*, ἀπαλλάττειν, ἀποδοκιμαῖν, ἐκβάλλειν. Livineio tamen *refugit* legendum videbatur. mihi vulgata lectio placet. Statius, Theb. v. 'et te per colla refusus Intacta, Crenæ, comis.' Ausonius, Epist. v. 'Cæsariem rutilam per candida colla refundes.' *D. Heins.*

Serta refundit Canitica] Opprobrium formæ, quæ cum adventu canorum decedit. *Barth.*

92 *Turba procaz noctisque recedit Ambitus*] Omnia ista conjunxit Horatius etiam, Od. i. 25. 'Pareius junctas quatiunt fenestras Ictibus crebris juvenes protervi, Nec tibi somnos adimunt, amatque Janua limen.' *Idem*.

94 *Seque reformidat*] Videns non

esse talem qualis olim fuit. *Barth.*

Damnante senectus] *Damnare* scripti meliores: quod et *Barthius* in *Adversariis* vidit. Idem tamen frustra est, cum *Zingerlingo* oblectatur paulo post pro *retinet mores quos perdidit aetas, retinent et quod* scribenti: nittur eum ista emendatio optimorum codicum auctoritate; quam et admittebam sensus postulat. Idque curis posterioribus vidit ipse quoque *Barthius*. Pro *Dilectumque diu*, *Isingr. prim. et tert. Vatican. Oisel. Florent. S. Marci et Mazarin. semel. D. Heins.*

95 *Stat tamen]* Ait *Claudianus* Laldem jam senio voluptatis usu perduto, juniores tamen meretriculas instruisse technis meretriciis et artibus; ne plane nihil ageret ad quæstum suum augendum. Vel *stat, perstat.*

Suocingit] Aptas facit officio, instituit. *Barth.*

96 *Cumque omnibus unica virtus Esset in eunuchis]* Puto *Hæc sit. D. Heins.*

Unica virtus Esset in eunuchis, thalamos servare] Unde nomen acceperunt, et cui soli primum officio destinati sunt, ut nimirum Venere dominarum frui ipsi non potentes, custodirent eam Dominis, fidelitate sola gratiam eorum promerituri. Utiles habiti institutendis puellis, metu videlicet ne a viris corrumperentur.

99 *Thalamos servare]* Alludit ad nomen: nam *Eunuchus*, ἀπὸ τοῦ εὐνήν ἔχειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, a cura cubilium et gynæciorum: aut εὐνοῦν ἔχειν, bonam habens mentem, nempe Veneris expertus, et ob id idoneus castitatis pudorisque custos, *Ovid. lib. i. Amor. El. 2.* quare preciosior castratione puer dicitur fieri, *Ulp. l. si servus. ff. ad leg. Aquil.* sed cum evirati minus fideles viderentur, fœminas etiam castrari placuit, cuius sceleris auctor *Andramythes* *Lydorum* rex. *Xanthus* apud *Athen. lib. xii. Dipnosoph. cap. 12.*

100 *Nec verbera tergo]* Cum officium lenonium dextre non peregisset,

aut carnisset eventu libidinis destinatione. *Barth.*

102 *Frustraque rogantem]* *Negantem* prior *Moreti*: hoc est, recusantem. *D. Heins.*

104 *Dotalem genero]* Hi erant addictissimi puellis in alias familias translatis.

Nutritor] Qui id agat quod nutrix, excepto qua illa mulier. *Barth.*

106 *Pectebat domina crines]* Officio muliebri et servili ancilliariorum servulorum. *Idem.*

Pectebat domina crines] Pectebant dominarum capillos ancillæ, sed non uno modo: nam hæc pectebant, illæ digerebant; quædam ornabant; aliæ acu seu discerniculo discriminabant: nota sunt hæc. Vide *Plaut. Pœnulo. Ovid. lib. i. Amor. El. 11. lib. ii. El. 7. nostrum Epithal. Palladii et Sereuæ, 'legemque capillo Reddit: ' sed omnium ambitiosissime idem officium ancillarum in Epithal. *Homerii* *Aug. et Mariæ* depingit. Et quia huc provecti sumus, nota, ditiorum capillamenta auro ornari sæta: noster de *vi. Honorii* *Consulatu*: 'substringitque comam gemmis.' *Ovid. lib. iii. Amor. El. 12. 'Virginæ crines auro gemmaque premuntur.' Interdum odores admiscebant. Propert. lib. i. El. 2. princ. at pauperes et plebei ordinis puellæ, vesica crines invollebant. Vide et *Martial. lib. viii. Ep. 33. Dempster.***

Et sæpe lavanti] Quam partem laverit alumna satis conicio: puto enim non solum post opus, sed et ab urina aquam sumi, ut ait *Martial. 'Qua tibi parte opus est, Lesbia, sumis aquam.' Claver.*

Sæpe lavanti Nudus in argento] *Aquariolum* et *Balnearium* servulum fuisse innuit. Eunuchi præfecti Balneis muliebribus. Cæterum *Balnearii* servi inter villissima mancipiorum. Erant qui in balneis potissimam vitæ voluptatem ponerent: quod et *Seneca* alibi reprehendit. *Barth.*

107 *Nudus in argento*] Argentum est vas, quo in balneis matronæ utebantur. Phædrus, lib. iv. 'mundum muliebrem,' ait, 'exposuit, et lavationem argenteam:' adi Lamprid. in Commodo. Scio non semper argentea fuisse vasa, sed ex concha. Vetus Interpres Juvenal. ad Sat. iii. Plant. Rudente: 'cave tu harum conchas spernas:' et puellis gratæ erant conchæ. Ovid. Metam. lib. x. Fab. 8. et Paulus JC. l. 3. sent. Tit. 7. 'mundo muliebri legato ea cedunt, per quæ mundior lautiorque fœmina efficitur, ut speculum et conchæ.' Itaque hæc de privato apparatu. Erant etiam in thermis publica lavacra argentea. Stat. lib. i. Sylv. v. 'argento felix propellitur unda, Argentoque cadit.' Qui ministrabant lavantibus fœminis, *Aquarioli* dicti. Tertull. Apolog. cap. 43. 'Lenones, productores, aquarioli,' Fest. lib. i. Aquarioli mulierum impudicarum sordidi asseclæ. Juvenal. Sat. vi. 'veniet conductus aquarius.' Atque hinc credibile est, nomen Gallicum *marcuerat* derivatum. Turneb. xiv. 12. *Dempter*.

Lympham portaret] Instar villissimi aquarii. Barth.

108 *Cum se rapido fecissam projecerat æstu*] Elegantissima notatio mulleris multo Sole se abijcientis in thorum. Delicatæ ventulis factis fovebantur, ad quas delicias pavonum pennæ hodie usurpantur. Sic in locupletum familiis propriæ ei rei mulierculæ flabelligeræ. Flabellatio, Eunuchi officium pariter in Terentii Eunucho. *Idem*.

109 *Pavonum alas*] Aptis pennis ad flabella. *Idem*.

Pavonum ventilat alas] *Pavonem* quatuor libri: bene. Malim tamen *rosas pavonum alas*: sic 'ventilare faces' Ovidio, 'ventilare anrum æstivum' Juvenali, et similia. De *passivis*, quod sequitur, ex Priapeis hausit. 'Uvis aridior Puella passis.' Lu-

cilius apud Nonium, 'Rugosæ passique senes.' D. Heins.

110 *Laxata*] *Senum* cutis indies laxatur, carne paulatim fatiscendo, tabescente, rugasque trahit. Barth.

Laxata] Claverius sentit legendum esse *laxata*, idque majori contemptu et odio. Subdit enim *corruebat*, quod est pecudi quam homini magis proprium: et hic poëta Eutropium servilis conditionis hominem acerbioris stylo persequitur, pecudibus enim servi quasi annumerati; unde illud: 'servi ut taceant jumenta loquentur.' Tum *corruebat* hic defluere aut delabi significat. *Claver*.

Sulcisque genarum] Virgilius vii. 'Et frontem obscœnam rugis arat.' Barth.

111 *Corruerat passa facies rugosior uva*] *Aruerat* doctissimo Præmo ad Apuleii Apologiam videtur scribendum: quomodo Guntherus Ligurino libro viii. 'miserandos possidet [lege *obsidet*] artus Fœda situ macies: deformia turpis et æger Inficit ora coler: pressis cutis arida membris Insidet.' Ego vulgatam tueor: sic 'lapsæ genæ' apud Senec. Hippolyto, vers. 364. Noster bello Gild. 'Interior fugere genæ: si quid mutandum tamen sit, vix dubito a manu Claudiani esse; 'Marcuerat passa facies rugosior uva:' ut hinc jam intelligamus quid per 'uvas marcentes' intelligat Martialis, lib. v. Ep. 120. 'Marcentes tibi porrigentur uvæ:' nam aut *passas* inonit, aut certe *rugosas* et flaccidas, cum in alia omnia eant Calderinus et Raderus. 'In rugas marcescere' dixit Plin. xv. 14. de pomis: quomodo et castigandum in Orientis Commonitorio: 'Pendula quæ marcent rugis deformibus ora Protulerant quantum conspicienda decus:' cum *marcent* illic nunc circumferatur, et in pentametro *omnem decus*. Minus bene Naso de liliis, lib. x. Metam. 'Marcida demittant subito caput illa gravatum Nec se sus-

tineant, spectentque cacumine terras: 'Diffuere in rugas' jam ante noster dixerat de eodem: 'postquam deforme cadaver Mansit, et in rugas totus diffuxit aniles.' *D. Heins.*

Corruerat facies] Concliderat. Maximianus Elegiis: 'in senectutem corruiere omnem hominem.'

Passa facies rugosior uva] Senectam formam uvæ passæ comparat. *Barth.*

113 *Vento sic vela tremunt*] Vide Juvenalem, Sat. x. *Idem.*

114 *Exedere caput tineæ*] Gaudentius Præfat. Tractatum: 'Ex vegeto ac sano vulneratus, ex florentissimo vermibus exaratus aspicitur.' Sic cariosos artus dixit Hieronymus.

Deserta patebant] A pilis. Petron. de Calva, Elegidio, comarum: 'Quod solum formæ decus est cecidere capilli,' &c. *Barth.*

115 *Intervalla comæ*] Parte abolita, parte superstitie; quæ sane turpissima species, ingeniose irrita. Martialis, lib. v. Epigr. 50.

Arvis] Area est illa ridens, seu, ob ariditatem, resplendens, Petronii. *Barth.*

116 *Interlucet*] Eleganter, cum color nimirum nitens excendit illum alterum vicinum obscuriorem, et ad raritatem ejusdem pertinet.

Jejuna arista] Nullo imbre pastæ, nulla utili fruge tumentis. Virgilius, Georg. II. 'Nam jejuna quidem cli-vosi glareæ ruris,' &c. *Barth.*

118 *Brumalis hirundo*] Plinius tradit, hirundines quasdam hibernis mensibus sequi montium recessus, ita ut inveniantur jam nudæ ac deplumes.

119 *Trabeis*] Dignitati Consulari, quam crimine Fortunæ adepturus erat semivir, omnibus dudum etiam servilibus officiis inferior et contemtibilior. *Barth.*

120 *Has in fronte notas*] Anilis deformitatis. Occulte innuit inscriptionem sive stigmata, quæ quoniam non erant, nominare non vult, quia meritis erat exspectus iste furcifer, innuit,

proximus affirmanti. *Idem.*

Addidit oris] Malo ori. *D. Heins.*

121 *Luxuriæ suæ*] Petulantix. Ovidius: 'Luxuriant animi rebus plerumque secundis, Nec facile est æqua commoda mente pati.'

Pallida nudis Ossibus imago] Instar sceleti meri, annis et carie omni habitudine prorsus consumpta, omni succo exsucto. *Barth.*

122 *Imago*] Umbram dicere vult; spectrum.

Horrorem dominis] Tam malæ formæ homines amoliebantur domiciliis, velut infausta spectra. *Barth.*

123 *Decolor*] Est perspicuum jungendam illam *et macies*. *Decolor*, quia extremi palloris, ut omnem suum amiserit, coloremque alium prorsus fere habeat nullum: transfertur ad alia, quæ immaniter a natura statque suo abscedunt. *Decoloratio*, extrema deturpatio.

Occursu læderet omnes] Mox aut precedentibus omen. Mira erat in talibus superstitione ut hominum futillum, nigrorum, turpium, &c. occursum, pro pessimo acceptum omine diris portentis adscriberent, velut imminentis mali indicem. Ei rei quibusdam amuletis subvenire solebant, quæ *prævia*, quasi viam bonam facientia, eique rei præmissa, aut confecta, nuncupabant. *Barth.*

124 *Aut pueris latura metus*] Instar fœdarum formarum, quæ larvis horribilibus figurantur, et ejulatus sistant puerorum. Juvenal. Sat. III. 'tandemque redit ad palpita notum Exodium, cum personæ pallantis hiatum In gremio matris formidat rusticus infans.' *Idem.*

Pueris latura metus] Lib. II. de Ira, cap. 11. 'An timetur a pluribus, sicut deformis persona ab infantibus?' inquit Seneca: et lib. in sapientem non cadit injuria, cap. 4. 'more puerorum, quibus metus incutit umbra, et personarum deformitas et depravata facies.' Hujusmodi larvam uno no-

mine apto glossographus *μαρμαρυγίων* appellat. *Dempst.*

Tædia mensis] Ob turpitudinem fastidiosam eluvei, quam affingit turpi monstro; ad cuius cariem tædium obnascatur epularum. *Barth.*

125 *Crimen famulii*] Tantam monatri ait turpitudinem fuisse, ut toti familiæ ejus cohabitatio fuerit pro opprobrio.

Procedentibus omen] Omen autem levissimum inter portenta rerum futurarum, et ei effectum minimum adscribebant. Veteris autem insipientiæ in Ominibus mira semper fuit superstitio. Vide late B. Augustinum, lib. II. de Doctrina Christiana, c. 20. Eadem *auspicia* vocat Virgil. III. *Æn.* auguria, II. 7. Plinius. Omen autem dictum velut oremen, quod quasi ore augurium fiat, ut notat Festus. *Barth.*

Procedentibus omen] Vetus opinio etiam doctis, non tantum vulgo approbata, occursu æthiopis, vel alterius deformis, iter inceptum reddi infaustum: contra quod disserit Brodæus, lib. IV. Miscell. cap. 1. ex Apiano et Luciano, quorum verba inde pete. *Dempst.*

126 *Exhausto caperent in stipite lucri*] Quomodocunque uti informi monstro vellent, ait, nulla erit ipais speranda ex eo utilitas, non secus ac si quis succum exprimere tendat de arido quodam et deformi stipite. *Barth.*

In stipite lucri] Scripti multi in *cespite*. Lego *e stipite*. D. Heins.

127 *Sternere quippe toros*] Thalamorum cura ex officio Eunuchorum, unde nomen etiam.

Cadere ligna culinae] Et hoc ex officiis contentibilibioribus ad Eunuchos tam spectabat. *Barth.*

130 *Funus*] Cadaver. Manilius, lib. IV. 'Et rapit e spectro funus Fortuna superbo.' *Idem.*

131 *Umbra*] Malum Genium, Cacodæmonem. Tales domibus certis inesse putabantur certæ, notissimo

exemplo in Epistola Plinii. *Idem.*

132 *Contentu jam liber erat*] Nemine vindicante dominium.

Obesum Lacte canem] Dum teneri sunt canes pane et lacte nutrirī bubulo præcepit Constantinus, Geoponicon lib. XIX. Claudiani sententia est, dum utilis canis, pasci eum largiter a pastore; inutilem jam et morbosum, pro cadavere expelli, et vinculum, quo custodiæ alligatus erat, in lucro putari, dum alteri applicatur. *Barth.*

136 *Demissi sordibus aures*] Manu exarati maxima ex parte, *dejecit sordidus*: probe; quamvis vulgatum ex Horatiō tueatur Claverius: poterat et ex Marone, qui 'demissas aures' in Georgicis dat equo ægrotanti. Sic bello Get. 'Frons dejecta malis:' et VI. Cons. Honor. 'prospectat euntes Dejecta cervice Getas.' Virgil. *Æn.* III. 'Dejecit vultum, et demissa voce locuta est.' Lib. VI. 'Sed frons læta parum et dejecto lumina vultu:' atque ita frequenter Naso: apud Apuleium in Apologia: 'feris et pecudibus os humile et ad pedes dejectum:' apud eundem lib. III. Met. 'Et quamquam capite ad terram, imo ad ipsos Inferos jam dejecto incedebam:' et postea; 'Dejecto et quassanti capite in stabulum concedo:' mox, quod præcipue ad rem facit, de equo et asino: 'Ut me præsepio videre proximantem, dejectis auribus jam furentes, infestis calcibus insequuntur.' Hoc 'remulsis auribus' idem libro VII. dixit loco prorsus simili: 'alius hinnitu maligno comminatus, remulsis auribus dentiumque candentium renudatis hastis totum me commorsicat:' sic scripti omnes et primæ editiones constanter, non *remissis auribus*: optime. Lactantius: 'Et tamen videmus in aliis animantibus quædam signa lætitiæ, cum ad lumen gestiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem serenant.' Ubi etiam *remulcent* censeo legendum es-

se. Cassiodorus Var. l. vii. c. 15. de equis, 'crispatis naribus, ac rotundis et constrictis membris, auri-
busque remulsis.' Virgilius de lupo:
'candamque remulcena Subjecti pav-
vitantem utero. *D. Heins.*

138 *Est ubi despectus nimius juvat*] Sic leo dejectum hostem contemnit, non frangit. Ita casem ingentem et violentum servulum supplicem, quam lacerandam eo projecerat barbari barbarorum victores, per contemptum non tetigisse, sed comminxisse tradunt Scriptores Historiarum novi, quem vocant, Orbis. *Barth.*

140 *Olympi Stamma*] Quisquis Deorum illum Senaturn regis. Olympum plus est dicere quam cœlum. In cœlo enim ipso sacrator locus fingebatur hoc titulo. *Idem.*

141 *Mortalia risu Vertere*] Eadem supra vs. 25. *Idem.*

Mortalia risu Vertere] *Voloere* Thol. dictum supra: sed quid est *risu vertere*? Si sic locutus est Claudianus noster, parum profecto proprie locutus est. Scribo: *tantone libet mortalia risu Vertere?* quomodo Cæsar apud Lucanum: 'tantumne evertere, dixit, Me superis labor est?' idque primus Vaticanus et secundus confirmant. Idem primus cum tertio, *tanto libuit*: etiam Oselianus. Idem paulo ante *fastis aperire viam*, non *fatia*. *D. Heins.*

143 *Suscipitur regnis*] Magistratibus summis, quorum sane cura, stante etiam qualitercunque Imperio, non angustior maximo Regno. *Barth.*

144 *Moderantem*] Antea *Rectorem* dixit, id est, Præf. Præt. quod fastidium qui erat adeptus, tantum non erat imperator. Apud Græcos enim *ἡραρχία* erant libri continentes edicta Præfect. Præt. quæ vim legis habere; erantque quasi *βασιλικά*, quia, ut ait Sardiannus, dignitas illa erat *βασιλεία*, cui nihil præter purpuram defuit. *Claver.*

145 *Texere palatia vulpem*] *Traxere* Delph. et Var. Clas.

Lacena. et duodecim alii. notum istud, 'trahit ana quemque voluptas.' Noster de sene Veronensi: 'Illum non vano traxit fortuna tumultu:' et in Aleth. 'Nulla meos traxit petulans audacia sensus.' *D. Heins.*

Texere] Subrepentem occulte, et celantem dolo perfidiam.

Vulpem] Dolosum, astutum, mordacemque hominem, et ex occulte noxium, hæc bestia indicat. *Barth.*

146 *Irrapere*] Aptum occultæ in-
trationi verbum. Petronius: 'Dum dicit, Patrem excitabo, irrepsei tamen.'

Saceris] Imperatoris. *Barth.*

149 *Illustrior ordo*] In aula quis nescit plures gradus dignitatum, qui sub principibus posterioribus omnes uni servitio dediti? vide arrogantiam Dominorum multis apud Ammianum, lib. xxviii. *Idem.*

150 *Servitii dominumque diu*] *Servitii* Oxon. pro servis: sic infra 'Vetustum Servitium semperque novum,' Entropius vocatur. Pro *diu* prima ed. et octo scripti *sibi*: placet. quomodo et primus Vaticanus pro diversa lectione. *D. Heins.*

154 *Abundanti*] Est nomen proprium viri magni, qui anno 393. fuit Consul cum Theodosio, idemque Comes et Magister utriusque militum. Is promoverat Entropium, futuri incautus, magno suo malo atque ingratis: nam contigit paulo post, ut dignitatibus spoliatus, aula ejiceretur, Arcadii edicto, id agente Entropio. Sidone autem urbe Phœnicis obiit, Zosimo auctore. *Claver.*

155 *Imis thalamis*] Cura imorum thalamosum. Aliud enim prætare non poterat qui Eunuchos erat, qualis modo descriptus. *Immo* contentissimum denotat. *Barth.*

156 *Ejectus thalamis*] *Stabulis* Medic. Masarin. Palat. sec. Vatic. et Ambros. *Ejectus thalamis*. Excerpta Putean. *Ejectus stabulis*. Fortasse rursus legendam *tabulis*: ut tabula

Claud.

4 Z

serviles fastis opponantur, quos per summum honorem intelligit. Vulgata tamen lectio non est sollicitanda temere. Præfectus enim Gynæcii Augusti fuit Eutropius, lib. II. 'Hic primum thalami claustris delicta tangebatur Clam timideque jubens.' Supra 'quis enim committere vellet Lenoni thalamum?' *Ejectus*, quomodo paulo ante, 'undique pulso Per cunctas licuit fraudes impune vagari.' *D. Heins.*

157 *Quam bene*] Laudat providentiam divinam, ordinantem ita et moderantem res humanas ut prima mala funestaque aliis consilia caput petant auctoris, et ab eo incipiant exercere vim suam in cæteros. Hesiodi vetus et verissima sententia est: 'Ἡ δὲ καὶ βουλὴ τῇ βουλευσάντῃ κακίστη.' *Dispositum*] *Dispositio*, *διθέσις*, *διατάξις*.

Thoris] Rebus humanis. *Barth.*

159 *Flavio*] Nilum dicit. Novem continuos tum annos Ægyptum siccam fuisse scribit Apollodorus, lib. II. Bibliothecæ. Qui idem vatem vocat Thrasium, Cyproque ait oriundum, in Ægyptum venisse, et tibi dato oraculo de hospite quotannis mactando, primum infelices aras imbuisset. *Idem.*

161 *Inventas primus*] Non *primum*, scripti: et paulo ante *primoque sibi*, non *primumque*. Ovid. 'Illi Busiris: Fies Jovis hostia primus.' Sequenti versu *quod dixerat* pro *qui* membranæ meliores legendum suadent: recte; ut Barthius etiam posterioribus curis monuit. *Dicere* proprie vatium: hinc *fatidici*, *μοιφελοῦς*. Ovidius in Ibin: 'Et ne nulla suo præsentia diceret ore.' Met. xv. 'Quavere Deum, qui præsens funera gentis Finit Ansoniæ, certas ita dicere sortes: quam veram illic lectionem præstamus: hinc et *indicare* et *edicere* sacrum. Adeantur quæ notamus ad Nasonem, Ep. v. 38. illo loco, qui vulgo mendosus legebatur: 'Illa dies fatum miseræ mihi dixit.' Virgil. 'Multa inter sese vario sermone serebant,

Quem socium exanimum vates, quod corpus humandum Diceret.' *D. Heins.*

163 *Opifex tauri*] Perilaus. Perilum vocant alii. Ovidius: 'Et Phalaris Tauro violenti membra Perilli Torruit; infelix imbuat auctor opus.' *Barth.*

167 *Qui se protulit ante*] *Lucens. prætulit*. Delirius *sibi præfuit*: frustra; sola distinctione locus juvandus. *Proferre*, promovere, evehere. *D. Heins.*

Se protulit] Evexerat ipsum. *Barth.*

168 *Direptas possedit opes*] Facultatibus omnibus et dignitate spoliatum sola voluntate Eutropii scribit Zosimus hominem, qui inde a Gratiani temporibus Reip. militaverat, sub Theodosio maximos honores adeptus, et Consul designatus. *Idem.*

170 *Auctorem*] Promotorem. *Idem.*

Auctorem damnare suum] Cave *Factorem* legas. Ammianus, lib. XXI. 'Auctori tuo reverentiam rogamus.' Plura hoc loco Barthius. *D. Heins.*

171 *Semivir sublatus in arcem*] Alludit ad Iulium Clearchi, apud Athen. I. 1. Eunuchus est *ἀνὴρ τε καὶ οὐκ ἀνὴρ, virque et non vir*. Menander, *ἐυνούχος ἄλλο θῆλον ἄνθρωπον ἐν τῇ βίῃ*: Eunuchus alia quædam fera est in vita: quibus persuasus Alex. Severus Aug. nec fœminam putabat; ideo omnem usum viris ademit, et vix matronis concessit. Noster alibi: 'nubas ducasque licebit, Nunquam mater eris, nunquam pater.' Semivir ergo, id est, effœminatus, et ad bella inutilis. IV. Æneid. 'Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu.' Liv. IV. Dec. I. III. 'simul errare homines qui atrocem cædem pertinere ad illos semiviros crederent': tamen Ilac Flacc. Argon. lib. I. 'simul armiger ibat Semivir'; alio sensu quam de sacerdotibus matris deum dixit Juvenal. Sat. VI. 'et ingens Semivir. *Drempeter.*

172 *Nec vota pati, nec fingere somnia*] Proverbiales sunt modi loquendi, 'quod nec optare audebam,' de quo

nec per somnium cogitaram.' *Barth.*

Quid nec vota pati] Tullius in Ma[n]ilianæ non longe a fine: 'qui a Diis immortalibus tot ac tantas res tacitus auderet optare, quot,' &c. Terent. Phorm. act. v. sc. 1. fine: CHR. 'Dii vostram fidem! quam sæpe forte temere Eveniant, quæ non audeas optare!' *Æneid.* ix. 6. 'quod optanti divum promittere nemo Auderet.' Val. l. v. c. 5. 'legationem supra vota felicem.' *Dempster.*

Somnia possunt] Unus Medicus cum Pricæano possent. D. Heins.

173 *Sub pedibus leges*] Sane si voluntate sua potuit propellere quemlibet impurus Spado. Restituisse conatibus ejus solum Stilichonem scribit Zosimus. *Barth.*

176 *Jam jam dissimulat dominos*] Quæ prima audacia erat. Libertatem enim principio pro maxima re habuisse portentum dicit, quam et ipsam adepturum jam desperaverat. Dominos Eutropii eo Consule adhuc vixisse videri vult, ut clare præfatione libri II. *Idem.*

Atque tumescunt Serviles animi] Ex imis usque sordibus suis, quæ serviles suas injurias ulturi in omnia excelsas exercere potestatem contendunt. *Idem.*

178 *Meroë campique*] Pacatus de Max. tyranno: 'Impletæ fugitivis nobilibus solitudines, bona publicata, capita deminuta, exuti trabeis consulares.' Hic vero Eunuchus omnes alicujus momenti submovet, et quasi de gradu dejicit; præcipue insignem virum ac strenuum Timasium, qui cum Promoto Consul fuerat Anno 389. *Cleaver.*

180 *Marmaricus*] Quos in exilium extruserat, in eo interfecisse ait furiosum nebulonem, quo genere ipse etiam postea penas dedit. *Barth.*

181 *Asperius nihil est humili*] Sententia nobilis, et multum celebrata. *Idem.*

183 *Ut se posse putant*] Insuperata

enim felicitas aut potentia non credit posse premere, quos non premit; neque æstimari censet pro potente ab hominibus, nisi violenter utatur potestate.

'Neo bellua tetrior] Proverbialis locutio. Horatius: 'Bellua multorum es capitum.'

184 *Libera colla furentis*] *Terga* Isingr. et plerique ex nostris: vere; de verberibus enim, non de morte, agitur: sequentia confirmant. D. Heins.

185 *Gemitus*] Quales ipsi sæpe extorti sunt. *Barth.*

186 *Quem verberat, odit*] Generosus vero animus fugit crudelitatem, quia non sibi punit sed legibus. *Idem.*

187 *Nulla pietate*] Pietatis vocabulo utitur Claudianus, pro amore suorum liberorum aut cognatorum: quam ait in Eunuchò nullam esse, cum omnia agentibus nulla tamen soboles sperari valeat. *Idem.*

189 *Animosque ligant consortia damni*] Didonis apud Maronem: 'Non ignara mali miseris succurrere disco.' *Idem.*

190 *Ille nec eunuchis*] *Iste* scripti rectius: quod contemptum præ se fert. Sic Ajax apud Ovidium, quoties de Ulysse loquitur, fere semper. D. Heins.

Ille nec eunuchis placidus] Erat enim manu factus, non natura; quod quomodo fecerint collis infantium prolibus, aut prorsus etiam exsectis, docet Paulus Aegineta, lib. vi.

Pes in aurum æstuat] De avaritia monstrosi semihominis Zosimus, lib. v. ubi vides totum Orientem impari unius nebulonis avaritiæ servientem. *Barth.*

191 *Libido*] Succisa libido fruitur. Mira locutio, quæ non erat, quia erat succisa, quomodo poterat frui? Sic sæpius Poëtæ: ut cum noster Eutropium Eunuchum, et nihil simul esse, infra autumat, scilicet quia præter mare[m] et feminam nihil sit. Libido

autem tam avaritiam, quam, quod vulgo solet, designat, etsi hoc loco non aliud. Est enim latissimus hujus vocis usus. *Barth.*

193 *Castras*] Deblilitat. *Idem.*

194 *Arce*] Ita Scaliger; ut arcarum in cubiculis spoliatores innuat. *Idem.*

195 *Nunc uberiore rapina Peccat*] Vera hæc veterum librorum lectio: vulgo non peccat. *Liberiore* etiam unus Med. male: mox Claverius ex suo libro, *quæ parvis excita fortis*: frustra; sic 'furiis exercita plebis Roma,' bello Gild. *D. Heins.*

196 *Quicquid*] Quantocunque spatium. *Barth.*

197 *Merces locandum*] Infra: 'In mercem veniunt Cilices, Judæa, Sophene.' Venalia sub tali domino quis non credat fuisse omnia, cum raras quisque Magnatum eo ævo non ad avaritiam peccarit, solo Stilichone demto, uti ex Zosimo constat? *Idem.*

198 *Institor imperii*] Qui sint Institores, vise Titulum Pandectis de Actione Institoria. Institores Ulpianus ab Instando in negotiis dictos ait cap. 8. Verum potius est uti ab eo vocabulum acceperint, quod in stationem sive locum domini rebus ejus curandis veniant. *Idem.*

200 *Conjugia ornata*] Tyrannica cupidine desiderante talia. *Idem.*

201 *Suffixa patenti Vestibulo*] Foribus appensa, uti solebant Edicta. Palam igitur ait, omni velo amoto cauponatum honores Eutropium.

Patenti] Ait enim palam in omnium oculis suffixam illam egregiam regulam: unde de plano videlicet legi posset. Vide Brissonium, lib. III. de Formulis. *Barth.*

202 *Regula gentes*] Patavin. *codula pro scheda*: quod glossema. *Idem* mox *pendas* pro *ponas*: non male; quomodo et Farnesianus pro diversa lectione. Legendum etiam, *Tot Galata, tot Pontus cant*: et *solatia sorti*, non *sortis*; quod ultimum libri non-

nulli jubent; præterea primus Vaticanus, *Si Phrygus*; *adde: parum est*. Non *adde parum*. *D. Heins.*

Regula] Ordine scripta recensio, addito pretio. Regulam vocat, quia hoc pittacio stricte proponebatur æstimatio Provinciarum. Est enim regula firma et indubitabilis conclusio, atque propositio. *Barth.*

203 *Eat*] In possessionem mercantis. Alludit meretricum prostitutarum titulos.

05 *Adde parum*] Ingeniose, ex cauponantis more. *Barth.*

206 *Venditus ipse Venderè cuncta cupis*] Sic in imis Erebi tormentis ponit Virgilius qui pretio fixerint et refixerint Leges. *Idem.*

209 *Lances*] Appendebantur enim Romana consuetudine pretia rerum emtarum ingentiora: ut pondus enim, ita Judex vergit. *Idem.*

210 *Non pudet, fœu, superi*] Exclamatio Lucani. Seneca: 'Hoc est Deos quod puduit.' Ita exprobrabant Diis res male succedentes. *Idem.*

Venisse sub hasta] Lucensis alique aliquot *venire*. *Lege, venire*. *Sub hastam* Claverius et ex nostris Patavinæ. Sequentia etiam male vulgo distinguuntur. *D. Heins.*

Venire sub hasta] Hasta solemnitas in auctionibus: ita Eutropium sub hasta *vénisse*, ut servum significet: noster de IV. Honorii Consul. 'non hasta reflexas Vendit opes.' Juvenal. Sat. III. 'Præbere caput domina venale sub hasta:' quod in mancipiis factitatum prius: impia civium proscriptio etiam ad Senatorum prædia opesque distrahendæ convertit. Hinc Senec. Consol. ad Marciam, cap. 30. 'hastam Consularia spolia vendentem:' imo, quod in libera civitate magis mirere, etiam ipsi patricii instar Cappadocum sic venundati: neque hasta fgebatur, nisi magistratu imperante, imo præsentem: nam 'Curius Dentatus Cos. Pollionis adolescentiæ bona hastæ subjecit.' Valer. lib. VI.

cap. 3. 'ut et Scipio major procos. captivos:' apud eundem lib. v. c. 1. Origo, puto, ejus rei inde, quod census annuus exigeretur in foro hasta posita. Ovid. lib. 1. de Ponto El. 5. Forte, quia præcipuum telum hasta. Fest. lib. viii. Et exacto magistratu citabantur ad rationem hastæ reddendam, Quæstores, Prætores, Consules. Senec. lib. de brevitate vitæ, cap. 11. 'infame lucrum hastæ' vocatur: ubi non, ut Lipsius, *supputaturo*, sed cum vulgata editione, *supputatio* legendum puto, perpende quæ de Corneballo Prætorio scribit Tacit. lib. iiii. *Annal. Dempst.*

211 *Quid jure sepultum*] Non quod, Mazarinians: *jure sepultum*, civiliter mortuum: quo primas Vaticanus et excerpta Pomponiana, pro *quid*. D. Heins.

Jure sepultum] Vide ad Panegyricum in iv. Consulatum Honorii. *Barth.*

Jure sepultum] Id est, mortuum civiliter, ut hi qui in potestate domini. *Claver.*

213 *Solio Crassi*] Imperio, Regno. Horatius: 'Redditum Cyri solio Phraaten.' *Barth.*

214 *Eunucho fuerent Pactolus et Hermus*] Poëtica abundantissimarum divitiarum circumlocutio. *Idem.*

215 *Attalus*] Rex Asiæ Pergami, qui populum Romanum ingentium opum heredem reliquit. Tantæ quidem hæ divitiæ fuerunt, ut mores totius Italiæ corruperint. *Idem.*

Hæredem relinqui] Attalus Philometor, Pergami rex, scripsit Pop. Rom. sibi successorem. Habes testamentum apud Flor. lib. ii. cap. 20. et lib. iiii. cap. 12. Et Patereul. lib. 1. 'Attalo mortuo, a quo Asia Pop. Rom. hereditate relicta erat:' quia nempe Asia bello subacta, et Antioche rapta, a Senatu ei donata est. Valer. lib. iv. c. 8. Horat. lib. ii. Od. 16. *Dempst.*

216 *Margine Tauri*] L. Scipio An-

tiechi regnum Tauro monte terminavit, dum Asiam provinciam faceret. Valer. lib. iv. cap. 1. fine. Tullius in Orat. pro Sextio: 'Antiochum illum magnum majores nostri, magna belli contentione, terra marique superatum, intra montem Taurum regnare jusserunt: Asiam, qua illum mulctarant, Attalo, ut is regnaret, condonavertunt:' ob id partem regni illi concessam scribit Flor. lib. ii. c. 8. fine. Et hinc *Taurum* arbitrum nationum vocat Plin. lib. v. cap. 27. nam 'arbiter populi lapis,' apud Senec. est terminus: hic *frigidus* est Tibull. lib. 1. El. 7. v. 16. *inhospitalis* Sen. Hippolyto, act. 1. sc. 2. *Dempst.*

217 *Indomitos Isauros*] Nota Isaurorum perpetua latrocinia. *Barth.*

Egit Isauros] Isaurus arx Ciliciæ, domita a P. Servilio, qui ob id *Isauricus* dictus. Flor. lib. iiii. cap. 6. Puto hunc locum integrum effectum ex Senec. lib. 1. de Clement. cap. 9. 'Paulus te et Fabius Max. et Cossi et Servillii ferent, tantumque agmen nobilium, non inania nomina præferentium, sed eorum qui imaginibus suis decori sunt?' *Dempst.*

218 *Pharos*] Ægyptus, Alexandria Regnum. *Barth.*

220 *In mercem*] Palam ait cauponatum provincias Populi Romani. Supra: 'Institor Imperii, caupo famosus honorum.' Quomodo cauponari bellum Ennius: 'vitam cernamus utrique, Non cauponantes bellum, sed belligeranteis.' Mercem dicit de provinciis factam, ut Romam ipsam suis civibus L. Florus, l. iiii. 'Misera Respublica in exitium suum merces erat.' *Idem.*

In mercem veniunt] Cn. Pompeii Magni gesta adumbrat, qua unico illo elogio continentur, et Africam ultimam provinciarum, mediterraneam Imperii factam. Plin. vii. 26. Porro hi versus consoni sunt cum illis Lucani, l. ii. 598. 'Dedita sacris Incerti Judæa Dei, mollisque Sophe: Ar-

menios, Cilicasque feros, Taurosque subegi.' *Dempst.*

222 *Struis*] Aggeris, et in cumulum congeris. *Barth.*

223 *Nubas ducasse*] Juvenalis: 'officium peragendum in colle Quirinali. Quæ causa officii? Quid quæris? nubet amicus.' Tamquam de re notissima, quo pacto et hic impurissimam turpitudinem objicit clam Entropio Claudianus. *Idem.*

226 *Folius Arabes*] Odoratis videlicet foliis, quæ erant, et sunt nunc quoque, inter aromata. Ex his foliis faciebant unguentum quod *Foliatum* usurpabatur. Juvenalis, Sat. vi. pro pretiosissimo id habet: 'mæchis foliata parantur.' *Idem.*

227 *Sic urget egestas*] Scripti nonnulli *cogit vel cogit*: ut apud Lucan. lib. iii. 'Pacis ad exhaustæ spolum nos cogit egestas.' Virgilio tamen, 'duris urgens in rebus egestas.' *D. Heins.*

228 *Ut velis Entropii*] Hoc fecisse plurimos Suidas asserit, qui castraverint videlicet sese, Entropio culmen Reipublicæ insidente, ut exsecti exsecto fierent simillimi, et ita gratiam ejus mererentur. Quo sane ambitionis scelere post homines natos vecordius nullum patratum existimo. *Barth.*

229 *Obliu sui*] Attonita velut et suam obliu rerum, suæ dignitatis, exuta per avaritiam et potentiam sensibus. Sulpitius Severus, Dialogo iii. iracundum hominem dicit sui oblivisci, ob afflictiones a Fortuna velut destitutum. *Idem.*

231 *Quid jam de Consule miror*] *Miror* præstiterit, si assentiantur membræ. *D. Heins.*

232 *Prodigium est quodcumque gerit*] Prior Leidensis, Farnes. et quintus Vat. delent *est*: eleganter: sic apud Ovidium, Met. vi. veteres libri: 'magnum quodcumque paravi, Quid ait adhuc dubito.' *Idem.*

Pagina] Scriptum omne vetus. A.

libi: 'Antiquos loquitur Musarum pagina Reges.' *Barth.*

Lites Famineas] Moribus enim introductum erat, ne mulier judicaret, aut officiis civilibus se immisceret. *Claver.*

233 *Famineas*] A mollitie enim, non sexu, quem prorsus tum nullum habebat, Eunuchum vocat fœminam. Sic *famineas* omnia quæ viros dedecent. *Barth.*

234 *Forum*] Judicium, jurisdictionem. Juvenalis, Sat. ii. Prosopopœia mulieris loquentis: 'Numquid nos agimus causas, civilia jura Novimus, aut ullo atrepitu fora vestra movemus?' *Idem.*

236 *Violare*] A rebus nuptiis. Violari proprium dicitur virgo, cui pudor extorquetur. *Barth.*

Potentiaque monstris Aggerat] Id est, accumulatur: sic scripti. Vulgo *aggregat*: infra lib. ii. 'Cumulis immanibus aggerat undas.' Virgilio quoque usitatum id verbum: sequenti versu *aversa* pro *adversa* Lucens. Gyrard. prim. Vatic. Isingrin. et undecim ex nostris. *Ignominia* etiam pro *Ignominia* iidem. *D. Heins.*

237 *Secum petulans amentia certat*] Utrum videlicet amentior an petulantior sit omnis cupiditas et scelerositas hominis. Duo sunt vitia, quæ adversa fiunt, dum mens, ebria fortunæ favore, dubitat utrum petulantius an stolidius vivat, licentia data per fas nefasque bacchandi. *Barth.*

238 *Erubuit Mævors*] Mista pudore iracundia, quorum adfectuum uterque faciem colorat.

Adversaque risit Enyo] Gaudens simul ob turbas dandas, et opponens militarem aciem tam diræ injuriæ Romani nominis. *Barth.*

240 *Phætra fulgens*] Nec Romana quidem arma tribuit Romano Consuli, sed qualibus etiam fœminæ antiquitus usæ. *Idem.*

242 *Getas*] Gothos auxiliares, quos infidos, et omni occasione turbandæ

rei Romanæ intentos præfigurat. *Barth.*

244 *Muris nulla fides*] Nemo iis tutus est. Nec constat, inquit, certa in munimentis, quamlibet firmis, salus. Populatus autem Gothorum intelligit Græciam vastantium. Ad Rufini necem, barbaros foventis, usum Eutropii opera Stilichonem scribit Zosimus: is vero cum eversi Rufini hæres factus esset, successibus tantarum rerum elatus, obvertit auctori suo cornua; cujus consillis per Galnem, strenuissimum virum, post est submotus. *Idem.*

248 *Argei pabula sitis*] Lego *Argeia*. laude Serenæ: 'delectus equorum, Quos Phrygiæ matres, Argeæque pabula pastæ, Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt.' *D. Heins.*

250 *Flos Syriæ servit*] Hæc vera lectio, quam libri meliores exhibent, et Raphelengius secutus. Vulgo *Flos Syriæ fervet*: prim. Vatican. et alii non pauci, *Assyrius fervet spoliis*: frustra. Juvenal. Sat. v. 'tibi pocula cursor Gæstulus dabit, aut nigri manus ossea servi. Flos Asiæ ante ipsum pretio majore paratus, Quam fuit et Tulli census pugnacis et Anci.' Et sane in primo tertioque Vaticanis ac Oiselliano pro diversa lectione, *Flos Asiæ servit*: sic et *Andros* Græcis. Plura hic Barthius; qui tamen perperam versum proxime præcedentem suspectum habet. *Idem.*

251 *Vertit fastidia præda*] *Vertunt* Lucens. Vatic. et duo alii, pro vertuntur; ut sæpe optimi Latinitatis auctores. Libro II. in Stilichonem: 'in legem rapiendi verterat usus:' quomodo bene codex Pricæanus: vulgati *usum*. *Idem.*

252 *Servum mollemque*] Impuratum hominem, omnibus modis frædum et infamem. *Barth.*

Servum pudebit] Servi enim, ut est in Cod. Theod. pudoris dispendium

non possunt sustinere. *Claver.*

253 *Aut quid in hoc cultu poterit flagrare ruboris*] Perperam pudoris alii, cum *puderet* præcesserit: malo etiam *superare* pro *flagrare* Gruterus ex Isagrini libro contra fidem aliorum omnium. Vulgatam recte tuetur ad Stationem Gronovius ex illis Valerii Flaccii: 'Flagrantesque genas vidit miserumque pudorem.' *D. Heins.*

Vultu flagrare] Sane qualem tu hactenus descripsisti. *Barth.*

254 *Pro victore*] Vice, nomine, Victoris. Pariter Claudiano Cartius lib. IV. 'Nam dubio adhuc pugnae eventa pro victore se gessit, percussos deinde hostes fudit,' &c.

Peditum vexilla] Non enim dignatur equestri, ut videri vult, dignitate Eunuchum. *Barth.*

Peditum vexilla sequuntur] *Unum vex.* Lucens. et Gyraldinus. Aldus et tredecim scripti, *tunc cum*: neque aliter prim. Vaticanus pro diversa lectione, et excerpta Pomponiana. Junianus, cc. an centum? vel comitum? Probem etiam *in unum*: ut *redit* pro *redii* contracte dixerit; quod syllabam illam longam facit apud poetas: exempla passim obvia. Sed cum præter Aldum et codices jam dictos excerpta quoque Pomponii Læti, et Pricæanus, *tunc cum* exhibeant, idque ipsum primus Vaticanus quoque pro diversa lectione præferat, opinor a Claudiani manu esse, *truncum vexilla sequuntur*: sic eundem Eutropium *stipitem* quoque appellarat supra: 'Et nihil exhausto caperent e stipite luctri.' *Truncus* etiam, ut alludat ad truncata membra. Apud Terentium Heant. convitia similia occurrunt, 'caudex,' 'stipes,' 'asinus,' 'plumbeus.' *D. Heins.*

255 *Turme similes*] Turpa proprie manipulus Equitum.

Eunuchorumque] Per convitium ita militem Orientalem vocant, ut infra pluribus testatur, luxu ducum mirifi-

ce effœmiatam: Eunuchorum autem titule digni, qui sub Eunuchi vexillis militare poterant. *Barth.*

256 *Hellespontiacis legio dignissima signis*] Quæ militaret sub auspiciis Principis, quo dace gaudebant videbentur Eunuchi illi Orientales nocturnis bellis. Est opprobrium patientis muliebris: non aliter, insimulandæ ejusdem mollitiæ, Priapum Cassio Chærem signam militare dabat Caligula. Priapus autem Hellesponto peculiare Idolum. Sidenius: 'Hellespontiaci patrem Priapi.' *Idem.*

257 *Defensoresque*] Post bene romæ pro Republica gestam hoc titulo honorabantur proceres Romani. *Idem.*

259 *Distendisse gemas*] *Contentissime* primas tertiusque Vaticanæ et Oselianæ. *D. Heins.*

260 *Tineus*] Calvam, a teredinebus et tineis exesam. Supra: 'turpes Exedere caput tinem.' *Barth.*

262 *Ultra nequitiam fractis*] Mollitiæ suæ addens ploratum, quo magis etiam frangat vocem, alloquin effœminatam. *Nequitia* est amatoria mollities. Ovidius: 'Ille ego nequitim Naso pœta mem.'

Fractis] Extreme enervatis. Petronius Bello Civili: 'In Venerem fregere viros.' *Barth.*

Ultra nequitiam fractis] *Fictis* prima ed. Gyrard. et unus ex nostris: male. sic apud Juvenal. 'fracta voce loquendi Libertas.' Quintilian. 'Non enim puerum femineæ vocis exilitate frangi volo.' Apuleius, Met. viii. de Cinnedis: 'qui statim exsultantes in gaudium, fracta, rauca, et effœminata voce clamores absonos intollant.' Minucius Octavius: 'Adhuc annis innocentibus et adhuc dimidiata verba tentantibus, loquelam ipso offensantis linguæ fragmine dulciorem.' Statius quoque Epicedio Glauciæ 'verba refringere' de infanti dixit. 'Molles et infracti cantus' apud Senec. Ep. 90. Ennodius Epigrammatis: 'Improbe,

quid fractis confundis singula verbis' D. Hieronymus in Epitaphio Paulæ: 'Paulam audierat in cunis et crepitaculis balbutiente lingua alleluia cantare, avinque et amittæ nomina dimidiatis verbis frangere.' Arnobius, l. iv. 'crepitaculis obtulit auditis in cunis jacens, et vocibus delinitas est infractis.' Lucretius, lib. v. 'Nec crepitacula eis opus sunt, nec cuiquam adhibenda est Almæ nutricis blanda atque infracta loquela.' Marciannus Capella, l. ix. 'Mars eminens conspicatus, teneræ cum admirationis obtutu languidiore, fractior voce colaudat.' Aulus Gellius, iii. 5. 'nam cum vocem ejus infractam capillamque arte compositum et oculos ludibundos videret.' D. Ambrosius de Officiis: 'Vox ipsa non remissa, non fracta, nihil femineum sonans.' Apud Xiphilinum in Heliogabalo *φασὶν καλὰ φωνὴν* dicitur. Isidorus lib. ii. de Officiis, c. 12. 'vox lectoris simplex erit, plena spiritu virili, non fracta, nec tenera, nihilque femineum sonans.' Sulpicius Servastus de Cupiditate in Catalectis Pithœi: 'Romani sermonis egens, ridendaque verba Frangit ad horribiles turbida lingua sonos.' Avienus, Fab. xvii. 'Illa gemens, fractoque loqui vix murmare coepit.' Fractum dicebant quicquid molle: hinc et apud Persium 'patranti fractus ocello.' Hor. lib. iii. Od. 6. 'Motus doceri gaudet Ioniocæ Matura virgo, et frangitur artubus.' Sic enim optime in vetustissimis membranis: vulgo *flagitur artibus*. Miror ejus verbi elegantiam interpretibus non intellectam, quo mimictum illam et resolutum incessam expressit. Petron. 'fractique enervi corpore grassus.' Prudent. Psychomach. 'Sericæque in fractis fluitent ut pallia membris.' D. Hieronymus ad Rusticum: 'Qui gradum mollius incedendo frangunt, tanquam ferrent sacra Junonis.' Sulpicius Lupercus in Catalectis Pi-

thæi: 'in ventrem propulso pendere tergum Frangitur.' Hinc et *frangere ærum* pro castrare, Statio coma Eairini. Idem Epicodio in Patrem: 'litæos audire volentem Æaciden allo frangebat carmine Chiron.' Cyprianus, Epist. i. 'Evirantur mares, honor omnis et vigor sexus enervati corporis dedecore molliitur: plasque illic placet, quisquis viram in feminam fregerit.' Epist. 61. 'docens quemadmodum masculus in feminam frangatur, et sexus arte mutetur, et diabolo divinum plasma maculanti per corrupti atque enervati corporis delicta placeatur.' Plura hic Barthius. Sic et *fractus ardor* apud Ovidium Metam. vii. quæ vera lectio: 'Et jam fortis erat fractusque resederat ardor.' Plura de *frangendi* verbo Epistola ad Hadrian.

268 *Sororem*] Ambiguum per sororem germanam aut consanguineam, an uxorem dicat Eunuchi; uxorem quidem aperte illi assignat, et a sorore ita disjungit, ut una tamen persona pareat. *Barth.*

266 *Morgique fretis*] Devoens caput suum ad fidem dictis faciendam, alludit simul penam portentorum, quæ mari solebant mergi. *Idem.*

267 *Utinam*] Tum enim infelicitas portenti in caput ejus fuerit a Republica aversa. *Idem.*

269 *Arida*] Siticulosa. *Idem.*

271 *Quid te, turpissime, bellis*] Prior Moreti et duo Florentini cum Palatino et Farnesiano, *turpissima*: optime. Sic et de eodem Eutropio præfat. l. ii. vetus liber: 'Pervigilant vates nec miseranda tui,' 'Cæcam Sibyllam' et 'vetulam vulpem' et 'trabentem annum' eundem sic vocat. Pathicos enim aut castratos feminino nomine compellabant ignominiose. qua de re ad Senecam plura Gronovius. De Gallis Ovidius Epist. Cænon. 'Quæque sub Ideo tympana colle movent,' Frustra *Quique* repennat; ubi plura. Vide et infra, quæ notamus hoc libro,

va. 339. *D. Heins.*

272 *Sævis campis*] *Sævi campi* in potioribus scriptis: vidit Barthius. *Idem.*

273 *Alterius Minervæ*] Quæ videlicet telis et lana operari consuevit, et tallum opificiorum præses. *Barth.*

274 *Tu stamina nose*] *Nose* vel sine libris legendum. Ovid. ii. Fast. 'Sic sedit, sic culta fuit, sic stamina nevit.' Virgil. in Ciri: 'Nulla colum nevit, earum nec respicit aurum.' ubi pari modo in vulgatis peccatum. nec rectius *nubit* vir maximus. Justinus, l. i. 'Invenit eam inter scortorum greges purpuram colo sentem.' Nasoni verbum illud non uno loco restitui. Adeantur quæ secundis curis notamus in Ibin, v. 74. *Tu stamina Serum* pro diversa lectione quintus Vaticanus. *D. Heins.*

275 *Urgere puellas*] Officium Eunuchorum in Gynæceis. *Barth.*

276 *Et niveam domina pensis involvere lanam*] Scripti plerique *vincam*: quomodo et prim. Vaticanus pro diversa lectione. In aliis, *victam* vel *junctam*. Putavi aliquando a Claudiano esse *Atque unctam*. Lanam ungi adhuc in usu. Infra l. ii. 'doctissimus artis Quondam lanificæ, moderator pectinis uncti:' ita veterrimi libri, non unci: *pinguis tellera* ibidem vocat. Apud Martialem quoque codices minus interpolati constanter legunt: 'Sic interpositus villo contaminat uncto Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus.' Unguine enim splendorem villo conciliabant, atque ita Tyrianthina adulterata venditabant. Mira illic comminiscuntur interpretes. Hæc olim. Cæterum cum in uno Mediceo, atque Ambrosiano inveniæ *tingam lanam*, idque diversa scriptura alterius Oxoniensis confirmet, cum Priscæano, vix dubito nunc id amplectendum esse. 'Bis tingæ murice lanæ' passim apud poetas occurrunt: notat ipse libro ii. in Stilichonem: 'tingta simul repe-

tito marice fila Contalimus pensis.' *D. Heins.*

277 *Vel si sacra placent*] *Si tela pr.* Vatic. pro diversa lectione. *Idem.*

Cybele] Cujus sacris destinati semiviri. Arnobius, l. v. &c. *Barth.*

278 *Celanæ*] Phrygion. Urbs Phrygiæ notissima Celanæ, ubi matris Magnæ furiosa sacra continue celebrabantur. Martial. l. iv. Epig. 44. *Idem.*

279 *Illidere pinu*] Gyrard. *allidere*: ut alibi, 'Im latius allisis clypeis.' *D. Heins.*

Pinu] Statius, l. x. 'quatit ille sacras in pectora pinus, Sanguineoque rotat crinea.' *Barth.*

280 *Inguinis et reliquum Phrygiis*] Juvenalis. Sat. ii. 'Quid tamen expectant Phrygio quos tempus erat jam More supervacuum cultris abscindere partem.' Turneb. l. xxix. Adv. c. 5. *Idem.*

Abscindere cultris] *Abscidero* Oiselianus et decem alii. *D. Heins.*

281 *Arma relinque viris*] Ab armis enim excludendi omnes qui ad curam muliebrium negotiorum spectant. *Barth.*

282 *Fratres*] Vides molimina sceleratæ bellus. *Idem.*

284 *Conciliare decet*] Ars enim lenonum et lenarum amantium paria facere, quæstus sui gratia. *Conciliare* peculiare ei negotio verbum. Festus: 'Conciliatrix dicitur quæ viris conciliat uxoreis et uxoribus viros.'

Annum] Consulatum. *Barth.*

285 *Flagitet Eutropius*] Non *Flagitat* libri. *D. Heins.*

287 *Exacta*] Hactenus a principio suo acta. *Barth.*

288 *Labor ævi*] Labor ævi pro ipso ævo est positus, quod omnis in eo degens vita humana perpetuus sit labor. 'Vita enim humana perpes est labor.' Unde 'catenatos labores' vocat Ausonius, alterum videlicet ex altero pendentem, nec solubilem um-

quam aut terminabilem totam seriem. *Idem.*

289 *Ædipodes matrem*] Notissimæ sunt fabulæ, et ridiculus post tot alios in aggerendis repetendisque labor. *Idem.*

290 *Cantantur*] Ita veteres nonnulli: in vulgatis *Cantatur*. *D. Heins.*

Peperit fratres Jocasta marito] Erat enim et ipsius mater. *Barth.*

291 *Pelopæa sibi*] Ex parente enim peperit suo Ægiathum. *Idem.*

292 *Erechthei*] Atheniensis. Vide Pausaniam. *Idem.*

295 *Elevat hunc pluma*] In avem nimirum. *Idem.*

Elevat hunc pluma] Sic scripti: vidit Barthius. Sequenti versu nunquam pro nunquam tres codices: et *hanc* pro *hunc* semper Aldus et Florent. S. Marci. Pro *arbore figit*, membranæ pleræque *figit*. Forte *cingit*: ut apud Ovid. 'cinguntur tenui præcordia libro.' *Eunuchis* pro *eunuchos*, ut respondeat τῶν virorum: tres libri. *Seylla novos mutata cenes* primus Vaticanus, non mirata etiam Oiselianus: mox *eunuchi scelus est*, non *eunuchis* præstantiores. *D. Heins.*

298 *Eunuchi scelus est*] Contaminantur enim tactu semimarium virilia omnia munia et negotia. *Barth.*

300 *Quam pulcher conspectus erat*] Melius *pulchre* scripti. Sequenti versu pro *onerante*, legendum *enerare*, vel quod malim, *ornare*, ne bis idem dicat; quod et de similia quæ sequuntur confirmant. Utrumque in membranis extat potioribus. *Tenderet ornare*. eleganter: vide quæ supra noto vs. 18. Pro *gravatus* ex conjectura *gravatos* repono: *artus exsangues* et *cinctus gravatos* conjungit: *cinctum* etiam probe Junianus: duo Gallicani *cinctus*; minus bene. Sic *gravari tacta* Statio Hercule Surrentino: '*masta pedem Terræ gravantur*' Senec. Thyest. quæ vera illic lectio: 'abruptant vitam lucemque gravantur' Silio, lib.

II. Statius Achill. 'longa sagaci Nox Ithaco: lucemque cupit, somnosque gravatur.' Male vulgo *somnoque*, et contra sensum. Idem Theb. VIII. 'Nos tantum portare negas? nos, Diva, gravaris?' Apud Lucan. lib. v. 'regnorum injusta gravari.' et lib. VII. 'dominos gravari.' Sic apud Græcos τὸ βαρύνεσθαι quantum etiam casum nonnunquam regit. Adeantur quæ ad Statii Sylvas et post hæc scripta ad Senecæ Thyesten. vs. 160. erudite, ut solet, Gronovius observavit. *D. Heins.*

Conspectus] Conspectu ipso venerabilis, clarus. *Barth.*

301 *Onerare toga]* Tum macilentos, exesos, tennes, infirmos, ut vix possint onus togæ unius ferre. *Idem.*

Oncere] Non ornare, aut *onerante toga.* Sic Juvenal. 'Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ: quæ viri delicatuli indicia. Infra dicit Claud. 'Onerique vel ipsa Serica.' Petron. 'Oneratas veste cervices;' dicit alibi: 'Tendit hyems vestire gelu:' ut hic *Tenderet onerare.* Sic apud Martialem Argonautæ illi juvenes dicuntur, 'Resina Venetoque pigrioris,' id est, resinata juvenus, quæ sudat sub ponderibus lacernarum, atque ob id pigrior est. *Claver.*

302 *Indutoque senex]* Sic Isingrin. prim. Vatic. et octo alii: vulgo minus bene *Inductoque*; de vestitu enim agit. *D. Heins.*

Induto] Trabeam Consularem, auro gravem, intelligit.

Obscanior] Male ominosior. Sævior. *Barth.*

303 *Simius]* Turpes imitationes huius bestiarum moribus adscribunt. Inducantur habitu tali per ludibrium simiæ, ut tunc quoque a circulatoribus, ad ridiculum faciendum. Martialis, lib. XIV. 'Gallia Santonico vestit te Bardocucullo, Cercopithecorum penula nuper erat.' *Idem.*

304 *Quem puer arridens]* Irridens puto. *D. Heins.*

305 *Candida Curia]* Senatus nova vestimenta honori novi Consulis sumens. Uti festis diebus puram sumebant vestem. *Barth.*

309 *Forritan et dominis]* Ita Gyrالد. alique nonnulli: quomodo et Cl. Gronovius in Observationibus legendum conjecit. Idem tamen viri summi Henrici Valesii conjecturam nunc præfert post τὸ dominus, quæ vulgata lectio, distinguenda: sed rectius erit *Forritan et domini.* Dominorum enim Eutropii passim meminit. et hoc magis ignominiosum. Abundantium et Arinthænum innuit. *D. Heins.*

310 *Libertatemque daturus]* More novorum Consulum, uti omnis optimi gratia primus eorum actus esset collatio libertatis. *Barth.*

315 *Enervatus]* Exsectus. *Idem.*

316 *Reptet]* Non *Reptat* unus Med. *D. Heins.*

Reptat] Tarditatem senilem exprimit. *Barth.*

Referens oracula] Præquam Theodosius contra Eugenium copias educeret, misit Eutropium in Ægyptum, ad Johannem quendam virum pium, qui antea cladem Maximi tyranni prædixerat. Is vero declaravit non sine multo sanguine ac sudore victoriam Theodosio parari; pauloque post eum in Italia obituro: quod et contigit. *Claver.*

318 *Nomen]* Titulum Eunuchi.

Inanum] Magnum, absonum, ingens, horrendum.

Proclamat] Ut rebus tristibus. *Barth.*

322 *Imperat hic ævus]* Pariter imperasse feminas, non spadones, memorat Curtius, lib. x. *Idem.*

323 *Probatu]* Scriptis fide dignis memoratur. *Idem.*

324 *Eunuchi, &c.]* Aristoteles dicitur apud Lucianum adeo miratus fuisse regem quendam Eunuchum, ut illi perinde atque Diis sacra faceret. *Claver.*

327 *Intrat Phœbus]* Vide ad pri-

num de Raptu. Intelligit autem Sibyllas, et Delphicas vates, oracula reddere consuetas. *Barth.*

328 *Trojanam Minervam*] Palladium. *Idem.*

Trojanam sola Minervam] Ex Lucani lib. 1. mutuatas: 'Vestalemque chorum duxit vittata sacerdos, Trojanam soli cui fas vidisse Minervam.' *D. Heins.*

329 *Flammæque tactus*] Sub castigatione immitium flagrorum. Julius Obsequens, de Prodigis, cap. 6. Macrobius 1. Saturnal. c. 12. *Barth.*

330 *Semperque prophæti*] Nullis mysteriis admissi. *Idem.*

Semperque præfati] Diocles in Dialogo Luciani, ait, iniquum esse, ut Eunuchus philosophiæ professionem ambiat; quæ ab ipsis etiam sacris ac vasis puris eum secludi oporteat. *Claver.*

331 *Ad fructum mulier*] Nimirum sobolis. *Barth.*

332 *Hoc genus*] Eunuchi ad servitium facti, suntque ut sæpe abjectis moribus, τὸ ὑπερ ἡγρενοῦσθαι, ait Arist. *Claver.*

333 *Danai fugere*] Exemplo autem Semiramidis et Amazonum muliebri Imperio tuendo usus est etiam Cæsar. *Barth.*

335 *Centum portis Babylona superbam*] Relatus muliebris hic labor inter miracula mundi. *Idem.*

337 *Tuli*] Vel gessit vel passus est. *Idem.*

Candidit urbes] Sic meliores; probe: nam τὸ arcus præcessit. *D. Heins.*

339 *Hos fecere manus*] Unus Med. *Hæc*: eleganter. Supra vs. 271. diximus: et sic forte mox legendum: *Hæc sibi conjunxit similes.* *D. Heins.*

Semiramis] Ammianus, libro xiv. *Barth.*

340 *Mentita virum*] Vide Justinum. *Vocis acutæ*] Eunuchorum talis. Alexander Aphrodisius, Problem. ix. *Barth.*

342 *Parthica*] *Persica.* Persæ enim

et Parthi iidem sunt, his ab illis in ditionem acceptis. *Idem.*

Parthica ferro] *Parthia* scripti: sic *Parthia velat Tigris* initio Raptus unus Mediceus. *Gallia mulieres* Salustio apud Nonium, et *Græcia luxuria* Trebellio Pollioni vita Herodis Tyranni; ut quidem veteres libri. *Scythius pro Scythicus*, et *Italia ora pro Italica*, non uno loco apud Nasonega in vetustis membranis. *D. Heins.*

343 *Nasci lanuginis umbram*] Imberbes enim Eunuchi. *Barth.*

344 *Servatoque diu*] Ne exolescere pueritia succedente virili barba.

Puerili flore] Non maturescente corpore, sed flore perpetuo valut manente. Martialis lib. iv. Epigr. 45. *Barth.*

345 *Arte retardatam Veneri servire juventam*] Petronius: 'Persarum ritu male pubescentibus annis Surripere viros, excisæque viscera ferro In Venerem fregere,' &c. *Idem.*

346 *Fama prius falso similis*] *Falax* lego: quanquam in contraria euntibus membranis. Pari modo apud Nasonem in Fastis castigavimus, 'Vita formæ similis.' *D. Heins.*

348 *Veluti nigrantibus alis*] Sicut scripti plerique. Puto ut si. *Idem.*

349 *Corvo certante ligustis*] Duo corvi albi non diu est cum in nostris his regionibus fuere, infinitis hominibus conspecti, nec jam pro ullo miraculo. *Barth.*

352 *Jam testudo volat*] Absurdus aliis narrationibus, quæ fingi facile possint, elevat fidem præsentis. *Idem.*

353 *Prona petunt retro fluvii vada*] *Juga* meliores membranæ constanter: quomodo ad Statium Gronovius noster jam correxit, cap. 30. *D. Heins.*

Prona petunt retro fluvii vada] Naturæ contrariorum hoc vel primum memoratur. *Barth.*

354 *Armenii texere diem*] Unus Mediceus et Petavianus *Carminii*. Rottendorphianus *Armini*. Pricæanus *Quermenii*. Lucens. Germani.

Scribe *Carmani*. *Καρμανία χερὰ τῆς Ἰνδίας*; Stephano de Urbibus. Noster laude Serenæ, ubi Hispaniam alloquitur, apposite: 'primo levat equore solem India, tu fesses exacta luce jugales Prolais.' Periegetes optime ad rem. 'Ἡ τοι μὲν παρὰ χεῖμα τὸ Περσικὸν Ὀκεανὸς Καρμανὸν ὑλουργν, ἐν' ἡλίῳ ἔκδωκε.' Quæ Avienus descriptione Orbis sic vertit: 'Sed qua cæruleam sinus infort Persicus undam, Gens Carmanorum late colit: hanc facis ortus Urit Phœbæ: tanto quoque sanditur agro, Ut simul et glauci contingat gurgitis æstum, Et procul internæ perrepetet jugera terræ: nbi tamen antiquus codex, *Us sinus et glauci*; ut de sinu Persico non Carmanis duo postremi versus intelligantur. Priscianus Periegesi: 'Respice nunc reliquas Asiæ sub finibus oras Persidis ad pontum, Carmani solis ab ortu:' ita distingue. *D. Heins.*

Jam frugibus aptum Equor] Facit hoc quomodo noster memorat in descriptione Nili. *Barth.*

355 *Equor, et assuetum*] *Lacena*. Gyrard. et viginti alii cum prima editione *advectum*. Prior Leid. *aductum*. Reg. *adductum*: prior Moreti *affunctum*. *D. Heins.*

356 *Isane*] Extra veritatem rei. *Isane* vero, vive opponitur. Ut vacui averni, fictitii, et vivorum expertes. *Barth.*

357 *Nutrit Judaïcis quas pingitur India* [et *India*] Multa pro hac lectione disputant doctissimus Barthius et Vir summus Johannes Seldenus de Jure Naturali secundum Hebræos, lib. II. 9. Nec me præterit *Judaïcas* quoque *capais* pro Orientalibus posuisse Marcellum Carmine de Medicina: 'Vel quæ Judaïcis fragrant bene condita capais, Thus, costum, folium, myrrham.' Accedo tamen illis potius, qui locum corruptum censent. Hugenon quidem Grotius, cujus viri sancta nobis Batavis esse debet memoria,

Lydiacis legendum videbatur; *Lydia* enim *Lydia* notissima: mihi *Niliacis* jam olim placuit; nec mediocriter lætatus sum, cum Lilio Gyraldo id ipsum quoque in mentem venisse deprehendi. Sic nimirum scribendum videri in ora codicis sui notarat: ut vela Alexandrina Claudianus intelligat; quem patriæ suæ libenter admodum meminisse passim deprehendas; ut vel hinc Egyptium fuisse suspicari possis, si argumenta validiora desint, quibus id evincatur. Patavinus certe liber *Indiacis*. *Nilius* autem et *Indum* alibi quoque in antiquis codicibus confundi apud nostrum animadverti. Alexandrianos varia monstra variasque belluas vellis suis intexnisse Planti locus docet Pseudolo Act. I. sc. 2. 'Ita ego vestra latera loris faciam ut valde varia sint: Ut ne peristromata quidem æque picta sint Campanica, Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.' Martial. 'victa est Pectine Niliaco jam Babylonis acus.' Cæterum pro *Niliacis* velis opinor reponi debere, *telis*: ita enim frequenter poëtæ pro tapetibus. In primo Vaticano *Judaïcis* legebatur quidem, sed sic ut una litera initio vocis videatur erasa esse, spatio brevi relicto: pro prima quoque litera *i* alla litera manu priore exstiterat, ut puto *a*: quintus Vaticanus *Indiacis*. Forte: 'quicquid isane Nutrit, in Attalicis quæ pingitur India telis:' 'aulæ Attalica' apud Propertium, et 'torus Attalicus' et 'vestes Attalæ,' 'Attalica peripetasmata' apud Ciceronem VI. Verrina: apud Propertium quoque libro I. Eleg. 14. videri scribendum: 'Quid prosint Phariis serica textilibus?' Etiam variis auctoritate Plautini loci defendi possit: verum enim versicolor, *πολύχρως* Græcis; quod præcessit proxime *caeleis homines junctos* Barthio suspectum est mendii. *D. Heins.*

Nutrit] Alit, pascit, habet.

Judaicis quæ pingitur India velis] Aulæa dicit Judaica, quibus miræ formæ expressæ Indicorum monstrorum. Vel et Ægyptia tapetia Judaica appellavit Clandianus, ut eadem species post idem auctor a Nilo petitis scribit. Alexandrina autem tapetia celebra. Aulæis autem talibus mirandæ species impingebantur, unde *belluata* Plantus dixit. *Barth.*

358 *Mixtis salibus*] Quæ hinc sequuntur Veneris verba sunt, ambigue prolata, ut videantur communia, in sinu autem erat meras lascivias gerunt, quas obiter modo tangemus. Sic vero et levioris ingenii hominibus displicuisse tamen omnibus hos ait Estropii conatus. *Idem.*

359 *In pectore*] Obscœnissime dictum.

Magnus] Plantus Casina: 'ita quicquid erat grande erat.' *Barth.*

360 *Novæ*] Instar libidinosissimarum mulierum.

Grandis] Sesquipedali suo notus Martialis. *Barth.*

362 *Timet*] Non timet quia cupit.

A tergo] Nefarie.

Undique] Ne quid inexpertum frustra moriturus relinquat, ut de paris flagitiositatis muliere Ansonius scribit.

Curis] Amoribus. Propertius, libro III. 'Crescit enim adsidue spectando Cura puellam, Ipse alimenta sibi maxima præbet Amor.' *Barth.*

363 *Pater*] Turpissimum.

Facilis] Ad scelestam nequitiam. Horatius: 'parabilem amo Venerem, facilemque.'

Moveri] Etiam hoc scelestum. *Barth.*

364 *Mollissimus tra*] Hæc dictio etiam clementiam designare videtur, tamen aceto diluta est: quid enim Eunucho mollis? Ut sit, imperium inchoantibus utilis est, ut ait Tacit. clementiæ fama; atque initia magistratum fere meliora, sed finis incli-

nat, &c. *Clæver.*

365 *Nū negat*] Martialis: 'Negare jussi, pernegare non jussi.' *Barth.*

366 *Quodlibet ingenio*] Quilibet cum nonnullis scriptis legendum. Pro *traditque fruendum*, alii *truditque nocendum* vel *nefandum*. Multa in hisce salibus corrupta: *ingenio subicit non subigit* prim. et tert. Vatic. aliique multi. *D. Heins.*

Tradit] Dare inter Veneris vocabula.

Fruendum] Hæc vox ad Ameris effectum pertinet, quo frui statuta, frui temporis sui jucundissima parte, opinabantur. Petronius: 'fruoque votis Usque ad invidiam felicibus.' *Barth.*

367 *Quicquid amas, dabit illa manus*] *Dabit ille manus* argute et vere noster Gronovius: sic apud Valerium Flacum, lib. 1. non longe ab initio scribendum: 'Hanc mihi militiam veterum quæ pulchrior actis, Annæ, daque manum:' cum *daque animum* perperam nunc legatur. Paulo post *meritumque laborum* videtur scribendum, non *meritoque*: accipit trabæas meritum laborum. *D. Heins.*

Manus] Hæc quoque vox ἄφρον quid denotat. *Barth.*

368 *Officio*] Hoc quoque turpe.

Gaudetque] Gaudia sunt quæ præparat Amor effectu. Horatius, l. III. Od. 6. 'nec eligit Cui donet impermissa raptim Gaudia.'

369 *Hoc quoque consiliis*] V. Cl. Albertus Rubenius optime vidit emendandum *conciliis*, quæ ambigua vox, ut lenocinium illi objiciat. Conciliatores enim iidem lenonibus. Glossæ Stephani, *conciliator, οὐσιβιστορ*. Noster infra: 'Te magis, ah demens, veterem si respicis artem, Conciliare decet.' Ovidius: 'Non me nupsisti conciliante seni.' Lib. 1. Met. 'Hoc mihi concilium tecum dixisse manebit.' Sic corrigendum: nam scripti *consilium*. Vulgo *colloquium*.

371 *Vulgarat Eoum*] *Vulgarat* Julianus: pro *Romani doloris*, quatuor scripti *laboris*: ut bello Gild. 'Romanusque labor Pompeianique triumphii.' *D. Heins.*

373 *Etiam*] Post tot mala monstra edomita. Noti tyranni a Theodosio debellati, notus et Rufini furor.

Nostra dignabimur ira] Velut inferior sit motu ejus. *Barth.*

375 *Rapit*] Celeritatem summam hæc vox infert. *Idem.*

Rapit cæli per inania cursum] *Celerem per inania cursum* rectius pro diversa lectione primus Vaticanus: sic apud Nasonem lib. II. Met. 'celeri raptos per inania vento Imposuit cælo.' *D. Heins.*

377 *Sui rectoris*] Stilichonem dicit. *Barth.*

Forte decorus] *Fronte* Unus Ambros. et Florent. Mox pro *Caycis* Scaliger conjiciebat *Cheruscis*. Gyr. et Lucens. antiquissimi *Caucis*: prim. Vatic. alique multi *Chaucis*. *Lege Caucis*: sic et *Suëvos* pro *Suëvis* dicebant. Apud Lucanum quoque scribendum puto, 'crinigeros bellis arcere Caucos': nam libri veteres *Cayces*. Græcis modo *Καῦχοι*, modo *Καῖκοι*, modo etiam *Χαῖκοι*. apud Latinos etiam scripti codices sibi non constant. *D. Heins.*

381 *His tribuit reges*] Ita jam viri docti scribendum monuerunt. prisca exemplaria confirmant. *et leges* præcesserat. nummus Hadriani, REX PARTHIS DATVS. Exempla multa in Historia Augusta alibique. *Idem.*

383 *Detonsa Sycambria*] In signum victoriæ Romanæ. Nam Sycambri alioquin magni æstimabant comati esse. *Barth.*

384 *Læta subit Romam pietas*] Ad spectu unicæ suæ curæ Honorii, sub præsidio Stilichonis. *Idem.*

386 *Defensante*] Per intervalla, non enim adhuc est firma defensio. *Idem.*

389 *Domisumque ferarum*] Leoni

enim in has dominium adscribitur. *Idem.*

390 *Nebulam*] Qua tecta erat, ut Dea. Dii enim nebulis et nubibus amicti inducebantur. Horatius: 'Nube candentels humeros amictus Augur Apollo.'

Ingens] Ut maxima erat. Majus hoc est, quam si maximam dixisset. Lucretius: 'Maxima quæ vidit quique, hæc ingentia fingit.' *Barth.*

392 *Non longinqua*] Gyr. et nos: *et longinqua* cum *Tethys* construendum. *D. Heins.*

Longinqua] Non de longinquo accersenda. Omnia hæc facinora Stilichonis superioribus libris non semel recensuit. *Barth.*

398 *Toto corpore*] Gloriatu hoc fieri jam in Pæane Gildonico. *Idem.*

399 *Gildonis taceo*] Ergo jam victo Gildone scripti hi libri: quem tamen ab Entropio inatigatum aperte scribit Zosimus.

Receptam Perfidiam] Ultam, dejectam. Mira locutio. Sic *receptam* a Rege Tarquinio Romam dicit Manilius, pro subacta, lib. I. *Barth.*

400 *Eo robore*] Quia Arcadii illam partibus adscribere Entropius volebat, ut bellum inter fratres sereret: id quod metu Stilichonis solum adactus concupivit, ne ab eo puniretur ob turbatas res. *Idem.*

401 *Quæ suscepta fames*] *Qua suspecta* Isingr. Gyr. et quindecim alii: totidem *Quam suspecta*: quod verum. Petav. *Quæ sustentia*; etiam bene. *Pensasset* pro *pensasset* Junian. *D. Heins.*

404 *Invecta Rhodani*] Prim. Vat. et duodecim alii *Rhodano*: probe. *Rhodanum* Pricæanus. *Idem.*

Rhodano] Annona Gallica. *Barth.*

405 *Cinyisiis*] Africanis. *Idem.*

410 *Tabruca*] Ad quam periiit Gildo. Hi autem tres libri (utique enim tot fuerunt), velut de re præsentem in scena loquuntur; et eo fine sunt scripti, ut totam Eutropii Historiam

deducerent; sine nunc nobis amisso. Quare primus liber de honore, secundus de deiectione loquitur, tertius penam habuit monstri, et laudem alteris. Suntque uno omnes tempore scripti. *Barth.*

413 *Ecce recens*] *Repens* Gyrard. Lucens. et prim. Vatic. sic *repens clamor* bello Get. et *repens fragor* alibi: frequens hoc peccatum apud alios etiam scriptores. Mox *clades*, *ab eisdem partibus* unus Mediceus aliquanto rotundius. *D. Heins.*

415 *Arasie*] Parthorum mores dicit corruisse Romanam gravitatem. Juvenalis eleganter: 'Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes.' *Barth.*

417 *Vestique*] Curam vestium regiarum Eunuchis datam ex Corippo supra notatum. Vestiarum, Vestispices, moti in famulitio Procerum. *Idem.*

418 *Adhibere silentia somno*] Exemplum ille in Eunucho Terentii, hunc in fine emtus, et virgini custodiendæ traditus. Silentiarium, locus peculiaris Palatii Imperatorii, et silentiarii milites, Custodes Quietis Augusta. *Transgressa*, vel *Progressa* cubili, eleganter dictum, velut affigentis cubilibus omnem usum Eunuchorum. De cætero sit nec tantam etiam hactenus Eunuchorum fuisse existimationem, ut ullo pacto in vita fides, aut in honore ullo fidelitas eorum, vel in officio requireretur opera; sed eos neglectissime habitos, ut a quibus omnino metuendum nihil fuerit, propter inertiam et molliam, quæ cubilibus eviratos affigebant. Tutum *mentis pignus inertia*; non enim poterant quicquam moliri nec ad vitam splendidam eniti, ab omnibus contenti: et *mentis pignus* dicit fidelitatem Eunucho debitam. *Idem.*

419 *Transgressa cubile*] Hæc innuunt Entropium fuisse *σπέντορος*, ut Suidas loquitur. Imo fuit Præpositus sacri cubiculi. *Claver.*

Progressa cubili] Sic Oxoniensis et

Oscellanus: alii omnes *cubille*; nisi quod *transgressa* primus Med. vcc. Vatican. et Palatinus: ut alibi, 'fulvas animo transgressa læmenas.' *D. Heins.*

420 *Sed inertia tantum*] Isingrin. prim. Vatic. et Florent. S. Marci, cum Pricæano, *tutum*: recte. Patavin. Eccl. Cathed. *rarum*. *Idem.*

422 *A fronte recedant*] A gubernaculo, prora. Prora enim dicitur frons, cum nihil sit frequentius quam res navigiorum Cæris Imperii adsimilare. *Barth.*

A fronte recedant Imperii] Duo ex nostris et Delrianus, a *sorte*: sic *sorte imperii* apud Ovidium in Fastis: 'Sed memor imperii sortem consistere in illis.' *D. Heins.*

423 *Tenero*] Muliebri, et curis muliebribus destinato. *Barth.*

424 *Publica majestas*] Auctoritas gubernandæ Reipublicæ. Est in voce *Majestatis* ultra humanam communem sortem aliquid, paullo appellatione divinitatis inferius. *Idem.*

425 *Vidimus Eunuchi clavo parere magistri*] *Clavo magistro*, prim. Vatic. *D. Heins.*

426 *Nos adeo sperni faciles*] Indignationis formula a contemptu. *Barth.*

427 *Aurorum sane*] Ita cum Clavero et Delrio nostri potiores. Raphaelengius *Aurorum certe*. Vulgo *Aurora certe est*. Patavin. *Auroram saltem*: quomodo et pro diversa lectione primus Vaticanus. Junianus etiam, *Gaudeat assuetus*: per appositionem, *Auroram urbes*: eleganter: dictum bello Gild. vs. 136. *D. Heins.*

428 *Adusulas scriptis muliebribus*] Jam inde a tempore Semiramidis Reginæ. Molliem regionum notat. *Barth.*

429 *Urunt*] Velut stigmatis molli-tudinum. *Idem.*

433 *Quibus extitis*] *Quibus exiit* malim. *Idem.*

434 *Fama contemtor Orontes*] Fluvio Syris Syram luxuriam et molli-

tem notat. *Barth.*

436 *Nunquam poscentibus*] Ait sola virtute eos Consulatu datos, et nolentes ei dignitati illatos. *Idem.*

438 *Martius Eunuchi repetat*] Non repetit, meliores scripti: deinde cum eisdem legendam *natos pro natis*. Forte etiam emendandum, *quo dedere pœnæ Profuit*: prior certe Moreti, *quid natos*: etiam bene. *D. Heins.*

441 *Dedere pœnæ*] Castrare. Per Eunuchismum igitur, ait, veniendum est ad honores, et paterno amoris honorum spes præponenda, ut consilio et voluntate (ambitione vero potius), parentum castrantur liberi. Docte dixit *dedere pœnæ*: cum ab Eunuchismo nulla sit redemptio. *Barth.*

442 *Civem præponere patri*] Exsuere affectum paternum, ob filium admodum gubernandæ Reipublicæ per castrationem. *Idem.*

447 *Mersit et attonitum*] Junianus *Merserit*. Puto: *Merserit? attonitum tranarit Clælia Tybrin?* Tybrin certe Oiselianus: mox pro *fascēs adservabantur* tertius Vaticanus *an servabantur*: *observabantur* Oiselianus, et undecim alii cum Aldo. *D. Heins.*

448 *Eutropio fascēs*] Paria sunt apud nostrum Bello Gildonico, a vs. 90.

450 *Socii spectator Averno*] Vir magnus socii: nolim factum. Prim. Vaticanus *socium aversatus*: bene. *Mazarin. socii speculator.* *D. Heins.*

452 *Animosæque pauperis umbra Fabritii*] Animosum vocat Fabritium contemptu divitiarum, quæ res virtutem eam conficere credebatur antiquis sapientibus, quæ proximos faceret divinitati. Virgil. 'Aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum Finge Deo.' *Barth.*

455 *Pæno Scipiade*] *Scipiada*; quos semper conjungit. Cæterum tam ex hoc loco quam nummis et saxis antiquis patet, frustra eos esse, qui pro *Lutatius Lutatium* nobis obtrudunt. Silius, lib. vi. 'Possessor pelagi pro-

Dolph. et Var. Claud.

Claud.

naque Lutatius aura Captivas puppes ad littora victor agebat: sic vere prima editio et scripti. Vulgo *prona Lutatius*: mox pro *Curti veteres*, plerique antiqui codices, *series*: optime, pro familia aut gente. Noster laude Serenæ: 'series his fontibus Ælia fluxit.' IV. Cons. Hon. 'nec tantum villior unda Promeruit seriem gentis.' Apud Lucanum, 'Cæsareque domus series: atque ita passim poetæ. *D. Heins.*

458 *Parco sepulchro*] Cato nobilitate sepulchri. *Barth.*

459 *Eutropium passure*] Sub eo pariture Imperio. Seneca Thyeste: 'Immane regnum est posse sine regno pati.'

Eutropium passure Cato] Catonis obsequium pro re maxima et incredibili. *Barth.*

Tenobris] Ex regno inferorum, ex orco tenebroso. *Idem.*

462 *Ambigui mares*] Habent enim membra horum, et formam, licet non integre; carent tamen effectis. *Idem.*

463 *Flabella*] Quibus ventilabant somnum puellaram. *Idem.*

464 *Umbracula*] Defendendo soli. *Idem.*

Umbracula gestant] Tollunt scripti fere omnes, præter primum et tertium Vaticanos. III. Cons. Honor. 'Pars volucres tollunt aquilas: tolli fascēs' alibi dixit. *D. Heins.*

465 *Secures*] Consularem dignitatem, fascibus et securibus stipatam ad coercitionem et pœnam. *Barth.*

466 *Femineas latebras*] In cubiculis principum et divitum, ubi hactenus fuistis ab omnibus despectui et opprobrio habiti. *Idem.*

467 *Alter quos pepulit sexus nec suscipit alter*] Ovidius: 'Hei mihi quod Dominam nec vir nec femina servas.' Alexander Severus Imperator tertium hominum genus appellabat Eunuchos, nec in usu habendum viris, imo vix nobilioribus feminarum. *Idem.*

5 A

468 *Eniacti Vomeris stimulos*] Effectum quidem certe, sed nequaquam stimulos. Vide ad vers. 87. lib. seq. *Barth.*

469 *Mista duplex ætas*] Hic distinguendum: deinde nil medium conjungo cum rō inter juvenesque senesque; inter senes enim juvenesque medii viri: cummachi autem viri non sunt. Vulgata distinctio Cl. Barthium decepit. *D. Heins.*

470 *Nil medium*] Eruditissime dictum. Omnino enim nec vir erat, nec puer, nec tamen quicquam etiam medium, cum non sit tale aliquid. *Barth.*

474 *Pilenta*] Currus quibus per urbem matronæ, Sacerdotes, Novæ Nuptæ, &c. vehebantur. *Idem.*

475 *Nū numerem quantis*] Interpunge hoc modo: *Nū numerem; quantis injuria mille per annos Fīi retro ducibus!* Deinde *subeunt*, non *subeant* scripti: mox *Arinthaī fastus* a Claverianis libris est. Nostri *fastos*, præter Gyraldinum, sec. Medicum, Patav. et alios duos aut tres, qui *fastus* cum priscis editionibus agnoscunt. Infra vs. 489. 'contagia fastibus oro Defendas ignava tuis,' cum veteri libro. *D. Heins.*

477 *Canities*] Veneranda antiquitas. *Barth.*

478 *Arinthaī fastus*] Hoc est, Consulares fastos. Nam Arintheus iste Consul fuit, qui idem in juventute servum habuit Eutropiū. Arintheus iste Consulatum gessit cum Modesto, sub Valentiano, ut Cassiodorus et alii testantur. Quare perspicua est sententia, cum ait: 'dominoque suos æqualis honores Insetet.' *Idem.*

482 *Ex puttor*] Non *Et*, septem libri. Pro *Pelleis* sequenti versu Rubenii et Pomponii Laeti excerpta *Laegis*. utrumque probum. *D. Heins.*

483 *Consulit unius*] Pompeii. Vide *Lacanum*, l. viii. *Barth.*

484 *Privata movebant*] *Movebant*: deinde pro *prospice* quindecim libri

conspice: tres *circumspice*: alter *Moretī consule*; quod placet: ut bello Getic. 'Consulitur dum, Roma, tibi!' et lib. ii. de laud. Stilich. 'hæc longe sola remotis Conomitt.' *Vestrae* etiam, non *nostræ*, *Lacensis*: sequor. Mox *averte* pro *adverte* legendum scripti meliores moment: bello Gild. 'Civiles abolete notas.' bello Get. 'obsessi principis armis Excensate nefas deploratumque Timavo Vulcanus, et Alpinum gladiis abolete pudorem.' Denique *aspicit* pro *accipit* duo *Palmaniani* et septem ex nostris cum primo Vaticano. *D. Heins.*

485 *Nostræ causæ*] Omnis enim Romana majestas vertitur in hoc tam propudioso facinore. *Barth.*

486 *Regales notas*] Dedecus Imperatoris Arcadii, cujus aula et universum Imperium Orientis regit iste, inquit, eviratus furcifer.

Accipit unum Aula] Consules enim sunt quandoque, ait, Principes. Et sane fuit etiam in his mira Domitorum ambitio. *Barth.*

488 *In crimen euntibus anais*] Omnes enim maculabuntur hoc tam propudioso exemplo, nisi tu succidas perniciem. *Idem.*

489 *Contagia*] Nam et alii hoc genus egregii Consules cupient venire in titulos annorum. *Idem.*

Contagia fascibus oro] Tholos. *fascibus*: quomodo olim conjeceram. Sic 'labem fastis' Varronem vocat Silius. *D. Heins.*

490 *Defendas*] Arceas. *Barth.*

Tradita libris Omnia] Lege *Nomina* cum priori Leidensi, et quinque aliis: duo *Homina*: alii *Omnia*. Consules anno nomen dedisse quod fastis insereretur, quis nescit? infra l. ii. 'Ab lato penitus respirant nomine fasti.' iv. Cons. Hon. 'Signas posito modo nomine fastos.' Lucan. ii. 'At vos qui Latios signatis nomine fastos.' Lib. v. 'Instabatque dies, qui dat nova nomina fastis.' Plura exempla congerere non foret arduum: mox

opinor legi debere : nam quæ tam bella gerantur *Mollibus auspiciis*, pro jam. D. Heins.

491 *Omnæ quod ambit Oceanus*] Ambitio Romana. Barth.

493 *Calcari*] Sperni, projecta haberi. D. Hieron. Vita Hilarionis : 'ego nihil ita stupeo, quam gloriam illum et honorem calcare potuisse.' *Idem*.

Bella geramus] Non *feramus*, scripti potiores : mox pro aut quæ connubia, Vatic. quæ jam, cum tribus aliis : deinde vel frugem pro aut iidem scripti, et latura seges Isingr. prim. Vatican. et Mazarin. ut supra : 'nulla colono Responsura seges.' D. Heins.

494 *Mollibus auspiciis*] Doctu Eunuchorum. *Molles*, sunt Eunuchi, aut turpia patientes. Barth.

496 *Plenum*] Matrum, frugibus ad usum idoneis plenum, gravidum. Sic implere est gravidam facere. Ovidius de Peleo et Thetide : 'ingentique implet Achille.' *Idem*.

499 *Amazonio ritu*] Promiscue mulieribus viris dominantibus. *Idem*.

Amazonio confusa licentia ritu] Gyrald. et Lucens. *sistro* : optime ; quam vulgatam lectionem ista Stadiana ex Achill. II. videntur confirmare : 'arcumque animosa petebat Ferre, et Amazonio connubia pellere ritu.' Sed non dubito, quin altera scriptura sit a secunda manu ipsius Claudiani. Amazonas sistris in bello usas qui moneat non scio, præter unum Isidorum Orig. II. 21. 'Sistrum ab inventrice vocatum. Isis enim Ægyptiorum regina id genus inventisæ perhibetur. Inde et hoc mulieres percutiunt, quia inventrix hujus generis est mulier. Unde et apud Amazonas sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur.' Ægyptios quidem sistris in bello usos notum. hinc illud Maronis de Cleopatra : 'patrio vocat agmina sistro.' Marcianns Capella, lib. IX. *calamos* dat Amazonibus, non *sistra*. 'Quid Amazonas? nonne ad calamos arma trac-

tabant? quarum una, quæ concipiendi studio venerat, cum Alexandrum salutaret, donata tibicine, ut magno munere, gratulata discessit.' D. Heins.

500 *Quid vincere differt*] Imo *differs* cum libris : vidit Barthius. Sequenti versu, pro *certare pudet*, prim. Vatic. Oisel. et Mazar. *fugis* : recte. Rottendorphianus *fugas* : infra : 'Et te nunc inopem dives amare fugit :' sic scriptus. Ovid. Ep. Deianiræ, vs. 75. 'Non fugis, Alcide, victricem mille laborum Rasilibus calathis imposuisse manum :' quæ membranarum lectio : ubi plura : vulgo *pudet* : sic 'fuge quærere' et 'fuge suspicari' apud Horatium. *Idem*.

501 *Dum pudet*] Paria de Gildone et Honorio, Bello Gild. 'decurret Honorius inde, Hinc Gildo.' Barth.

507 *Conscia terga*] Salustius I. Hist. 'abandè libertatem rati quia tergis abstinetur.' *Idem*.

508 *Ut Scythæ*] De Scythis pulchre post alios Nicephorus Gregoras, omnium sequiorum Græcistis scriptorum cordatissimus. Historiam istam legas apud Justinum II. Herodot. I. IV. &c. *Idem*.

509 *Servilis pubes*] Consule Justinum et Florum.

512 *Notus horror*] Ab ipsis scilicet cunabulis. Flagra enim pœnæ serviles. Barth.

513 *Adstrictus sub verberè torpuit ensis*] Ita tres libri. Ovid. Fast. IV. 'Atque aliquis cupiens vagina ducere ferrum Adstrictum longa sentiat esse mora.' Stat. Theb. III. 'motos capulis adstringeret enses.' Isingrinus tamen codex et octo alii, *adductus* : etiam probe, annuente et Barthio : quomodo et primus Vaticanus pro diversa lectione ; qui in ipso contexta *addictis* : multi *abductus*. Oisellanus *addicta sub verberè corrui ensis*. *Ednotus* frustra a Delrio castigatur : sic *adducta habena*, apud poëtas. Ovid. 'adductaque clava trimodis Ter quater adversi sedit in ore viri.' Clave-rius *addictus* malit pro *servili* ; quod

ex nostris libris multi confirmant: *sub verbera* Gyraldi liber; probe; nondum enim vapulabant: sic *sub noctem* pro, imminente nocte, et similia. *D. Heins.*

Adductus] *Addictus*; quod e juris

fontibus petitur: nam olim quidam nexi in servitutem creditoribus addicebantur. Quintilianus, lib. III. ait: Aliud est, servum esse; aliud, servire; qualis esse questio in addictis solet. *Claver.*

XIX.

IN EUTROPIUM LIB. II. PRÆFAT.

PRÆFATIO hæc mire elegans est ac leno fuit, ut facile appareat, quid in Elegis hic poëta valuerit: hic vero acriter iustat, ut capitis damnetur Eutropius, jam capite minutus: neque Cyprio exilio tot crimina explari posse contendit. Qua in re dicas forsitan, cantu ipsius eloquente idem pene effectum quod invectiva Ciceronis in Catilinam: nam Eunuchus tandem periit. *Claver.*

1 *Habenas]* Imperium, sub Imperatore. Socordia Principum Universum tum Ducibus et Proceribus regebatur, mutuis sese insidiis evertentium, ut docet fides Historiarum. His inseruit se male ominatus etiam iste Eutropius Eunuchus, per Gainem a Stilichone submotus. *Habenas* notant jus moderandi. *Barth.*

2 *Patricius]* Hoc etiam dignitatis sibi Eutropius adaciverat, Zosimus l. v. ubi finito Consulatu, dignitatem tamen ejus ambiciosissimum nebulonem retinuisse scribit: 'Patriciatus dignitas,' primarius Honoris locus, ad quem per Consulatum adscensus. Cassiodorus, lib. xi. Epist. 2. Constituta dignitas a Constantino Magno, auctore Zosimo. Erat igitur summum hoc culmen privato quo per merita virtutum posset ascendere, ob id etiam maxime expetitur, quod non nisi cum vita hominis finiretur, ut memorat Cassiodorus. *Idem.*

3 *Pannus compedis orbes]* Vincitur enim opus servile fecisse Eutropium rumor erat. *Idem.*

4 *In domos]* Quibus eum infinitis servilasse, et in eos primos rabiem evomuisse, cum ad potentiam devenit, supra multis dececinoit. *Idem.*

In domos] Tales dominos intelligit, qui olim servilli monstro tanquam mancipio nsi; quos omnes ut conditionis suæ deleteret memoriam, crudelibus dolis insectabatur. aut si mavis interpretari *Dominos*, Stilichonem et alios istius ordinis, cum quibus inimicitias exercuit; viros non, ut iste, ad servitutem, sed ad dominationem, natos. *Claver.*

5 *Culmine]* Votorum suorum summa, quæ erat ad summum magistratum evectio. *Culmen* pro honore, notissimum. *Barth.*

6 *Jam satiata joco]* Vide supra ad lib. i. vs. 24. *Idem.*

7 *Meditatur ligna securi]* Supra l. i. 227. hoc autem villisimorum servilorum officium. *Idem.*

9 *Illatas consul pernas]* Sic Claverius, et quinque ex nostris: vulgo *Illicitas*. Barthius *Illicitus*: paulo ante *vapulet ipse scripti*. *D. Heins.*

Illicitas Consul] Consul enim ubi sacrosanctus, nisi finito aut abdicato, abrogatove, magistratu, non suberat supplicio. Hunc autem summa acrimonia et ingeniositate, Consulem se

Consule pœnas dedisse ait, videlicet utcumque etiam ei dignitati admotus, tamen non ejus erat capax ullo modo, ob crimina, conditionem, et Eunuchismum, omnibus virilibus officiis ineptissimus. *Barth.*

11 *Infantum populis*] Contaminarat infæstum prodigium omnia suis ominosis honoribus.

In se quoque] Contigisse ergo vidit quod supra voverat: 'Consule lustrandi fascies, ipsoque litandum Prodigio.' *Barth.*

In se quoque certitur omen] *In se convertitur* Junianos: ut apud Lucan. 'In sua victrici conversus viscera ferro.' *D. Heins.*

13 *Ablato nomine*] Eraso omnibus monumentis, etiam Fastis Consularibus. *Barth.*

14 *Vomis*] Velut periculosam vitæ virus, aut fastidiosam potionem, perperam obductam. *Idem.*

16 *Procombis*] Recte tres libri *Procombant*. *D. Heins.*

Tota cohors] Eunuchorum manipulos supra dixit: 'peditum vexilla sequuntur Et turmæ similes Eunuchorumque manipuli.' *Barth.*

17 *Non seditione coacti*] *Deditio* quatuor scripti: alter Moreti subacti. Ald. et excerpta Puteana, *obsidione coacti*. Lege *deditio* subacti, vel etiam *obsidione*; ad imitationem Lucani, lib. ix. 'meruistis iudice vitam Cæsare, non armis, non obsidione subacti.' Mox *Nec perierunt pœm*. Vatic. alique nonnulli. *D. Heins.*

19 *Vulnere chartæ*] Rescripto, quod modo laudatum exstat. *Barth.*

21 *Famineæ arcæ*] Supra lib. i. Semivir in arcem rerum sublatus dicitur, ut *arcis famineæ* sit regimen disiecti et enervis. *Claver.*

Arte tyrannus] *Arce* libri meliores: vere; arces enim tyrannorum propriæ: de ills noster alibi: 'Ancipites habeant arces, trepidique minentur.' *D. Heins.*

23 *Et thalamo pulvis*] Ut malit Bar-

thius; qui perperam versu proxime præcedenti *famineæ arte*, quæ depravatorum codicum scriptura est, tueretur. *Arce* tyrannis propriè assignari ad iv. Consulatum Honorii Aug. vs. 292. monuimus. *Idem.*

Et thalamo pulvis] Melius legas ut *thalamo pulvis*, velut officio suo cedere jussus, aut divortii libellum nactus. Hoc enim intelligit per *famineam artem*. *Barth.*

23 *Sic juvenis nutante fide*] *Fluitante* Masarin. et excerpta Remensia. Bello Gild. 'Subsedit fluitante fide.' Tacitus, Hist. ii. 'Unde primum creditur Cæcinæ fides fluitasse.' *D. Heins.*

25 *Canitiem raram*] Supra enim dixit: 'turpes Exedere caput tinem.' *Barth.*

Largo de pulvere] Tò de abundat. Sic Lucretius, l. vi. de Rerum Natura: 'Quem magneta vocant, patrio de nomine, Grail.'

De pulvere turpat] Tò de superfluum eleganter addi multis docet Cl. Barthius. Sed Gyrald. prim. Vatican. et quatuor alii, *jam pulvere*: quod placet. *tò de* in Oisellano erat omis- sum. *D. Heins.*

27 *Pias*] Christianorum. Utinam et tu talis. *Barth.*

30 *Solis utile supplicis*] Exemplo statuendo. *Idem.*

31 *Obsecrator ore*] Os totam figuram designat. Tamen est occulta *ἀπὸ τοῦ* facinoris hic exprobratio, qualis et supra. *Idem.*

32 *Ira dabat pretium*] Dabit Lucens. et octodecim alii. Forte *Ira addit pretium*. *D. Heins.*

35 *Gemino sub sidere*] Sidus, Sol. Vide ad iv. Cons. Honorii; *Gemino*, quia Solem diversum ab Occidente faciunt Orientem Poëtæ. *Barth.*

38 *Cæca*] Imprudens. *Idem.*

39 *Fallax*] Somnia Ægyptiorum supra quoque memorata. *Idem.*

40 *Pervigilant*] Ad merendum af- flatum. De Idolis Pervigiliis cultis vide Electa Justi Lipsii. *Idem.*

41 *Soror*] Miserrimus Spado talem habebat secum. *Barth.*

Quid soror] Martialis querenti cur Themison uxorem non habeat? habet sororem, inquit. *Claver.*

44 *Amare negat*] *Fugit* alter Moreti; dictum supra: et paulo ante *miseranda* Moreti prior: acute; ut libro primo monuimus. *D. Heins.*

45 *Eunuchi jugulum primus*] Quis ille Eunuchus fuerit nobis quidem juxta eam aliis liquidum est, qui nesciunt. *Barth.*

46 *Exemplo tue*] Quod tu tibi confeciisti. Epitaphium militis Batavi: 'Exemplo mihi sum primus qui talia gessi.' *Idem.*

Exemplo non feriere] Ait Eutropium, qui multis caput abstulit, non idem adepturum; eique vitam fore supplicio. Ovid. 'tantummodo vita relicta est, Præbeat ut sensum materiemque malis.' *Claver.*

47 *Vive pudor fastis*] *Fastis* Scipio Gentilis contra auctoritatem librorum veterum. *D. Heins.*

Vive pudor fastis] Conius in æternum pudeat ipsos Deos. Sic in Opere: 'Proh cæli terræque pudor, trabeata per urbes Ostentatur anus.' *Barth.*

49 *Direptas opes*] Exules et capitali judicio damnati bona amittebant; quibus si postea fama restituebatur, bona sua, aut parentibus, ut plurimum redibant. *Claver.*

Natus habebit] Patres enim Principum nominabantur Patritii, cujus titulum miro ingenio Eunuchus infelici exprobat. Jocatur ergo non esse cur fleat Eutropias; bonis enim succedere Imperatorem, cui ipse, ut Patritius, Pater sit: potius illi de tam glorioso successore latandum, minime interim mortalitatis ordine turbato, arguitur. Parentes Imperatorum dici Patritios clarum de vs. 4. Instiuit. 'quibus modis patria potestas solvatur.' *Barth.*

51 *Pulsas astra querolis*] Papinius, lib. v. *Silvar. ult. Idem.*

52 *Cypri littere*] Ideo in longinquam Cyprum sepositum Eunuchum, ut nullo negotio interfici posset, existimo.

Parta quies] Velut emerito. Scite illudit homini semihomini. *Barth.*

54 *Terris tutius æquor erat*] Terra prim. Vatic. in nonnullis *erit*. *D. Heins.*

55 *Jaculis et arcu*] Muliebri armatura, qualem dedit ipsi ritu Amazonum supra lib. i. *Barth.*

57 *Dilecto carui*] *Majima Dilectusque caret. æquor erat*, non *erit*, scripti paulo ante. *D. Heins.*

Dilecto Senatus] Lib. i. vs. 472. *Barth.*

59 *Togam*] Togæ et matronæ vestiebantur; Eunuchus eam gestaverat ut femina; cum summæ dignitatis, ut matrona. *Idem.*

60 *Ingenium*] Redi ad ingenium tuum; natus enim es ad Venerea et lenonia opera: de quibus latè superiori libro. *Idem.*

63 *Insula læta choris*] *Nata Regna* Cypridis in Cypro. *Læta Choris*, gaudens, hilaris, delectata iis immensum. *Idem.*

68 *Fallere*] Dolis et astutiis subdere amatoribus monastrosia. *Consiliare* enim summa Eunuchi lenonis doctrina et profectio. *Idem.*

69 *Te mergere venti*] *Demergere* quintus Vaticanus. *D. Heins.*

70 *Gildonis nuper qui tenuere fugam*] *Fidem* Patavinus. *Gildoni* etiam unus Mediceus. Forte: *Gildoni nuper qui renuere fidem*. A. Sabinus responsione ad Ovidianam Penelopen: 'Neo tandem Danaï tanto renuere labori.' Gratius: 'Si renuit cunctos, et mater adultera non est.' Noster bello Gild. vs. 268. ex veteri codice, 'renuit sic Graia Philippus Oppida.' Vulgata tamen lectio temere non est sollicitanda. *Idem.*

71 *Memoratur*] Nomen habet et famam. Martialis: 'Sæpius in libro memoratur Persius uno.' *Barth.*

73 *Delphina*] Ut vates Arion. *Idem.*

XX.

IN EUTROPIUM LIB. II.

1 *Mygdoni*] Phrygiam videlicet omnem fere tum depopulatus erat Targibius, uti noster appellat, quem Tribigildum Zosimus.

Cineres] Reliquis, velut omnis esset combusta.

Eoi Regni] Partis Arcadii, quam non semel sic appellat et alibi. *Barth.*

2 *Certe non augure falso*] *Certa.* Sic apud Statium Sylv. libro v. Pietate Abascanti sub finem, 'certæ jurant in vota sorores:' ubi pari modo peccatur; ut et eadem Ecloga, illo versu: 'Ille etiam certæ rupisset tempora vite.' Vide Gronovium Diatribæ c. 47. et pag. 415. *D. Heins.*

Certe non augure falso] Alit enim tum demum eos intelligere certitudinem monstrorum, cum jam eventum videant. *Barth.*

4 *Præsentia discitis*] Eventus enim proditor rerum! quasi diceret, malis ingruentibus initio esse obviandum, dum tonnes adhuc sunt. *Idem.*

5 *Navita Corum Prospicit*] Consulit primus Med. et Palatinus. Val. Flacorus, lib. III. 'Ipse diem longe solisque cubilia Typhis Consulit, ipse ratem vento stellisque ministrat.' Apud Lucanum, lib. v. 'si murmura ponti Consulimus.' *D. Heins.*

6 *Prospicit*] Ante quam adsit, videt.

Tumida] Antequam erumpat in tempestatem. *Barth.*

7 *Am puppe*] Licet non toto navigio. *Idem.*

8 *Quid lacryma delicta levant*] Vel, Cum lacryma delicta luant; primus Vaticanus. *D. Heins.*

Lacryme delicta levant] Apud animam quidem dolentis levant, non tamen noxam datam emendant. Ovi-

dian, iv. Tristium: 'est quædam fere voluptas, Expletur lacrymalis erigiturque dolor.'

Stant] Eois partibus maculam hanc perpetuam adsignat, ut tollat saltem Occidentalibus, in gratiam Stilichonis sui. *Barth.*

11 *Deterum maculas*] Infamiam.

Veteri post obruta morbo Viscera] Mature subveniendum malo præcipit, a morbo serpente. *Barth.*

12 *Paonias herbas*] Medicas. *Idem.*

Admoceris herbas] Artes Isingrin. et Junianus cum Pricæano: rectius. *D. Heins.*

14 *Leviore manu*] Tactu parcate, ut loquitur Serenus, cap. 6. 'Leni manu,' ut Augustinus.

Ferro sanantur et igni] 'Violenta enim mala violenta etiam quærent remedia,' ut loquitur Corn. Celsus. Ovid. 1. Metamorph. 'immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.' *Barth.*

15 *Ne coëat frustra*] Docet non esse levi manu tangendum ulcus, ne doceat supra cicatricem, et pes virusque servet in medullis suis, mox erupturam in perniciem laborantis. Coire autem vulnus dicitur quod externis supremisque labris jungitur, intus servat putredinem. *Idem.*

Ne necet frustra] Omnino adsestior Cl. Barthio coënt legentis vel sine libris. Ovid. 'Vulnera non agites, si qua coïre vellis.' Propert. 'Vulneraque ad sanum nunc coïre mea:' atque ita medici veteres passim. Quod idem *irruptura pro eruptura* contendit reponi debere, non accedo ejus sententia. *D. Heins.*

16 *Funditus humor Defluit*] Ut ex

fundamentis usque imis fluctibus finem faciat, exhausto noxio et corrupto humore. *Barth.*

17 *Vacuis*] Vacuatis sanguine infecto. *Idem.*

18 *Arescat fons ille mali*] *Exundet* prim. ac tert. Vatican. et sex alii. Scribo *Exundet*: *exuberare* sic in Apone dixit. Virgil. 'exundet inutilis humor.' Gratinus: 'ut omne Exundet vitium subeatque latentibus ultro Quæ facta est medicina malis:' sic malo, quam *Exudent*. Sequenti versu *degere* pro *vivere* idem prim. Vatic. et tres ex nostris: etiam probe. Malim et *secre*: nam prima ed. *secre*; de quo videantur quæ notamus ad Epist. Hyperminestram Nasonianæ, vs. 64. *D. Heins.*

Fons mali] Scaturigo, subjiciens sese semper. *Barth.*

20 *Aulam*] Imperium Orientale. *Idem.*

23 *Lustrare valebit Oceanus*] Etiam si, ait, omnem maris universi undam insumatis, non poteritis eluere hoc tantum dedecus. *Idem.*

23 *Dihæret*] 'Arr] *delinet*. Supra: 'immotis hæere piacula fatis.'

24 *Mugitus ab axe*] *Ab alto* primæ edd. Gyrald. et unus ex nostris: vere. Altum enim quicquid profundum: septem alii *infernas*; ut cum *cavernis* construat: et id admiserim. *D. Heins.*

Mugitus ab axe Redditus inferno] Tales mugitus fingunt prodigia rerum infellicissimarum. *Barth.*

25 *Rabies arcana cavernas Vibrat*] Ventos occultos intelligit; unde terræ motus. *Idem.*

30 *Instabilem rursus*] Nam a transitu Argonautarum constiterant. *Idem.*

32 *Tradi populos*] Ut Furiarum sit regnum in Mundo. *Idem.*

33 *Mulciber ignes Sparserat*] Ignium prodigia frequentissima. Nota fulgura, tonitrua, faces, Solis, Lunæ, labores, lapsus siderum, &c. quæ hic comprehenduntur paucissimis verbis. *Id.*

34 *Victo proruperat obpice Nereus*

Lucens, victa: prim. Vatic. et *Mazar.* cum Oisellano *victa*: quod sequor. Gyrald. *rapta*. Aldus et scripti nonnulli *rapto*, quinque *rupte*: pro *Mulciber*, *Lucens*. *Mulcifer*, ut sæpe in vetustis libris scribitur, a mulcando ferro: sequenti versu *Hæc flagrant, hæc, non hinc*, scripti: bene. *D. Heins.* *Nereus*] Exundationes, portenta mala. *Barth.*

35 *Numina penam*] Occultat rerum semina Deus (ait Plin. in Paneg.) et plerumque bonorum malorumque causæ sub diversa specie latent: ac teste Lucretio: 'Res humanas vis abdita quædam Obterit.' *Claver.*

37 *Incumbens tridenti*] Ut impellas in totas illas terras vim tuorum fluctuum. *Barth.*

39 *Urbem*] Satis equidem inclementer, ne dicam quid amplius. Sane Romæ veteris perpetuus et exquisitus amator non potuit amare hanc Novam, quæ crescere nequit sine alterius decremento. *Idem.*

40 *Omnia tempus*] *Omnia* nonnulli, et sequenti versu *discolor* pro *decolor*. *D. Heins.*

Tempus enim] Non enim habuerunt ab initio mundi tale, ut videri vult. *Barth.*

41 *Decolor imber*] Sanguine. *Idem.*

42 *Disona partu Semina*] Transpositio est verborum ob versum. Nam dicendum erat seminibus incongrui partus. Sic alibi: 'Lætitie causas ignorat dicere milles.' Cum velit perhibere, *dicere militem ignorare sese illos*. *Idem.*

45 *Sine more*] Præter usum communem. *Idem.*

46 *Pectora fatidici*] *Terrifici* exarati fere omnes: idque recte. Statius, Theb. III. 'terrificique aberit dementia Phœbi:' *terrifici* etiam *cates* apud Virgil. *D. Heins.*

Ignescere Phœbi] Ardere in predicatione. *Barth.*

49 *Fatalem*] Ut nimirum ipsi etiam omni honore et felicitate velut exaccarentur. *Idem.*

50 *Omne futurum Despicitur*] Ab Epimethei quidem sobole, de cujus imprudentia infra hoc libro. Divina sunt hæc omnia. *Barth.*

54 *Tot signa*] Auget periculum ad indicandam Ducum Arcadianorum socordiam. Omnia in laudem Stilichonis, quem adversus eos Duces in Orientem iter molitum scribit Zosimus: quod si conficere fuisset datum, haud dubio omnia melius successissent. *Idem.*

55 *Proh ævus*] Non vult nominare dedecus etiam virilitatis amissæ, sed inclamatione dolorem sedat, et tamen proponit. *Idem.*

57 *Hortantesque licet*] Hunc verum Barthius delendum censet; mihi aliter videtur. Constabit enim versui sua elegantia, si pro *licet*, quod minus concinne repetitur, corrigas, *simul. Hortantesque simul sponderent prospera Duci.* *D. Heins.*

61 *Senis infanti*] Tiberii. *Barth.*

66 *Advolvi genibus*] Vide corruptos jam tum mores in Romano homini abominabili submissione. *Idem.*

67 *Ambitus*] His enim beatos se fieri credebant. *Idem.*

68 *Præsidium legum*] Romani magistratus tutores legum.

Genitorque vocatur Principis] Utpote Patritius. *Barth.*

69 *Regia*] Familiam domumve Imperatoriam totam dicit. *Idem.*

70 *Posteritas, admitte*] Exclamatio in re velut incredibili.

Monumenta Dedecoris] Statuæ, effigies, picturæ. *Barth.*

71 *Dedecoris, multiæque gemunt*] *Mutiæque* alter Leid. Deinde *hæc nūct* non *hic* scripti potiores. *D. Heins.*

74 *Fulget eques*] Equestres quoque status effeminato atque evirato homini datas multas intelligi vult: etiam in Curia consecratam imaginem, relictam scilicet in seriem Trabestarum, quibus familiæ consulares erant conspicuæ. Notandæ autem effigies datæ ad habitum magistratus quo functus aliquis. *Barth.*

76 *Cunctas hoc ore laborant*] Non hæc ora scripti: prim. Vatic. *Instaurare* vel *Increscere*: ut fortasse scribendum sit; *cunctis hæc ora laborant Instaurare viis.* Mox *tuta* pro *pura* Patav. *pulchra* unus Med. et *considerare* pro *consistere*; quomodo et Rottendorph. Mox *subtus* pro *subter* tres alii. *D. Heins.*

78 *Certaque*] Ne relabimini, ait, in tale aliquod iterum facinus, aut ne negetis aliquando hanc vestram insaniam. *Barth.*

79 *Subter*] In basi statuæ, ubi inscribebantur personarum iis titulis honoratarum laudes. *Idem.*

80 *Claro quod nobilis ortu*] Vlr puta illustris natalibus, aut tale quid; nam ad obscurandam generis et peregrinitatis obscuritatem hæc maxime affectasse Entropium clarissimum est: itaque et inusitatioris titulos accessisse memorat Claudianus. *Idem.*

81 *Cum vivant domini*] Supra in præfatione dominos Entropii superstitis dignitati ejus, dejectum certatim in servitutem vindicare voluisse asserit, et dedita opera libro primo infinitos eos descripsit. Quam indigna autem res natales hominis publicis monumentis laudari, ejus domini vivant adhuc et supersint! *Idem.*

Cum vivant domini] *Conciva domini*, Entropius, quem Dn. Arcadius mensæ honore dignatus sit; qui summus honor ac præcipuus apud Cartium: unde et Lat. Pacatus: 'Ille mensa beatus, ille osculo consecratus est.' *Claver.*

Cum vivant domini] Hæc et sequentia inquinatissima erant. Veram lectionem ex scriptis libris deprehendit Cl. Gronovius in Observationibus, et post illum Barthius curis posterioribus: cui emendationi castigatioris membranæ adstipulantur. Frustra Claverius *Conciva et domini*: quod secutus tamen Raphelengius. *D. Heins.*

82 *Et patitur miles*] Quid enim tot numeris, tot legionibus magis adversum et indignius dici poterit, quam

Eunuchum solum omnia praelia implere, vacante opera tot fortissimorum et ducum et militum? *Barth.*

Miles] Pauci, quos amavit Mars, id nominis consecuti sunt. Inde Imperator ille commilitones dixit, quia et miles haberi voluit; multi enim duces, pauci milites. Hanc sane Rex in Europa maximus appellationem non renuebat olim, nec sine exemplo. Exstat enim vetus Romæ inscriptio, Stll. V. C. et inlastris, militis et magistri utriusque militiae. *Claver.*

Tertius urbis Conditor] Summus honos, summus titulus, adscriptus apud Urbem Romam paucis omnino, et Camillo præcipue, ut supra dictum. Iste autem ævo Barbaris et Græcis Hellespanticisque adulationibus priscam disciplinam frangentibus, non adeo alte situs, quin capi potnerit non paucis. Dabatur autem instauratoribus iste honos etiam ab aliis urbibus. *Barth.*

83 Byzus] Unus e nobilissimis Heroibus præci ævi, Conditor Byzantii, cum ejus oppidi Ligos ante nomen foret. *Idem.*

84 Producere comes In lucem] Luxuria prisca, et omnibus seculis continua. Sic Acerra apud Martialem, l. i. Epigr. 88. 'Hesterno fœtere mero qui credit Acerram Fallitur; in lucem semper Acerra bibit.' *Idem.*

85 Fœtere mero] Hesterno.

Plautum Empturus] Favorem vulgarem, quem hoc pacto nunquam ambuisse Heroem suum Stilichonem Claudianus alibi sæpius testatur. *Barth.*

87 Alicui prodigus auri] Servus enim nihil tale poterat possidere, et involverat hereditatem Rufini, ad ipsum nihil pertinentem. *Idem.*

88 At soror et uxor] Una eademque mulier. Uxorem autem, aut pro ea, eam habuit Eunuchus, vel ad dissimulandam suam infelicitatem, vel et ob libidinem Eunuchis familiarem, qui intentissimi dicuntur amatores mulierum, adeo ut in sacris etiam litteris summum sed cassum desiderium com-

paretur Spodoni virginem complexenti. Et Martialis scortum suo ævo nobile Eunuchos aluisse, quibus turpia exerceret sine metu partus asserat. *Idem.*

90 Vota] Honores votivos. Ex usu seculi. *Idem.*

91 Summa de re] Statu Imperii et Reipublicæ. Virgil. xi. 'Ante equidem summa de re statuisse, Latini, Et vellem, et fuerat melius.' *Idem.*

92 Huic curas et clausa palatia mandat] Huic ceras pro diversa lectione primus Vaticanus. *D. Heins.*

93 Cui stabulum vacuumque domum] Viduamque Delrii codex et sex ex nostris. Ovid. Ep. Deianiræ: 'Ipsa domo vidua votis operata pœdicia Torqueor.' Statius, Achill. ii. 'dilecta ad mœnia vultus Declinat viduamque domum.' Apud Virgilium tamen: 'Sola domo mœret vacua, stratisque relictis Incubat.' *Idem.*

Magna tueri Regna nihilo] Vanitas, ait, in ambitione etiam summorum Imperiorum est, quæ nullo negotio etiam a vilissimis hominibus gubernantur. *Barth.*

97 Jamque iter in gremio pacis] E gremio prim. Vaticanus: etiam Ose-lianus a manu prima. De gremio pacis vide hoc loco Barthium. *D. Heins.*

Iter in gremio pacis] Altissima quiete. Nam pro secreta profunditate gremium dicunt scriptores. *Barth.*

98 Ancyra] Urbs Constantinopoli remota millia passuum cclxxx. et quod excurrit. Eo traducere solenni itinere pompam suam solitum inenante vere, ut scilicet sese magnum faceret, scribit noster. *Idem.*

99 Pelagi] In cujus capite sita Constantinopolis. *Idem.*

100 Discursibus ætas] Non ætas vere scripti meliores: sequenti verum pro laude iidem mole: quomodo legendum in Observationibus jam monuit Gronovius. Val. Flaccus, l. v. 'Cernis, ait, Colchos, magna quæ mole petamus?' Stat. Theb. vii. 'Librabat magna venturam mole cupressum.'

Silius, lib. v. 'magna vexillum mole ferebat.' Seneca *Œdipo*: 'Magnum esse, magna mole quod petitur, scias.' Lib. II. in *Stilich*. 'Quid fugis et spernis, tanta quem mole tueris?' *Epist.* ad *Hadrianum*: 'Quid tanta dignaris mole clientem?' Sic enim cum membranis legendum. *Statius*, *Theb.* VI. 'quid enim hac opus, hei mihi, lethi Mole fuit?' *D. Heins.*

103 *Ab usque Gelonia*] Martis cultum in iis gentibus vide apud *Jornandem Gothicis*, cap. 5. *Barth.*

105 *Alteque sonoro*] *Alteque*. *D. Heins.*

107 *Famineasque togas*] Notavi supra, Sic I. v. vs. 266. *Barth.*

108 *Subrisit crudele*] Vide ad *Papium*, I. VIII. vs. 481. *Idem.*

Tristisque uicantem] *Cristisque* vere libri meliores, et *Quassabat* non *quassavit*: prior *Moreti Concussit*; ut apud *Ovid.* 'Concitiens illustre caput,' de *Phæbo*. *D. Heins.*

110 *Sanguine sordida vestem*] Cruenta virtus usque *Martis*. *Barth.*

111 *Illyricis*] Quas *Gothi* dabant: Eos vero a *Rufino* et *Eutropio* fotos et instigatos cladiibus *Romanæ Rei* videri vult *Claudianus*. *Idem.*

Stragibus hydros] Non cladiibus iidem scripti: pro *pectebat* unus *Ampros*, *pasebat*: prim. *Vat.* et *Oisel*. *spectabat*; forte *pezabat*: pro *alloquitur* *Mazarin*. *aggreditur*; placet: infra, 'Tandem *Targibilum* aggreditur,' pro, *alloquitur*: sic et alibi. *D. Heins.*

113 *Rigescens*] In serietatem virilem. *Barth.*

115 *Pallet Orontes*] Sic et scripti: malim nihilominus *squellet*. Vide *Consulatū Olybrii*, vs. 212. infra: 'Vastior expulsi *Oriens* aquallebit aratri.' *D. Heins.*

119 *Obocannum facinus*] Male ominosum, dirum.

Crinibus ora Protegis] Pudore tam turpium facinorum. Nam *Deos ipsos* pudere talium arbitrabantur. *Barth.*

120 *Protegis en quales*] Scriptos se-

quimur; vulgo *heu quales*. *Diffundat* quoque pro *diffundit* unus *Petav*. *diffundit* in artus nonnulli: mox pro *partibus Hesperis* tertius *Vaticanus* *partibus*. *D. Heins.*

121 *Otia ferri*] Per quæ cessaverunt admoneri aui. *Barth.*

125 *Vestigia juris*] *Consulatū Olybrii*, vs. 6. *fastigia* videri legendum monuimus. vide quæ illic notamus. *Idem.*

Juris] Imperii, et Majestatis *Romanorum*. *Barth.*

127 *Turpe relegasset*] Non igitur admissus est *Consulatui* apud *Romanos* *Romanam Eutropius*. *Idem.*

Defenso a Tibride nomen] Tò a non agnoscunt libri plerique: agnoscit prim. et tert. *Vat.* *D. Heins.*

129 *Portum*] Tutum refugium. Vide ad II. *Stilichon*. I. in *Rufinum*, vs. 267. *Barth.*

Pulcata referret] *Referrent* *Oxon*. elegantius: mox omnes scripti *fastos* pro *fauces*. *D. Heins.*

130 *Majestas Latii*] Imperii *Romani* auctoritas. *Barth.*

133 *Quam similes hæc aula viros*] *Abruptus* sermo, ut *iracondiam ipsa* narratione concitantis. *Idem.*

Quam similes hæc aula viros] *Livineius* et *Barthius* curis posterioribus, *habet aula*; sed *perperam*. *Lucan*. lib. VIII. 'O superi, Nilvane et barbara *Memphis* Hos animos?' *òd* *habet* subintelligitur: horum et plenus *Statius*. Mox *nam* pro *non* bis legendum cum libris melioribus. *D. Heins.*

136 *Graiosque Quirites*] In *Graiorum* voce latet *Sarcasmus*: notæ enim *transmarinæ* officinæ, contentibiles *Quiritibus* prisciis. Per contumeliam ergo *Graios Quirites*, non *Romanos*, dixit. *Barth.*

Quirites] *Cæsar* hoc uno vocabulo militum animos depressit vel excitavit. *Lucan*. 'Tradite vestra viris ignavi signa *Quirites*.' *Claver*.

138 *Nulla virilem*] Hæc vera lectio: quod et *Raphelengius* vidit: et sic

quinque ex nostris. Val. Flaccus, l. v. 'patrias placidas reminiscere terras.' Vulgo *virilis sexum. Viriles* prim. Vatican. D. Heins.

140 *Cinctus nepotum*] A Romulo, qui Pater perhibebatur populi Procerumque Romanorum. Barth.

145 *Tartaream, Bellona, tubam*] Huic enim numini furor bellicus, et in eum præcipitatio adscribebatur, itaque et furentes percussique animis sacra ejus mystæ obibant.

Stringere falcem] Gladium. In Gladiis autem magna veterum religio. Barth.

146 *Qua populos a stirpe metas*] Sic sex libri, cum primo tertioque Vaticanis: adeantur quæ notamus iv. Cons. Honorii, vers. 466. vulgo *metis*, alii *meos*. Mox *Macetum* pro *Macedum* iidem libri: vere. Paulo post *gentes repulcas* non *sepultas* prim. et tert. Vatican. D. Heins.

147 *Macedum*] Scribe *Macetum*. *Mauveria* enim Macedonia, non *Macedia*. Vide notata ad ii. Rufin. vs. 279. Barth.

148 *Gentes sepultas*] Ex nugis Poëtarum, qui Martem continne belligeri apud Thracas et id genus barbaros fingebant. Innuvit vero et clades iis locis a Gothis longo tum tempore illatas. *Idem*.

152 *Excito turbine*] Forte *excito*: ut infra: 'excitis iter irremeabile signis Arripit.' Bello Getico: 'aliasque excita per Alpes Cimbrica tempestas.' D. eins.

Turbine] Tempestate bellica, ut alibi loquitur. Barth.

153 *Mixtisque Gothunnis*] Recte vero mixtis, ab Gothis nimirum et Hunnis; cum hos tamen illi mirum in modum exsecrantur. *Idem*.

Gothunnis] *Grothungis*: dictum iv. Cons. Hon. vs. 623. D. Heins.

155 *Ad mores facilis natura reverti*] Horatius, i. Epist. x. 'Naturam expellas furca, tamen usque recurret.' Barth.

156 *Sic eat*] Scriptos hic secuti sumus: vidit et veram lectionem Barthius: vulgo *erat*. Lucan. lib. ii. 'Sic eat: immites Romana piacula Divi Plena ferant.' Et lib. v. 'Sic eat, o Superi, quando pietasque pudorque Destituunt.' Noster bello Getico: 'Sic eat: hortatusque snos belloque viaque instruit.' Ita vetus liber: vulgo *Sic est*. Statius Epiced. in Filium: 'Verum eat: absumptæ vires, et copia fandi Nulla mihi' sic legendum: *verum* pro *sed*; vulgo *verum erat*. D. Heins.

158 *Arctous adorna*] Gothus insessor Provinciæ Romanæ. Barth.

161 *Percutit æthera nimbo*] Lucana. Gyrald. et prim. Vatic. cum Oisellano, ac Vaticanæ bibliothecæ tertio codice, *ægida*: eleganter; de Jovis ægide plena Græcorum poëtarum scripta: tres libri *ætra*; et *percutit* prior Moreti. D. Heins.

164 *Mirantibus extulit undis*] Ita scripti plerique, non *excitis*. Sic 'elatis cornibus amnes' apud Val. Flaccum, l. i. noster vi. Cons. Hon. 'ille caput placidis sublime fluentis Extulit.' Ovid. v. Met. 'Tum caput Eleis Alpheias extulit undis.' Silius v. 'Ut cum turbatis placidum caput extulit undis Neptunus.' Val. Flaccus, lib. i. 'trifida Neptunus in hasta Cæruleum fundo caput extulit.' *Idem*.

165 *Timor alligat*] Qui quodam velut vinculo rigoris constringit membra, animo torpente metu. Barth.

166 *Hastam*] Alludit ad morem indicendi belli, quo tortam hastam jaciebant in fines hostium, infestam eorum terram hoc modo facientes. Hastam vero ab Imperatore ipso finibus hostilibus intorquendam servabant Romani in templo Bellonæ. *Idem*.

167 *Jaculabile*] Ausonius: 'Nec præter dominum vibrabilis ornus Achillei.'

169 *Contenta*] Non interrupto impetu. Barth.

170 *Affligitur oris*] *Affligitur* quatuor scripti: et pro *oris*, *eris* meliores. omnes. Ovid. Met. XII. 'Cycnum Vi multa vertit terræque afflixit Achilles:' sic enim cum membranis legendum. 'Sævo afflicto saxo' Silio, lib. XI. Idem lib. X. 'Jamque reluctantes stridens immane procellas Per longum tulit ad campi supremam, cavisque Afflictos ripas tumidum demersit in amnem.' Male *procella* in vulgatis exemplaribus. D. Heins.

172 *Inhorruit unda*] *Urna* scripti complures: bene; dictum Cons. Olybrii. Idem.

176 *Tandem Targibihum*] Libri meliores *Trabighum*: alii *Tarbigihum*, quos inter primus Vaticanus: quidam *Turbigihum*, atque ita porro. Lego, *Trigibihum*. *Τραβιγυλδης* enim Zosimo, Socrati, aliisque. Pro *Geticæ dux improbus aulæ*, Vir Cl. Albertus Rubenius *alæ*: non dubitandum; manifeste æmulatus est illa Statiana Theb. X. 'Ecce et Dircæ juxta dux improbus *alæ* Venerat Amphion.' Sylvar. IV. ad Maximum Junium: 'Signa frænate moderatus *alæ*.' Idem.

Targibihum] Tribigildi nomen obversum ita concinnasse existimo. Barth.

180 *Scythicum pectus*] Gothos Scythias annumerat. Idem.

181 *Simulata conjugis offert*] *Simulato* quatuor libri: *mentita* primus Vaticanus pro diversa lectione: mox *incedens* pro *incedit* Gyrالد. Lucena. et Lovan. alii, *incendia*: corrupte. D. Heins.

182 *Ferox barbara*] Barbara natura, ferox indignatione. Gothos mulieribus Reges Reginis deditos in Alarici exemplo Bello Getico docet Claudianus. Barth.

185 *Mitra*] Muliebri ornamento tegumentoque capitis. Idem.

Redeunte capillum] Gyrالدinus *redimente*: bene; sic *Copa* in Catalectia 'Graia redimita mitella.' Ovid. Fast. III. cum scriptis: 'Illa levi mi-

tra canos redimita capillos.' Pro *strinxerat* sex codices *struxerat*: quomodo apud Prudent. Psychom. 'Turritum tortis caput accumularat in altum Crinibus, exstructos augeter ut addita cirros Congeries, celsumque apicem frons ardua ferret.' Pari modo D. Hieronymus ad Demetriadem, 'alienis capillis turritum verticem struere:' hanc ritum alii jam observant. Paulo post pro *Infunditque animo*, malim *diffunditque*. Pro *jungere remisso* cave admittas Barthianum *marito*. D. Heins.

188 *Infunditque animo virus per ocula*] Ut Capido, *Æneid.* I. Barth.

190 *Rabiem motura*] Barbaram iracundiam. Idem.

192 *Tempore gaudis*] Thuan. *prodit*: nihilo deterius. D. Heins.

200 *Quibus Argivæ*] Exemplum respicit Alarici, de cujus conjuge hæc omnia commemorat non semel alibi noster. Barth.

201 *Et quæ meruerit Lacanus*] *Sibi quæ* duo veteres: mox forte a manu Claudiani: 'Quem refugit patrie ritus.' D. Heins.

202 *Totum qui degener exiit Istrum*] Scythicam bellicositatem. Dicas morem Istri accolarum innuisse, per eum fluvium summa et inter neciva hostibus vota concipere solitorum. Barth.

206 *Quam dominus repto*] Locutio correpta: *potius* enim est omissum, quod ad integrum sermonem opus erat. Valerius Flaccus, lib. VII. 'ocumbere tandem Possumus, idque sedet, quam non quæcunque subire Patris jussa tui.' Idem.

207 *Prætentis vittis*] Male vulgo *pertentis*. Gyrالد. et tres alii, *Prætentis*. D. Heins.

209 *Cum tela gerat*] Lucanus: 'arma tenenti Omnia dat qui justa negat.'

Flebis inultus] Exprobratio animi mollis. Horatius: 'Inultus et flebo puer.' Barth.

210 *Custodibus urbes*] *Arces Patav.* et *Pat. Regias ades.* Quippe metu *paræ* malit Barthius, quam *metus.* D. Heins.

214 *Ditatur*] *Fœdistragi* ac *perduelles* illis temporibus ditabantur, hisque præsto erat *venia.* Lucan. 'Quicquid multis peccatur inultum est.' *Claver.*

Vastator Achivæ Gentis] Alaricum dicit. *Barth.*

215 *Epirum super populatus inultam*] *Adulterum* Rottendorphianus et tres alii: *opimam* tert. Vatic. et pro diversa lectione *Puteanens.* Sic 'opimam et fertilem Asiam' dixit Cicero. Apposite *Maro, Æn. i.* 'genitor tum *Belus* opimam Vastabat *Cyprum.*' Apud Horatium: '*Harissæ* campus opimæ.' Emenda Senecam *Phœnissis*, quas *Thyesten* perperam inscripsere, vs. 54. 'Opulenta ferro regna germani petant. Pars magna opimo patris e regno mea est, Pater ipse:' qui versus homines eruditos valde exercuit; cum hæcenus legatur: *Pars magna patris opimo e regno mea est.* D. Heins.

216 *Prasidet Illyricum*] Hæc vera lectio, quam *Lucens.* *Regius, Oxon.* prim. Vatic. et tres alii agnoscunt *Illyricum* enim absolute dicitur. Sic bello *Get.* 'At nunc *Illyrici* postquam mihi tradita jura.' Lib. i. de laud. *Stilich.* 'Illyricum petere.' *Claverius, Raphaelengius*, et quinque scripti *Prasidet Illyricis.* Sed tum *Illyris* legendum. *Propert.* 'Dic alias iterum naviget *Illyrias.*' Cæteri *Prasidet Illyricos.* Vulgo, *Possidet Illyricos.* Idem.

Prasidet Illyricis] Hæc enim provincie assignatæ erant *Alarico.* Ipse loquitur, bello *Getico*, vs. 545. 'nunc, *Illyrici* postquam mihi tradita jura, Meque suum fecere ducem, tot tela, tot enses, Tot galeas, multo *Thracum* sudore paravi.' *Barth.*

221 *Respicias*] *Mazarin.* *Despicias.* D. Heins.

222 *Bella dabunt socies*] Sane vero, modo *Dux* sit, militum et sociorum consuet copia, velut servi ad pileum. *Barth.*

228 *Si contra*] Id est, ex adverso. *Virgil.* '*Venus aurea contra.*' *Claudian* mens: Non te ita monerem, si tibi conflegendum esset cum viris. *Pati* hoc loco est, experiri. *Claver.*

Si contra paterere utras] Vel rapere primus *Vaticanus.* D. Heins.

226 *Barbarica*] Dignæ te et majoribus tuis, dignæ gente tua. *Barth.*

228 *Prædaque repletus*] Prim. Vatic. *repleri* Cum *libeat.* Rottendorph. *repletus.* Puto *refertus.* D. Heins.

229 *Cum libeat, Romanus eris*] Omnino vere hæc et ex usu temporum istorum loquitur hæc *Paria.* *Barth.*

231 *Infernis tenebris*] *Stygiis.* Idem.

234 *Rigida sedere comæ*] Quæ metu et stupore surrexerant. *Virgilius:* 'Obstupui, steteruntque comæ, et vox faucibus hæsit.' Idem.

235 *Invitatque sequi*] Prim. Vatic. et *Lucens.* *Irritatque.* D. Heins.

238 *Pars Phrygiæ*] Ita scripti omnes. Frustra *Raphaelengius Phrygiam*, ex viri maximi conjectura. Post ræ proximæ distinguendum, quod illum fefellit: nec opus *Bithyno* aut *Bithynis.* Paulo post pro *Quæ lava* *Delrius* et *Gronovius levat* jam legendum monuerunt: nec aliter potiores scripti. Vidit ex parte veram quoque scripturam *Barthius.* *Lande Serenæ:* 'primo levat æquore solem *India:* ta fessos exacta luce jugales *Proetus.*' Quomodo legendum, non *lavat:* locus corruptus magno *Casanbono* persuasit *Comment.* in *Persium*, ut proluere plus esse crederet, quam lavare: atqui proluere, leviter lavare. *Ovid.* in *Fast.* '*niveos Luna levavit equos.*' Male *lavavit* *Passeratius.* Idem.

240 *Quæ levat*] Loquitur partem *Phrygiæ* *Orienti* obversam. Est vero imperfectior hæc descriptio ob tum exstantes *Chorographicas* tabulas

minime accuratissimas. *Barth.*

247 *Thyni Thracæ erant*] Quæ nunc, ait, Bithynia nominatur, olim Thraciæ pars erat, Thynis, ejus populo, habitata. *Idem.*

Thyni Thracæ erant] *Arant* prim. Vatic. et quinque alii: optime. Virgilius *Æneidos* tertio: 'Terra procul vastis colitur Mavortia campis (Thracæ arant) acri quondam regnata Lycurgo.' Rufus Festus Avienus *Descriptione Orbis*: 'tunc ipsi maxima Thracæ Vomere sollicitant curvo loca.' Stat. *Theb.* v. 'Thracæ arant contra: Thracum fatalia nobis Litora.' Priscianus *Periegesi*: 'Thracæ arant post hos, latissima rura tenentes.' Lucan. lib. iv. 'Qua nudi Garamantes arant.' Silius, lib. iv. 'Huic cedit infelix niveis Varenus in armis, Mevanas Varenus, arat cui divitis uber Campi Fulginea:.' sic ex optimo libro legendum. *Mevanas*, at *Arpinas*, *Priveras*, *Fidenas*, *Capeñas*, similia. 'Altinates genestas' habes apud Gratium. 'Fulginas municipium' et 'Fulginas præfectura' Ciceroni in *Oratione* pro L. Varenus apud Priscianum. *D. Heins.*

251 *Dat cuncta vetustas Principium Phrygius*] Veritatis quidem ignara, et a diluvio. *Barth.*

252 *Nec Rex Ægyptius ultra Restitit*] Vide *Historiam* sive *Fabulam* apud Herodotum, libro ii. *Idem.*

Nec rex Ægyptius] Vide apud Herodotum nobilem contentionem Psammetichi regis Ægypti cum Phryge: utra lingua aut natio esset prior aut antiquior. *Claver.*

253 *Uberis capera*] *Iddis* Lacensis. latet aliquid. *D. Heins.*

254 *Hic cecidit Libycis*] *Lycius* Claverius ex veteri libro: sed puto Cojaci conjecturam esse, nostri enim omnes in contraria eunt: nulla opus mutatione, si de Tritoniaca palude intelligatur. Silius, lib. ix. 'Et Palas Libycis Tritonides edita lymphis.' Lucan. lib. ix. 'stagnique quieta Vul-

tus vidit aqua, posnitque in margine plantas, Et se dilecta Tritonida dixit ab unda:.' pro *cecidit*, *Libyensis cecidit*: et sic Isingrin. et Florent. 8. Marci; quod omnem difficultatem tollit. Pro *umbra*, *unda* prior Moreti, et redderet. *Idem.*

Hic cecidit Libycis jactata pulvis] *Fabula* est de Minerva recens, inventam tibiam inflante, quæ cum in umbra aut fluvio infatarum malorum timorem vidisset, projecit fistulam, quam inventientes pastorum quidam, didicere modulamina. *Barth.*

255 *Fedatam cum reddidit umbra Minervam*] *Bocci* tumentibus. *Fabula* exstat apud Ovid. *Idem.*

258 *Pelle*] Miserrimus ille cantorum. Versus expressus de Statii libro iv. 'Illustris Satyro pendente Celænas.' *Idem.*

259 *Quatuor hic*] Imo *hinc* cum *Lacensi* et duobus aliis. *D. Heins.*

261 *Toties lacere*] Cum unus ejus tactus potuisset eas aureas tætas facere.

263 *Sangarium Galli*] Martianus Capella, vi. 35. 'Bithynia initium Ponti est, et ab ortu Thraciæ adversa a Sangario flumine primos habitatores habet, qui fluvius alii fluvio, Gallo, miscetur, a quo Galli dicuntur ministri matris Denm.' *Barth.*

267 *Dum sans est, flexusque carens*] *Flexusque carens*, secundo casu, primus et tertius Vaticanus: venuste; etiam Oisellanus. Sic *egere* nunc secundum nunc quartum eadem regit. *D. Heins.*

269 *Quos inter aprica Planities*] Inter fluvia videlicet Phrygiæ, modo nominata. *Idem.*

271 *Vitibus, et glaucos fructus*] *Glaucæ* unus Ambros. concinnius; pro *fructus*, prior Leidensis et quartus Vaticanus *fructus*: eleganter; nam *fructus attollere* minus proprie dictum. Rufus Festus Avienus: 'Ipsa dehinc tellus, qua circumplectitur orbem, Et procerarum fructu vernat

palmarum.' Epist. ad Serenam : 'Fluctuat et glauca pinguis oliva coma.' Lib. II. de Rapt. 'Fluctuat hic densa crispata cacumine buxus.' Rutil. Itiner. 'Pineaque extremis fluctuat umbra fretia.' Seneca, Hercule Furienti : 'Nec adulta leni fluctuat Zephyro seges.' Sic et *undare* de arboribus poetæ. quomodo apud Maronem : 'Et iuvat undantem buxo spectare Cytorum.' D. Heins.

272 *Dives equis, felix pecorum*] *Equis* unus Ambros. *pecori* etiam scripti fere omnes. Oxon. Reg. primus Med. *pecoris*. *Lego Dives equi, felix pecoris*. nisi *mavis equum pro equorum* : ut in illo Virgiliano : 'Dives equum, dives pictal vestis et auri.' *Idem*.

Pretiosa picto Marmore] Phrygium marmor celebrat. Barth.

273 *Purpureis cedit cui Synnada venis*] *Synnada* pro *Synnas*, ut *Persida* pro *Persis*, et similia apud posterioris ævi scriptores : sed quis tam barbarum credat Claudianum ? Scripti quidam *Cui cedit*. *Lego cui cedant*. *Synnas* Latinis, Græcis τὰ Σύνναδα. Stephanus : Σύνναδα πόλις Ἰσχυρίας. Nec aliter Strabo et Ptolemæus. Cicero Catoni, Epist. Famil. libro xv. 'Biddum Laodiceæ fui, deinde Apamæ quadriduum, triduum Synnadis, totidem dies Philomeli.' Lib. III. Ep. 8. ad Appium : 'Non arbitrabar te genere isto legationum delectari. Idque me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis disputasse : et mox : 'Cum Apamæ, cum Laodiceæ, cum Synnadis, cum Philomeli, cum Iconii essem, quibus in oppidis omnibus commoratus sum : et postea : 'Iisdem diebus mens conventus erat Apamæ, Synnadis, Philomeli ; tuas Tarsi.' In Historia quoque Ecclesiastica Rufini scribendum est, *apud Synnada*, non *Synnadam* : in Eusebio est ἐν Σύνναδοις : apud Prudentium, lib. II. in Symmach. perperam vulgo *maculosaque Synna* pro *Synnas* legitur : mox *Geticis populatibus* recte

Raphelegius : scripti meliores confirmant. D. Heins.

279 *Partibus Ida*] *Rupibus* Isingr. Lucens. Gyrald. prim. et tert. Vatie. cum Oisiliano, recte : ut lib. III. de Rapt. 'quales nec rupibus Idæ Miratur Simois.' Thuan. *secundis rupibus*. *Idem*.

283 *Turris*] Turritam qua mythologia fingant matrem Deorum Poëtæ, habes apud Lucretium et Varronem, nobis alibi productos. Barth.

284 *Crinalis*] *Aptus crinibus*. Incessant usu hujus verbi Claudianum acuti Censores, velut trahentis aliquid de seculo. At non meminerunt Virgillii, scribentis lib. VII. 'Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.' *Idem*.

285 *Imo Fixa metu*] *Uno* scripti fere omnes. Bello Get. 'quos ante pares effecerat una Nube timor.' Statius, Theb. libro I. 'Et populus mors una venit.' Theb. VI. 'jam cæco pulvere mixti Una in nube latent.' Theb. VIII. 'Sic ubi per fluctus uno ratibus obruta somno Conticuit.' Theb. X. 'Una omnes eademque subit formido per annos : et ibidem : 'pariterque horrore sub uno Vox, acies, sanguisque perit.' Theb. XII. 'atque uno vultus pallore gelati.' D. Heins.

287 *Irata prefatur*] *Commota* libri meliores, et mox *grandæva* pro *longæva* : sic 'fera vulneribus commota ruit : et 'Commotæ glomerantur apes.' Lib. II. in Rufin. Laude Serenæ : 'cumque ipsa timeret Commotum Flaccilla virum.' *Idem*.

291 *Quantasque cadavera lenti Mæandri passura moras*] Fuit cum reponi debere arbitraret, *quantasque cadavere lentus Mæander passura moras*. *Idem*.

292 *Immobilis hæret Terminis*] Lucretius, lib. I. Virgilius, lib. IV. *Barthius*.

294 *Paret*] Hoc tam flebili funestoque omine. *Idem*.

Paret finitimis luctus] *Par* et Livi-

meius et tres ex nostris libris cum primo et quinto Vaticanis: optime. Alii *Paret finitimus*: sine sensu. *D. Heins.*

295 *Lydia*] *Lydas* enim *Bacchna*. *Barth.*

298 *Campi*] *Virgilius*: 'Et campos ubi Troja fuit.' *Idem.*

300 *Berecynthia*] *Vibius Sequester*: 'Berecynthus mons Phrygiæ, unde mater Deam Berecynthia.'

Berecynthia] Simillime alibi loquitur de Regibus a Stilichone subditis. Et de Gildone, l. Stilich. 361. 'Fracturamque reos humili sub iudice vultus.' *Barth.*

308 *Ad fontes*] *In fontes* recte unus *Ambros. parari* pro paranda. *D. Heins.*

309 *Nec duce, &c.*] Elegans allusio: alibi de Theodosio: 'Non hostes victore cadunt, sed iudice fontes Damnat voce reos.' *Claver.*

310 *Vasta velut Libya*] *Struthio*-camelum dicunt, avem nec nunc quidem rarissimam visu inter peregre advectas.

Vasta] *Ἀρπυῖδες ἡ μεγάλη* *Æliano* semper fere nominatur: ut, II. 27. *Barth.*

311 *Cureu transmittit arenas*] *Vide* *Ælianum*, IV. 37. *Idem.*

313 *Pulcrulenta volat*] *Per pulverem* videlicet, non tam volans quam currens; nititur enim pedibus. *Barthius.*

314 *Oblita fuga*] *Fugam* sex scripti: sic IV. Cons. *Honorii*: 'Nec tamen oblitus civem cedentibus atrox Partibus infremuit.' Bello Getico: 'Patros gens hæc oblita Trienes.' *D. Heins.*

315 *Ridendum caput*] *Semicalvum* scilicet et sine superciliis, sed et hæc ipso actu ridiculum. *Barth.*

316 *Quem non ipsa videt*] Sic scripti: male *Quæ* vulgo; credit se illi latere, quem ipsa non videt. Sic intelligendum suadet *Oppianus* IV. *Halient.* ubi *Sciænam* cum *Struthione* comparat. *καὴν δ' ἄρα δι' ἑρῶν ὁλορ* *Delph. et Var. Clas.*

φράσασθαι. κεφαλὴν δὲ κατακρήσασθαι καὶ δεσσε 'Ἐλπεται οὐχ ὁρώσα λαθεῖν ὁρώσας ἐφορμήν. Plura habes illic ad rem. Paulo ante *Oblita fugam* pro *fuga* quinque scripti; et *velata caput* non *revoluta* unus *Petavianus* cum duobus Vaticanis et *Pricæano*: inter frutices enim abascondit caput; quæ de re *Aristoteles*, hist. animal. *Plinius*, alii. *D. Heins.*

318 *Nota dulcedine præda*] *Nota* duo *Med.* cum *Palat.* et *sec. Vatic.* *Idem.*

319 *Servire*] *Servitutum* esse.

Nec grata timentum Munera] II. *Stilichon.* 149. 'scis nulla placere Munera, quæ metuens illis, quos spreverit, offert.' *Barth.*

320 *Prima cingula*] *Principem militiæ dignitatem.* Tam enim metu perditus erat *Eunuchas*, ut hosti offerret magisterium *Militum.* *Cingulum* jus militandi. Nisi malis, oblatum militare enclmen respuisse, contemptu *Eunuchi*: munera enim dantis merito censeri solent. Absentibus sane mittebatur etiam cingulum illustriæ dignitatis. *Claver.*

321 *Consule tali*] *Conferente*, et sub eo. *Barth.*

325 *Tandem consilium*] *Concilium* tres scripti cum *Claverio.* *Silius*: 'Concilium vocat augustum.' *Val. Flaccus*, lib. I. 'Æquoreos vocat ecce Deos *Neptunus* et ingens *Concilium*.' *Juvenal.* Satyr. IV. 'vocantur Ergo in concilium proceres:' sic legendum: mox addet, 'exire jubentur Concilio.' *Confusus* pro *confessus* *Palat.* sed male. *D. Heins.*

Tandem consilium] Sunt hæc a distinctione intricatiora. Scribe: *Tandem consilium, belli confessus agendi, Ad sua tecta vocat; juvenes venere protervi Lascivique senes. Confessus agendi belli,* ideo dixit, quia coactum et quasi condemnatum necessitate aggredi bellica consilia facit. Potest etiam facilius sententia fieri, si *rd consilium* *ἀντὶ κοινῶν* repetendum dicas, ut tam ad *confessionem* quam ad *convocationem*

Cland.

5 B

pertinet. *Barth.*

326 *Ad sua tecta vocat*] Non in aulam, non in Curiam, non in locum aliquem publica religione venerabilem. *Idem.*

327 *Quibus est insignis edendi Gloria*] Tale concilium ad convivium Domitiani habes in Satyr. iv. Juvenalis, in quod venit etiam, ' venter Montani abdomine tardus.' *Idem.*

Lascivique senes quibus est insignis edendi Gloria, corruptasque dapes variasse decorum] Quod autem *insignem edendi gloriam* in vituperio posuit, non caret egregio antiquitatis sensu. Nam *edaces* olim *Asinos* appellabant, ut abjectissimi animalis nomen indignissimis hominibus imponeretur. Quare *Erisichthon* ille voracitatis portentosa *καὶ θύρα* dicitur *Æliano*, lib. i. Var. hist. cap. 37. Justus Vultei interpres reddit, *asinus*. Hinc proverbium apud *Arist.* lib. iii. *Moral. ὅρος τῶν βουδύλων ἀμελεί*: *Asinus famelicus fustem contemnit.* *Dempster.*

328 *Corruptas*] Non ad pastum, sed ad ingluviem; non ad cibum, sed ad gulam. Corrupta enim in deliciis gula corrumpit hominem totum deliciis. *Barth.*

329 *Qui ventrem irritant pretio*] *Irritant* malim; ut apud *Siliam*, lib. x. ' *Poculaque Eoa luxum irritantia gemma.*' *Ausonius*, *Idyllio* v. ' *Nec nostros reticebo cibos, quos priscus habet mos; Irritamentum quibus additur æquoreum sal.*' *Seneca*, *Epist.* xxi. ' *Non irritant, inquam, hi horti famem, sed exstinguunt.*' *D. Heins.*

Ventrem] *Ingluviem*, voracitatem.

Ventrem irritant pretio] Nihil deglutientes nisi quod immanis sit pretii; non ad gustum, sed ad pretium epulas quærentes. *Prodigalitatem gulæ* describit, ut *Petronius*: ' *vendunt conchyliæ cœnas Ut renovent per damna famem.*' *Barth.*

330 *Sidercas Junonis aves*] Pavones luxui sui ævi exprobrat etiam jam dùm *Publius Mimographus*: ' *Tuo*

palato clausus pavo pascitur, Plumate amictus aulæo Babylonico.' *Claudianus* vero non solos hos, sed omnes illis similes intelligit, quorum species, raritas, pretium, commendet epulas.

331 *Coloratis*] *Nigris*: *καὶ ἔσχαθ*, cum niger aut ater coloratio fieri non possit. Ipsam autem institutionem loquendi commendasse gulæ aves memorare vult. *Barth.*

332 *Quasitos trans regna cibos*] Sic bene prim. *Vat.* vulgo *quasitus cibos*. *D. Heins.*

Quasitos trans regna cibos] Pulchre *Seneca* maledicit iis, quibus tam invidiosum Imperium angustum gulæ erat, qui aves petebant extra Romanum Orbem. *Barth.*

333 *Ingluviem, &c.*] *Salust.* ' *Vescendi causa terra marique omnia exquirere.*' *Seneca* vero dicit: ' *Conviviorum luxuriam et vestium, esse ægræ civitatis indicia.*' *Claver.*

Non Ægeus] Si quoquam, in piscata fuerunt dedecorum omnium contentores *Apicii* illi prisci. Sic *triremes* ex *Hispania* et aliunde *Vitellio* piscium delicias advexisse scribit *Suetonius*. *Barth.*

334 *Maotida piscibus explet*] *Alii Maotica*: tres libri *Maotia* cum primo *Vaticano*: bene; dictum *iv. Cons. Hon. vs. 180.* pro *explet* sex *implent*: unus *æquant*; ut *infra*: ' *quem non Cyclopia solum Æquatura fames*' nil mutandum tamen. *Virgilius*, *Ge.* iii. ' *piscibus atram Improbus ingluviem rarisque loquacibus explet.*' *D. Heins.*

335 *Vestis odorata studium*] *Reg. et Oxoniensis* cum *Pricæano*, *adornata*: alii multi *adorata*: mox *vanos sales* pro *varios* *Gyrald.* et complures alii: etiam bene. *Idem.*

Vestis odorata studium] Hoc quoque, jam renatum recens, habuere veteres. *Barth.*

336 *Moisse sales*] *Histrionum* gregem describit.

Minimeque viriles Munditia] Quibus

videlicet provocabant in se perditissimi libidinem. *Barth.*

337 *Onerique vel ipsa Serica*] Tam teneros, inquit, latus et delicatæ plusquam muliebres faciebant, ut etiam onerosas putarent sibi Sericas ipsas vestes, quamlibet tenuissimas. Sic Juvenalis, *Satyr. vi.* 'tenui sudant in cyclade, quarum Delicias et panniculus bombycinus urit.' *Idem.*

338 *Sin Hannus feriat*] Si *Channus* quatuor scripti: recte: populus Sarmatiae, Chuni. Ptolemæus, *Meraß ðe Baardpaw* vel *Πολλύων Χοῖροι*: noster lib. i. de Stilich. 'Non vaga Chunnorum foritas': quæ vera lectio: meminere horum Ansonius et Sidonius Apollinaris non semel. prim. Vatic. alique nonnulli sic *hannus*. D. Heins.

339 *Romam contemnere sueti*] Ob mares ejus animos. Talem faciunt nonnulli Honorium Romam contemnentem, Ludos cum Gallo æstimantem. *Barth.*

340 *Alluit ædes*] Sic scripsimus ex vestigiis Isingr. et Tholosani codicum; in quibus *abluat*: quod et Livineio Barthioque visum. Alii libri, *obstruit*, *horruit*, *obluat*: *horruit* etiam prim. et tert. Vaticani: vulgo *obruit*. Prudent. 'Sospitant qui nunc colonos, quos Hiberus alluit.' Paulo ante pro *acena* Gyralt. Vatican. alique multi *cana*. D. Heins.

341 *Aurigarumque periti*] *Aurigan-dique* unus Med. et Claverii codex: quod ille frustra damnat. Lamprid. Heliogab. 'Inde itum est in hortos, ubi Varius invenitur certamen aurigandi parans.' Posset et legi, *atque aurigare periti*; vel, *aurigarique*. *Idem.*

Aurigarumque periti] Gnari et intelligentes quis auriga, cujus factionis, quo alterius sit præstantior. Hæc ait studia fuisse, hanc disciplinam ab incunte horum. Heroïcorum Procerum. *Barth.*

342 *Humili de plebe*] De extremis sordibus et natalibus prorsus obacuris elevati in Duces Legionum, Numerorum, &c. *Idem.*

343 *Crura lventia*] Ovidius ii. *A-morum*: 'Vidi ego compedibus lventia crura gerentem.' *Idem.*

344 *Jura*] Magistratus, Imperia, Judicia. *Idem.*

346 *Hosio*] Omnia enim agit, ut Hosium hunc de Coquina ad dignitates venisse, ostendat, quem et vocabulis ejus concinne adurit. *Idem.*

Subnixa secundo] Non *secunda* meliores libri: deinde pro *Dulcior hic sane cunctis*, sex veteres *Doctior*; quod prætulerim, *Doctus movendi juris*: et sic a manu secunda in Oiseli-ano. D. Heins.

347 *Novandi Juris*] Hæc Claverii lectio. Val. Flaccus, lib. ii. 'Vacua-que in mœnibus urbis Jura novant.' Vulgatum tamen *juris movendi* non videtur mutandum: ut *movere* pro turbare, invertere, dicat; atque ita ambiguitas rectius sibi constabit. Ad artem enim culinariam simul alludit. Vernacula nos Belgæ lingua dicere-mus, *de sausse roeren*. Sic *movere pacta* pro turbare, vi. Cons. Hon. vs. 204. ita enim capiendus iste locus, in quo magnum Cujacium se diu exercuisse testis Claverius: mox *temperet pro temperat* et *fumo* pro *naso* scripti: quod posterius recte secutus Rapphelengius; quicquid alii dissentiant. *Idem.*

348 *Admoto qui temperet omnia fumo*] Dicit autem hominem adeo coquinandi sollertem esse, ut de nidore etiam possit temperiem justam dare cibis parandis, quæ laus sane sit incomparabilis Coci; hunc autem promoverit ad proximam Eutropio dignitatem. *Barth.*

349 *Qui bene decoquat iram*] Fer-ventis nimirum juris aut aquæ. *Idem.*

350 *Apices*] Summa culmina. *Idem.*

351 *Defossi*] Magnis cicatricibus, ob iterata flagella. *Idem.*

Defossi verbera terga] *Defossi* Rapphelengius: *defossi* pro *confossi*: nisi quod scribendum opinor *perfossi*. In primo tamen Vaticano *defossi*. Pri-cæanus *decoissi*: malo etiam *Hinc co-quus, hinc leno*. D. Heins.

335 *Morbis*] Ambigua etiam vox, alterum perstringit libidini, alterum gulæ curandis artifices. *Barth.*

336 *Obliſi ſubiſo*] Summi ſtuperis eſt præſentium urgentiumque negotiorum in ipſa eorum tractatione obliſiſci. *Idem.*

Bellique relictis] *Belloque relicto* ſcripti plerique. *D. Heins.*

339 *Quis melius vibrata puer vertigine molli Membra rotet; vertat quis marmora crine ſupino*] Licet alii non de diſco, ſed de puerili quodam exercitamento intelligi verſum hunc velint; quo illi pedibus in altum ſublatis, caput in terram dimittebant, et legunt ex fide Mss. codicum: *Verrat quis marmora crine ſupino?* *Dempster.*

Vertigine molli] Non obſcure. Molli enim omnia quæ facile ſiunt ſcriptis.

360 *Vetat quis marmora*] *Verrat* membræ nonnullæ; quod aliis jam deprehenſum: *crine ſoluto non ſupino* Palatine: ſequenti verſu *laterum arcus non artus* cum tredecim ſcriptis legendum. *Val. Flaccus* iv. 'vitalia rapit Vincula, qua primo cervix committitur arcu:' hoc eſt primæ coſtæ; ſic ſcribo: vulgo *artu*. Mox *motibus* pro *moribus* *Raphelengius*: optime; confirmant *Lovaniensis* et *Puteana* excerpta: ſic *motus Ionici* pro ſaltationibus *Horatio*: et in catalectis *Pithæi*, *Epicedio Mimi*: 'Motibus ac dictis, tragica quoque voce placebam:' et alibi de *Mimo*: 'Nam cum grata chorus diſſundit cantica dulcis, Quæ reſonat cantor, motibus ipſe probat:' bene etiam idem *Raphelengius* *choro pro thoro*: atque ita libri. *D. Heins.*

Vetat quis marmora crine ſupino] *Marmora*, diſcum marmoreum. *Crine ſupino*, ex *Hom. Odys.* θ. *Τῆς ἱερός πίπτασκε νότιν ῥέψας οὐκέρτα* 'Ibrosels *Antea*. *Brod.*

Verrat quis marmora crine ſupino] Capite per impactos ſolo lacertos trajecto, quo modo comatorum hiſtrionum capilli ſolum tergant. Hodieque ubiſque gentium multos hujusmodi

exosſes ſaltatores videmus, qui, manibus in terram nixi, vix elabi videantur capitis afflictionem, dum ſe ſubjiciunt ſibi, et in ſe, orbe quodam mirifice, convoluti, et mox illo evoluti, ultima primis trajiciendo, in manuum veſtigia pedibus redeunt, in manus rurſum elevatis et in orbem rotatis iſtis, ut perpetuo quodam globo prætereant ſeſe, et toto corpore volvantur in aërem, excipiendi nunc manuum denno, nunc iterum pedum ſubſidiis. *Barth.*

364 *Nec dum commiſſa choro cantatur Agave*] Citra ambages *Claudianus* novam et nondum ſcena traductam fabulam intelligit, quam recitent iſti in concilio magnis de rebus agendis convocato. *Idem.*

366 *Nunc alias armorum incumbere curas*] *Alias curas* olim legebam: poſteſt et vulgata ferri, ut armorum curas curis ſcenicis opponat. *D. Heins.*

367 *Cingi*] *Militaria omnia munia* obire. *Barth.*

368 *Subſiſtere*] Cui iſtitanter mirum illa. *Apuleius*, lib. iiii. 'Nec hoc factum pates ulla benevolentia, ſed ut ei redeuntis medela ſalubri poſſem ſubſiſtere.' Verſus qui ſequuntur divini ſunt, ut tota Antiquitate illuſtrius ad ſimilitudinibus et comparationibus res illuſtrandas vix ullum fuit ingenium. *Idem.*

376 *Extemplo*] Ex improviſo. Mira emphasis verborum et rerum, ad declarandam et oſtendendam rem præſentem. *Idem.*

377 *Leo*] Poëtice hæc fingit ad dignos *Eutropiano* magiſtratu miniſtros poſteritati exhibendos. Nam a *Gaius* miſſum hunc hominem, licet vocordem, et ventri deditam, officiū ſuum non male expeditiſſe *Zosimus*, deletumque cum ſuis copiis non ignavia ſua, non virtute hoſtili, ſed dolo et perfidia *Gaius*, qui omnia agebat hoc ſolo ſcopo ut everteret *Eutropium*. *Idem.*

380 *Acer in abſentia*] *Theraites* et *Drances* Poëtarum. *Idem.*

Abundans Corporis] A crebritate talium Romani scriptores magnum pro stolido homine sumunt. *Barth.*

382 *Pectinis unci*] *Uncti* Gyrard. Lucens. et prior Moreti: vide notas lib. i. 276. Mazarin. *uncti*. Juvenali tamen Sat. vii. *obliquum ferrum* similiter: 'Qui docet obliquum lanam deducere ferro:' quare nil mutandum: paulo ante *linguae* pro *lingua* cum scriptis. *D. Heins.*

386 *Producere rimas*] *Deducere* prior Moreti et tert. Vaticanus. utrumque probum. *Idem.*

Producere rimas] Carminis ferrei descriptio, ad nitidam et producendam lanam, quod carminari dictum scribit M. Varro; lib. vi. de LL. quia ea ope careat lana quod in ea nequam sit. *Barth.*

386 *Ajax erat Eutropii*] Cujus sub clypeo ille sese tegebat, non aliter ac Teucer sub fratris Ajacis. Uti vero quæ ad Hosium superiorem omnia de culina petitis verbis edisseruit, sic nunc lanificii opera et instrumenta producit. *Idem.*

390 *Exsurgit tandem*] *Adsurgit* meliores, et recte: quia *expromit* sequitur. *D. Heins.*

393 *Gliscere desidâ*] Gliscendi etiam verbum ex opere est. Lana enim gliscit, angetur, producit, dum carminatur. *Barth.*

399 *Targibulum*] Manu exarati *Tarbigulum* vel *Trabigulum*. *Tribigulum* videri legendum et *Grutungos* cum Gyrardino et Lucensi dictum supra: *timidum* etiam, non *tumidum* pr. Vat. alique multi. *D. Heins.*

403 *Concili clamor*] *Concili* meliores scripti: pro *caveis* mox *cuneis* sec. Vatic. et Palat. cum primo Mediceo. *Idem.*

407 *Infaustoque jubet bubone moveri*] Non *infesto*que Gyrard. Isingr. Vatic. Lucens. quomodo et Raphaelengius legendum vidit. *D. Heins.*

408 *Volucres*] *Pabula* daturus di-

cit milites vulturibus in Phrygia. *Barth.*

409 *Pulcher et urb.*] Declarat molli-tiem ducum ejusmodi et militum, qui umbra et urbe potius, quam Sole et pulvere delectentur; quam teste Vegetio, exercitus dicitur, quod melior fiat exercendo. *Claver.*

411 *Multumque priori Dispar*] Eundem dicit esse exercitum quem in Orientem ducturus Stilicho deserere jubebatur ab Arcadio, quam Historiam ii. in Rufinum descriptam habes, sed mirifice sub talibus moderatibus effeminatum et disciplina militari exutum. *Barth.*

414 *Hebrum*] Debellatarum cum Theodosio Stilichoni Thraciarum sæpissime meminit hic Poëta. *Idem.*

416 *Ancyranique triumphi*] Supra lib. hoc, 96. iter hoc Eutropii solenne describit, unde triumphabundus redierit. Habet speciem expeditionis illa profectio, ut liquet ex omnibus quibus describitur, ne videlicet exercitus Romanus tam strennis du-cibus torpesceret. *Idem.*

417 *Non peditem, &c.*] Hic notat imperitiam ducum Eutropiani exercitus a Leone supino et crasso homine educti, ubi omnia indispota (sic enim Tacitus) pervigiis et Bacchanalibus, quam disciplinæ et castris propiora. *Claver.*

421 *Opaca vagantur*] *Operta* prim. Vatic. et pro *vagantur* primus Med. et Palat. *feruntur*, et pro *passim* unus Amb. *sparsim*; quod placet: denique *ignotas angusto*, non *angustas ignoto*, potiores scripti. Puto, *ignotas angusto* tramite *calle*: ut apud Virgil. 'prædamque per herbas Convectant calle angusto.' *D. Heins.*

423 *Sic vacui rectoris equi*] Ab equo et navigio ducit rationem; non posse sine rectore sollerte et efficace regi exercitum. *Barth.*

Sic orba magistro] *Magistri* unus Ambros. et Priscianus: sic *luminis*

orbus apud Ovid. et similia. D. Heins.

424 *Abruptum*] Præceps, possum. Barth.

425 *Sic ruit in rupes*] Musculum autem dicit qui inter saxosa vel breviora Balænarum Corpulentiam prægubernat. Sidonius, v. Epist. 13. Plinius, lib. ix. c. 63. *Idem*.

426 *Cui prævius edocet undas*] Imo qui cum prim. Vatic. et aliis quatuor: mox idem Vatic. *tanto conjungit fœdere monstrum*: lege *tantum*. D. Heins.

427 *Immenum*] Vegrande, longissimum.

Pecus] Monstrum marinum. Horatius: 'Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes.' Barth.

428 *Temperat*] Moderatur, gubernat.

Conjungit] Jungit fœdera tantilla res cum tam immani monstro. Barth.

429 *Ille natat*] Amisso pisce sodali, quod modo dixit. *Idem*.

430 *Deprensa*] A navi quæ deprehendi dicitur cum est fluctibus inacta. *Idem*.

431 *Vano scopulis illidit hiatus*] *Vacuos* prior Moreti. lib. ii. in Rufin. 'vacuo qualis discedit hiato Impatiens remeare leo.' Paulo ante *ignara natandi*, prim. Vatic. non reverti. D. Heins.

432 *Simulare fugam*] Sane miserrius hic Comedo ita deceptus est a sollerte talium Barbaro, si quidem vera recenset Claudianus.

Flatuque Leonis] Jactantiam stolidam, tumorem imprudentem, a rebus inani vento tumentibus. Horatius, lib. ii. Satyrarum, Sat. v. 'Crescentem tumidis infla sermonibus ntrem.' Barth.

Flatuque Leonis Spe nutrire leves] *Levis* in multis veterum: etiam in Oiseliano; sed sic, ut *s* in *levis* postea esset deletum: de cujusmodi hiatus egimus libro iii. in Stilichonem, 167. D. Heins.

435 *Inter vina*] 'In circulis, et, si Diis placet, conviviis, sunt qui exercitum dncant,' ait Livius. At optime Curtius: 'Circumferri merum largius jubent, debellatori super mensa Alexandrum.' Claver.

438 *Sine more*] Omni exemplo. Barth.

440 *Leo dana, &c.*] Huc plane respicit illud Homeri de Agamemnone: *Ολοβαρής κινδὲς ἔμμεν' ἔχον κραιδίη δ' ἰλάσσοι*. Nam Leo fuit vini gurgis et meticulousus. Tales galeati lepores apud Liv. xiii. quibus nec in victoria decus putatur, neque in fuga flagitium. Claver.

442 *Cunctantia*] Moram cœnosa voragine facientia. Sic 'cunctans ramus,' qui non facile sequitur decerpituram. Barth.

443 *Subnixa*] Moles videlicet illa speciosissima. *Idem*.

446 *Hæsiis mucrone corusco*] Illum suum cocum de superioribus paginis huc accersit. Coquorum autem erat antiquitus mactare animantia culinæ destinata. *Idem*.

448 *Calenti Mandet aquæ*] Quibus elixis, quibusque assis opus sit herilem mensam instruere; quas partes in farcina compingat, additis ei rei utilis. *Idem*.

449 *Cutem distendat Echino*] Non inepte de ovis Echinorum Delrio, quibus assam suillam dicit istum sapientissimum cocorum farcire voluisse Claudianus. Echinos ipsos marinos salubres fastidienti stomacho, levandæque vesicæ, auctor est Elianus, lib. xiv. de Animal. c. 4. et per Echinum, fartum quorumvis farcinium intelligere, cum omasum, quod *ἐχιδνα* inter cætera dixerint etiam Græci. *Idem*.

450 *Flagrat opus*] 'Fervet opus.' Virgil.

Flagrat opus] Vel *Fervet* primus Vaticanus. quomodo Virgilius. mox

laevæ frondes non levis aura idem Vati-
canns nibilo deterius. *D. Heins.*

Crebro pulsatus] Nihil verius quam
scripsisse Claudianum: *Flagrat opus,
crebro pulsu cos perstreptit icta.* Medita-
tur quibus modis suam mactatam dis-
periat, et epulis accomodet Hosi-
us, ne otiosus sit interim, et ut culter
culinarius fiat subactior, eum coti
identidem impingere. *Barth.*

451 *Contextit varius*] *Textitur et va-*
rius excerpta Pomponii. Barthius *Con-*
textit verbum hoc loco legit, et *Contexti*
in *Adversariis* ex Claveriano libro:
superiori versu idem *cultri cos perstra-*
pit: frustra; secundis curis *crebro*
pulsu cos perstreptit icta: *pulsatum* pro
pulsu poni, jam ab aliis animadver-
sum: *contextit*, quomodo *subtextit*. Virg.
Æn. III. 'intremere omnem Marmure
Trinacriam, et cælum subtexere fu-
mo.' Idem lib. XI. 'fundunt simul
undique tela Crebra nivis ritu, cæl-
umque obtexitur umbra.' Avienus
Descriptione Orbis: 'missilibus late
subtextitur aër.' Prudent. *Hamartig.*
'sulphure cum jam Nimboso igitus
cælum subtextitur aër:' ubi veterri-
mus liber Bodleianus *contextitur*. Sta-
tius, *Hercule Surrent.* 'nocturna cæl-
um subtextitur umbra.' Silius, lib. IV.
'Libycæ certant subtexere cornus
Densa nube polum.' Nonser lib. I. de
laud. Stilich. 'Pœnus jaculis obtexi-
tur aër.' atque ita sæpe. *D. Heins.*

Penetrat Calcedona] Vicina admo-
dum ea Urbs Constantinopoli. *Barth.*

452 *Ecce levis frondes*] Terrore ex-
animatum miserrimum bellatorem
dicit, quem interemtum cum omni
sua copia dolo Gainis memorat deser-
tum Zosimus. Ad strepitum autem
foliorum timore percelli, descriptio
est hominum extreme metulosorum.
Idem.

455 *Integer*] Illæus. *Formidine sau-*
cium quod dixit, Apuleii infinitis locis
poterit illustrari, qui *sauicii* vocem ad
animum perlubenter refert. *Idem.*

456 *Quis tibi tractandos*] Tanquam

fœminam alloquitur. Hæc enim talia
viri imperabant mulieribus. *Idem.*

457 *Solio avito*] Ubi sedens lanam
carminabas, sederantque retro majores
tui. *Idem.*

458 *Laudabat carmina tutus*] Erat
enim præfectus lanificorum, ut mag-
num, a natalibus et avis suis, eoram-
que carmina laudabat, cum belle lana
pecteretur aut duceretur. Omnino
enim intelligendum carmen lanificum,
quod illustravit Janus Gulielmus, Ve-
risimilium III. 20. *Barth.*

Laudabas carmina tutus] Sic scripti:
vulgo *carmine*. Unde Raphelengius
ludabas carmine, male: textentes ut
plurimum canebant. Ovid. I. IV. *Trist.*
El. I. 'Cantantia pariter, pariter data
pensa trahentis Fallitur ancillæ decipiturque labor.' Sed et carmina pro
carminationibus sumi possunt, a carendo. Lucret. 'quasi carmine lana
trahatur:' ut quidam legunt: apud
Nasonem *Trist.* V. El. 3. ex vetusto
codice: 'Scilicet hanc legem nentes
fatalia Parcæ Carmina, bis genito bis
cecinerere tibi.' In veteri inscriptione
apud Gruterum, p. DCLV. EN HOC IN
TUMULO CINEREM NOSTRI CORPORIS
INFESTÆ PARCÆ DEPOSIVERUNT CAR-
MINE. Quæ ad carminationem refer:
quanquam et Parcas inter lanificium
canentes fata poëtæ describunt. ut
in illis Catullianis: 'Hæc tum clari-
sona pellentes vellera voce Talia di-
vino fuderunt carmine fata.' Fortas-
sis tamen scribendum in Claudiano
laudabas stamina. Frequenter enim
hæ duæ voces inter se confunduntur,
de quo ad Nasonem nonnihil. sic apud
Propertium, I. IV. *Eleg.* 7. 'fatorum
nulli revolubile stamen' corrigi de-
bet. In codice Regio *tramina* legitur.
D. Heins.

459 *Frigora mensis*] *Pensis* conjicit
V. Cl. Albertus Rubenius: quod et
Barthius viderat, curis prioribus; nam
posteriores in contrarium eunt, per-
peram. *Idem.*

Mensis] Ingluvie cum ipso Solis

erta capta. *Barth.*

463 *Pallentem*] Translatio a vultu humano, magno metu expallescante. *Idem.*

464 *Maenios agros*] *Mygdonios* quintas Vaticanus: et unus Med. quomodo initio libri hujus, 'Mygdonii cineres.' Thuanens *Chaonios*. D. Heins.

465 *Pamphylus Pisidasque rapti*] Lege *Pamphylus*: quomodo prior Moreti et unus Ambros. miror hoc fugisse interpretes. Secunda enim syllaba in *Pamphylus* producitur: sic apud Periegetem, *Παμφυλίδες εἰσι πάληες*. Scho-liast. *Παμφύλος καὶ Παμφύλιος τὸ ἰόνιν*. *Idem.*

Metuendus ab omni] *Metuendus*, cuius metus non facile placabilis, *φειδόμενος*. *Barth.*

466 *Sonat*] Velut stridor venientis audiatur. *Idem.*

467 *Incombere*] Instar tempestatis. *Idem.*

470 *Verba pavoris*] Insulæ, lege cum scriptis vera: vidit Barthius. Statili illa respexit, Theb. III. 'Deus omnia credere suadet Armipotens, gominatque acceptos fama pavores.' D. Heins.

471 *Puppius urbes*] *E puppius* Vatie. et multi alii. Forte *e rupibus*: præfatione hujus libri: 'Prospectant Paphiæ celsa de rupe puellæ, Sollicitæ salvam dum ferat unda ratem:' ubi pari modo variant libri veteres. Statius Theb. IV. 'Stant in rupe tamen: fugientia carbasa visn Dulce sequi, patrioque dolent crebrescere ventos: 'Stant tamen, et notam puppem de rupe salutant.' Sylvarum lib. V. Protreptico Crispini: 'Vela sequar, spectemque ratem jam lassus ab altis Rupibus.' Mox *Accensæ* et *citata favilla* scribendum videtur: ut *spectari* pro *spectari* dixerit; quomodo sæpe. D. Heins.

475 *Babylona*] Censentur hoc nomine tota Assyria et Mesopotamia. *Barth.*

476 *Unaque cuncto Pena manet* ge-

neri] Si quis Regem occiderit, cum universo genere et tota familia sua excinditur. Parthorum in Regem singularem amorem celebrat Virgilius, Georg. IV. Sed illam parendi etiam crudelibus naturalem velut miseriam, potius pœnam vocat Claudianus. *Idem.*

Unaque cuncto Pena manet generi] Alii *cunctos generis*: perperam. Cicero Philipp. 'Quis autem meum consulatum præter P. Clodium, qui vituperaret, inventus est? Cujus quidem tibi fatum, sicut C. Curioni, manet.' Ita veterrimus Romanus. Bello Get. 'si cura tibi manet ulla tuorum.' Seneca Œdipo: 'Nec tibi longa manent sceleratæ gaudia cædis.' D. Heins.

481 *Fidumque sodalem*] *Saporem* Lucens. Gyrald. prim. Vatic. et Pomponii excerpta; optime. Est enim nomen plerisque Persarum regibus commune: unde factum, ut *Sapores* dicerentur promiscue Persarum Reges, quomodo Romanorum Cæsares. Sidonius Apollinaris Panegyrico Aviti: 'Parthicus ultro Restituit mea signa Sapor;' cum de Phraate loquatur: et Panegyrico Majoriani, 'Ventidio mactate Sapor:' cum Pacoro nomen fuerit illi Parthorum Regi quem Ventidius obruncavit. *Sapor* et dictus ille, qui a Gordiano tertio præliis aliquot superatus, quique Valerianum seniore vivum cepit: alterius etiam Ammianus meminit sub Constantio, et *Tamasaoris* ejus præfecti. Reddendum id nomen prisco epigrammati ex auctoritate veterum membranarum in catalectis Pithœanis. Epigrammatis initium est: 'Fata per humanas solitus prænocere fibras Impius infandæ religionis Aper:' cum scribendum sit, agitur enim de homine Persa: 'Impius infanda religione Sapor.' Eusebius de vita Constantini, IV. 9. et Libanius in Oratione, quæ *Saoudus* inscribitur, Saporis Persarum Regis sub

Constantini tempore meminerunt, qui is ipse forsan, cuius sub Constantio Ammianus Marcellinus mentionem facit. *D. Heins.*

486 *Septi latrantibus undique bellis]* Velut canibus maritimis Scylla. *Barth.*

489 *Eventu stolidi]* Παῖδας δὲ τὴν ῥή-
σιν ἔγνων vetus Hesiodæum est. *Idem.*

Eventu rerum stolidi] Ita scripti. Barthius *stolidi*: frustra. Livius, lib. xxii. 'nec eventus modo hoc docet: stultorum iste magister est.' *D. Heins.*

490 *Geminos fratres]* Non tam tecte hoc profert, ut videri non velit simul Arcadium et Honorium spectandos proponi. *Barth.*

491 *Japetionidas]* Promethea et Epimethea, Japeti filios intellige. Totus vero hic locus, quasi ad verbum, ex Platonia Protogora desumptus est. *Claver.*

492 *Prometheus]* Per Prometheum intelligit Sapientia Poëtica προφύλαξις. *Ætherem* autem animam intelligit Platonius Poëta. *Barth.*

493 *Excoluit, multoque]* Non multumque, septem libri cum primo Vaticanus etiam Ambros. *intexuit* pro *inexuit*: quod placet; neque aliter primus Vaticanus. Putabam aliquando *immiscuit*. *D. Heins.*

496 *Edidit auctor]* Condidit Isingrin. et quatuor ex nostris: ut iv. Consul. Hon. 'cum conderet artus Nostros, æthereis miscens terrena Prometheus.' *Idem.*

497 *Epimethea]* A sequente pœnitentia. Sic pedissequam Epimethei Pœnitentiam dicit Georgius Pachymerius, lib. iii. Historiarum. *Barth.*

501 *Et seri transecta gemunt]* Non sero, in scriptis: serie primus Vaticanus. *D. Heins.*

Resnidet] Resplendet. *Barth.*

504 *Procedere saltim]* Exemple Ru-
fini. *Idem.*

507 *Hunc tantis bellorum]* Sic Isingrini codex et tres ex nostris: vulgo

hoc; atque ita sequenti versu. *D. Heins.*

Sidus] Alibi *te nostra oen sidus dulcor carinæ*. Intelligit Castoris et Pollucis salutaria nautis sidera. *Barth.*

508 *Sperant]* Superventurum scilicet. *Idem.*

517 *Qui se tradiderint famulo]* *Famulis* Ald. et scripti: infra: 'Sic me ludibrium famulis risumque relinquit.' *D. Heins.*

518 *Mutati stupore diu]* Amentiam illam suam incredibilem. Fabula Penthei lippis et tonsoribus nota est. *Barth.*

520 *Projectis fascibus]* *Prostratis* primus Vaticanus. *D. Heins.*

526 *Et rabiem desisse dolent]* *Desisse* Aldus cum plerisque membranis: ut apud Statium, Theb. ii. 'Respicens desicisse Deos.' Isingr. *cessisse*. Lucens. *descesse*. Petav. *discesse*. Gyrard. prim. Vatican. et septem alii vulgatam lectionem tuerunt, bene. Lucan. lib. vii. 'Cum fureret Pentheus, vel cum desisset Agave.' quomodo illic legendum vir magnus jam monuit, pro *desisset*. Martial. lib. viii. 'Desisti, Macer, annulos habere.' Ovid. ii. Pont. El. 5. 'Cum tu desisti, mortaliaque ora quierunt:' ita utroque loco codices scripti, non *desistis*. *Idem.*

Dolent] Qua ignorabant parricidium suum. *Barth.*

529 *Livida luctu]* *Lurida* quintus Vatican. et primus Petav. quod placet: paulo ante in Oiseliano solum hemistichium legebatur, *Non radiis redimita comas*: quod postea suppletum altero hemistichio, *non lucida vultu*: pro quo in nonnullis exemplaribus, *non lumine sucto*: in primo Vaticano pro diversa lectione, *non luce corusca*. *D. Heins.*

530 *Phrygio busto]* Tam prociui a regno natali. *Barth.*

533 *Manum amplecti]* Veluti supplex, et pro magno cultu. Sequens

versus miram habet emphasim et rem velut audiendam spectandamque proponit. *Barth.*

533 *Atque vix lacrymans*] Non atque ita, potiores libri.

536 *Dux meus*] Erat enim ibi omnia sub Theodosio quondam Stilicho. Cedrenus, universi Regni rebus præfectum fuisse scribit. *Barth.*

539 *Gallias dedit*] Gallos hic scriptor dicit Occidentalis Imperii legiones, magno honore nobilissimæ nationis, quoties ex persona Orientalium sermo est. Hoc inde ortum quod in Gallia Cisalpina Mediolanum frequens coluerat Theodosius Magnus. *Idem.*

541 *Hoc auctore fuit*] Fuit malim. adeantur Fescennina Nuptiis Honorii, vs. 68. *maiora furenti non moventi tertius Vaticanus. D. Heins.*

543 *Reluxit*] Velut fulgur. Alibi 'cunctis inopina reluxit In Stilichone salus.' *Barth.*

549 *Cum subito monstroæ mihi Monstroæ lues codex Junianus: sic pestem, labem, cladem Eutropium passim vocat. de Rufino: 'vos pandite vati, Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.' Idem.*

550 *Castratus proslit hæres*] Entropius: qui damnati Rufini ad se bona traxit. Zosimus scribit partem tantum sibi sumsisse potiore. *Idem.*

552 *Domini sexum*] Eunuchis enim novis affingitur: supra v. 223. 'nunc alter in armis Sexus, et Eunuchis se defensoribus Orbis Credidit.' *Idem.*

554 *Jubens*] Imperans. *Idem.*

556 *Sumere, nec tantas*] *Totas* Lucens. Gyrard. prim. Vatic. et quatuor alii. *D. Heins.*

Vertere leges] Contra jus et fas bacchari in Jura et Leges. *Barth.*

557 *Fæce*] Vulgarium et servilium hominum. *Idem.*

558 *Dignosque sodales*] *Dignosque* satellites cum scriptis et Aldo. *D. Heins.*

559 *Fiducia crevit*] Deprehende astutam Eunuchi; qui, ut ait Persius, 'astutam vapido sub pectore vulpem servabat.' *Claver.*

562 *Quos ipse regit*] Imo gerit cum libris: vidit Raphaelengius. Paulo post *Insultant* Lovan. et unus Ambros. pro *Exsultant*. Bello Gild. 'faciles insultandique jacemus.' Ibid. 'Insultaret atrox famula Carthagine Maurus.' *D. Heins.*

566 *Squallebit aratri*] *Squallebit* rectius in Reg. et Oxon. *squallebit* pr. Vatic. *Idem.*

568 *Cursu*] Non interrupto, impetu. *Barth.*

570 *Terruit Antiochi muros*] Id est, ipsam Antiochiam, quæ urbs olim pulcherrima et ampla imprimis; nam et Syriæ caput: incolæ ipsius fuere leves admodum et pervaces; ita ut barbæ Juliani Imperatoris non pepercerint: quimetiam Flaccillæ Augustæ statuum dejecere: in quos dum Princeps ultionem parat, Libanius seu potius Flavianus obviam iit, veniamque delicti meruit eloquentia sua. *Claver.*

571 *Caput Syriæ*] Antiochiam dicit ætatisimam urbem. *Barth.*

573 *Mucrone secunde*] Non cruento, libri plerique. Bello Gild. 'Tertia jam cervix solito mucrone rotetur.' *D. Heins.*

576 *Legio*] Cui, tanquam emeritis, agri erant assignati apud Phrygiam. *Barth.*

580 *Nec duce, nec numero*] *Nec vi, nec numero* prim. Vaticanus. *D. Heins.*

581 *Proditioque*] Sic recte scripti meliores: quod et aliis deprehensum. Vulgo *Prodigiumque*. *Captivis* mox pro *captivis* cum iisdem legendum: mox *perdita* curat nonnulli pro *curent*. *Idem.*

582 *Teate Danubio*] Magna autem res est, quia Danubius nomen erat timoris Romani plenum, et Deus Gothorum istorum. *Barth.*

587 *Duplex*] In duas partes scissa. Avaritiæ commento. *Barth.*

588 *Sarcire peremptæ*] Forte *redemptæ*: vel *diremptæ*. D. Heins.

589 *Arte repta*] *Fraude* prior Moreti: supra lib. I. 'nec fraude repta Cantior elusi fremitus vitare mariti.' Vide quæ notamus Bello Gildonico, vs. 264. *Idem.*

595 *Offensa*] *Læsiō*. Tertullianus, lib. de Oratione, cap. 10. 'Nec prius adscendamus ad Dei altare quam, si quid discordiæ vel offensæ cum fratribus contraxerimus, resolvamus.' *Barth.*

596 *Suprema pericula semper*] *Piacula* alter Moreti, Thuan. et unus Me-

dicens cum quinto Vaticano. quomodo et Oiselianus a manu secunda. D. Heins.

Suprema pericula semper Dant veniam culpa] Convenit vulgatissimæ Jureconsultorum Regulæ, etsi in alium sensum hic prolatum. *Barth.*

600 *Splendore*] Ut salutiferi Solis.

602 *Unaque pro gemino*] Hic vir doctus putat quædam desiderari: ego vero minime: quamvis tertium designet antiquus liber; quid enim joverit mortuo insultare, quem ipsi vivere ad pœnam optaverant? ait enim: *Vive pudor fati*: nihil tamen periculi video, si credas. *Claver.*

XXI.

IN I. CONS. STILICHONIS LIB. I.

LUCENSIS aliique nonnulli codices DE CONSULATU STILICHONIS hunc librum inscribunt. Idque rectius; testatur ipse illo versu: 'Consule defensæ surgunt Stilichone curules.' Optimus tamen Vaticanus cum Oiselliano, INCIPIT LAUS STILICHONIS. LIBRI NUMERO III. Cæterum Barthius duos primos libros ad priorem Stilichonis Consulatum refert, tertium ad posteriorem, cui sententiæ subscribo. Sed quod additur his quartus ab illo liber, qui de Bello Getico in vulgatis editionibus nominatur, non possum assentiri. D. Heins.

Vetus liber laudes Stilichonis in tres libros dividit rectissime: sunt enim tres Panegyrici de uno eodemque Consulatu. duæ priores invitant Stilichonem, qui speciem recusantis præ se ferebat; sive id innata ipel-

modestia evenerit; sive metu invidiæ. Constat enim Olympium et Heraclianum Principi Honorio, satis credulo, quædam detulisse, quæ hominem suspectum reddiderint. *Claver.*

1 *Continuant Superi*] Ut fluunt res mortalium, interpolata felicitas, nulla felicitas est. Ut autem ea continuetur, constanter etiam atque perseveranter virtutis studiis erit incumbendum viro Principi, adeo ut ab omnibus vitæ deliciis hoc nomine sese separet, somni sit parcissimus, sollicitudinum infinitarum, uti scribit ad Arcadium Synesius...nam 'dicique beatus Ante obitum nemo supremeque funera debet.' Deos autem Romana gaudia continuare ait, felicitatem indicans temporum.

Pleno favore] Quanto possunt, Optimo, Maximo. *Barth.*

2 *Successibus augent*] *Urgent* tres scripti: magis placet. iv. Cons. Honorii: 'longumque tueris Electos, crebris nec succedentibus urges.' *D. Heins.*

Augent] Mactant, beant. *Barth.*

3 *Connubii*] Honorii nuptiæ celebratæ Anno 396. tunc Gildo fusus est. Eutropius concidit anno sequente. *Claverr.*

Conjugii necdum] *Connubii* Lucens. bene: mox pro *triumphos* *Raphelengius triumphus*: quomodo et plurimi ex scriptis, interque illos Lucensis, et optimus Ambrosianus: sed nil opus, si de regia intelligitur. Posset tamen et *cecini* legi: ut præfatione belli Getici, 'Consulis hic fasces cecini.' *D. Heins.*

Regia] Imperialem domum sive familiam dicit.

Festivos cantus] *Fescenninos* et *Nuptiales*. *Barth.*

5 *Calidis thalami sertis*] Adhuc calentibus, recentibus de habitu nuptiarum festivitatum.

Succesit laurea] Pariter idem Sidonius Paneg. Anthemii: 'Hos thalamon, Ricimer, virtus tibi pronuba poscit, Atque Dionæam dat Martia Laurea myrtum.' Proximam lauro myrtum collocat et Maro, scilicet memores omnes Veneris cum Marte conjugii. Regiam autem myrto et lauro coronatam dicit Claudianus, Veneris eam aulæ comparans, quam talibus sertis semper recentem fingunt Poëtarum filii. *Barth.*

7 *Crimen Eorum*] Eutropius, quem superum crimen, cæli terræque pudorem, inter alios titulos, ipsi congruos, appellat. Libyæ prælia Gildonem domitum denotant. Orientem, Orientale clima, dicit imperium Arcadianam. *Idem.*

9 *Consule*] Bis Consul fuit Stilicho, primum cum Aureliano, deinde cum Anthemio, ut ex Cassiodoro, Fastis, Chronologicisque aliis constat.

Surgunt Stilichone] Eriguntur in

pristinum decus. *Barth.*

10 *Ordine vota meant*] Velut ad ordinem præscriptum. *Vota*, optabiles successus.

Si carmen in unum] Dicit quod optimi scriptores solent, cum ad summo opere aliquem laudandum veniunt, non posse asequi rei præsentis præstantiam. Petronius: 'Nulla vox est, quæ formam ejus possit comprehendere; quicquid dixerò, minus erit.' *Barth.*

Carmen in unum] Duo carmine in uno: septem carminis in unum: ut 'colligere in unum' et similia. *D. Heins.*

11 *Advolvere*] Ob molem et copiam. *Barth.*

13 *Quodcumque relinquam Majus erit*] Tanta, ait, rerum narrandarum frequentia est, etiam paritas. Avarum quodammodo sibi animum facit res tantas prædicandi. *Idem.*

14 *Actus*] Res gestas, actiones.

Primam juventam] In omnibus suis Heroibus laudat adolescentiam prudentiorem aliorum virili ætate, vel et senili. *Barth.*

16 *Justitiam*] Togata decora, quorum summa est Justitia: Et in justitia perfectionem vitæ esse Diogenes auctor est in Sermone vii. Stobæi. *Idem.*

18 *Latio quod reddita servit Africa*] Exstinctis Gildonis Furiis, quo sane bello virtus et consilia summam felicitatem habuerunt. Gildonis quæ fuerit potentia, satis comparet ex inscriptione l. 9. C. *Theodos. ad l. Jul. de adulter.* Ubi Comes et Magister utriusque militiæ per Africam appellatur. *Idem.*

19 *Vicinum quod nescit Iberia Maurum*] Utique enim Africa abstracta bellum in Hispaniam translaturus erat Gildo. *Nescire*, acutius positum, præsentis hostis quandam absentiam ingerit. *Idem.*

20 *Quod miratur Gallia Rhenum*] Incessum alloquin semper et infestum Germanorum insultibus. *Idem.*

21 *Decertatoque*] Papinius, Thebaid. 1. 'alternaque regna profanis Decertata odiis.' Sic *depreliari* apud Horatium.

Labores] Instar Herculis illorum celebrium. Habet hæc vox apud Poëtâ virtutem bellicam cum singulari effectu. *Barth.*

22 *Hebre teste*] Illic victos Gothos autumat. Initio Imperii Theodosiani apud Thraciam multi conflictus inter Gothos et Romanos fuere: donec Athanaricus Rex illi se tradidit; quam tamen infidam pacem fuisse Idatius atque alii scriptores commemorant. Stilicho vero earum pugnarum Theodosio perpetuus Comes.

Æquor] Mare vel Oceanum Laudum dicit Stilichoniam. Infra: 'laudumque sequentibus undis Obruimur.' *Barth.*

23 *Lassant*] Non se posse ait tantarum rerum seriem enarrare, quin subsidat iis omnis vis eloquentiæ.

Proclivia curvus] *Curvus* Gyrald. et duo alii. Paulo ante *Aut getidam* pro *An* Lucens. aliique duo. *D. Heins.*

Pierios curvus] Eloquentiam Poëticam, sæpe curribus et equis comparatam.

Proclivia] Loca prona. *Barth.*

25 *Nunquam sincera bonorum*] Nemo ab omni parte beatus. Plinius Panegyrico: 'Adhuc nemo existit, cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur.' *Idem.*

26 *Sors ulli concessa viro*] *Uni* malim. et sic Barthius: mox *animus* quem plurimus ornat, non pulchrior, sex veteres. *D. Heins.*

Quem vultus honestat, Dedecorat mores] Juxta Petronium: 'raram facit mixturam Forma cum sapientia.' Terentius Andria 'Honestam et liberalem formam' jungit, quo respexit Claudianus. *Barth.*

27 *Animus quem pulchrior ornat, Corpus destituit*] Innumera vero exempla animi pulcherrimi in fædo corpore degentia. Vel unus Phryx Æsopus

divinus animo, corpore bellua fuit. Ad Principem autem Ducemque egrogium tam corporis quam animi felicitas requiritur. *Barth.*

28 *Bellis insignior ille, Sed pacem fædat vittis*] Plinius Panegyrico: 'Enituit aliquis in bello? sed obolevit in pace. Alium toga, sed non et arma honestarunt.' *Idem.*

29 *Hic publica felix*] Non in publica, scripti potiores, et Raphaelengius eos secutus: sic 'felix omnia' pari Græcismo apud Pollionem in vita Censorini. Vide Salmas. ad Historiam Augustam, p. 324. *D. Heins.*

In publica felix, Sed privata minus] Plinius Panegyrico: 'Ille quæsitam domi gloriam in publico, hic in publico partem domi perdidit.' *Barth.*

30 *Partitum singula quæcumque*] *Partitio* ex veteri codice Claverius: pri. Vaticanus, aliique complures *partitum*; unde *partitio* Delrius: *partitum* præstantissimus Moreti liber; quod Barthium invenit approbatorem. *D. Heins.*

31 *In te mixta sunt*] *Spartani* argute *stuxum* opponit. Victorinus Epitoma Cæsarum, Trajano: 'Tantus erat in eo maximarum rerum modus, ut quasi temperamento quodam virtutes miscuisse videretur.' *Barth.*

In te mixta, &c.] Pacatus: Dixisse sufficiat, unum illum divinitus existisse, in quo virtutes simul omnes vigerent, quæ singulæ in omnibus prædicantur. Claver.

Divisa beatos] Prim. Vat. aliique plurimi *diversa*: et pro *collecta* tres *colleta*. Barthius ex Palatino: 'tu, quæ divisa beatos Efficiunt, collecta tenes.' Nostri omnes dissentiant. *D. Heins.*

32 *Protendere famam*] Ita prima editio et liber Farnesianus. Sic 'famam extendere factis' apud Virgil. Lucensis tamen cæterique omnes *producere*, nisi quod in tribus *procedere*. Forte *procedere*: vide notas lib. 1. in Rufin. v. 114. *Idem.*

Protendere famam] Horatius: 'Vi-

vet extento Proculus ævo Notus in fratres animi paterni.' 'Porrigere vitam,' idem sonat Ausonio. *Barth.*

38 *Rutilantes crimibus*] Barbarorum turmas dicit a Patre Stilichonis ductas. *Idem.*

39 *Sufficeret natus Stilicho*] Patria felicitatem ponit in virtute Filii, ut alibi non semel in rebus Theodosii et Filiorum. Contra infelicitas parentum, degenerans soboles.

Sufficeret natus Stilicho] *Stilichon* passim Pomponii Læti codex. quomodo in veteri inscriptione apud Gruterum, p. 110. L. POSTUMIUS STILICHON. *D. Heins.*

Mens ardua semper A puero] Altam indolem, et spiritum excelsum agnoscit in primæva etiam ætate Heroium suorum. *Barth.*

41 *Fortuna majoris honos*] Ut in illo, 'nec te Troja capit.'

Erectus et acer] Tacitus, de Agricola adhuc puero: 'scilicet sublime ac erectum ingenium pulchritudinem ac speciem excelssæ magnæque gloriæ vehementius quam caute appetebat.' *Acer*, Constantem in urgendo proposito designat. *Erectus*, magnanimum omni ævo valet. *Barth.*

42 *Nil breve moliri*] Animum excelsum non applicare rebus frivolis, aut minoris momenti.

Nil breve] Minutum, exiguum. Cui contrarium moliri, quod conatu ingenti aliquid aggredi designat. Horatius: 'Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte!'

Nil breve moliri] Nil exiguum aut parvum moliri. Posset tamen et legi *Nil leve moliri*: quo alludit glossa codicis Regii, qui super *id breve* adscriptum habet, *id est, instabile*. Lib. II. 'futile ne quid Infirmumque geras.' *D. Heins.*

Hærare potentum Læminibus] Ut emendicandus fortunam prosperiorem. *Barth.*

43 *Fatigue loqui*] Indole Consulari, quæ proxima Imperatoriæ. *Idem.*

Fatigue loqui jam digna futura] *Fatis* pro fortuna: sic legendum ex Lucensi, Gyrالد. prim. Vat. et tribus aliis. vulgo *fastique*. sic et VI. Cons. Hon. 'magnis docuit præludere fati.' Pari modo in vulgatis illic peccatur. IV. Cons. Honorii: 'Major et utilior fato conjuncta potenti, Vile latens virtus:' ubi *facto* etiam legebatur. *D. Heins.*

45 *Spondebatque ducem celsi nitior igneus oris*] Ignea forma commendatur in Pescenninis Honorii. Ubi plaribus. Formæ inest Regia dignitas, et hæc illa exornatur. *Barth.*

46 *Nec carmina fangunt*] Etiam Poëtarum fictionibus præstantiorem temperiem membrorum dicit. Hanc enim modus hoc loco indicat. *Idem.*

Carmina fangunt] *Fingunt* tres scripti. Puto *fangunt* cum Palatino. *D. Heins.*

47 *Alte gradereris*] Incessum Heroicum celsæ staturæ et speciosissimo vultui jungit.

Alte] Cum majestate et decore. *Barth.*

48 *Cedentes spaciis*] Hoc quoque cum assurrectione honoris delati indicium.

Assurgentesque] Honos habitus dignioribus penes Romanos. Isque a Poëtis adscribitur etiam primis hominibus. Juvenalis de his Sat. XIII. 'Credebant hoc grande nefas, et morte piandum, Si juvenis vetulo non assurrexerat.' *Barth.*

49 *Taciti suffragia vulgi*] Jam oculis omnium notabaris futurus Imperator, Principis affinis, &c. Nec ulus erat qui tibi non faveret. *Idem.*

50 *Reddidit aula*] Velut debitum. *Idem.*

Reddidit aula] *Debit* Gyrالد. Lucens. et undecim alii: forte *detulit*; vel *præbuit*, vel *credidit*. Infra l. II. 'Quid non intrepidus credas, cui regia tuto Creditur?' *Debit* tamen nec temere mutandum, hoc est ex debito contulit. Unus Petav. con-

tulit: mox paci, non pacis, Oxon. D. Heins.

51 *Primævus*] Ephebos egressus. Hos enim primævos videntur Latini perhibere, usu vocis parum cognito. Legationem ait ad Parthos oblisce, instar maximæ rei, adhuc primævum. *Barth.*

54 *Babylona petis*] Regiam Persarum, ut olim Parthorum.

Severi Parthorum proceres] Disciplinam Parthorum innuit legum patriarum custodem talem, ut præ ea Romana fuerit fere ridicula. *Barth.*

55 *Parthorum proceres*] *Persarum* prim. Vatic. Isingrin. et novem alii: sed male, cum *Persides* paulo post sequantur. Mox cave *Thuris odorati* legas cum Barthio: cum *odorata* sit in optimis plerisque membranis, ut ad aras referatur. *D. Heins.*

Plebs pharetrata] Semper cum pharetris Persæ isti, quippe sagittandi exercitio a pueris destinati. *Barth.*

56 *Defixæque hospite pulchro*] Oculis in eum intentis, velutque attonitis. Hospitem vocat ex ipsarum admiratione, quibus omnia ipsius peregrina erant, nomen ignotum. Itaque appellabantur jam olim quorum ignorabantur vocabula, cæteri ipsis suis appellationibus. *Idem.*

Defixæ] In jure legimus, Defigere animos ad libidinem. Ovid. 'defigere votis.' *Claver.*

57 *Arcanum suspiravere calorem*] Non ansæ fateri Amorem tanti Herois. *Barth.*

58 *Thuris odorati*] Pacem juratam dicit, adhibitis sacrificiis. *Idem.*

59 *Ignem Sacratum*] Quem pro numine habent hoc genus Orientalium gentium. Ægyptii vero ignem ita honorabant, ut ejus cultui fuerint dedicatæ celeberrimæ illæ Pyramides. *Idem.*

60 *Ritu Chaldaeo*] Adhibitis Chaldæorum ceremoniis. Magos Persarum dicit, quorum crebra mentio apud Xenophontem. Ritui Chaldæo

Magos jungit, quoniam illis adscribebatur cura rerum cælestium, his sacrificiorum; quæ duo jungi conveniebat. *Idem.*

61 *Rex ipse micantem*] Ad firmationem fœderis Regem ipsum ait sacrificio vinum adhibasse. *Idem.*

62 *Secretaque Beli*] Belum Chaldæis Jovem esse, notat Diodorus Siculus, lib. II. quem præsidem auctoremque fœderum, nescit nemo. *Idem.*

Secretaque Beli] Hæc indubitata Scaligeri conjectura. Vulgo *belli*: scripti quidam *cæli*. *D. Heins.*

63 *Mitram*] Solem Persis et Chaldæis hoc nomine cultum. *Barth.*

64 *Venatibus*] Meditatio Bellorum in Pace. Debitum enim hoc exercitium primæ ætati virorum Principum. *Idem.*

66 *Virgatas Agere tigres*] Ita in suo libro legi monuit Claverius: nec aliter ex nostris Lucens. et unus Ambros. cum excerptis Pomponii Læti, et optimo Vaticano a manu secunda: vulgo inepte *virga transfigere*; cui lectioni tamen subscribit Barthius. Seneca Hippol. 'Tunc virgatas India tigres discolor horret.' Auctor Herculis Cætæ: 'fera Caspia, Quæ virgata tibi præbuit ubera.' Silius, lib. V. 'Caucasiam instratus virgato corpore tigrim.' *D. Heins.*

Virga transfigere tigres] Virga est jaculum gracilius, figendis feris, ut *πάβος* Græcis. *Barth.*

Cominus aut longe virga transfigere Tigres] Lege mecum: *longe virgatas Agere Tigres*. Nam *tigres virgatas* sunt maculis, instar virgarum transversis, distinctæ. *Dempster.*

67 *Medus tibi cessit*] Medi nobiles equitatu. Horatius l. I. Od. 2. 'Neu sinas Medos equitare inultos Te Duce, Cæsar.' *Barth.*

68 *Refugum*] IV. Consulatu Honorii: 'refugo quæ sit fiducia Partho.' *Idem.*

70 *Patrias suspense Principe*] Se-

rena hæc erat filia Honorii, qui frater fuerat Theodosii Principis. Claudianus ob curam, et, ut loqui amat, Pietatem, Principis, ipsi filiam adscribit. Honorius ipse Imperator in Nuptiis suis Patru sui germen vocat, 81. Vide Zoosimum, lib. v. *Barth.*

71 *Ducis*] Titulus aptissimus Stilichoni. Non enim Augustus, non Cæsar, non Imperator, non Rex, non Princeps Imperii Romæ, sed Dux fuit, Pater Tutorque Principum. *Idem.*

72 *Toto quærebat ab axe*] Summa Stilichonis gloria, prudentissimum principem toto Imperii Romani Orbe non invenisse quem liberis tutorem daret, Stilichone potiozem. *Idem.*

74 *Judicium virtutis erat*] Omnia omnium Heroum virtus vocabatur in Judicium et examen, ut certo præstantissimus caperetur. Non opes, non genus, non aliud quidvis, virtutem solam ait ponderatam. *Idem.*

75 *Animi cunctantis libra*] Eleganter animus librans momenta rerum, ut potissimam seligat, æquiparatur libram, ut et alæ, quarum rerum incerta sunt momenta, priusquam certi quid concludatur. Philo Judæus, improborum hominum semper incertam ait esse sententiam, et velut in lance pendentem, momento minimo in diversa vergere. *Barth.*

77 *Intra consilium*] *Consilium* pri. Vatic. *D. Heins.*

Consilium] Deliberationem, Judicium.

Sensumque] Animi acumen, ingenium. Claudian. III. Stilich. 'cujus libratur sensibus orbis.' *Barth.*

78 *Gener Augustie*] Tanquam Honorius cum fratre Theodosio principatum participasset, vel Serena filia hujus fuisset, non illius. Concordiam atque unanimiorem summam fratrum hæc tacite laudat, ut quibus Imperium vel ipsum, vel proles, pari fuerit in Potestate. *Idem.*

79 *Accedis*] In familiam scilicet eorum.

Tyriaque superbit Majestate torus] Toros nuptiales purpura cultos dicit; vestem stragulam purpuream cape. *Barth.*

80 *Comitata parentibus*] Ab iis ducta. *Idem.*

81 *Purpureis*] Augustis. Dignitate Principali. *Idem.*

82 *Regina gerebat Oberquium*] Gyrald. Lucens. et tredecim alii ex melioribus, *regebat*. *D. Heins.*

Matris r. g. o. g. subnectens flammea gemmis] Matris et pronubæ officium simul obisse Augustam ait: harum enim novam nuptam flammeo obducere, idque deinde demere. *Barth.*

83 *Flammea*] Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis. Lucanus: 'Non timidam nuptæ leviter tectura pudorem Lutea demissos velarunt flammea vultus.' *Claver.*

84 *Choreis astra*] Tripudiasse choreis suis astra dicit. *Barth.*

85 *Mellique lacus*] Sidonius: 'Te nascente ferunt exorto flumina melle Dulcatis cunctata vadis.' Ovidius de Aureo ævo: 'Flumina tunc Lactia, tunc flumina Neectaris ibant, Flavaque de viridi stillabant illice mella.' *Idem.*

87 *Evincta*] Virgilius, Ecl. VII. 'Puniceo stabis suras evincta cothurno.' *Idem.*

88 *Asia Europa*] Utraque gaudens Consiliis Stilichonia, utraque ab eo conservata. *Idem.*

89 *Congruo mundo Judicat*] Judicium Principis in eligendo genere laudat, diis hominibusque consentientibus. *Idem.*

90 *Et primus sensit*] *Censet* Isingr. et prim. Vatic. alique novem ex nostris: bene. mox *nataque adjunxit et aula* cum nno Ambros. præstantioris notæ legendum. de nuptiis enim Stilichonis adhuc mentio. vulgo *notis*. mire hæc Claverius interpretatur. *D. Heins.*

Cernimus] Decernimus, arbitramur, judicamus. *Barth.*

91 *Talem quippe virum*] Vis singularis in his verbis, commonstrans Heroem omni velut posteritati. *Idem.*

92 *Blanda periculis Otia*] Catullus: 'Otium et Reges prius et beatas Perdidit urbes.' Perit natura, ubi quis otii voluptatibus vincitur, ait Euripides. *Idem.*

93 *Lucis fructus*] Vita ipsa, jucundissimus ille fructus lucis vitalis. *Idem.*

94 *Laudē*] Virtute, parente laudum. *Idem.*

Myos] Thraciæ gentem. *Idem.*

Myos Reppulit] Hic locus satis obscurus: constat enim *Myos* fuisse subditos Orientis Imp. et misere afflictos a Getis: quare Stilichonis virtute hostium incursu et populatu liberati, non possunt hostium numero haberi. Sic igitur interpretari libet: Quia enim *Myos* feroces, id est, animosos, reppulit, excitavit suo adventu, in *plaustra*, id est, in Getas? 'quorum plaustra vagas rite trahunt domos,' ut ait Horat. *Claver.*

Myos in plaustra feroces] Lucens. prim. Vatic. et multi alii, *Visos*: forsitan recte. Apud Sidonium Panegyri. Majorani *Vesi* sunt: hinc et *Visigothi*; quidam scripti *Nisos* vel *missos*. Pro *Promoti* etiam *Proponti* male legebatur vulgo; quod alii jam monuerunt. *D. Heins.*

95 *Promoti cæde tumentes*] Ducem fortissimum Promotum dolo ab Rufino, Barbaris immissis, trucidatum, memorat Zosimus, lib. iv. Quæ historia hic tangitur. *Barth.*

96 *Una ruina*] Pugna capitali. *Idem.*

97 *Pallantis jugulum*] Tumulum secundum Vaticanum. *D. Heins.*

98 *Tractusque rotis ultricibus Hector*] Vel vindictam vel quæstum causam fuisse Hectoris tracti autumat: cavens velut iudicium interponere liti tam dære. Accusatur enim hujus

Delph. et Ver. Clas.

nundinationis gratia Achilles, a nobilissimis scriptoribus, vel Homerus potius, tantus viri præco. *Barth.*

100 *Yeano*] Ob indecorem iracundiam, cujus notatur Achilles. *Idem.*

101 *Funera*] Cadavera.

Venam] Ubi spatium non est. *Barth.*

102 *Turmas equitum*] Hoc est, *παρσεν ἱλας φάλαγγας*. Sic in tumultus mactare, est parentare Papinio, lib. v. 675. *Turmæ*, equitum agmina peculiari significato. *Idem.*

103 *Amici*] Socii enim Duces, Promotus et Stilicho. *Idem.*

105 *Fabricataque vatibus arma*] Elegantissime. Non enim fuerunt unquam talla: dicendum fuerat *fabricata Diis aut Cyclopibus*. *Idem.*

107 *Jampridem*] Longe etiam ante Valentis tempora. *Idem.*

108 *Conclusa*] Et dimissa, adjicit Orosius. Eum cum Zosimo lege. *Idem.*

109 *Nec te terrisonus stridor*] *Malium ferrisonus*: ut *arisonus*. Mox *Channorum* cum Lucensi et Gyrالد. libro legendum pro *Hunnorum* dixi supra. *D. Heins.*

Venientis Alani] Repræsentat stridorem cum metu ipso procul ingruentis atrocissimi hostis. Emphasis ingens in voce *venientis*. De Alanis vide Josephum, lib. vii. Excidii: 'Qui mirificam eorum pugnandi rationem tradit;' procul missis in acie laqueis trahere hostes; uti pene ceperant Tridaten Regem, ægre fuga elapsum, fœne inciso. *Barth.*

110 *Falce Gelonus*] Falcato gladio, ei genti usitato. *Idem.*

111 *Sarmata conto*] In Papinii modo adscriptis pariter legimus *quo turbine conto Sarmates*. *Idem.*

113 *Occultus proditor*] Rufinum dicit. Potest tamen ut intelligatur etiam occultior alius: ut miræ tenebræ sunt in personis hujus ævi.

Proditor] Rufinus: de quo supra. *Barth.*

Claud.

8 C

116 *Amidus*] 'Quante quis obsequio promptior,' ait Tacitus, 'honoribus et opibus extollitur. Ergo ad famam suam gestis exultare oportet; sed ad auctorem fortunam referre.' *Claver.*

Urbi] Constantinopolim dicit, quæ secedebat Theodosius, non præsentibus periculis, si fides Zosimo, lib. iv. *Barth.*

117 *Trepida pietate*] Timens Liberris suis. *Idem.*

118 *Vixque salutatis laribus*] Exemplum strenui militis, qualem exhibet in actis Hebræorum Regum Urias. Salutabant autem Lares, domum ut primum revertebantur. *Idem.*

119 *Detergo nec dum sanguine*] Adhuc ense rubens. *Idem.*

120 *Eucherii*] Miserabilis hic fuit: nam patre Stilichonè occiso, Romam aufugit, ubi ab Arsacio et Terentio Eunnuchia perquisitis, violenta morte obiit. Zosimus. *Claver.*

Oscula saltem Per galeam] III. Consulatu, vs. 36. De Eucherio ipso, ut paganus fuerit, ut Imperio paratus a patre, multis Christiani Chronologi. *Barth.*

121 *Ignesque mariti*] Quatuor ignemque. Languet nonnihil versus; qui erigetur, si legas patrios stimulos ignemque maritum: nisi mavis ignisque mariti quod in Pulmanniano codice legebatur. Vide notas bello Gild. vs. 407. et quæ ad Nasonem notamus, Epist. xiv. 29. *D. Heins.*

122 *Vincit cura ducis*] Ingenitis omnibus affectibus majorem virtutem et fidelitatem Stilichonis laudat.

Sub pellibus] Tabernacula dicta sunt, licet ex tentoriis et pellibus fiant. *Barth.*

123 *Ædonas hyemes*] Riphæas, Thracas. *Idem.*

125 *Tunc iste rigentem*] Igne Patavin. et Putean. teste Junianus: legendum *triste*; et sic editio Claverii, laud dubie ex libris scriptis; quod

confirmatum postea a Parnesiano codice deprehendi. *Inter agentem a manu prima primus Vaticanus.* Statius Abascantii pietate: 'Nec frons triste rigens, nimiusque in moribus horror.' Pro diro unus Med. die, et pro *Edonas, Sithonias.* *D. Heins.*

126 *Nivibusque profundum*] Tolerantiæ talis exemplum Adrianus Imperator apud Spartianum. *Barth.*

132 *Stragibus aquavit*] Hyperbole Poëtica. *Idem.*

134 *Bisaltæ*] Servius, Georg. III. 'Bisaltæ populi Scytharum, qui fugientes equorum sanguine aluntur, lacte permixto.' *Idem.*

135 *Quantæ sub vomere putres*] Malim quantis. Excerpta Gyraldi quanto: pro *putres* malit Barthius cum Palatino suo *ruptis*; aliter nostri omnes. *D. Heins.*

137 *Ossa regum*] Barbarorum Regum immanem staturam ex ossibus peremptorum dat concijciendam posteritati. *Barth.*

139 *Laudum undis*] Fluctibus. Omnem copiam fluminibus, torrentibus, &c. comparari notissima res est. *Idem.*

140 *Genitor*] Præsentium Principum. Tyrannum cape Eugenium, qui cum Arbogaste suo ultimus Theodosio peremptorum. *Idem.*

Tyranni] Eugenii scil. qui vere scenicus rex. *Claver.*

141 *Commisissis terris*] Utriusque Principis regno. *Barth.*

142 *Ruituro culmine*] Ruinam minabundo. *Idem.*

143 *Cervice subis*] Nusquam ineluctante; quali ante sustentaverat ipse Theodosius. *Idem.*

148 *Nil ibi barbariæ motus*] Nulli ex scriptis et primis edd. pro *ruptæ ordinis* prim. Vatic. aliique meliores *rupto*; quomodo ex evulgatis etiam multi. *D. Heins.*

Turbida rupto ordine tentavit novitas] Novitatem sive mutationem rerum non sine turbis esse Platonice. *Idem.*

150 *Mutatus orbis non sensit habenas*] Successore eadem benignitate animi in subditos, qua fuerat præcessor. *Barth.*

151 *Ceu libera frenis*] *Freni* scripserat, ut puto, Claudianus: sic 'liber laborum Rusticus' Horat. Silius, 'It liber campi pastor:' neque aliter Lucanus, Prudentius, alii frequenter. Adeantur, si tanti est, quæ ad Maronem congesimus hanc in rem Æneidos decimo, vs. 154. ubi ex optimis membranis castigavimus: 'tum libera fati Classem conscondit jussis gens Lydia divum.' *D. Heins.*

152 *Nec tantis dissona linguis*] Obitus Theodosii tot diversorum populorum numeris constanti exercitui fræna laxaverat. Reverentia tamen Stilichonis nullæ omnino turbæ vel rumore perceptæ sunt. *Barth.*

154 *Populus*] Turba. *Idem.*

156 *Mitra velatus Arabs*] Arabes effæminationis notantur multis scriptoribus. *Mitra* autem insigne molli-tiarum.

Crine decoro] Armenium militem crispitie capilli insignit. *Barth.*

Hic crine decoro Armenius] Plerique cum primo Vaticano decorus: quinque cum *crine decoris Armeniis*: et sic duocodices Andræ Schotti: bene. *D. Heins.*

157 *Saces*] Sacæ nobilis Orientium populus. Meminerunt hujus gentis et Strabo, lib. II. Ælianus, Variar. lib. XII. cap. 37. *Barth.*

158 *Gemmatæ*] Copiam gemmarum ab Indis peti nemo nescit. Tentoria summis opibus excolunt nunc etiam Turcæ. *Idem.*

159 *Rhodani proceræ cohors*] Galli Germanique proceri corporibus; comparatione Romanorum.

Miles æmulus Oceani] Quatuor ejusdem Schotti et viginti ex nostris *Alanus*, mutata distinctione: sed nil mutandum. *D. Heins.*

Alumnus Oceani] Accola. Sic ipsum Theodosium Oceano oriundum dicit

Fescenninis, qui erat natus Chaucæ, civitate Gallæciæ, provinciæ Hispaniarum. *Barth.*

161 *Quas vel progrediens*] Alii, *quos*. Isingr. et prior Leid. *quos*: sequor. Pri. Vatic. *Quod*. *D. Heins.*

Occidens sol] Vennustate affectata, velut representetur descensus. *Barth.*

162 *Tumultu*] Varietate incondita. *Idem.*

163 *Jurisque metus*] Servatæ Justitiæ. Disciplinæ militaris vindicem Heroëm suum facit. *Idem.*

165 *Vel seges erepta*] Ita scripti omnes. Vulgo ut: unde aut Raphelengii. *Exsecta* octo etiam libri: infra lib. II. 'Exsectis inculta dabant quas sæcula silvis:' sic et 'resecta seges' apud Ovidium. *D. Heins.*

166 *Rabies*] Iracundia militaris, qua constat bona virtutis ejusce para. Turpe] Proprie turpe quod fit per libidinem. *Barth.*

167 *Suadere*] *Suaderent* rectius meliores libri. *D. Heins.*

170 *Denique felices aquilas*] *Victrices* malim cum Puteaneo et Patavino; quomodo et Lucanus de aquila. *Idem.*

171 *Arebant epoti omnes*] Græca de Xerxe fabula II. Rufin. 'Haud aliter Xerxen toto simul orbe secutus Narratur rapuisse vagos, exercitus, amnes.' *Barth.*

173 *Vexillum navale daret*] Vexilli propositio, indicium Belli. *Idem.*

174 *Nullis*] Nimbis succincta Ceræonia nullâ deterrebant. Frustra hic hæreas. De locis ipsis omnia sunt protrita, nihil scripsisse novellum. *Idem.*

177 *Securo milite*] Tanta in fortuna ducis erat fiducia. *Idem.*

181 *Rustica Musa Lygæi*] Propter ciciticinem ibidem Pana illum rures-tris Musæ præsidem. *Idem.*

183 *Quod te pugnante resurgens*] Quo verior scriptura. *D. Heins.*

185 *Parrhasius*] Arcas. *Barth.*

186 *Alpheus Geticus*] Eo Epigram-

mate: 'Alpheus late rubuit, Siculamque per æquor sanguineas belli rettulit unda notas.' Certum ad lib. II. in Refinam id Epigramma spectare. *Barth.*

188 *Miramur rapidis*] *Rabidis* Isingrin. et prima ed. probe. Sequenti versu num pro non potiores scripti, Proximo versu malim ruat quam ruant; ut ad hostem referatur. *D. Heins.*

Rapidis bellis] *Fulmineis*, alibi. *Barth.*

189 *Solo terrore ruant*] Ne minor scilicet sit Alexandro Magno Stilicho; de quo Historici consentiunt solo terrore nominis gentes multas subegisse.

Classica Francis Intulimus] Merito hos nominat, quos Fama ferebat tantæ magnitudinis animi, uti nihil metuerent, nisi ne cælum quandoque irrueret. *Barth.*

191 *Contudimus*] Ad repetita cum his nationibus bella alludit. Non enim semel vinci potuerunt populi tam bellicosi. *Idem.*

192 *Ante tubam*] Congressum, conflictum. *Idem.*

193 *Cedant, Druse, tui*] Drusi res obscuriores, deletæ, insigni damno posteritatis, x. libris Plinii de Bellis Germanicis. Eutropius, lib. VIII. 'Trajanus Rempubicam ita administravit, ut omnibus principibus merito præferatur. Gloriam tamen militarem civilitate et moderatione superavit.' *Idem.*

195 *Transcurrens egit Stilicho*] Aliorum velut properans.

Totidemque diebus] Strenuitas felix, magna parvo tempore exæqui. *Barth.*

196 *Potuiatis*] Summum laborem denotat hoc verbum. IV. Cons. Hon. 'Quod longis alii bellis potuere mereri.' *Idem.*

197 *Solus*] Distinctionem colloca ab hac voce. *Idem.*

199 *Ad bifidos tractus*] Ubi in duos alveos Rhenus scinditur. *Idem.*

200 *Fulmineum*] Rapidissimum. *Idem.*

Fulmineum peratrinxit iter] *Flamine*um frustra alii. Infra: 'Barbara fulmineo secuit tentoria cursu.' Ita et 'fulmineum tigris cursuum,' Silius, lib. XII. dixit. Duo etiam codices, *peratrinxit*: quod magis placet. *D. Heins.*

201 *Pax a fonte profecta*, &c.] Divine dictum. *Barth.*

203 *Crinigero*] Gentibus his coma fere, ut dicere solitum nobis, pro patrimonio erat; certe maximi æstimata. *Idem.*

205 *Paruerant*] *Paruerint* meliores libri an *Paruerunt*? de quo infra. *D. Heins.*

206 *Lintribus*] Ne moram facerent naves exspectando. *Amnis nar'* ἄρχη Rhenus. *Barth.*

208 *Fidelem*] Servantem promissa. *Idem.*

210 *Otia vendere semper*] Principes quidem ad emendam pacem sæpius compulerant. *Idem.*

213 *Revincti*] Non aliter ac si triumphentur. *Idem.*

215 *Fontesque interjacet Istri*] Non *fontemque* in scriptis.

216 *Servitio Boreas*] Ambros. optime notæ *Servit* io. bene. Mox *confiscis pro perficis* Oxon. ut præfat. lib. II. in Eutrop. 'Confecit sævum littera Martis opus.'

219 *Luna nuper*] Rem incredibilem ob temporis brevitate, tam eo certe assignato pene est ut credibilem faciat. *Barth.*

221 *Cornibus infractis*] Obstatione populorum Rheni accolarum. *Idem.*

223 *In faucem curvoent gladios*] *Cu*neent excerpta Pomponii Læti. Forte *cu*dant, vel *lu*nent: 'sic lunare arcum' apud Nasonem in Amoribus pro curvare. *Lunata Harpe*, Persei gladius apud eundem Nasonem et Lucanum. prim. Vatican. alique complures *Sycambus curvet*, scripto τῆ *Sycambus*

per y. In Oiselliano *Sigambria*. D. Heins.

224 *Cum videat ripas*] Rhenum utrimque Romanis moribus cultum indicare cupit. *Barth.*

225 *Non indignante Cayce*] Tres *Cherucko*: duo *Caucho* cum primo Vaticano: alii duo *Chanco*. Legendum *Cauco* alibi monuimus. Cauci enim frequenter Belgas invadebant. *Spartianus* in *Didio Juliano*: 'Inde Belgicam sancte ac diu rexit. Ibi *Caucho* Germaniæ populis, qui *Albim* accolebant, erumpentibus restitit.' D. Heins.

226 *Mediūque ingressa per Albem*] Tam profundam stabilitamque pacem dicit his populis indultam, ut per medium etiam flumen, qua illud profundissimum, vacaverit nationi alteri in alterius pascua pecua sua agere. *Barth.*

227 *Gallica Francorum*] Vides clarissime hic quam hi populi, hæ regiones, fuerint omnino tum diversæ. *Idem.*

229 *Lucos*] *Hercyniorum Lacorum* meminit *Seneca Medea*: 'Lucis Suevi nobiles *Hercyniis*.' *Idem.*

230 *Religione truces*] Horrendos, cum horrore visendos. *Idem.*

233 *Victoribus favent*] Mente simul et corpore devicti. Alibi: 'non est victoria major Quam quæ confessos animo quoque subjugat hostes.' *Idem.*

234 *Alemania*] Totam Barbariam et Danubii et Rheni accolam dicere videtur. Non habuit olim certam gentis significationem hæc vox, dici enim non potest quam varie diverseque ea utantur scriptores. Pro diversis gentibus, et totis ejus oræ tractibus. *Idem.*

236 *Provincia missos*] Hæc corruptissime hactenus legebantur. *Myos* quidam; frustra. Pro *fallax* sequenti versu recte codices nonnulli *fascēs*: quomodo et prim. Vatic. Mox *perperam Quos dederis servat vel feriat vel sorcet* vulgati et scripti; quidam

etiam *acies*; quod *Raphelengius* secutus. Proxime veram lectionem, quæ tertio Vaticano Codici, Florentino S. Marci, secundo Mediceo, ac Oiselliano, in quibus *acies nec jam pulsare rebelles*, debetur. Simili sensu iv. Cons. Hon. 'Non hostes victore cadant, sed iudice sotes.' Lib. ix. in *Estrop*. 'Non duce frangendas jactat, sed iudice, vires.' Ultima syllaba *roū dederis* producebatur nonnunquam: nam et *dederitis* dicebant. *Ovid*. 'vitam dederitis in undis.' *Adcantur*, quæ notamus ad *Nasonem Artis Amat.* i. 447. D. Heins.

237 *Quam Francia, &c.*] Ergo *Franci Reges* a *Stilichone* accipiant. Magnam vero curam injiciebant Romanis, licet parva manu: quos ai paulo ante *Arbogastes*, itidem *Francus*, sed patriæ hostis, diversis præliis debilitasset, non adeo facile *Rheni ripas* deseruissent. *Claver.*

241 *Marcomeres Sonnoque docent*] Nota tunc vocabula Regum *Francorum*.

Marcomeres Sonnoque docent] Sic pr. Vaticanus cum aliis nonnullis; atque ita *Raphelengius*: nisi quod ille docet. *Lacensis Marcomares Sunnoque*. *Gyrald.* aliique complures *Marcomanes*: quidam *Sonnoque, Summoque, Suenoque, Suevusque*, et similia. *Scaliger* in ora libri sui *Marcomirus*. Cum his *Valentiniano* res fuisse videtur. *Chronicon Altissiodorense*: 'Egressi inde *Marcomiro, Summone, et Genebando* ducibus, venerunt et habitaverunt circa ripam *Rheni* in confinio Germaniæ et *Alemaniæ*. Quos cum multis idem *Valentinianus* præliis attentasset, nec vincere potuisset, *Francos*, id est, feroces, appellavit.' *Plara ad rem concessit Barthius.* D. Heins.

Hetruscum Pertulit exitium] *Sua fide* isthæc narrat. Omnino tamen aliquid veri inest. Nam et ad pacta adactos Reges illos, *Francorum Historiæ* affirmant. *Barth.*

244 *Res avidi concire novas*] Imo *concire*; atque ita primus Petavianus: sic 'concire seditiones' Livio. Plauto 'concire lites et turbas.' *D. Heins.*

245 *Scelerumque cupidine fratres*] Non minus, ait, quam Natura. Hinc enim concludi debet fratres fuisse hos sive Reges, sive, ut Sulpitius Alexander appellât, Regales: quæ et causa est quod junctim fere ubique a scriptoribus ponantur. *Fratres*, pares per omnia. *Barth.*

246 *Arctos*] Septentrionales, Occidentalesque populos. *Idem.*

248 *Moverat amens*] Non omnes octodecim ex nostris. *D. Heins.*

251 *Cynias*] Flumen Libyæ. *Barth.*

252 *Triton*] Vide Plinium, l. v. c. 9. *Idem.*

Et Gyr notissimus annis] Alii, *Gil*, *Ger*, *Gis*: nec opus virorum doctorum conjecturis. *Telp* est Ptolemæo et *Telpa* civitas ad hunc fluvium sita. Paulo etiam post *Nuba* pro *Juba* membranæ meliores; ut aliis jam monitum: apud Silium sæpe nomen idem corruptum. *Νοῦβαι* Græcis hic populus. *D. Heins.*

Gir] Sidonius, Panegyrico Aviti: 'Indorum Ganges, Colchorum Phasis, Araxes Armeniæ, Gir Æthiopum, Tanaisque Getarum.' Vides ab hoc notissimis annibus adscribi. Facile vero Æthiopum notissimus, cum cæteri plerique minus noti forent, et commercia pene nulla. *Barthius.*

254 *Nuba*] Nomen populi ejus tractus. Stephanus: *Νοῦβαι ἔθνος Λιβύης κατὰ Νελύπ.* *Idem.*

257 *Stipantur Numidæ campis*] *Campi* legendum vel sine libris; nisi quod eam conjecturam a primo tertioque Vaticanis ac aliis duobus aut tribus codicibus confirmatam offendi. Sic *stipare fora* auctor Panegyrici ad *Pisonem*: 'Olim turba vias impleverat agmine denso; Ardua nunc eadem stipat fora.' *Numidæ campis*, ut *Numidæ leones* apud Ovidium, lib. II.

Art. Am. in antiquis codicibus: 'Obsequium tigresque domat Numidasque leones.' Sic *Pænus ær* nostro paulo post, et *Pæna vis* Siliio lib. VII. 'nubes subito cum densa Laconum.' Saxosis latebris intento ad prælia circum Funditur, et Pæna insurgit vis sæva virorum: ita locus ille ex veteri libro legendus. Mox dicet, *Cur usque ad Pænos miseram fugis?* ubi et perperam vulgo *panas*. *D. Heins.*

Stant] Obducuntur. *Barth.*

259 *Virga*] Bello Gildonico, de iisdem populis: 'sonipes ignarus habentæ Virga regit.' *Idem.*

263 *Splendens vipera*] Isingr. Lucens. prim. et tert. Vatican. nec pauci alii cum Aldo *Pendent*. Epithal. Palladii: 'Pendientes placido suspirant igne pharetræ.' Stat. Theb. VII. 'Pendientesque sonant aurata lynce pharetræ.' *D. Heins.*

Vipera] De prægrandium viperarum pellibus. Quod autem jaculis aërem obtexi dicit, sæpe legitur apud scriptores. Lucanus, lib. II. 'cæca telorum in nube.' Lib. III. 'Emissaque tela Aëra texerunt.' *Barth.*

264 *Simois*] Nobilis olim annis Phrygiæ, nunc vix rivus. *Barth.*

269 *Fervidus Austrum*] Nil temere mutem; malim tamen *perfidus*: agit de rebellibus. *D. Heins.*

271 *Hic ille*] Arcadianis partibus Gildo. Pietatem inter fratres dicit. *Barth.*

273 *Fallax legitimam, &c.*] Hic notatur Gildo, qui regnum Africæ præsumpserit, quia sane fuit locuples in illa regione, ita ut ejus patrimonium Codice Th. sit nobilitatum. *Claver.*

Legitimam] Velut ad Arcadii partes Africæ regnum pertineret. Hoc colore, ait, sumserat arma Gildo, interim suas res agens.

Umbram] Speciem, Colorem. *Barthius.*

274 *Geminum bellum*] Rufini dolos dicit, Eutropii, &c. Sed potius Arcadium ob Africam Honorium im-

pugnaturum. *Barth.*

Geminus] Distinguit duo bella surgentia contra Occidentem: quorum alterum apertum fuit, ut Libycum; alterum vero tacitum, ut Orientale. pudebat enim fratrem fratri civile bellum indicere. *Claver.*

279 *Fames obsederat Urbem*] Attinebat enim frumentationem Africanam Gildo, nec classes Libycæ populo Romano subveniebant. *Barth.*

281 *Tacitum*] Occultum. Affectiones autem tacitæ periculosiores. *Idem.*

282 *Laterumque alternis ictibus atceps*] Placuit hæc Raphaelengio lectio, quam Aldus et scripti quidam agnoscunt: alii *Latusque*; etiam non male, quod Barthio curis secundis probatum; quidam *lacerumque*, quod verum puto. Infra l. II. 'te hospite fas est Vexatum laceri corpus juvenescere regni.' Mox *minacia fata* non *minantia* Pricæanus. *D. Heins.*

285 *Eventusque sibi laturo*] Sibi ipsi virtute viam fecisse dicit Heroem suum. *Barth.*

287 *Vexat Orion*] Non versat decem scripti. Prudent. Cathem. Hymno VIII. 'Increpas ventum furemtem, quod procellis tristibus Vertat æquor fundo ab imo, vexet et vagam ratem.' Vide notas l. I. in Rufin. vs. 65. *D. Heins.*

288 *Clavi flexu*] Gubernaculi, quo flectitur navigium. *Barth.*

292 *Noxia furto*] Clam agebant, Claudiani sensu, hac Aulici Orientis, uti dolo interverterent Africa Honorium, eamque in sese transferrent. *Barth.*

293 *Pretio manus inflammata*] Eorum qui Epistolas et Edicta nomine Arcadii componebant. De Edictis supra: 'illinc Edicta meabant Corruptura Duces.' Tale quod armis abscedere, militem relinquere cogit Stilichonem, II. in Rufinum. *Idem.*

Lateret] *Laterent* prima ed. bene. *D. Heins.*

296 *Responsa quod ardua semper Eois dederis*] Imo contra ita magnanimitate sua utebatur Stilicho, certe ipso sine ut Arcadii Imperium Honorianus subderet, certe omnibus illius ducibus, fortior, melior, felicior. Vide Zosimum. 'Quod innit Claudianus, neminem scilicet ejus temporis Stilichone Procerum auro minus fuisse obnoxium, quo nemini tamen non vendebantur dignitates. *Barth.*

301 *Inveniens animo*] Animus laudatur ob promptitudinem et dexteritatem inveniendi.

Animo qua mente gerenda] Distinctio nota inter animum, animam, et mentem. Claudianus noster animum inventioni, mentem judicio assignat: 'Anima vitæ est, animus consilii.' Hinc cum totam vim interni hominis dicere voluerunt, mentem animi dixerunt scriptores. *Barth.*

Mente gerenda] Sine hac enim, ratione scilicet judicioque, omnia cæca sunt. *Idem.*

302 *Manu*] Opera ipso, strenuitate.

Dictare paratus] Promptus, expeditus. Quod in Cæsare ad prodigia usque laudatur. *Barth.*

303 *Qua brachia centum, Quis Briareus*] *Non brachia centum, Non Briareus*, Gyrald. Vatican. alique nonnulli: putem etiam *humero crescente* non *numero*, at apud Ovid. in Amor. 'Ante meos humeris vellem cecidisse lacertos.' *D. Heins.*

304 *Briareus*] Centimanus. *Barth.*

305 *Configere*] Eas devincere legitimo volut certamine. *Idem.*

308 *Quæ fruges vel bella*] Mutatis nimirum oneribus. Fruges vecturæ erant in Italiam; inde militem in Africam. id vel etiam et designare potest, cum de duplici Classe loquatur.

Tumulum] Turbas, seditionem. Intelligit dissidium Arcadii et Honorianarum partium. *Barth.*

309 *Roma famam*] Tot capitum scilicet penuriam prospicere. *Idem.*

Quot nubes superis] Multi ex libris *nubis aperta*: mendose: scribendum videtur *nubes sopora*: sic *noctem soporam* Virgil. Lucan. et Statius dixerunt. Prudent. Cathem. ex veterrimo codice: 'Auferte clamat lectulos Ægræ, soporos, desides.' *D. Heins.*

310 Immunes oculi] Vigilantiam commendat Stilichonis. *Barth.*

312 Fama sonit] Alto sono, Fabulum notissimo.

Lumine, cinctum] Lege cum prim. Vatic. et priore Moreti, *ocentum Corporis excubitis*: neque aliter Helmstadiensis. *D. Heins.*

Cinctum] Undique obsessum. Ovidius: 'Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,' &c. *Barth.*

318 Corporis excubitis] Non animi, ut Stilicho servavit Rempublicam. *Idem.*

316 Emicuit] Sic Isingrin. et tres ex nostris: quod et Raphaelengius secutus, et Barthius curis secundis probavit. Vulgo *emittit*: minus bene. Mox perperam idem Raphaelengius *sub comere*, prava distinctione deceptus, ut Barthio jam deprehensum: *dilectu* etiam pro *delectu*, ut apud alios quoque auctores antiquissimi codices. Denique *conceptas* pro *concepto* multi veteres: sed vulgatum non est temere mutandum. Sic Idyllio Phœnicis: 'Hic neque concepto fœtu, nec semine surgit.' *Concepto* etiam a manu prima primus Vaticanus. *D. Heins.*

Senio] Senium de detrimento rerum dixisse omnium probat Nonius. *Barth.*

327 Conseret bella Senatus] Conserent codex Rottendorphianus. *D. Heins.*

329 Duobus mandarent prœlia Patres] Patres conserent bellandum, et hostem declararent, in quem arma forent sumenda. *Barth.*

330 Decretoque togæ] Curie Romanæ, Senatus. Illud Ciceronianum verum fuisse dixeris: 'Cedant arma togæ.' *Idem.*

331 Remouisse fatemur] Sic prior Moreti: vulgo *rediisse*. Gyrald. et Lacens. *Romulem leges redire*. *D. Heins.*

332 Procerum iussis famulantis cernimus arma] Reverentiam Patrum laudat in Stilichone. *Barth.*

333 Junctis transmitters signis] Sic conjeceram, cum id mox confirmatum a Regio libro animadverti. Vulgo *cunctis*. Vid. Cons. Olybrii, vs. 231. *D. Heins.*

334 Maniptis] Quid manipulus, et unde dictus, habes apud Vegetium. *Barth.*

335 Consilio] Prudentia, Judicio. Sic nullo consilio agere, temere omnia administrare valet.

Stetit] Coërcita, alioquin ruitura in hostem recta. *Barth.*

Consilio etetit ira minor] *Ira ruens* primus Vatican. cum duodecim scriptis: ut apud Horat. 'Vis consilii expert mole ruit sua.' *D. Heins.*

336 Te duce] Audito tuo rebellibus fatali nomine. *Barth.*

Te duce, suscepto] *Suspecto* Isingrin. prim. Vatic. et tredecim alii: bene: hoc est, ne magnus ille apparatus suspectus esset. *D. Heins.*

339 Solatia mortis] Ultionis aliquid: damnum contra hosti illatum, quod genus mortis jam certi pro ejus solatio habebant. *Barth.*

340 Res mira relatu] Prior Moreti, *res digna relatu*, *Ne timeare, caves*: et pro *profuit* idem contulit. iv. Cons. Honor. 'vitam tibi contulit idem Imperiumque dies.' *D. Heins.*

341 Ne timeare times] Pacatus Pa-negyrico: 'Quo quidem tunc maxime exercitus gaudebat, cum se ultro videret lacerari, qui nihil magis timebat quam timeri.' Stilicho autem metuebat, ne nimio metu virtutis suæ hostem noxium amitteret. *Barth.*

Ne timeare times] Inde Sidonius de rege Gothorum, 'Timet timeri,' inquit. Tacitus plane ad rem: 'nihil æque cavebatur, quam ne bellum metu eluderet.' Pacatus: 'Tus exer-

etis nihil magis timebat, quam timeri.' *Claver.*

343 *Fiducia*] In arma sua. Qui, si initio statim percussus fuisset, tot nobilissimas civitates in solatium cladis suae perdidisset. *Barth.*

345 *Spe captus inani*] Tanquam metneretur a Stilichone, qui obrui poterat, nisi sic periturus cum damno Reipublicæ. *Idem.*

350 *Solibus effatus*] Africani caloris impatientes: cum primum isthuc trajecerint, inquebat Barbarus, robur omne ipsa aëris vehementia et Solis inadsueto calore amittent, tunc ego pulvere turmarum mearum enecabo. *Effatus*, exsuccus. Virgilius, lib. v. 'frigentque effatæ in corpore vites.' *Idem.*

Solibus effatos mercurus pulvere Gallos] Malim, *Solibus effato pulvere*. D. Heins.

351 *Geminata venenis Vultura*] Mos gentium versas eas plagas spicula veneno linere, duplici morte, ut loquuntur Poëtæ. *Barth.*

355 *Intorquet Garamas*] Jam torquet scripti, paucis exceptis. D. Heins.

Fugaces Autololes] Populi Mauritanæ, ut et Mazæum natio. *Barth.*

356 *Autololes*] Gyrals. *Autolopes*. Lucens, alique multi *Autolopes*: alii aliter. Ambros. optimæ notæ *Autolales*: quod cum Solino et Plinio convenit, quibus *Autolales* dicuntur; ut pateat mendum esse in Ptolemæi codicibus, et *αυτολάλαι* pro *αυτολάροις* scribendum. Deinde *Mazæ* meliores libri: quomodo etiam Suetonius ac Lucanus, in Cuietico Gratius; alii *Matax*, vel *Mazæ* vel *Mazar*. Pro *projectis* duo Mediceæ *projectat*: unus Ambr. *pavidum projectat*: eleganter. Locani illa respiciebat, lib. iv. 'tremulum cum torsit missile Mazax.' D. Heins.

358 *Lembo*] Minuto navigio. *Barth.*

359 *Merito*] Quia illic pœnas dedit. Quid Gildone revera factum est in-

certum. Claudianus hic expressè scribit pœna ordinaria exceptam, passum prius ludibria populi.

Tabraca] Urbs Libyæ. *Barth.*

361 *Lata jurgia plebis*] Ludibria ante mortem; cum traduceretur spectandus velut in triumpho. *Idem.*

363 *Fracturumque reses*] Malt *Perfractumque*: duo *Perfunctumque*. Forte *Frangendumque*. D. Heins.

363 *Nil tribuat fortuna sibi*] Alias utramque paginam faciens. Laudantur ergo summe, qui virtute sua omnia fecisse dicuntur, exclusa illa gubernatrice omnium. *Barth.*

Sit prospera semper] *Lego sic*. D. Heins.

365 *Alas*] Belli. Non, ait, uno ictui Fortunæ umquam omnia credidimus. *Barth.*

368 *Dux major*] Ipse videlicet Stilicho. *Idem.*

369 *Optatior*] De omnibus suis ita loquitur. *Idem.*

373 *Hi propagandi ruerent*] Ita plerique scripti: alii cum editis *ruerant*. Puto *ruerunt*: quod et Barthio videbatur, ex veteris libri auctoritate: sic apud Virgil. 'tulerunt Austidia menses,' et sæpe alibi; de quo notis ad Ovidium; qui multis in locis pari modo corruptus. D. Heins.

374 *Stabat Romana*] Consistebat. Romam autem et Italiam fame conficere poterat Gildo. *Barth.*

Tempora tuto] Lege *tutas* cum tribus scriptis: quinque alii *tuta moræ*: ut hiatus relinquantur: qua in re multus Virgilius. D. Heins.

375 *Vincere tarde*] Livius: 'Si tu occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paululum fueris, nequicquam mox omissam querere.' *Claver.*

376 *Vinci pene fuit*] Acute rem in acie versantem insinuat. *Barth.*

377 *Supplicium deforme*] *Fanem*, miserrimum genus mortis. *Idem.*

378 *Et tantum Libyam*] Tanto, et mox quanto, Scaliger: confirmat libes

Patavinus. *D. Heins.*

383 *Lentum ceneret Fabium*] Cancellatorem. *Cenere* Fanæ est. Supra: 'Argum Fama cavit centeno lumine cinctum.'

Jure perempto] Romanis moribus, barbarie inducta. In illis ponit omne jus. *Barth.*

383 *Famula Carthagine*] Subdita ea urbe servitium Romæ auguratur: non fefellit hominem prudentissimum augurium, ut tempora mox sequentia, Vandalis ea potitis, et inde Roma devastata, contestantur. *Idem.*

384 *Adorea*] Victoria. *Idem.*

XXII.

IN I. CONS. STILICHONIS LIB. II.

1 *Qualibus urbem*] Veteres plerique orbem. Infra: 'si non, ut ductor, ab orbe Quem regit, accipiat saltem cognatus ab aula.' *D. Heins.*

Qualibus Urbem] Aliquoties alibi utrumque Imperium Stilichonis curæ a Theodosio commissum celebravit. Urbis frænatio Præfectum ejus deceat, non Patrem Imperii, Principumque moderatorem. *Barth.*

2 *Moribus*] Pacis virtutes omnes intellige.

Metuendus amore] Amori mixto metu: quæ duo juncta venerationem faciunt. *Barth.*

3 *Actore*] Quo medio, intercessore, negotii gestore. *Actor*, qui gerit, offert, impetrat, conficit rem alterius suove nomine. Nolentem enim recusantemque Consulatum subisse Stilichonem videri vult. *Idem.*

Auctore rogante] Frustra Raphaelius rogante; et mox temperet pro temperat contra scriptos: frustra etiam Barthius, qui actore cum mendosis codicibus amplectitur, eamque vocem ter Statio reddendam opinatur, cum nihil istis locis sit mutandum. Sic vulneris auctor et teli auctor, auctor

pugna, et similia passim apud Nasonem occurrant. *D. Heins.*

4 *Summum annum*] Nomine suo signatum. Anni enim sunt Consulum. *Barth.*

5 *Fidibus remissis*] Latentis enim sonus bellicarum laudum. Pacatæ res brevioris gyro, ut Papinius loquitur, absolvuntur.

Musa] Filia Mnemosynes. *Barth.*

Musa remissis] Diva unus Med. ut Musa intelligatur; et tum incipias malim. *D. Heins.*

6 *Custos Clementia mundi*] Hac enim moderante omnia constant, ne ardore, frigore, vi, violentia, pessum eant. *Barth.*

7 *Jovis zonam*] Summa enim Potestas, a qua dependent omnia, omnesque cæteræ, necesse est sit tranquilla, placida, pace divina et inturbabili omnia moderans. Jupiter autem consensu omnium est illa suprema, omnia moderans, gubernansque, potestas, quo nihil tranquillius, clementius; unde nomen habet. Itaque Jovis Sidus Clementiæ adscribitur a Poëtis proprium, quæ servat, custodit, supremo suo numine, omnia.

Involuit zonam] Inde velut nunc in pectus Stilichonis translata. *Barth.*

8 *Frigoris et flammæ mediam*] *Medio* prim. Vatic. a manu prima; quomodo et alii plurimi cum Aldina editione. *D. Heins.*

Maxima natu] Imo æterna ideo, quia citra eam nulla temperies; sine temperie, nulla progeneratio; sine progeneratione nullum exordium, Theologia quidem Poëtarum, qui ex elementorum contemperie et partibus mundi Deos etiam suos oriundos scripserunt. *Barth.*

9 *Chaos Clementia solvit*] Materiam confusam rerum dicit, quam digesserit et explicaverit Clementia, ut alludunt literas veritatis Poëtæ fabulatores. *Idem.*

10 *Congeriem*] Indigestam.

Materiem rudem] Impolitam. Virgilius, lib. ix. 'rudem nodis et cortice crudo Hastam.'

Congeriem miserata rudem] *Partita* Regius. *D. Heins.*

Vultu sereno] Placido, divino. Vultum autem Serenum et Serenificum Diistribuant omnes Poëtæ suis. *Barth.*

11 *Discussis tenebris*] Lux enim prima nascentium fuit, unde rerum formæ parnere.

Secula] Tempora, in quibus sunt vivuntque omnia. Potest vitam omnium animantium hominumque hac voce intelligere. *Barth.*

12 *Pro templis*] Divina Philosophis Deum immortalem habere non alibi sedem, non alibi domicilium, ipso dignum, quam apud mentem hominis, ipsi vellet dignitate proximam. Laudantur ita summi Heroës, ut hic Stilicho, qui virtutes in animo suo fixas firmasque habent, ut ingenita humanitas Principibus habetur.

Thure calantibus] Perpetuo et ubere numinis cultu. *Barth.*

14 *Pennis hominum*] Sævitiâ scitissime ipsi: penetratibus Heroïs sui avertit, indignum testatûs gaudere sanguine, et pœnis delectari tantarum

rerum effectorem. Clementia tamen sic erit restringenda cordato principi, ne imposita scelera crescant.

Sanguine pasci Turpe ferumque putes] Panegy. Manlii: 'Qui fruitur pœna, ferus est.' Feritas enim speciatim appellatur hoc vitium, &c. Verbum pasci voluptatem hanc feritatis ingerit, quod delectari animum indicat. *Barth.*

15 *Ferrum Marte cruentum, Siccum pace*] *Siccum pace*, hoc est, adeo sis pacificus extra bellum, ut non sentiat, nesciat omnino, sanguinem mactatus, aut gladius. Tingas ense sanguine hostium, civium cruore siccum serves. *Idem.*

16 *Siccum pace premas*] *Sic cum* male sejunctim ante legebatur. Infra lib. iii. 'Maneant clausis nunc sicca pharetris Spicula.' Statius, Theb. viii. 'Stat medius campis etiamnum cuspidi sicca.' Ita et 'sicci sanguine dentes' apud Silium, l. vii., et l. viii. 'cæde sine ulla Insolitum sibi bellâ geri, siccasque cruoris Inter tela sui Mavortis hebesceres dextras.' Sic conjecimus: nam vetus liber *cruori*. Vulgo *cruore*, et *siti Mavortis*. *Sicca mors* Juvenali, Sat. x. 'Ad generum Cereris sine cæde et sanguine pauci Descendunt reges, et sicca morte tyranni.' Ita ex Servio legendum; non, *sine vulnere*, quod alterius glossema; *sine sanguine*, à *σῆματι*, Homero et Opiano. Cæterum in primo Vaticano et aliis decem, *siccum pace feras*, non *premas*; quod arridet præ altera lectione: nam *premere ferrum Marte cruentum* minus concinne dixerit. *D. Heins.*

Insensus] Tacite eos odio habens, nec facile placabilis. Quomodo qui persequitur aliquem, certe materiam alendis odiis præstat. *Barth.*

17 *Utro Ignovisse velis*] Etiam non rogatus. Ut potius tibi sit ultro Ignoscere etiam merenti, quam stricto ulcisci crimina. Ita Cicero se ignoscendi causas quævisisse, cum in ali-

quem animadvertendum foret, affirmat. *Barth.*

18 *Ocius*] *Promptius. Idem.*

19 *Implacabilis*] Crimen a Stilichone removet, quod in Achille reprehendunt Græci ejus Laudatores: stolidè scilicet eum fecisse, qui aliis suaderet avertendæ Deorum Iræ nihil non facere, cum sams ipse fræna imponere nesciat. *Idem.*

20 *Obria prosternas*] Est illud: 'Parcere subjectis et debellare superbos.' *Prostrataque more leonum Despicies*] Pulcherrime Seneca, 1. 5. de Clementia: 'Magni est animi proprium, placidum esse, tranquillumque; et injurias atque offensiones semper despicere. Muliebre est furere in ira. Ferarum vero, nec generosarum quidem, præmordere, et urgere projectos. Elephantes Leonesque transiunt, quæ impulerunt. Ignobilis bestiarum pertinacia est. Non decet Regem sæva, nec inexorabilis ira.' *Barth.*

21 *Alacros tauros*] Resistendi promptos.

Sternere] Speciatim id verbi robori summo ferarum adscribitur. *Barth.*

Ardent qui frangere tauros] Ita scripti fere omnes. Gyrard. et Palat. cum *frangere*. Male vulgo cum *sternere*. III. Cons. Honor. 'Magnaue tauro-rum fracturæ colla Britannæ.' τὸ ἄγαν Homericum expressit. Iliad. E. 'Ὡς δὲ λέων ἐν βοῷ τοῦτον δὲ ἀρχέω ἔχει Πόρτιος τὴ βοῇ ἐλάσσει καταβροχόμενος. Iliad. A. Τῆς δ' ἐλ' ἀρχέ' ἔατε λαβὼν κρατερῶν δόδου: qui versus et alibi apud illum occurrit. Homericam phrasin Statius quoque expressit Theb. v. 'Massylo frangi stupuere sub hoste juvenæ.' Lib. xi. 'Armenti reges magno leo fregit hiatu.' Val. Flaccus, lib. ii. 'Qualiter implevit gemitu cum taurns acerbo A-via, frangentem morsu super alta leonem Terga ferens.' Pro *ardent* etiam *audent* vel *gaudent* scripti nonnulli frustra. Lib. i. in Rufin. 'Romanas ardet prosternere vires:' quæ

vera lectio: atque ita noster, Statius, alii passim. *D. Heins.*

22 *Hac ipse magistra Das veniam victis*] *Iste* prim. Vatic. a manu prima: quæ scriptura et in aliis multis exstat. Forte *hac sponte magistra Das veniam. Idem.*

23 *Das veniam victis*] Non ultra prælia sæviens, idem enim odiis et armis terminus. *Barth.*

Hac exhortante calores] *Exorante* undecim libri: vere. In primo Vaticano a manu prima *exorare*. Epigr. de Apollonio: 'Parcarumque colos exoratura severas.' Silius, l. xi. 'nigroque undantia pectora felle Tandem tot titulis totque exorata tropæis Infelix muta.' Quomodo eleganter Codex Modii. Dausqueius solens facit, qui obloquatur. *D. Heins.*

24 *Quæ nunquam nocitura timentur Jurgia*] Jargiorum ait eam esse naturam ut timeantur, licet nocitura non sint. Quæ res in Principe viro verissima est; tremunt enim omnia eo vel leviter commoto, ne dum in irata verba prorumpente. Dicit sola auctoritate aut majestate colibere litigia, et officio suo homines adtinere Stilichonem, nec in quemquam calore iracundiæ, aut verbis gravibus commoveri. *Barth.*

26 *Ætherii patris*] A Jove enim Reges. *Idem.*

27 *Concutiens tonitru*] Pulchre Statius de Domitiano: 'Venturi fulminis ictu Horrentem, tonitru tantum tenuique procella Contentus monuisse fuit.' *Claver.*

30 *Diva germana Fides*] Fides et Clementia germanæ sorores, primæ virtutum pectus Heroicum habitantium, ut crudelitas nulla timeatur, quia constat, propositi fideique tenacem Principem, nusquam atrimque remittere. *Barth.*

Eademque sorori] Sic in ora libri sui magnus Scaliger, quod secutus Raphaelengius; nec aliter octo scripti: hoc est, eadem cum sorore. Vulgo

Seroris. Ovid. lib. I. Amor. El. 4. 'Vir tunc est epulas nobis aditurus eadem:' quæ vera lectio; non *nebiæcum*. Horat. 'Invitum qui servat, idem facit occidenti:' hoc est, idem quod occidens facit. *D. Heins.*

32 *Inserit*] Imperium velut habens omnium tuorum actuum et negotiorum. Placiditatem Numinis constantissimi notat hoc verbum. Fidem omnia humana negotia regere late demonstrat Arnobius, lib. II. contra Nationes.

Nullo vivere fuce] Alba quippe fides, albæque ejus indumenta. *Barth.*

33 *Numquam falsæ loqui*] Mentiri enim Injustitiæ est. *Idem.*

34 *Odisse*] Præstat renunciare amicitiam more majorum, et exemplo Germanici, ut est apud Suet. Honestius vero est offendere, quam odisse, clanculum scilicet: vide Tacitum. *Claver.*

Virus in alto] Sic vocant omnem dolum optimi Scriptores. *Barth.*

35 *Prætendere fraudi*] Sic Gyrals. cum Farnesiano: ut mox, 'Prætendens proprio nomen regale furori.' Aldus et scripti plerique *præmittere*: quinque *promittere*: duo *committore*. *D. Heins.*

36 *Certum*] Quo viso de mente posita esse securus. *Barth.*

37 *Prodesse remittit*] Sensus sit: Fides permittit clam prodesse hominibus, sævire autem et explere tecte odia, non itidem. *Remittit* sit, permittit. *Idem.*

38 *Amicitias firmat*] Vincula mox agnoscit. Sic de Fide Publius: 'Amicitia coagulum unicum est Fides.' *Idem.*

Hæc et amicitias longo post tempore firmat] Ita scripti plerique: nisi quod in primo Vaticano, *plus tempore firmat*; omnino elegantius: quam scripturam unus Petavianus, Bononiensis, et ubique Oxoniensis agnoscunt. *D. Heins.*

39 *Ligat*] Amici animis velut col-

ligati, invicemque connexi; ut vinculis tota ea res apprimè bene comparatur. *Barth.*

40 *Ingenium paræ*] Sic bene cum scriptis Raphael. et Barthius. *D. Heins.*

Streptu noxæ] Errore aliquo, aut culpa leviuscula. *Barth.*

41 *Fastidire priorem*] Vetus est: Amicos parans novos, ne obliviscere veterum. *Idem.*

42 *Allicitur veniente novo*] Locus corruptus. Gyraldinus cum tribus Mediceis et secundo Vaticano *Illicitum*. Puto, *Fit fictum*. Lucensis, cum prim. et tertio Vaticanis, Oisellano, et novem aliis, *Illicitur*; unde olim *Ilcet adveniente* conjectabam: septem *Allicitum*; quomodo et prim. Vatican. pro diversa lectione: undecim *Illicite*: tres *Allectum*; quod Scaliger probare visus: unus *Illectum*: prior Moreti, *Allicitus*: fuit cum et *Neglectum* vel etiam *Ejectum* reponi debere opinarer. Infra, 'neque enim neglectas pace cohortes Tum ditas, cum bella fremunt.' *D. Heins.*

Benefacta tenere] Quæ ab aliis scilicet in te fuerint collata. *Barth.*

44 *Laborat*] *Laboras* scripti nonnulli. Forte *laborans*. *D. Heins.*

46 *Fovet absentes*] Impervio calumniam et delationi pectore. *Barth.*

47 *Nullis avidam rumoribus*] Et hoc Principi dictum sit. Civiles rumores inquirere, et secundum fidem amicitia alterum alteri privatorum narrare convenit. *Idem.*

Avidam rumoribus] Mæcenas apud Dionem: *ὅς χηρὴ πᾶσιν τοῖς λογιζομένοις πωρεῖται* 'nam quis innocens erit, si accusasse sufficiet?' ait ille apud Ammian. *Claver.*

48 *Pandit et ignarum*] Ut Raphael. lenius bene cum scriptis. *D. Heins.*

Ignarum nunquam lævum] More tyrannorum, quibus jussi duci, nihil minus expectantes. Non autem delationes aut rumores captari a Stillichone dicit, quoniam ille animi malitiam habeat indemnatum inauditum-

quo quempiam interimere. *Barth.*

49 *Insidiosa murmura*] Delatorum. Adentatores ideo fugiendos monet Sosicrates apud Rutilium Lupam, quod id genus hominum primo loco insidiatur iis quos colmerit antea, cum primum Fortuna rotam verterit. *Idem.*

50 *Nec vicis annexus amor*] Libri quidam *innexus, amixus, obnixus*. Putean. *amplexus*. Forte, *vicos amplexus amor*: sed nil mutandum temere. *D. Heins.*

51 *In prolem transcurrit gratia patrum*] Lege et exemplo veræ et perennantis amicitie. Servavit hoc in amicis Regibus et clientibus, amicisque præcipue Populus Romanus. *Barth.*

53 *Post fata colis*] Vera amicitia hæc: quæ cum moriente homine perit, imaginariam contra dicas. *Idem.*

54 *Ille monendos*] Duo *movendos*: unus *Med. fovendos*: quod verbum amat noster. Sic paulo ante, 'Hæc fovet absentes.' Sed tamen mox habebis, 'patriis gubernare Imperium monitis.' *D. Heins.*

Monendos] Instituendos. *Barth.*

57 *Maluerint*] *Maluerunt* Farnesianus et Rottendorphianus: et *possint* paulo ante, non *possent*, meliora exemplaria. *D. Heins.*

Violati] Corrupti, contaminati. *Barth.*

59 *Reservat*] Apud sese videlicet repositum. *Idem.*

60 *Depositum teneris*] Lucens. et viginti alii *terris*: nil muto. *D. Heins.*

Quantum Sol igneus ambit] Romanum Imperium intelligit, quod ambitio scriptorum æquat toti-mundo. *Barth.*

61 *Regia*] Domus, Familia Imperatoria. *Idem.*

62 *Clypeo*] Præsidio. *Idem.*

63 *Non gemit patrem*] Velut superstitem sibi in Stilichone.

Vitæque et lucis] Distingue: 'Vitæque et lucis in ipso Limine, contentas nunquam, dat jura subactis

Gentibus.' Orbi, inquit, tot gentibus constanti suo Imperio a prima infantia præest Honorius, ob ætatem temerrimam nulli umquam contentus, te Tutore, sub tuo Præsidio. *Barth.*

64 *Limine contemptus*] Non contentus: veram lectionem Raphelengius vidit, quæ in scriptis extat melioribus. *D. Heins.*

66 *Formas*] Instruis, in statum sapientis viri. *Barth.*

Mente severa] *Serena* Gyrالد. Lucens. et tredecim alii; non probo: media Stilichoni mens inter placidam et severam. *D. Heins.*

68 *Contra nixus*] Summa inconsultaque vi, quo genere generosi animi franguntur velut, et indolis nobilitatem amittunt. *Niti*, vim denotat maximam.

Quantum] Exsultantem, alacri lætaque indole se exserentem. *Barth.*

69 *Confringas animum*] Unde servilia fiunt ingenia, loqui non audentia, constricta, hæsitantia, et assuetæ timiditate incerta sui, incerta rerum, sermonum; qualia amissa libertate sub tyrannico Imperio fieri etiam bene notat Dionysius Longinus *repl. Epist.*, cap. 39. *Frangere* translatum est, et debilitare denotat.

Cen cernas consona regno] Vera scriptura meliorum Belgarum videtur *secernis consona regno*, eligis, seponis, ad quæ tuum pupillum moderere; ut majestas illi servetur, nec tamen vel justo minus, vel amplius æquo illi indulgeas. *Barth.*

Secretus consona regno] Sic Aldus et scripti plerique cum primo Vaticano, Lucensi, et Gyrالدino. quomodo et Cl. Gronovius in Observationibus, libro 1. cap. 21. jam monnit legendum: novem, *secreto*; ut pri. Vatic. a manu prima: novem *secerni*; quod Barthinus amplectebatur: vulgo *cen cernas*. Mox *patriæque obsequiis* meliores, non *patriæque obsequio*. *D. Heins.*

71 *Sanctum venerere senem*] Non

alio cum honore venereris quam qui debetur et ab omnibus defertur senili ætati. *Barth.*

Ceu sanctum, &c.] Quidam Theodosium, alii B. Ambrosium intelligunt, qui magno affectu prosecutus est Stilichonem: sane si diutius post mortem Theodosii vixisset, mutuas tradidisset operas cum Stilichone in fovendo ac regendo Honorio; sed maturius decessit: unde imo Stilicho dixisse fertur (ait Paulinus) tanto viro recedente de corpore, interitum imminere Italix: obiit vero ante bellum Gildon. quod fuit triennio post mortem Theodosii. *Claver.*

74 *Hinc fuit*] *Sic fuit* prim. Vatic. et sex alii. *D. Heins.*

Primos in conjuge disceret ignes] Non exhaustus adolescentiam vulgivagis libidinibus, sed integram famem ad ovum afferens. *Barth.*

75 *Virum*] Virilem concubitum, primam Venerem. Martialis: 'Et quæ te faciet prima puella virum.' Prima te fruetur. *Idem.*

76 *Lege tori*] Nihil in ore frequentius Græcis Poëtis, quam Lex Veneris, Amoris, &c. *Lex* autem *tori* hic legitimos thalamos notat. *Idem.*

77 *Felicio ille Te socero*] Certe omnem in eo felicitatem habuit Honorius. *Idem.*

79 *Iners aut impia*] Eutropium dicit et Rufinum ex suis quemque moribus. In Arcadium longe aliter animatum fuisse Stilichonem tradit Socrumenus, lib. ix. cap. 4. Sed ex rumoribus. *Idem.*

82 *Cum fremuit*] *Fremet* libri plerique: sed *fremuit* exstat in prim. Vatic. excerptis Læti et sex aliis. Deinde pro *Stilichonis* prim. Vatic. et alii multi *Stilicho sic*. Nihil ergo opus Raphaelengii conjectura, *laccessiti* et *petiti* pro *laccessitis* et *petitis* reponendis. Frustra ille etiam secutus Isigrinlanum odiique pro *gladii*que; quod et in quatuor nostris exstabat. Frustra Barthius Raphaelengianæ lec-

tioni subscribit, et *laccessiti* ac *petiti* in secundo casu approbat. Male idem *Stiliconia ira* reponebat, nam *rd sic* necessarium est, cum *rd ut* subsequatur. *D. Heins.*

Canduit ira] *Candere*, summam commotionem animi notat. *Barth.*

86 *Cujus fulta fide*] *Hujus* pr. Vatic. et decem præterea. *D. Heins.*

87 *Stabat*] Inconcussa permanebat, florebat. *Stare fidem*, quæ non vacillet, dixit Plautus. *Barth.*

88 *Sidonas chlamydes*] Omnem Vestem augustam dicit.

Cingula] Inter insignia Majestatis Regiæ hi balthei. *Barth.*

90 *Residentes hyacinthis*] *Redundantes* prim. Vatic. et sex alii: non placet. Infra in Epigr. 'Dumque auro phaleræ, gemmis dum frena renident.' Pro *Smaragdis* rectius *Lucens. Smaragdo*; et a manu prima secundus Vatic. *D. Heins.*

91 *Capulis radiantibus*] Manubriis gemmis fulgentibus. Capulus enim fortium factorum monumenta habebat cælata. *Barth.*

92 *Ignis*] Fulgore. *Idem.*

95 *Mittitur et miles*] Ad partes scilicet Orientales. Dicit exercitus etiam fratrum ex æquo divisisse. Meliorem tamen partem sibi et Honorio suo servasse Stilichonem memorat Zosimus, lib. v.

Partes] Imperia duo Occidentis et Orientis. *Partes*, adversæ factiones. *Barth.*

96 *Tumeant*] Ex dissensione in Bellum. *Idem.*

97 *Quam peccare fide*] Sic quidam veteres; plerique tamen *fidem*: quatuor *spectare fidem*: Ald. *violare Adam*: *peccare fidem* probum est: peccat fides, quæ non præstat. Mox lege *quicquid fuerit* vel contra libros. *D. Heins.*

99 *Mereri*] Obtinere, capere. Sic alibi *Meritum* pro præmio. *Barth.*

100 *Quæ crimina petunt*] Sex scripti *poscunt*: hoc est, provocant, vel im-

petunt, ut glossa unus Petaviani: vide notas ad lib. II. in Rufin. vs. 302. Unus Med. *posito quæ crimina poscunt. Pellunt orbe* etiam pro ore secundus Vaticanus: non male. Mox *junxere choros* Raphaelengius; confirmant veteres plerique: doctissimus tamen Gronovius ad Silvas Statii Diatribes cap. 50. *vincere est secutus. D. Heins.*

101 *Junxere choros*] Connexæ enim sibi invicem quodammodo cohereant virtutes.

Recepta Pastore] Velut adscitæ. Quæ enim discit aliquis dicuntur animi ejus penetrare, et inseri menti, et intrare pectus. *Barth.*

102 *Cinguntur*] Militaturæ velut tibi. Cingulum militis primum insigne, post omnis dignitatis et officii apud Romanos. *Idem.*

105 *Largiri sociis*] Tò sociis haud placet: forte *largiri facilia*. Adeantur quæ notamus III. Cons. Hon. vs. 90. *D. Heins.*

Corpus Instruit] Quale decet Imperatorem habere. Sic Ammianus Juliano corpus laboribus induratum, ab omni voluptate, cibo, somno, venere, temperasse scribit, lib. xxv. *Barth.*

106 *Cupiat*] Ne velit quidem. *Idem.*

Cupiat cessasse labori] *Cupias* secundus Vaticanus, et Mazarinianus cum Oisiliano. *D. Heins.*

107 *Casta petas*] Enndem Julianum adamante Bacchylidis dictum ibidem idem testatur Ammianus: 'ut pictor egregium vultum exornet omni industria, et ipso sese formosiores faciat, ita Pudicitiam vitam honorare ad excelsa surgentem.' *Barth.*

108 *Inconsultus agas*] Ne quid facias sine deliberatione. *Leo.*

Constantia futile ne quid] Turpe dicit, et fortitudine animi indignum. *Barth.*

109 *Infirmumque*] Nullo nixum solido robore. *Idem.*

110 *Tartarus edidit*] Monstrorum pater. *Idem.*

111 *At primum scelorum matrem*] *Aq primam* scripti. Mox *fidissima matris* Aldus et manu exarati sex; quod conveniens nutrici epitheton: prior Moreti *averrissima. D. Heins.*

Scelorum matrem] Paulus Apostolus, 'omnium malorum radicem' dixit.

Habendo Plus sitiens] Nunquam enim avari mens divitiis exsatiatur. Ovid. Fast. I. 'Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.' Horat. Od. II. 2. *Barth.*

113 *Trudis avaritiæ*] Hujus extrusione cedunt aliæ etiam pestes, alia vitia.

Nutrix Ambitio] Utpote mater rapinarum. *Barth.*

115 *Pretius commercia poscit honorum*] Mercaturam et Nundinationem facit Honorum et Magistratum.

Poscit honorum] *Pascit* nudum libri cum primo tertioque Vaticanis: optime. Sic apud Silium, lib. XIII. 'domibus deprompta talenta Pas cere longinquum non deficientia bellum.' Vide quæ noto III. Cons. Hon. vs. 90. Congessit nonnulla de elegantissimi usu hujus verbi Barthius curis secundis supra hoc libro, vs. 14. *D. Heins.*

116 *Gurges avi*] Corrupta tempora. *Barth.*

117 *Quod*] Exemplum videlicet. *Idem.*

118 *Legem*] Consuetudinem, quæ vicem Legis habet. *Idem.*

Verterat usus] Sic recto meo iudicio Raphaelengius: scripti tamen omnes, *Pricæano excepto, usum.* Monui libro primo in Eutropium, vs. 249. si vulgatam lectionem sequamur, malim, *quæ jam firmaverat usum*; avaritia, scilicet: nam *qui* in multis codicibus: *gurgitem avaritiæ* Prudentius quoque dixit Hamartig. *D. Heins.*

119 *Rare paterno*] Spoliandus. *Barth.*

120 *Vel laribus pallet*] *Pendet* prim. Vatic. et duodecim alii, opinor, *pro pendit. Pendit*, damno vel pena affi-

citur. *D. Heins.*

Oberrat] Delator emissarius; quales emissi occulte a tyrannis in populum, subornati divitum eversores, quos aliquid contra tempora aut Principes fecisse, dixisse, calumniarentur. *Barth.*

121 *Facturus quemcumque reum*] *Fracturus* primæ edd. Junian. Oxon. Pricæan. et Petav. bene: supra lib. 1. 'Fracturumque reos humili sub iudice vultus.' Posset tamen et legi *Acturus*. *Reum agere* elegans et Latinum. *D. Heins.*

Obruta virtus Paupertate] Infra felicitati temporum accenset, 'Quod nec inops jaceat probitas, nec inertia surgat Divitiis.' *Barth.*

122 *Lectos ex omnibus oris Evehis*] Non secundum Patriam. Dicit hoc utique in favorem Barbarorum, et Ducum, et militum, Politicos etiam Magistratus gerentium, quibus tum Res Romana nitebatur. Alioquin censu legitimo legendorum ad honores, prævalere utique Patriæ virtus debet. *Idem.*

123 *Et meritum, non quæ cunabula, quaris*] Sic Delrii Codex et Cujacii apud Claverium: ille tamen vulgatum et nunquam meriti cunabula perperam probat; quod in primo Vaticano plurimisque præterea scriptis exstabat: alter ejusdem et meritum nunquam cunabula cum duobus Pulmannianis et quatuor nostris; quod et Raphelengius secutus. duo meriti non quæ. Lectio, quam exprimendam curavimus, a Lucensi, Gyrالد. et octodecim aliis confirmatur. Mox malim, *Et quales, non unde sati*; ut ad rō *lectos ex omnibus oris* referatur: quanquam scripti cum editis constanter, *Et qualis, non unde satius*. *D. Heins.*

Meriti] Non inquiris natales ortumque ejus, qui provehi meretur virtute. *Barth.*

Meritum] Eum scil. qui meritis est honoris gradum. *Claver.*

124 *Benigno*] Benigne omnia in *Delyh. et Var. Clas.*

terpretante, bonis amico, non fingente vitia, et præ virtutibus ea dissimulante. Secus omnia agunt Tyranni. *Barth.*

126 *Priscæ redeunt artes*] Symmachus, lib. 1. Epist. 37. *Idem.*

127 *Ingeniis aperitur iter*] Quæ sub libertate pleraque florere, pauca sub tyrannide.

Despectaque Musæ Colla velant] Avaritia, et crudelitate atque inhumanitate priorum Ducum velat oppressæ. *Barth.*

128 *Opibusque fluens et pauper*] Vera æstimatio virtutis. Vera justitia. Sententiarum vetus Auctor Manuscriptus: 'Virtutem si colit Sapiens, nullo discrimine juvat pauperem et potentem.' *Idem.*

129 *Fructum*] Utilitatem jucundam. *Idem.*

130 *Jaceat*] Contemnatur, nullius pretii habeatur.

Inertia surgat Divitiis] Inertiam probitati opponit. Ea enim improbitas mera est: 'Pigro enim homine nemo est nequior.' *Barth.*

133 *Hebetat*] Obtundit, contundit. Silianum illud huc facit: 'nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes, Quantum sola nocet animis illapsa voluptas.' *Idem.*

134 *Circæis herbis*] Proverbio nota Circes incantamenta. Voluptatem Veneream iis a Poëta circumscriptam docent Mythologi. *Idem.*

135 *Blanda quidem vultus*] Ita libri plurimi: *vultus* minus bene vulgo. *Tetrinus* etiam, non *tetrior*, iidem: et pro *Interius* Gyrالد. Lucens. et septem alii *Ultrices*: bene. Pro *fuscata*, plerique *fuscata*: tres *sulcata*: unus *signata*. *Blanda vultus*, ut bello Gild. 'nec flammea vultum:' sic *gratus ora* apud Silium, lib. xii. 'Dilectus Pæno Cinyra, quo gratior ora Non fuit.' Sic bene scripti, lib. xvi. 'Omnes primævi flaventiaque ora decori:' sic et paulo post apud nostrum legendum: 'tetrica nec Pallade vultum Inferlor,

Claud.

5 D

nec Marte minor.' *Illyricus genus* Helmstadiensis. *D. Heins.*

137 *Aure circumluit hydros*] *Iaingrini* codex, *Gyrard.* alique nonnulli *circumlignat*: quidam *circumluit*, *circumfuit*, *circumvenit*; sed perperam. Adeantur quæ notamus ad *Artem Amatoriam Nasonis*, l. III. 232. *Idem.*

139 *Nunquam conata capiti*] Quamlibet conata sæpe, nunquam tamen decepit. Perstat in comparatione cum nexu hanni, qui sæpius conatur priusquam quod vult efficiat. *Barth.*

140 *Non tempora somnus agendi Frustratur*] *Fraudatur* codex *Patavinus*. Forte *Furatur*: ita et 'fures temporis amicos' dicebant: vulgata tamen scriptura inconsulte non est sollicitanda. *D. Heins.*

Tempora somnus agendi Frustratur] Οὐ χρόνῳ πᾶντόχῳ εἶδεν βουλῆφόρον ἄλφα. *Barth.*

141 *Nullo cithara convivio centu*] Alludere videtur *Edictum Theodosii*, quo sublatae sunt de convivii operæ cantorum. *Idem.*

142 *Non pueri*] *Pueris* sex libri; ut ad convivium referatur. *D. Heins.*

143 *Tota mente remissum*] Ut non simul videres sentiresque gravitatem *Terrarum Orbis moderatricem*. *Barth.*

145 *Indecores*] *Luxui*, ejusque instrumentis imputatæ. *Idem.*

147 *Absentum condonat opes*] *Condemnat* prima editio, unus *Mediceus*, et prior *Leid.* *Placet.* *Pricæanus commendat* vel *condemnat*. Pro *spreverit* paulo post *spreverat* *Lucens.* *Vatic.* et alii nonnulli: et paulo ante *gesserit* pro *gesserat* meliores. *D. Heins.*

Parcus Diligeris] Non ob aurum, sed virtutem. Multis autem Principibus Romanis in militem talis parcimonia exitiosa fuit. *Barth.*

148 *Neglectus in pace cohortes*] Id perdidit *Probum* optimum Principem: nec eum perdidit solum, sed ab eo caso milites Principum crean-

dorum jus venale sibi tenere, contra *Senatum*. *Idem.*

149 *Tum ditas*] *Effusus largitionibus*. Sero quidem hoc. *Idem.*

Tum ditas] At *Nemesis* voluit, ut *Heliocrates* quidam, caso *Stilichone*, omnium facultates quos ille evexerat ex mandato principis publicaret. *Vide Zosimum. Claver.*

150 *Quos spreverit*] Non subveniens egentibus, aut merita virtuti præmia per avaritiam denegans. *Barth.*

151 *Prodigus*] Ne perdat totum, partem prodigere studens. Cui tamen hæc ipsa donatio donatio non est, nec pro tali accipitur ab iis quibus coacta confertur. *Idem.*

153 *Mensisque adhibes*] *Victoria* parva, aut re bene gesta.

Nomine quemque Compellas] *Blandimentum* efficax apud milites, et iis gratum, Imperatori decorum ac gloriosum, posse eos nomine compellere. *Barth.*

155 *Admonitor facti*] Sic *Gyraldianus*: cæteri omnes *admonitum*, nisi quod prior *Moreti admonitu*. *D. Heins.*

Figenda sensibus] Ob amorem loquentis. *Barth.*

Figendaque sensibus addis Verba, quibus magni geminatur gratia doni] *Geminetur* rectius scribas. Deinde prim. *Vatic.* et *Pricæanus* a manu prima nodi non doni; quæ scriptura et in *Regio eodice* exstat et *Oiseliano*: etiam pro diversa lectione in tertio *Vaticano*. *Nodum* dixit pro vinculo et nexu: 'animi vinclum nexusque fideles' *Licentio* ad *Augustinum*, *Jethaldus Monachus Cluniacensis*: 'Qui tibi præcipui nodis jungebar amoris.' *Nodus Veneris* apud *Nasonem*, quod *Maroni Veneris vinculum*. *Nodus amicitie* *Ciceroni* de *Amicitia*: 'Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitie tollere.' *D. Heins.*

156 *Verba*] Pauca ea sint Principi. *Barth.*

Gratia doni] Symmachus ad Stilichonem: 'Nihil ad integrandas hominum fortunas virtutibus tuis promptius; novos beneficiorum gradus invenis; inconstantem putas amorem, qui incrementum non capit; tu instrumentum boni sæculi; tuæ familiæ debetur, quicquid singuli sumus.' *Claver.*

157 *Jactatum sapius*] Arrogantia, et exprobratio beneficiorum odiosa. Nulla res auditu intolerabilior, quam sui ipsius exaltatio. Nam: 'istæ commemoratio Quasi exprobratio est immemoris beneficii.' *Barth.*

158 *Quos promiseris*] Evexeris ad honores. *Idem.*

159 *Flatus Attolunt*] Inanem superbiam. *Idem.*

160 *Ipsa superbia longe*] Superbia Comes felicitatis. Salvianus: 'Pedissequa plerumque novi honoris est Arrogantia.' Superbiam ut plurimum malæ et sceleratæ vitæ causam et principium dare scribit Gregorius Nysseus in vita Thaumaturgi. *Idem.*

162 *Contingere passim*] Non ut tyranni solent, quorum dextram contingisse pars fuerit voti, ut apud Maronem: 'Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.' Ubique, ait, obvium accedere licet et contingere. *Idem.*

163 *Affarique licet*] Datur unus Ambrus. et Medic. ut apud Virg. 'datur ora tueri.' *D. Heins.*

Affarique licet] Affabilitas inter commendati Principis virtutes.

Non inter pecula sermo Captatur] Cum nefas quasi repellere allocuturum. Cum Genio indolgerent veteres, offendi illum, et sese facinus piacularare admittere credebant, triste si tum facerent aut dicerent aliquid. *Barth.*

164 *Pura libertate*] Non subfulta adulationibus, non parata et elaborata artificiis, ut aures fastu turgidas palpationibus intraret. *Idem.*

165 *Seria quiesque joci*] Mira in

dicteriis et scommatis ferendis patientia. *Idem.*

166 *Regni parentem*] Publicus Parens Stilicho. *Idem.*

167 *Miratur convivæ parem*] Ob comitatem conviviorum et participatum epulandi commendantur Princeps pes.

Tanta potestas] Homo tantæ potestatis. *Barth.*

168 *Civem agat*] Civilitatem commendat Stilichonis, civibus se parem gerentis.

Doctus præca loquentem] Acute omnem eruditionem in eloquio et notitia Antiquitatis collocat. *Barth.*

170 *Aspersis salibus*] Non infusa. Faceta autem et comis oratio in Proceribus commendatur, ingeniositatem demonstrans. *Idem.*

171 *Aonios meditantem carmine muros*] Verissima Lectio; cum fabula notissima sit, Amphionis cantu muros Thebarum compositos. *Idem.*

Aonios meditantem carmine muros] Multi ex nostris *Aonias Musas*; quomodo ex suis Delius et Schottus legendum contendunt: perperam. Vidit et veram scripturam Gronovius, Diatribes Statianæ cap. 50. Statius, Theb. 1. 'Quo carmine moris Jusserit Amphion Tyrios accedere montes.' Lib. 11. 'alio tibi carmine muros Amphion auditus agat.' Lib. x. 'faciles carmenque imbelles secuti, Et meatita diu Thebarum fabula, muri.' Silius, xi. 441. 'Exaudita chelys lapidem testadine felix Ducere, et in muros posuisse volentia saxa. Hæc Amphionio vallavit pectine Thebas:' ita versus isti ex antiquo codice legendi. *D. Heins.*

173 *Fallentibus omnes*] *Fallacibus* cum scriptis Raphelengius: bene. *Idem.*

175 *Auratis figuris*] Effigies, simulacra, statuas inauratas dicit viventi positas. *Barth.*

176 *Quæ non incudes streperent*] Instar earum, quæ imagines principum

conficerent, quarum ingens copia erat, cum ubique gentium ii adorarentur. *Barth.*

177 *Quantis fluerent fornacibus ara*] Sic idem Raphelengius cum manu exaratis plerisque, ac primis editionibus; bene: nec carpi a Cl. Barthio hac de causa curis prioribus debuit. Rutilius, lib. 1. Itiner. 'Non Biturix largo potior strictura camino, Nec quæ Sardoo cespite massa fuit.' sic ista capiendi, quæ interpretes assecuti non sunt. Vide notas lib. 1. de Rapt. 241. *D. Heins.*

179 *Quæ non pro numine vultus*] Instar beneficorum, qui divinis cultibus culti. *Barth.*

180 *Talem ni semper honorem Repueres*] Exemplo Agesilai apud Græcos, qui moriens etiam talem honorem sibi haberi vetuit. *Idem.*

181 *Rapias*] Cupide, et ambitiose. *Idem.*

183 *Hic solus sprevisse potest*] Imo Hoc cum libris. *Tuetur pro meretur* Helmst. *D. Heins.*

Sprevisse potest, qui jure meretur] Alterius enim animum non subverit tanta generositas. Auctor in Funere Mæcenatis: 'Majus erat potuisse tibi nec velle triumphos, Major res magnis abstinuisse fuit.' *Barth.*

184 *Undique legati properant*] Ad Stilichonem, Imperii Administratorem. Ejus enim potentia tanta erat, ut nutui obtemperantes haberet tam Romanos quam Barbaros. *Idem.*

185 *In tua centenas optant*] Optant Delrius et Schottus ex suis libris; quod et multi ex nostris confirmant. Nihil magis obvium apud poëtas, quam ut landaturi aliquem centum aut mille linguas optent. Pro milite mox recte *limite* Raphelengius: codices scripti coufirmant. Sic in Historia Augusta passim, *limes Transrhenanus, Orientalis, Scythicus, Libycus, Illyricianus, Thracius, Rheticus, Africanus*, et similia: *limes Hesperius* iv. Consulatu Honor. 129. ex optimis

membranis. *D. Heins.*

186 *Limite tutus inermi*] Noti exercitus ad limites rebellantium gentium. *Barth.*

187 *Culmina totis Edifcet ripis*] Tectis Delrii liber et unus Ambrosianus. Pricæanus *notis*. *Lego tutis*: ab hostili scilicet incursu: supra habuimus: 'Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum.' *D. Heins.*

188 *Sævum gentibus annum*] Rhenum dicit: cujus accolæ pro invictis Romanæ rei hostibus semper in ore habet. *Gentibus*, quod infinita vocabula sint Barbararum gentium, quæ ex illis partibus infestantur Romanos. *Barth.*

189 *Domibus amanis*] Prætorii, amœnitatis ergo ripis Rheni impositis. *Idem.*

Prævelet amanis] *Prævallet* scripti aliquot: probe. *D. Heins.*

190 *Rura tyranno Libera*] Gildonem suum intelligit. *Barth.*

191 *Obsidione*] xxx annorum, qua pressus fuerat ab Alarico. *Idem.*

192 *Savi*] Flavii Panuoniarum, cujus nomen inepte hic turbant libri. *Idem.*

194 *Nigras rubigine falces*] Unus Med. *rubras*: *rubecas* pro diversa lectione primus Vaticanus. Forte *scabras rubigine falces*: quod proprium rubigini epitheton: tamen Lucanus dixit lib. 1. 'scabros nigræ morsu rubiginis ense.' Sic et *obscurum rubiginem* Propertius, lib. 11. Eleg. 25. 'Sed tamen obscura teritur rubigine mucro Ferreus.' Ita codices nonnulli scripti cum primis editionibus; nisi mavis *sed tamen et scabra*. Naso enim libro 1. Eleg. 1. Pont. 'Roditur ut scabra positum rubigine ferrum:' apud eundem Metam. viii. 'scabri rubigine dentes:' apud Maronem: 'Exesa inveniet scabra rubigine tela:' Prudentius Psychomach. 'nesorde latenti Occupet ablutum rubigo scabra nitorem:' idem libro 11. contra Symmach. 'scabra aut ærugo

peresam Conficit effigiem.' In Pro-
pertio tamen *obscura rubigine* omnino
placet; cum vulgo legatur *Sed tamen*
obstam, in quibusdam sit codicibus
obscita. D. Heins.

195 *Ligones*] Ad faciendum opus
rusticum. Barth.

196 *Agnoscitque casas*] Sic bene Ra-
phelengius cum Aldo, Isingrin. et octo
nostris: unus Ambros. *Agnoscit cau-*
las; quomodo Barthius ac Schottus
conjecerant. Vulgo *Agnoscit causas*; et
cedit pro *credit*: *quod cedit* perperam
curis secundis tuetur Barthius, cum
membranæ omnes meliores et ipsa
ratio pro altera lectione pugnent.
D. Heins.

Collibus] Relligio osculatæ terræ
illustratur nobis alibi. Barth.

197 *Non cedit aratro*] Sciens non iri
interturbatum opus hostium repenti-
no incursu, sed pro sua jam subigens
terram. *Idem*.

198 *Inculca dabant quas sæcula*] Longi
anni. Proprie hic autem loquitur.
Sæculum enim solos xxx. annos
quandoque notat. *Idem*.

200 *Patrium vectigal*] Non auc-
tum per tot millium Romanorum la-
bores, quos inuit. *Idem*.

202 *Juvenescere*] Senium enim om-
nem morbum, omne detrimentum no-
tat. *Idem*.

203 *Sub tot Principibus*] Invenies
mirificas turbas ante hæc tempora,
convulsiones Imperii, tumultuationes,
rebelliones perpetuas; quod refluunt
quodammodo, Stilichonis potissimum
opera, sub Honorio. *Idem*.

204 *Tu reddis*] Scripti multi *Te*
reddi solo poterunt, et *crescet* sequenti
versu. D. Heins.

205 *Romanum vulnus tectura cicatrix*] Non audet sanationem integram
polliceri, prudens plerumque veritatis,
etiam in mediis adulationibus: de
cute ergo leviter clausa loquitur, sub
qua purulenta lateant omnia. Barth.

206 *Cæcæ judicium*] Deorum.
Idem.

209 *Judicium*] Favor, charitas, elec-
tio, æstimatio. *Idem*.

Cingunt Superi] Ammian. Id agit
benignitas numinis aut meritum ho-
minum, aut affectio sincera, qua divi-
nitas tangitur, ad prodenda ea, quæ
ipsis impendant. Hom. *ἄρα ἐκ Διὸς*
ἔσται. Claver.

210 *Aut litore prodant*] Ut ad Aqi-
leiam Maximum: Andragathius præ-
ceps in undas sese abiecit: Gildonem
Tabracam pontus expulit. Sed de
isto capiendum, quod sequitur, 'to-
tum oppositi claudunt f. æquor.'
Barth.

212 *In se vertunt*] Arbogastes, Eu-
genii Dux bellicosissimus et strenuis-
simus sua se manu peremit.

Militis ense] Rufinum dicit. Barth.

214 *Cubilia fraudum*] Penetralia
arcana, a cubilibus ferarum ingeniose
effossis. *Idem*.

215 *Tenera nare*] Sagacem dicit Se-
neca Hippolyto: 'Nunc demissi nare
sagaci Captent aures, Instraque pres-
so Quærant rostro.'

Venantem nare Molossi] *Molossum* a
manu prima primus Vaticanus et
Pricæanus: quomodo et alii novem.
D. Heins.

217 *Certa dignantur imagine somnos*] *Exempla* non pauca suppetunt, Prin-
cipes etiam veritatis ignaros, somniis
futurarum rerum admonitos. Barth.

218 *Terra*] *Provincia*. Sic enim
Consulatus veterem dignitatem tueri
Claudianus laborat, ut ob servatas
Provincias collatum asseveret. *Idem*.

220 *Aliorum prona favori, Judex du-*
ra sui] Moderatio Stilichonis Zosimo
notata. *Idem*.

221 *Facibus succensa pudoris*] Lar-
go velut igne. *Idem*.

223 *Tantos annos*] Tot. Numerum
et amplitudinem vox ista simul notat.
Idem.

225 *Cogere certe*] *Legere certa*. Mox
annueres bene potiores scripti et Ra-
phelengius. Vulgo *annueris*. Aldus
et Masar. *annueris*. Male postea et

contra scriptos Raphelengius, hæc pro *lucent.* D. Heins.

227 *Tecta Dea*] Templum in se habebat sibi suum Roma, cum Venere commune, Caesarum nempe progenitrice. *Barth.*

228 *Prima*] Quia Patria Theodosii. *Idem.*

229 *Follis Minerva*] *Olea*, legatorum ramo. Tagum addit, ut præcipuum et singulare Provinciæ decus. *Idem.*

233 *Potius*] Tanquam rem arduam dicat. Notatum supra. *Augusti fasces*, quia tertium Consul fuerat Theodosius, cuius fratris filiam, ab ipso Principe liberis accensitam, matrimonio habebat Stilicho. *Idem.*

234 *Ab orbe, Quem regis*] Revera sub Principe Princeps erat. *Idem.*

236 *Exiguamne putas*] *Putet* duo libri. D. Heins.

237 *Inmoto jure*] Imperio. Quod tuebatur utrique Principum. *Barth.*

238 *Purpure*] Culmen Imperatorium in Hispana familia. *Idem.*

239 *Maria facundæ*] At Maria Aug. sine prole obiit, unde illud vaticinium perit. *Claver.*

240 *Quod Dominis operatur avus*] In aliis *Dominis*: primus Vaticanus utramque lectionem agnoscit. D. Heins.

Dominis] Honorio enim filius sperabatur, cui avus futurus Stilicho. *Barth.*

241 *Torque decore*] Veteri Gallorum cultu. *Idem.*

242 *Gæssæ*] Gallicum telum, Gelius, lib. x. cap. 25.

Animeo pectore] Gallis propria laus. *Barth.*

244 *Pagina*] Immortalis consignatio. *Idem.*

247 *Caledonio velata Britannia monstro*] Putabam aliquando *vallata Britannia ponto*: ut bello Getico: 'vallata mari Scironia repes.' D. Heins.

Caledonio monstro] Ignotæ feræ, dicere vult, allusione ad intima Britanniarum tum nondum satis perspec-

ta, unde monstrosa censita Provincie. Quasi damnatæ fuerint hæc ora talibus ferendis portentis. *Barth.*

248 *Ferro picta genas*] Immanitatem gentis, et voluptatem in sanguine etiam sic indicat. vide Julium Solinum, cap. 25. Caledonii Britanni a Silva Scotiæ, ejus nominis.

Vestigia verrit] More Heroinarum priscarum: quibus pepli tam longi in usu, ut pedisnequas alerent vestimentis lacinias ferundis. *Barth.*

Vestigia verrit] *Lambit* prior Moreti, eleganter. Pro *ferro picta genas* forte *secta*; de Alanis alibi: 'frontemque secari Ludus:' posset et *puncta*; sic 'puncti Threiciis notis.' D. Heins.

249 *Oceani æstus*] Fluendo et refluxando. *Barth.*

251 *Munitis Stilicho*] Ut Vopiscus in Caro, 'Civitatem religione munit.' Infra lib. III. 'popularibus illi Munio studiis languebat gratia patrum.' Regius tamen *Me jussit*; quod efficacius. Pro *Hibernam*, quod omnes fere libri tænent, *Iernam* Raphelengius. Lucens. *Iovern.* Oxon. *Iernam*. Lego, *Iernam*. Stephanus, *Iernam rivos*. Sic et Strabo. D. Heins.

Scotus Iernam] Hiberniam dicit a Scotia sociis in stragem Britanniam excitam. *Barth.*

253 *Bella timorem*] *Tela* multi accipiti. Sed censeo *vela* reponi debere. Mox *tuto* pro *toto* Reg. et Oxon. *Sententia* quoque non *Saxona* unus Ambros. tam hic quam alibi. Male etiam *Aspicerem* pro *Prospicerem* Raphelengius. Lucan. VIII. 'Rupis in abruptis scopulos extremaque currens Littora, prospiciens fluctus, nutantia longe Semper prima vides venientis vela carinæ.' Ovid. Epist. Phyllidis: 'Hinc ego vela tunc prospexi prima carinæ: que vera lectio. Epist. Ariad. 'Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi.' Epist. Herus: 'Aut freta prospiciens odioso coepta vento.' Raphelengii errorem etiam Bar-

thius deprehendit. *D. Heins.*

254 *Ne Pictum tremere*] De Pictis alibi. Saxones vero circa hanc tempestatem Britanniam in suam potestatem redegerant. Tiro Prosper Chronico. *Barth.*

255 *Dubitis venturum Saxona ventis*] Tanti Piratæ Saxones, ut Britannicum Oceanum pellibus consutis navigare ludum haberent. *Idem.*

257 *Calido die*] Multo Sole. *Idem.*

261 *Nomen ignorare*] Tam secunda ab hoste, ut ne nomen quidem ejus auribus esset grave. Supra lib. i. 'vicinum quod nescit Iberia Marum.' *Idem.*

262 *Post hæc Ænotria lentis*] *Post hæc* Lacensis, prim. Vatic. et octo alii. *Rectius lentis* etiam alter Moreti, et tertius Vaticanus. *D. Heins.*

264 *Curules*] *Curulem* prim. Vaticanus et Oiselianus. *Idem.*

265 *Augeri*] Honorari. *Barth.*

Sola juvare Fama potest] Re in Italia præsentem. *Idem.*

266 *Incitat ardor*] *Incitet* libri quatuor. *D. Heins.*

268 *Anni pandentem claustra*] Exordientem Consulatum, eoque novum annum. Ceremoniam aliquam affuisse indicatur, qua temporis novi ingressio proponeretur. *Prosequar*, ad deductionem pertinet, ab amicis, clientibus, necessariis. *Barth.*

269 *Romam*] Divinis honoribus hinc inde per Provincias cultam. *Idem.*

271 *Raptis sed protinus*] Romæ effigies in monumentis priscis armata semper visitur. *Idem.*

272 *Per nubila sidere*] 'Quod si non cecidit, potuit cecidisse videri.' Tanta enim celeritate hoc fieri aiunt, ut oculorum acies prætereatur. *Idem.*

274 *Jam fulgurat umbra*] *Subfulgurat* alter Moreti et unus Ambros. cum Delrii codice. *D. Heins.*

275 *Nec Pallade vultu*] Vultum Gervatii excerpta et prim. Vatic. dictum supra. Sequenti versu orbe corusco non ore ex suis libris Schottus ac

Delrius: nec aliter nostri; bene: orbem clypei intelligit; vulgatum frustra tænet Barthius. Mox prætangunt primus Med. et Palatin. tergunt: vide not. præf. lib. i. in Rufin. Mox Transvehitur Thamus non Thameos Barthius: perperam. *Idem.*

Tetrica Pallade] Quæ vultum habeat in virginitate masculum. *Barth.*

276 *Ore corusco*] Totum vultum habitumque a Poëtis os nuncupari notamus alibi. *Idem.*

277 *Tangunt laquearia*] Conjectare hinc licet quanta altitudine fuerint Romana Procerum Palatia. *Idem.*

278 *Attenitum*] De inasperato adventu carissimi numinis. *Idem.*

280 *Quid profuit anni*] Malo annis. *D. Heins.*

281 *Servilem notam*] Eutropium Eunucho Consularem consilii Stilichonis eversum videri vult. *Barth.*

282 *Tanta quem mole*] Tanto conatu, tantis machinis. *Idem.*

Tanta quem mole tuere] Lucens. et Gyrard. tota: non placet. Vide lib. ii. in Eutrop. vs. 100. *D. Heins.*

284 *Quanam causa mora*] Modestiam ego arbitror, Zosimo non semel laudatam; qua neque unicum suum filium ultra Tribunorum Notariorum, e quibus et Claudianus fuit, nomen evertam voluit. *Barth.*

Quonam cunctabere rursus] Alii quo jam. Aldus et sexdecim nostri eum quinque Vaticanis melioris notæ, quos me; vere: cunctari aliquem pro morari. Nupt. Honor. 'quonam usque verendus Cunctatur mea vota socer?' Lib. iii. de Rapt. 'non me Riphæa tenebunt Frigora, non dubio Syrtis cunctabitur aestu.' Statius, Theb. iii. 'magnos cunctamur, Nata, paratus.' Lib. vi. 'ferit undique clamor Dissonus, ambiguumque senis cunctatur Adrastis Consilium.' Lib. vii. 'Atque ea cunctantes Tyrii primordia belli Jupiter haud æquo respexit corde Pelagos.' Lib. xi. 'Ut dubium et pugnas cunctantem Etheo-

clea vidit.' Val. Flaccus II. 'Acclinem scopulo inveniunt, miserantque foveantque Alternos ægro cunctantem poplite gressus.' Virgilianum illud imitatus: 'Alternos longa nitentem cuspidē gressus.' Idem Valerius, lib. I. 'Talīa cunctanti lævum Jovis armiger æthra Advēnit:' sic vetus editio. Eodem libro: 'quam multa leo cunctatus in arcta Strage virum.' Lib. IV. 'Argus et in scopulos et monstri horrida saxa Ignotas jubet ire vias, heu multa morantem Cunctantemque prececa inclusaque pectore verba:' ita et illic scribendum puto. Ovid. lib. II. Fast. 'Cætera cunctantem cubito Tirynthius heros Reppulit:' quomodo vetus liber; vulgo *tentantem*: sed jam nimii sumus. Virgil. Æneid. IV. 'Linquens multa metu cunctantem, et multa parantem Dicere.' Apud Nasonem epistola Leandri: 'Atque ita cunctatus monitum nutricis amaræ:' quomodo codex omnium optimus in Puteanea bibliotheca; nam hactenus lectum, *monitu contactus*. D. Heins.

285 *Ingenio*] Causa ingeniose excogitata.

Boreæ metus] Septentrionalium polorum.

Omnis et Austri] In Austrum Junianus: eleganter, pro ora quæ in Austrum vergit: quinque libri *Eos et Austet*, contra legem metricam. Forte *Auster et Eos*. *Eos ora*, pro *Eoa*: in quibus loquendi modis noster multus est: *omnis et astra* Oiselianus. D. Heins.

Austri] Gildonis apud Africam debellatis. Barth.

287 *Janum pax alta ligat*] More priacæ Reipublicæ. Idem.

289 *Quo se decorare fatentur*] Duo scripti quod: tres qui. Lego, *quem se decorare*. D. Heins.

291 *Non si*] Num unus Med. Placet. Pro *Omen* quinque *Crimen*. Tertius Vaticanus *Opprobrium*. Lego *omen vel crimen eat*: ut apud Statium, Theb.

III. 'et tibi tuto Nunc eat iste furor.' Ovid. 'Inque nurus Parthas dedecus illud eat.' Pro *rebus Eois* quinque libri cum duobus præcipuè notæ Vaticanis, *reris*; et sane forte mox sequitur. Reg. *renus*. Forte, *quod reris*, *Eois Omen erat*. quod nomen *Eois Omen erat* prim. Medic. et Thuanus; ut ad nomina Fastorum alludat. Mox *nullis mihi credita rebus*, non *cognita*, Helæstadiensis. Idem.

Prodigiis] Deprecatur autem Stilichonem ne hujus mali omnis gratia Consulatum contemnat; eventum enim Orientalibus partibus impendere. Ad sese in Occidentem nihil de rebus tam fœdi Consulibus pervenisse. Barth.

293 *Rebus*] Negotiis, usu ipso. Fabulam inde meram in Occidentem perlatam fuisse ait; res hæsisse in Oriente. Idem.

294 *Risit*] Velut portentum fuerit risu dignum. Idem.

De crimine rumor] Discrimine sec. Vatic. Farnes. et Lovan. Mox *Opprobrii* Lucens. D. Heins.

295 *Maxima virtus Est tua*] In hoc maxime, inquit, Heroica tua Prudentia elucet, quod taceas in Curia de monstri pellendis, cum alia omnia ad Patres Senatūque referas. Opprobriis nullam fidem constare ait, hoc est, non exstare Senatus consultum aut rescriptum ullum Senatus, quo mentio fiat Eutropii Consulis; sed rem abolitam in usu pro fabula. *Decoris oracula*, dedecus illud nunciantia, Consulem Orientalem Romanis Fastis inferentia. Barth.

296 *Pellendi denique nullum*] Prim. Vaticanum et octo alios secuti sumus. Vulgo *pellendis: denique nullum*. D. Heins.

300 *Curia nomen*] Omnia agit ut Eutropii nomen Romæ Occidentali ignotum faciat; certe ejus fastis minime admissum. Barth.

301 *Pars sceleris dubitasse fuit*] Legebam olim *Par sceleri*: quam conjecturam viris harum litterarum peri-

tissimis tunc laudatam memini: et sane *Par sceloris* a manu prima in primo Vaticano legebatur, et Oiseliano. Vulgata tamen lectio ex illo Virgiliano potest defendi: '*Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.*' Sequentia videntur corrupta: *pro factorum* mox novem librorum. D. Heins.

303 *Ante fretum deleta mihi*] *Delata* prim. Vatican. et alii octo; ad me delata, et suppressa meo studio. *Idem.*

Ante fretum deleta mihi] Priusquam navim scanderet, aut mari nuncius crederetur. *Mihi*, meo commodo; Romæ enim dignitatem servasse Stilichonem ubique videri vult. *Barth.*

304 *Exempla*] *Exempla* sunt Historiæ priorum, servientis instructioni sequentium. *Idem.*

306 *Secretum meruit*] Ne innotesceret apud veterem Romam. *Idem.*

Quisquis Eoos Scribere desierit] *Eois* legit Barthius: et mox *rasisse* pro *tersisse*, quod placet, pro *erasisse*; propria significatione: '*eradere nomen ex fastis.*' In prim. Vatic. aliisque multis est *tersisse*: sec. Vatic. *strinxisse*: alter Oxon. *traxisse*, cum Moreti duobus; quæ lectiones ad veram alludunt; ut et duo Medicei, in quibus *transisse*: proxime tamen omnium Patavinus, qui *rosisse* præfert: pari modo apud Ciceronem '*radere nomen fastis,*' pro, *eradere*: potest tamen et *tersisse* ferri hoc loco. Lego etiam *Eoos*, ut ad *fastos* referatur; atque ita Lucensis. Pro *desierit* octo codices *deservit*: an *deservit*? *Fastus* quoque pro *fastos* Patavinus: dictum alibi. D. Heins.

307 *Gabinos*] Romanos. Vetustatem morum et ceremoniarum hoc nomine commendat. *Barth.*

309 *Cur ego quæ nunquam*] *Quem* et *gratuler* ex scriptis: et deinde *Nos nec credidimus: nec Nec nos.* D. Heins.

Creatum] Consulem Eutropium. *Barthius.*

313 *Plus ideo*] Eo magis, amplius. *Id.* *Fastigia juris*] Prior Leid. re-

rum. Lucensis. et Gyrald. *vitas*: nihil mnta. Adi notas lib. II. in Eutrop. vs. 124. Barthius versum esse adulterinum affirmat. D. Heins.

314 *Qui portus honorum*] *Portus*, tutum supremamque confugium denotat. *Barth.*

317 *Titulo tunc crescere*] Aliquoties adulatur Stilichonem suum hoc modo: '*Princepe tu genero felix, felicior ille Te socero.*' *Idem.*

319 *Consulibus*] Annis scilicet, quos a condito Consulatu Romano contaminatos ubique, ubi locus fert, clamat Eutropii fascibus. *Idem.*

320 *Annum redde tuum*] *Malo suum*: ut alibi; '*Restituit Stilicho cunctos tibi, Roma, triumphos.*' *Quicumque*, subintellige consul: aliter Barthius. D. Heins.

323 *Tunc consule Bruto*] *Te consule*, *Brute* primus Med. *Idem.*

324 *Per fasces*] Consulatum Regno substitutum. *Barth.*

325 *Sublimem honorem*] Papinius: '*Lucemque a Consule ducit Omnis honos.*' *Idem.*

326 *Plus est servasse*] Liv. l. xxxvii. '*Quæ parare et querere arduum fuit, nescio an tueri non sit difficilior.*' *Id.*

327 *Ore verendo*] *Rubenti* pri. Vatican. et undecim alii; bene: *rubenti* præ verecundia; hinc *rubor* pro pudore passim apud poetas; ut lib. I. in Eutrop. vs. 253. '*Aut quid in hoc vultu poterit flagrare ruboris?*' ubi perperam *superare* rescribunt: *ad eantur* quæ notamus illic. Mox pro *insolitus* Scaliger et *solitus*: quomodo Delrii codex et undecim nostri cum primo Vaticano. Ego olim *en solitus*; nec adhuc damno penitus. Pro *ignis* quindecim *amnis*. Glossa libri Regii, *id est sudor ex verecundia*. Barthius ex Palatino *an solitus frontem circumfuit ignis?* quod minus arridet: verius est debere reponi, *ut solitus frontem circumfuit ignis*! Sic libro proxime sequenti ex optimis membranis, *ut, Stilicho, cunctis inoptina reluxit Te victore*

salus! Apud Juvenalem, Sat. vi. 'ut nepe emungeris!' ita enim contra scriptos editosque, quotquot vidi, codices est reponendum. Noster bello Gildonico: 'ut te mortalia pridem Implorant!' *D. Heins.*

328 *Et solitus frontem circumfuit ignis*] Pudorem dicit, verecundiam ob honorem oblatum. *Circumfuerit* ignem pulchre dixit a contrario ipsi elemento.

Circumfuit] Ut illa vehementia pudicæ flammæ generet humorem quendam per ora labentem. *Barth.*

329 *Vincis qui cuncta, pudorem*] Vincis quo quinque libri, quos inter Oisellianus; argute: vulgatum tamen ex illo Ovidiano defendi potest: 'Vince animos iramque tuam, qui cætera vincis.' *D. Heins.*

331 *Te certum est*] *Posse quous veteres multi cum Aldo: unus Vatican. nosse quous.* *Idem.*

Mirare libens] Trabeam Consularem dicit mirifico auri pondere constantem, intextis imaginibus Heroum, ab imperatoribus mitti consuetam designatis Consulibus. *Cinctus*, ab cingulo cætera continente, omnia vestimenta denotat. *Barth.*

333 *Repetito murice*] Bis tincta lana. Palladi omne artificiosum opus tribuisse veteres alibi notamus. *Idem.*

334 *Necinus auro*] Auro in fila ducto. *Idem.*

335 *Aurea quo Lachesis*] Parcas Heroum felicium tempora non lana, sed auro, nere et ducere censebant Poëtæ. *Idem.*

336 *Hic ego*] *Hic ego* malim, si liceat per codices antiquos. *D. Heins.*

Promissam sobolem] Responsis videlicet Deorum, ut de omnibus feliciorum temporum auctoribus Poëtæ. *Sobolem* noster dicit ex Maria Stillachonia et Honorio. *Barth.*

337 *Præluui*] Præpinxi in trabea. *Præluere* est per ludum velut rem aliquam præfigurare. *Idem.*

340 *Insigne Minervæ* *Spirat opus*]

Minervæ legendum ex Lucens. Gyrالد. et quatuordecim aliis: dictum iv. Cons. Hon. vs. 591. Paulo ante perperam *cuncta fila*, non *tincta*, potior scriptorum pars. *D. Heins.*

341 *Spirat opus*] Instar vivi amictique. *Barth.*

342 *Lucina labores*] Non dolores primæ editiones et plurimi scripti; quod et recte Raphelengius secutus: hinc *laborare* puerperæ dicuntur, et *labor* pro puerperio. *D. Heins.*

343 *Fulgente*] Auro, gemmis, purpura. *Barth.*

Fulgente lecto] Auro vel argenteo scilicet. *Claver.*

344 *Pallenscunt gaudia*] Metuentem simul et gaudentem facit. *Barth.*

Pallenscunt gaudia matris] Malo matri. Mox in *stamine* pro *de* potiores scripti. *D. Heins.*

345 *Suscepit puerum Nympha*] Ut Deorum puerperiis. His enim adsignantur Nymphæ. *Barth.*

347 *Vagitus audire putes*] Fictio Poëtica, ad vivum effigiatam speciem etiam auditui admoveas. *Idem.*

348 *Ore ferens patrem*] Testata matris pudicitia. *Idem.*

Stilicho maturior ævo] *Sed ævus maturus* verendo Gyrالد. Lucens. et tredecim alii. *Stilicho maturior ævi* undecim: nonnulli *sed ævus maturior ævi*; ut *rd Stilicho* ex Glossa sit. Sic apud Virgil. 'ævi maturus Acestes:' et apud Statium, Theb. v. 'ævi matura Polyxo.' Veram lectionem jam vidit in Elencho Antidiatribes Statio Grænovius noster. *D. Heins.*

350 *Fucantem ærica frenâ*] Sic cum Isingriniano Raphelengius, et Mazarinianus ex nostris: alii cum vulgatis *fumantem* vel *spumantem*: alter *Moretî undantem*; non male: prim. Vaticanus *fugantem*, solempi errore pro *fucantem*. Pro *purpureæ*, quæ vox paulo post repetitur, lege *sanguineis* cum prim. Vaticano et undecim aliis: noster de Equo Honorii in Epigrammatibus: 'Sanguineo virides morsu

vexare smaragdos, Et Tyrin dignus terga rubere toro.' Lucan. iv. 'Sic-
caque sanguineis durescit spuma la-
patis.' *Sanguinem*, pro spuma, noster
lib. II. de Rapt. 'Sanguine frena ca-
lent.' iv. Cons. Hon. 'spumosis mor-
sibus aurum Fumat, anhelantes ex-
usant sanguine gemmæ.' Statius,
Theb. vi. 'Qui dominis, idem ardor
equis. face lumina surgant. Ora so-
nant morsu, spumisque et sanguine
ferrum Uritur.' Ita et *spuma cruenta*
Virgilii Georg. 'spumas aget ore
cruentas.' Silius, lib. xvi. de equo
Astura: 'siccanque cruento Spumeus
morsu gauderet mandere ferrum.'
Idem lib. xii. 'Immitem quatiebat
equum, spumantia sævo Frena cruen-
tantem morsu.' Oppianus v. Halient.
'Ἀπὸ δὲ αἰματόντι γένει σπυλίοι χα-
λαῖς Ἐσπρία. ubi de equo. Apud
Dionem Chrysostomum locus insignis
est in hanc rem, ubi Apelles equi
spumam pingens describitur Orat.
LXIII. sed exemplar non est ad ma-
num. D. Heins.

354 *Aureus ipse*] Auro totus factus,
assimulatus, indutus. *Barth.*

355 *Tertia regali*] Primum Conju-
gium Stilichonis cum Serena. Secun-
dum Honorii, cum ejusdem paris fœ-
mina. Tertium addit non ex Historia
sed ex voto et præsgio, quorum ta-
men neutro vates fuit. Intelligas igitur
Eucherii cum sorore Honorii; se-
quentia hoc volunt. *Idem.*

356 *Pennatiquæ nupum*] Multi ex
scriptis *torum*. D. Heins.

Nurum] Placidiam innuit, quæ fi-
lia Theodosii magni ex Galla sorore
Valentiniani Jun. Satis vero apparet
Claudianum eam quasi destinare Eu-
cherio. *Claver.*

358 *Eucherius timido*] *Trepido* libri
meliores: alii *tépido*. Junianus *tumido*;
ut noster Laude Serene: 'Utra-
que luminibus tumidum micat, utra-
que blandas Excitat ore faces:'
sic bene codices scripti. Nupt. Cele-
stina, 'matura tumescit Virginitas.'

Statius, Theb. II. 'Deiphilen tumida
jam virginitate jugari.' Achill. 'Vir-
ginitas matura thoris, annique tu-
mentes,' de Lycomedis filiabus. Dra-
contius Hexamera: 'Virgo decora,
rudis, matura tumentibus annis.' Se-
quenti versa pro *lato* prim. Vatic. et
Reg. retro: tert. Vatic. pro diversa
lectione *tetro*. D. Heins.

Flammea subleuat ore] Amoris con-
jugalibus pudica et decora significatio.
Barth.

359 *Arridet*] Puerili quodammodo
affectu. *Idem.*

Thermania] Stilichonis filia minor
nata, quæ sorore defuncta nupit
Honorio, integro adhuc et casto, ut
aiant, quantum ad illam. *Claver.*

360 *Utroque petit diademata sexu*] Utraque stirpe Imperium complexa.
Barth.

361 *Reginaeque*] Sic olim Regnum
filiae apud nos.

362 *Dextræque regendum*] Meliores
gerendum. Plantini editio *tegendum*
mendose: unde Raphael. *tenendum*. D.
Heins.

363 *Ebor*] Sceptrum Consulare ex
Ebore.

*Solemnibus urnem Commovet auspi-
cia*] Servatis omnibus ceremoniis et
observationibus veteris Instituti.
Barth.

364 *Avibusque*] Addicentibus. *Idem.*

365 *Habiles armis*] Ex quotidiano
usu perpetuaque gestatione. *Idem.*

366 *Latii cultus*] Summo quondam
Latii Magistratui destinati.

Sederunt] Apto modo. Habilem
idoneumque togato magistratui indi-
cat. *Barth.*

369 *Deposito mitis clypeo*] Milita-
rem pulchritudinem dicit, gratam in
pacato habitu. *Idem.*

371 *Currumque patriæ*] Bellona Mar-
tis filia. *Idem.*

Bellona cruentum] Sic plerique
scripti. Cl. Gronovius, Diatribes Sta-
tiani cap. 50. *cruentam*; cui accedo:
nam Gyrard. prim. Vatic. et decem

alii cum primis add. *cruentat*. Idem *tendens non tendentem*; et sic scripti. *D. Heins.*

373 *Fratre Pavore*] Inepte alii *Pudore*. Homero et Hesiodo *δῖπυς τε φόβος τε δειδώρες Ἀπῆος*. Val. Flaccus, lib. III. 'Terrorque Pavorque Martis equi:' et sic poetæ passim. *Idem.*

374 *Terga catenis*] *Colla* meliores; ut VI. Cons. Hon. 'Colla catenati vidit squalleantia Cimbri.' *Idem.*

376 *Ingentem securim*] Antiquissimorum Heroiū gestamen, telumque cum primis formidatum. *Barth.*

380 *Famæ vulnere*] *Vulnera Famæ* vocat execratam sæpius Eutropii Consulis Historiam. Sic *vulnera Pacis*, civile et detestatum Bellum Petronio: 'et læsæ vulnera Pacis.' *Idem.*

Famæ qui vulnere nuper Calcatam fœvere togam] *Calcatam Famæ vulnere togam* minus concinne censeo dici: quare minimum abest quin opiner *vulnera* reponendum, cujusmodi appositiones multum amari a nostro alibi jam ostendimus. *D. Heins.*

382 *Luisse Catones*] Exempla severitatis omni post ævo ambo Catones, uterque tamen, si Historias exacte consulas, non prorsus sine nota iniquitatis. *Barth.*

384 *Dammis*] Ita vocat pericula famæ et famis, ab Eutropio et Gildone. *Idem.*

387 *Urbique tuum*] Consules apud Urbem Magistratum inire et gerere maximi facit, veneratione morum antiquorum perpetua, licet inconsulta. *Idem.*

389 *Depulsa*] Barthius *Depulsam*: confirmant prima editio et quatuor aut quinque scripti. *D. Heins.*

Depulsam] Regimine nimirum antiquo illo pene dejectam atque excusam. *Barth.*

390 *Camillum*] Tertium Urbis Conditorum. Camillus enim tali titulo cultus. *Idem.*

391 *Quirites, Et populus*] *Proceres*,

et plebem. *Idem.*

392 *Quem ductor amas*] *Ames* cum Akdo et plerisque scriptis. *D. Heins.*

393 *Nec prius auditas*] Gallicum frumentum industria Stilichonis Romæ laboranti subvenisse aliquoties celebrat. *Barth.*

395 *Messesque ferat*] *Ferant* multi. Gyrard. Lucens. Vatic. *vehat*: decem alii *vehant*; bene, ut infra: 'Vexit Lingonico sudatas vomere messes.' *D. Heins.*

Auster] Ab Africa annonam dicit. *Barth.*

396 *Horrea*] In Urbe Roma condendo frumento 396 horrea fuerunt, memorante Publico Victore. *Idem.*

398 *Fallax o quoties*] Ut solet expectanteis rumor illudere. *Idem.*

Rumor deludet amorem] *Pulvis* primæ add. prim. Vatic. et octo alii; optime. Infra: 'jam tempora desine longæ Dinumerare viæ, visoque adsurgere semper Pulvere.' Bello Getico: 'Pulveris ambiguam nubem speculamur ab altis Tarribus, incerti socios apportet an hostes.' Lucan. 'Cæsareas pulvis testatur adesse cohortes.' Pluribus eam lectionem confirmare tædio sit. *D. Heins.*

400 *Spargentur et omnes Flore viæ*] Notissimus honor omnibus pompis, et notarunt ubertim docti. *Barth.*

401 *Superet*] Transeat.

Pythia limina] Templum Apollinis, aut vicum. *Barth.*

Superet cum Pythia limina Consul] *Superes* malo, cum septem scriptis. *Culmina* etiam bene octo cum primo Vaticano. Idem Vaticanus *Pincia culmina*: in aliis multis *Phicia* et *Phitia*; mons Pincius Romæ satis celebris; sed vulgatam scripturam non temere damnem. *D. Heins.*

402 *Species Romana*] Roma digna. Pompam dicit. *Barth.*

403 *Pompeiana proscenia*] Theatrum Pompeii Magni. *Idem.*

404 *Vallis tibi Martia ducet*] *Murtia* scribendum. Varro, l. IV. de L. L.

‘Intimus Circus ad Murtium vocatus, ut Procilius aiebat, ab urceis. quod is locus esset inter figulos. alii dicunt a murteto. cujus vestigium manet, quod ibi sacellum etiamnum Murtiæ Veneris.’ Vidit Barthius quod veram scripturam curis secundis, qui illic adeundus. Primus Vaticanus a manu prima *Murcia*: in aliis compluribus *Marcia*. *Tollet nomen non ducet optimus liber Moreti et quatuor alii.* Libro III. ‘exultant avidi, quocunque decorus Conspiciare loco, nomenque ad sidera tollunt.’ *D. Heins.*

Ducet] Pulchra lectio, ad longum clamoris tenorem rapienda. Cælum autem dicit, alludens opinionem Populi Romani, continuantis tam diu eoque usque plausum, donec ab æthere ipso reddi videretur. *Barth.*

405 *Nomen*] Vocabulum Stilichonis, iteratum a plebe, favore ejus, et redditum ab Echo. *Idem.*

Pallanteoque recessu] *Recessus* vel *recussus* prim. Vatic. et emendatum a secunda manu *recussum*: pari modo et Oiselianus: tertius Vaticanus *recussis*: quatuor alii *recursu*. *recussum* placet, ut in illo Maronis: ‘utroque recessu Insonuere cavæ gemitumque dedere cavernæ.’ *D. Heins.*

407 *Cum genere*] Non obtigit illi votum hoc. Cum secundum enim Consule Stilichone Magistratum gessit Anthemius. *Barth.*

408 *Jam Fama loquacibus aliis*] De *aliis loquacibus* nugæ sunt: lego *Fama ales*, quicquid obstant scripti; distinctione locus etiam juvandus: dictum bello Gild. vs. 477. Sic et *alitem Victoriam* facit VI. Cons. Hon. vs. 607. ubi plura. Cæterum in Pricæano *volacibus aliis*: ut forte scribendum sit: ‘Hæc dum Roma refert, jam fama sonacibus aliis Pervolat Oceanum: linguis et mille citatos Festinare jubet proceres.’ *D. Heins.*

409 *Linguis et mille*] Nota Fama Maroniana descriptio. *Barth.*

411 *Non iter*] Signum veræ amicitiae. Horatius: ‘Septimi, Gades adire mecum, et Cantabrum indocutum,’ &c. *Idem.*

412 *Vincit amor meriti pridem*] *Pato*: *Vincit amor: meritis pridem clarique vetustis Fascibus ad socii properant et consulis annum.* Naso, Metam. x. ‘Vicit Amor: supera deus hic bene notus in ora est.’ Posset etiam vocibus transpositis, *pridem emeriti*: ut Consulatu Mallii: ‘Emeritum pridem, desudatisque remotum Judicis, eadem rursus complexa potestas Evehit, et reducem notis imponit habenis.’ Infra l. III. ‘Et post emeritas moderator quisque secures Discrimen letale snbit.’ *D. Heins.*

Vetustis Fascibus] Qui longo ante tempore Consulari dignitate functi fuerant. *Barth.*

413 *Vindiciis*] A mascalis Entropianis. *Idem.*

416 *Niliqve ad littora tandem*] Gyrard. et undecim alii *tendens*: recte. Alibi de Phœnice: ‘velox alienum tendit in orbem.’ Quoi longo ante pro *fecunda*, perperam quidam *fecundam*. Eidyll. de Phœnice: ‘Emeritis artas fecunda morte reformat.’ *D. Heins.*

417 *Procedit ab Euro*] Procedere hic emphasin habet singularem. Virgilius: ‘Ecce Dionæi procedit Cæsaris astrum.’ *Barth.*

419 *Solis mirentur avem*] Cum eo nimirum æternam. *Idem.*

420 *Redolent cui cinnama busti*] Recens enim nativitate de busto patrio Phœnix. *Idem.*

421 *Chorus est*] Exsultatio tripudians. *Idem.*

422 *Divique*] Deum honor, ait Tacitus, non ante Principi habetur, quam agere inter homines desierit. Tertull. ‘Maledictum est ante apotheosin Deum Cæsarem nominare.’ *Claver.*

424 *Est ignota procul*] Humanis cæteris. Poëta enim afflatu divino percitus videt aliis mortalibus invisam. *Barth.*

426 *Immensi spatiosa avi*] *Æternitatis* quodammodo, et temporis, sub mensuram non cadentis, et hoc est verum.

Tempora vasto Suppositat reuocantque sinus] *Ordinem, distinctiones, nomina avi, tempora vocat. Barth.*

429 *Perpetuumque viros*] *Virens Gyrald. et reductam prim. Vatic. aliique non pauci. Pro lapso Lovan. morus. D. Heins.*

435 *Stabilesque mores*] *Fixas currentesque stellas dicit: sic tamen nequeutripus hinc capias, ut cursus stabiles simul cum moris dicantur.*

Quibus omnia viuunt Ac pereunt] *Omnia enim tempus suum habent, aut affixum astris, aut indicatum. Barth.*

436 *Fixis cum legibus*] *Puto fixis cum legibus. frequens error, quo Apuleianam non semel liberavimus. prim. Vatic. aliique non pauci distinguunt, fixis cum legibus ille racemot. ut forte flatum legibus sit scribendum. D. Heins.*

437 *Incertum Martis*] *Incerta Martii sideris temperies, Jovis stabili. Hinc erroris in vita humana Marti sideri subditi. Barth.*

441 *Illius ut Phoebus*] *Undecim cum prim. Vaticano: Illius ut magno Sol limine constitit antri. D. Heins.*

442 *Occurrit Natura potens*] *Accurrit meliores scripti. Parens etiam prior Moreti, quod perpetuum Naturæ apud poëtas epitheton. At prim. Vatic. a manu prima duce, pro duci; ut Solem Naturæ ducem appellet. Idem.*

446 *Hic habitant*] *Putem His legendum, ut ad rā locis referatur. Idem.*

449 *Eximia regione*] *Scribe: Eximia regione domus, contingere terris Difficilis, stabat, rutuli grex æreus anni. Sequentia temperiem anni felicit moderatam innuunt. Barth.*

450 *Difficilis, stabat Rutuli*] *Rutuli stabant tres scripti: optime Cl. Gevartius Difficiles, stabant Rutuli: in uno certe Ambros. Difficiles stabat:*

scribendum etiam videtur Eximia regione domus, ut cohæreant. D. Heins.

454 *En, cui distulimus*] *In quem distulimus prim. et tert. Vatic. cum aliis quatuor. Sic iv. Cons. Honorii, 'sed prælia differ In Juvensem,' 386. ubi plura ad rem diximus. Idem.*

457 *Hilares Baccho*] *Bacchi unus Ambros. non ineleganter. Multus est in hisce secundis casibus Silius Italicus. Idem.*

463 *Prærupto discolat Aquarius imbre*] *Ita et scripti. Malim nihilominus, prorupto imbre, pro prorumpente: quomodo apud Maronem: 'Unde per ora novem vasto cum marmure montis It mare proruptum.' Lib. vii. 'osæque et artus Perfudit toto proruptus corpore sudor.' Sed magis ad rem illa Valerii Flacci, lib. vi. 'velut hiberno proruptus ab arcu Imber agens scopulos.' Noster ipse bello Gildon. 'Mergi prima peto. veniant prorupta Pachyno Æquora:' ubi par modo peccabatur. Apud eandem Valerium Flaccum: 'prorupti tonant cum forte Vesuvi Hesperis lethalis apex.' Apud Statium, Theb. ii. 'atque illi voce repleta Intercepta natat prorupto in sanguine lingua:' quomodo et illic optime membranæ. Idem.*

463 *Rosæ cornu*] *Blando. Barth.*

465 *Scorpius*] *Libri multi mendose scorpion pro scorpiis; ut sæpe veterum codices peccant. Pro graminis Aldus et cum primo Vaticano plurimi scripti germina: vere: pro pomis, quod et Barthio curis secundis videbatur. Alcimus Avitus, lib. iiii. 'sed postquam fœdere rupto Interdicta tus perstrinxit germina gustus.' D. Heins.*

466 *Allatret Scirius*] *Canis æstus latratui canino sequatur. Latratus, omnis inconditus sonus. Barth.*

467 *Crocis verantes*] *Cum Solis illi horti non alio dignius quam pulcherrimo ejus elemento irrorentur. Idem. Ignibus hortos] Finibus Isingrin. et septandecim nostri; unus crinitus:*

prior Leid, Pamel. et Lovan. *floribus*.
 Forta. *croceis halantes floribus hortos*.
 Vide quæ notamus ad Nasonem libro
 Metam. VIII. 677. Virgiliana est ma-
 mulatio, apud quem, 'Invitent cro-
 ceis halantes floribus horti.' *alantes*
 scriptum fuerat. Priorea literæ *roû*
rerantes ex præcedenti voce perperam
 geminatæ sunt. Statius *spirare* dixit,
Lacrymis Etrusci: 'Semper odoratis
 spirabunt floribus are.' Pro *flagran-*
tibus mox *fragrantibus* lego cum duo-
 bus Vaticanis; quod optimus ille quo-
 que pro diversa lectione agnoscebat.
 Oiselianns *flagrantibus*. Sic peccatur
 et apud Silium, lib. xv. 'Nec demum
 deforme viro fragrantis amomi.' Apud
 Val. Flaccum de Harpyis: 'fœdata-
 que turbant Pocula: fragrat odor,
 surgitque miserrima pugna.' Non
 opas ex Carrionis codice reponi *savit*
odor. *Fragrare* enim pro *fætere*. Mox
 eodem libro: 'Fragrat acerbus odor,
 patriæque expirat Avernæ Halitus.'
 Sic et *fragrare hesterno vino* apud Mar-
 tial. D. Heins.

468 *Vallenque suam*] Domum, re-
 giam, thronum, hortos, mensas, pe-
 cora etiam, at bono scilicet villico.
 Soli largitos de votis Poëtas suis nemo
 ignorat. Barth.

469 *Largum jubar*] Egregium acu-
 men. Irrigæ sunt herbæ larga lace,
 quibus pro Jove est Solis infusi instil-
 lantisque sese splendor. Larga autem

omnia Deorum fingunt: ut quos co-
 pia omni abundare norant. *Idem*.

472 *Gelidas*] A rore primæ diei,
 ultimæ noctis. Blando quodam gelu
 præcurrente Solis vim, ad capiendam
 eam majore, scilicet, cum voluptate.

Lucifer ornat] Ornaticum aut Or-
 natorum, si qui fuerunt, vicem ad-
 scribit famulitio Solis Luciferum et
 Auroram. Barth.

473 *Arridet habenis*] Prim. Vati-
 can. et duodecim *alludit*: tres *illudit*:
arridet habenas secundus Vatic. D.
 Heins.

474 *Aureus annus*] Felix; aurei se-
 culi proles.

Nomen præstendit Consulis] Non
 enim alia erat anni censio, nisi ab
 Urbe Condita, et titulo Consulis.
 Unde et Consulum nomina ipsis annis
 adscribebantur. Barth.

475 *Novos iterum*] Anno nove ve-
 teri succedente. Ingeniosior est hic
 versus quam prima fronte censens:
re revolute enim finem emensi, *re novos*
 initium ingredientis anni præpingit,
 cum cætera eundem tamen et usum,
 de quo sermo sit, indicent. *Idem*.

476 *Æthereis fastis*] Cælo ipse fe-
 licitatis, perennandæque memoriæ
 ipsius gratia, in suos illos æternitatis
 fastos tanti Consulis titulum refe-
 rente.

Adra] Dii ipsi. Barth.

XXIII.

IN II. CONS. STILICHONIS PRÆFAT.

Hic sane primus, ut antea dicere
 non sum veritus, Consulatus Stilicho-
 nis, quem honeste deprecabatur,
 quamvis Roma instaret ejus videndi
 cupida, post fusum Gildonem: liben-

ter sane in locum Eutropii ipsum suf-
 fectura fuit; sed finem anni consul-
 tus expectavit Stilicho. Claver.

1 *Italix qui solus ab oris*] *Qui ductus*
Isingr. Forte ductor. D. Heins.

2 *Proprium caput*] Similitudo ducta videtur a fluvio vi in fontem retro versis; eorum enim fontes capita dicuntur. Horatius: 'nunc ad aque lene caput sacræ.' *Barth.*

3 *Non sine Pierius exercuit*] Favorem in homines Musicos, præcipue Poëtas, Scipionis commendat, Stilichonem etiam nominis sono illi comparandum præpingens, seque interim etiam melioris ævi vatibus non inepte componens. *Idem.*

5 *Gaudet enim virtus testes sibi jungeri Musas*] Sane vero, et exemplo Omnipotentis Divinæ Majestatis, quæ contra immensa omnia beneficia tua aliud nihil poscit, quam laudari. Gloria Musas comitatur, quia res Heroum grato ipsis officio concelebrant. *Idem.*

11 *Hærebat lateri*] Summæ familiaritatis documento.

Doctus Ennius Catonem sane majorem litteris instituit, quo omni genere literatiorem ea ætas non habuit. Ovidius: 'Ennius ingenio maximus, arte rudis.'

Castris omnibus] Omnibus bellis, omni expeditione. *Barth.*

12 *In medias Ennius ire tubas*] Et quidem non immerito. Erat enim Centurio. *Idem.*

15 *Gemina Carthagine*] Fuit enim Carthago in Africa, et nova Carthago in Hispania, utraque virtute Scipionis debellata. *Claver.*

Carthagine victa] Clavefii codex et Thuan. victor. D. Heins.

16 *Hanc vindex patris*] Patri prim. Vatic. et undecim alii. *Idem.*

Vindex patris] Novam eo die cepit quo appulit. *Barth.*

17 *Funera belli*] Incredibilem hominum Bellis Punicis peremptorum multitudinem invenies, si subduxeris numerum. *Idem.*

18 *Cogeret ire rotas*] Triumpharet prælata effigie. *Idem.*

20 *Martia laurus*] Non Apollinea, quæ solebat; sed Martia, in gratiam Victoris. *Idem.*

21 *Quo concidit alter*] Qui Pricæanus: lege cui concidit. D. Heins.

22 *Savior Hannibale*] Hannibal pro atrocissimo hoste Romanis Proverbium ejus loco fecit. Horatius: 'Parentibusque abominatus Hannibal. *Barth.*

23 *Te mihi post quintos*] Quinos Raphael. placet. D. Heins.

Te mihi post quintos] Ex his colligitur Claudianum a Consulatu Olybrii et Proбини, seu mavis a morte Theodosii, qui obiit Mediolani, ibidem consedissee, ac recitasse Panegyres in tertium ac quartum Honorii Cons. et postremo Theodori Paneg. Ne quis vero fallatur secundus Stilichonis Consulatus, qui cum Anthemio fuit quadriennio post hunc, qui quidem secutus est Honorii vi. Cons. anno 405. *Claver.*

Post quintos] Sane quinquennio post primum iteravit Consulatum Stilicho. Romæ vero ideo medio tempore desedissee Claudianum verosimile non est, qui hoc ipso Epigrammate innuit sese expeditionum Bellicarum Comitem, cum eo in urbem rediisse post victorias. *Barth.*

24 *Votis suis adesse*] Coram ipsa, inque sinu ejus, Consulatum gerere. *Idem.*

XXIV.

IN II. CONS. STILICHONIS.

1 *Populi plausu, procerum voce*] Proceribus consultiore acclamationem assignat; quamquam constet in ipso Senatu Romano stultas stolidasque sæpe voces jactatas, notantibus Historicis Augustis. *Barth.*

Quem populi] Senatus populusque Romanus in votis habuit adventum Stilichonis Consulis renunciati. *Clav.*

Voce] Dictum innui Acclamationes, quæ adeo solennes iis temporibus, uti in certas velut formulas reductæ, requirerentur vel ab invitis, nisi aliqua peccare vellent in morem temporum. *Barth.*

2 *Aspice, Roma, cirum*] Sic summum Principem votis et Urbi, hoc est, totius Pop. Romani et Senatus desiderii redditum. Plinius Panegyrico celebrat. *Idem.*

3 *Dinumerare viæ*] *Moræ* duo veteres. *D. Heins.*

Dinumerare viæ tempora] Quod sane poterat quivis facile, stationibus et mansionibus Principali auctoritate designatis.

Visoque assurgere semper Pulvere] More impatienter desiderantium adventum optati Principis. *Barth.*

4 *Torquebere votis*] Spei tormentum vel magnis adnumerat sapientia prisca. Papinius: 'spes anxia mentem Extrahit, et longo consumit gaudia voto.' *Idem.*

5 *Adest oculis*] Summa votorum. *Idem.*

6 *Spe major, fama melior*] Rem sane magnam dicit, cum vero verius sit quod alibi agens dicit, 'minuit præsentia famam.' *Idem.*

Delph. et Var. Clav.

7 *Qua tibi restituit fasces*] Majestati Urbane, id est ipsis domesticæ. *Complere dextram*] Quod solebat fieri sospitatoribus. *Barth.*

8 *Panos*] Mauros. *Idem.*

9 *Excipe*] Amplexu. *Idem.*

10 *Libratur*] Ne in hanc aut illam partem peccet. *Idem.*

11 *Os sacrum*] Vultum, personam.

Ere colis, miraris in auro] Heroicam et proprie divinam speciem non semel alibi Stilichoni adscribit. Hic de omni genere statuarum, effigiarum, imaginum, fusilium sculptillumque loquitur, quem honorem tamen Stilichonem non magni fecisse libro superiori memoravit. *Barth.*

12 *Felix bellator ubique*] *Pro te bellator* plerique veteres, quod ex Cajacianis libris probat Barthius; neque aliter Aldus, Gyrard. Isingrin. Lucens. ex melioribus. At prim. Vatic. *felix*: forte, *pro te qui bellat ubique*. *D. Heins.*

13 *Rheni pacator*] Vera autem laus; solus enim Rheni, cum Theodosio Danubii accolae pacavit Stilicho. *Barth.*

Rheni pacator et Istri] *Calcator* Isingr. alique multi: ut vi. Cons. Honor. 'Colla catenati proculcat Honorius Istri.' Nihil tamen muto. Supra lib. ii. 'Usque adeone levis pacati gloria Rheni?' Epith. Celerinæ: 'quanto pacatur milite Rhenus.' *D. Heins.*

15 *Vulgo monstrare*] Triumphis, arcubus, statuæ, inscriptionibus, mille modis memoriarum: quo genere optimi etiam Principes fuisse ambrosii. *Barth.*

Claud.

5 E

16 *Certarent*] *Certassent* prim. Vatic. et decem alii: rectius. *D. Heins.*

18 *Flavente Sycambri*] *Flavem* eandem cæsariem indicat noster alibi. iv. Consulat: 'flavam sparsere Sycambri Cæsariem.' *Barth.*

19 *Nigris Mauri criminibus*] Et contortis. *Idem.*

21 *Laurigerum*] Corrus triumphantium lauro ornati.

Festo fremuisset carmine, miles] Acclamatio vetus erat, *Io triumphe, Io triumphe.* *Barth.*

22 *Facta metallis*] Rectius quidam metallo: *Acta* etiam malum; ut Cons. Olybr. 'Fingunt æra lupam.' Vide quæ curis secundis ad Nasonem notatus Pont. iv. El. i. 32. *D. Heins.*

Facta metallis Oppida] Expressa, fabre facta. *Barth.*

23 *Captiva flumina*] Mærentia vastationem patriarum terrarum, in ipsis effigiebns. *Idem.*

25 *Catenato Rheno*] Maxime. Bonæ Fortunæ, immanisque egregii facinoris loco. *Idem.*

26 *Non immodicus*] Contemptor enim honorum vulgariam, virtutumque propter ipsas amans. *Idem.*

28 *Labor ipse iuvat*] Virtus; quæ cum aine labore nulla sit aut fuerit adeo unquam, in vocabulum etiam hujus venit. Sic Maro: 'Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem, Fortunam ex aliis.'

Streptitus inanes] Famæ, gloriæ, rumoris, auræ popularis, sermonum vulgi. *Barth.*

29 *Inque animis hominum*] Vero amore ipsi addictorum, quos sibi devicit atque subdidit benignitate, comitate, omni genere virtutum. *Idem.*

32 *Fabricius Pyrrho*] Ad eum diem triumphus insignior splendidiorque non fuerat actus, quam de Pyrrhi rebus quem duxerunt victores ejus. Vide Florum, l. i. 18. *Idem.*

33 *Paulus*] Is amplius de spoliis Macedonicis rerario intulit, quam etiam Orbe Terrarum pene subju-

gato Pompeius. *Barth.*

35 *Post Numidas Mario*] Victo Jugurtha captoque; quem atrocissimi Populi Romani hostibus etiam alibi comparat. *Idem.*

37 *Quæ gravis obstreperet laudi*] *Laudes* sec. Vatican. opt. Moreti, optimus Leid. et decem alii cum Aldina editione: duo veteres *laudia*. Adeantur quæ notamus ad Nasonem, Met. xi. 18. *D. Heins.*

Gravis laudi] Clam inimica. Martialis de Delatoribus: 'Turba gravis paci, placidæque inimica quieti.'

Stimulis malignis] Duplicibus, insidiosis. *Barth.*

39 *Invidia fines virtute reliquit*] Summa virtus et felicitas. *Idem.*

40 *Quis enim livescere possit*] Non tangit summas et mortalitati subductas res livor. *Idem.*

41 *Quod Jupiter olim*] *Altum* octo libri, cum primo et tertio Vaticanis; bene. *D. Heins.*

Olim] Tempore immemorabili. Cum natura sane Rector fuit semper. Itaque et ei impositum, per eam Imperium nactum Poëtæ aiunt. *Barth.*

42 *Noverit omnia Phæbus*] Huc spectat quod Solem omnia contuentem, omnia audientem facit Homerus. *Idem.*

43 *Est aliquod meriti spatium*] *Meritis* malo. *D. Heins.*

Meriti spatium] Virtutis, multos demerentis. *Barth.*

45 *Præterea diversus erat favor*] *Divisus* prima ed. et Puteanus codex; recte. Vide notas lib. xi. in Rufin. 25. atque ita Barthius curis secundis. *D. Heins.*

48 *Variis Ordinibus*] Inter se maxime dissidentibus. Allaborat non tam Principum, sed liberæ Romæ Heroïs Stilichonem præferre, quem æquat data opera quum potest. Statum vero temporum considerant magis ridiculæ quam magnanimæ aut quidvis aliud parebunt hæc laudes. *Barth.*

51 *Parentem*] Hæc vero verissima laus. *Barth.*

Parentem] Symmachus eundem Stilichonem publicum parentem nuncupat; neque renuit Ambrosius. *Clav.*

52 *Mundi communis amor*] Alibi de Honorio. *Barth.*

55 *Meruit*] Pro re magna. *Idem.*

56 *Virginibus flores*] Divitiarum puellarum, Poëtis adscriptoribus. *Idem.*

58 *Numine tanto*] Apollini Stilichonem componit. *Idem.*

59 *Littora Delia*] Insula tam præsentem Apolline clara, ut oracula inde peterentur, non secus atque Delphis. *Idem.*

Laurus] *Laurus* Gyrard. alique nonnulli. *D. Heins.*

Fulsit Apollinis arcus] Ita sublitam numinis adventum aut declarationem describunt ab ornamentis Poëtæ. *Barth.*

63 *Tecta latere Matribus*] Studio visendi etiam altissima ædificiorum loca compleri. *Idem.*

64 *Matribus? his Stilicho*] Ut Stilicho Lucens. et duodecim alii; optime; admirantis est. Adi Notas superiori libro 327. In quibusdam hic, quod Barthius amplexus est. *D. Heins.*

Hic, Stilicho, cunctis] Aspice hos omnes, ait, qui, nisi tua virtus immanem barbariem avertisset, aut Gildonis molitiones, famem inferentes, compescuisset, omnes interiissent. Alii leg. *Hic Stilicho.* In urbe enim velut in pectore, animaque ipsa Imperii, reluxisse salutem omnibus dicit. Humanum enim genus solens Romano censet.

Reluxit] Instar inspiratæ lucis, subito ingruentis. *Barth.*

65 *Septem montes*] Colles, quibus Roma inædificata. *Idem.*

66 *Auri fulgore*] Tectis auro vestitis. *Idem.*

67 *Indutosque arcus spoliis*] Indutosque frustra quidam: alibi, 'vestita spoliis donabere queru.' *D. Heins.*

69 *Quantum profueris*] *Quam tum unus Ambros.* Legi *Quanta*: alibi: 'Proxime dis consul, tantæ qui prospecta arbi.' *Idem.*

70 *Metire oculis*] Expende.

Fabula] Pene nihil, quodque proximam nihilo. De quibus nihil superesset præter sermones hominum, madumque nomen. Hoc enim *fabula* denotat. *Barth.*

71 *Incumberet*] Impediret ejus preventum. Verbum summam vim continet. *Idem.*

72 *Quercu velaret*] Vide Gellium, v. 6. Stilichonem post victum Rhodagaistam, omnium Romani nominis hostium immanissimum, coronatum cum toto exercitu rediisse auctor Zosimus, lib. v. *Idem.*

77 *Nec solum*] Sic meliores scripti: vulgo non solum. *D. Heins.*

78 *Sed quo jucundior esset*] Sic scripti potiores; quomodo et alii jam legendum viderunt. Vulgo quod; unde quod jucundius: et mox fructu pro fructus, male Raphael. nec necessarium, quod Barthius, curis secundis, ut amissas vires pro et reponit. *Idem.*

Sed, quo jucundior esset] Ut enim Africam ipsam cum classibus frumentarilis, sic gloriam etiam restituisse Romæ indicat Stilichonem. *Barth.*

79 *Venerabile famæ Pondus*] Quæ cum vitæ ipsius scilicet pretio æstimetur. *Pondus*, auctoritatem, majestatem notat. *Idem.*

82 *Famulosos precatur*] Fame et penuria coacta. *Idem.*

83 *Robore Gabino*] Italico, Latino, Romano, priaco. *Idem.*

84 *Romana ira*] Digna Romana virtute. Ovidius: 'dignas Jove concipit iras.' *Iram* pro omni re Martiæ virtutis multoties usurpat Papinius. *Idem.*

85 *Jubet signis*] Imperat. *Idem.*

Bellaturoque] Bellatorique unus Med. et expectant pro et spectant mox libri omnes. *D. Heins.*

86 *Spectant*] Observant, suspiciunt, colunt, respiciunt. *Barth.*

88 *Obtulit hæc ultro fasces*] Tres *ulteri fasces*: unus *ulteri fasces*: alii multi *hæc ultro fasces*; quod ferri non potest, quia *fasces* mox sequuntur: septem, cum primo Vaticano, *Obtulit, ulteri fascesque*. * Supra lib. 11. 'Ultorem videant servatoremque Quirites.' *D. Heins.*

Fasces ornare] Alibi: 'ornatur Fortuna viro.' *Barth.*

89 *Nec libera quarrit Secula*] Infra hoc libro: 'nunquam libertas gratior exstat Quam sub Rege pio.' Roma ita parens libertatis, et libertatem pro arbitrio donabat, velut optimo jure rerum ad eam Imperium pertineret. *Idem.*

91 *Crevisse videt*] Novo vectigali, frumentatione Gallica accedente, ea inopie Urbane Bello Gildonico subvenisse Stilichonem, non semel attestatur Claudianus. *Idem.*

Quis Gallica rura] *Rura* legebam aliquando, quia *ligones* sequuntur. De ea voce diximus ad librum v. Fast. Nasonis. *D. Heins.*

93 *Ab Arcto*] Sic sæpe Germaniam vicinosque ei populos dicit. *Barth.*

95 *Auxilium non illa seges*] *Illa seges non auxilium omnes*. *D. Heins.*

97 *Admonuit dominæ gentes*] Ex ambitione prisca. Belli Getici insignis clausula est: 'Discite, vesanæ, Romanam non tempere, gentes.' *Admonere* etiam vim violentam infert. *Barth.*

Dominæ] *Dominæ* hic est Roma: Gentes vero Germani, hactenus invicti. *Claver.*

99 *Majestas Quirini*] Romani Imperii auctoritas. Majestas enim emittens omnis potestas, coli digna.

Plena] *Iusta*, absoluta. *Barth.*

100 *Rectores Libyæ*] Sic Gyrard. Vulgatum *Libyci* glossa est alterius. *D. Heins.*

Populo iudice] Velut stante Republica; antequam populus jus suum in Principes conferret. *Barth.*

101 *Emeritis secures*] Magistratus quibus rectæ provincie. *Emeriti*, qui

homerum tempora constituta expleverunt. *Idem.*

102 *Discrimen lethale*] Accusatus male gestarum rerum, spoliatur, expellatur, Provincie, Repetundarum, &c. Gildonem punitum supplicio Legibus constituto tradidit etiam supra, lib. 1. *Idem.*

Quod Parnus arator Intulerit] *Quid lege ex prim. Vatican. Lucensi, aliisque nonnullis*. *D. Heins.*

103 *Modicus Auster*] Venti enim pluvii ingruentes Africam focundant, unde horrea Romana complebantur. *Barth.*

105 *Hinc trepidant*] *Prim. Vatic. et alii multi Hic*: quidam *Hi*. Pro tremuit *prim. Vatican. alii* que non pauci *timuit*: posset et legi, *Nunc trepidant*; quod pro diversa lectione in Oiseliano erat notatum. *D. Heins.*

106 *Cani virtutibus ævi*] *Priscæ reverentiæ*. *Barth.*

109 *Magnos calcet metuendus honores*] Ut summo Magistratu functos vocet in jus, et secundum Leges iudicet facta potentium. Eximas hinc Honorem Principis, cui quamdiu spahabebat reverentia, tamdiu stare Rempublicam Cicero scripsit Libris de Republica. *Idem.*

110 *Pietate*] *Clementia*. *Idem.*

111 *Puros*] Animum sordibus vitiis non inquinatos. *Idem.*

112 *Patrias artes*] Gubernandi Mundum. Virgilius, lib. vi. 'Tu regere imperio populos, Romane, memento; Hæc tibi erunt artes.' *Idem.*

113 *Fallitur egregie quisquis sub Principe credit Servitium*] Omnem legitimi Principatus virtutem complexus est paucissimis verbis; ut nimirum infinita ejus commoda, nullam subditi sentiant gravitatem. *Idem.*

115 *Præficit ipse regendus*] Ut Tutor Imperii et Parens Publicus. *Idem.*

116 *Plebis patrumque*] *Senatus et Populi*. *Idem.*

118 *Purpura*] Magistratus summus. Ipsum Imperatorem Legibus se sub-

mittere dicit. *Purpura Principatus* index etiam Romanis. Loquitur autem de Honorio hactenus Claudianus; ut in eo Stilichonem clare agnoscas. *Barth.*

120 *Sic casta juvenatæ Frena dedit*] Patav. *foosa juvenatæ*; corrupte: unus Petav. et alter Leid. *sicoata*. Regius, *sic tanta*, pro *sic cauta*; quomodo Lucens. et Oxon. unus Med. *sic sacra*: prima ed. et tres scripti *sic apta*: prior Leid. *arta*; quod etiam impense placet; alludit eo et opt. Moreti, in quo *sic acta*. Possent et parca frena restitui. Apud Lucan. l. vii. manu exarati codices, *frenorumque artat habenas*. De voce *cauta* dictum l. ii. de Rapt. vs. 11. *D. Heins.*

121 *His moribus imbuat annos*] In duit potior scriptorum pars; vere. Plinius, l. xxviii. c. 8: 'Mores pudicos et severos induere' dixit. *Idem.*

122 *Verior Augusti genitor*] Illum enim necessitas et natura dedit, hunc studium et institutio. Phædrus: 'Facit parentes bonitas, non necessitas.' Sic verus Rex Deus Christianis, præ quo cæteri signimenta et nugæ.

Fiducia belli Pactis consilium] Ita vocat Stilichonem, velut animam mentemque ipsam Imperii et Reipublicæ. *Barth.*

124 *Infortuit*] Cape ad insitam diuturnitatem quandam. *Idem.*

Artibus atas] *Arcibus* legendum cum libris decem: supra; 'Non alium certe Romanæ clarius arces Suscepere ducem.' Virgil. 'Inbellem avertis Romanis arcibus Indum.' *D. Heins.*

125 *Translatæque pene*] Constantinopolim, præ qua deflores et decrescere vetus Roma videbatur. Iniquior semper Orientali Imperii parti hic vates, non abs re quidem, in Patroni sui gratiam; tangitque laudibus veteris Romæ degenerantem illam novam. *Barth.*

126 *Servilibus arvis*] Subjectis vi armorum Romano Imperio. *Idem.*

127 *In proprium seducta larem*] A servilibus illis arvis et urbibus Romæ subjectis. Incessit Consulatus aliorum alibi quam in capite Orbis urbe sumtos gentiosque, cum Romæ ingenuus hic sit honos. *Idem.*

In proprium seducta larem] *Sed ducta* Lucens. bene: quomodo et Barthius curis secundis conjecit. *D. Heins.*

128 *Hæserat*] *Inhæserat*, infixa fuerat. *Hæres* enim constantem per mansionem denotat. *Barth.*

129 *Reponit*] Ordine suo collocat. *Idem.*

130 *Proxime Diis Consul*] Summa felicitas proximum perhiberi Deo. *Idem.*

133 *Lucæ metalli Æmula*] Auro colucens relucensque undique. *Idem.*

134 *Fastigia conserit aëtris*] Ob altitudinem molium sive ædificiorum. *Idem.*

135 *Septem scopulis zonas*] Tot numero zonas statuunt nonnulli, alii quinque solas. *Idem.*

Zonas] Fuit etiam Romæ Septizonium, index forte septem planetarum. *Claver.*

136 *Armorum legumque parens*] Quartus Vaticanus pro diversa lectione *potens*: quo alludit et Rottendorphiannus, qui *patens*. iv. Cons. Honorii: 'Cernis, ut armorum proceres, legumque potentes Patricios ramunt habitus.' Sic *legum potens* Pompeius Lucano; ubi *regum* male legitur: 'Non domitor mundi, nec ter Capitolia curru Invectus, legumque potens, vindexque Senatus.' Divæ nemorumque potentes noster infra; et 'potens volucrum aquila' Præfatione tertii Consulatus Honorii Aug. 'Nemorum potentes Sylvani et Nymphæ' apud eundem lib. iii. 'Pelagi potens Rhodos' lib. v. 'Potens veri Pæan' ibidem. 'Animal potens lethi' lib. vi. *D. Heins.*

138 *Exiguæ quæ finibus orta*] Principia Romanæ Potentiæ omnibus notissima sunt.

Tetendis] Dicas velut sagena cepiase populos, qua rupta exciderant postea Provincia et Urbes. *Barth.*

139 *Paroque a sede profecta]* *Profectas* melliores libri. Pro *Dispersit* vir maximus *disposcit*: male. Val. Flaccus, l. i. 'Saltim in vacuos ut brachia ventos Spargat.' *D. Heins.*

140 *Dispersit cum Sole manus]* Potentiam suam cum Solaris cursus amplitudine æquavit. *Barth.*

Obvia fati] *Votis* Prim. Vatic. alii-que multi. *D. Heins.*

141 *Pugnas]* Bella, quæ duella olim. *Barth.*

142 *Submitteret urbes]* *Obseideret* exarati fere omnes; bene: ut Delrius jam legendum vidit ex illo versu: 'Meque minabatur calcato obseidere vallo.' *D. Heins.*

144 *Numquam succubuit damnis]* Horatius verbis Hannibalis: 'Gens quæ cremato fortis ab Illo, &c. Per damna, per cædes, ab ipso Sumit opes animosque ferro.' *Barth.*

145 *Post Cannas major]* Florus: 'Magna populi Romani Fortuna, sed semper malis major resurrexit.' *Idem.*

146 *Murumque feriret Hostis]* Alluditur Hannibal ad Portas. *Idem.*

Murumque feriret Hostis] *Ferirent* optimos Vatic. Adeantur quæ observo ad Nasonem Remed. Amor. 164. *D. Heins.*

149 *Alio Orbe]* Eatenus incognito. *Barth.*

150 *In gremium victos qua sola recepit]* Ut aleret, tueretur, quis civibus adscriberet, diligeret, foveret; contra mores tyrannorum. *Idem.*

152 *Matris, non dominæ, ritu]* Exserto ubere. Symmachus, l. ii. Epist. 7. Ubi famem Gildonianam deplorat. *Idem.*

155 *Patriis regionibus]* Roma omnium communis Patria, in qua nemo, nisi servus aut barbarus, peregrinabatur. *Idem.*

156 *Sedem mutare licet]* Ubique inventa patria.

Cernere Thulen] Extremam regionem dicere vult, ut mediarum facillima habitatio, salvo jure Civitatis Romanæ, patesceret. *Barth.*

Cernere Thulen Rursus] *Lusus* Lucens. Gyrard. prim. Vatic. et Rottendorphianus; bene: supra l. ii. in Rafin. 'frontemque secari Ludus, et occisos pulchrum jurare parentes.' *Idem.* *Cano* Honorii: 'regumque recentes Exuvie tibi ludus erant.' Virgil. *Æn.* ix. 'Flectere ludus equos et spicula tendere cornu.' Sidonius: 'Ludus erat puero raptas ex hoste sagittas Festina tractare manu.' Val. Flaccus, l. iii. 'Ludus et ille Deo, pavida præsepibus aufert Cum pecus.' Silius, l. xvi. 'Cui ludus nullam cursu non tollere damam.' Statius, Achill. ii. 'Spargere cæstus Ludus erat requiesque mihi.' Avienus Ora Maritima: 'Gens hic docta sali tumido freta gurgite currit, Inque procellosos lembum convertere fluctus Ludum habet.' *D. Heins.*

157 *Horrendos recessus]* Barbarie omni expulsa et moribus Romanis subdita omni regione. *Recessus*, extremæ regiones. *Barth.*

161 *Luxuries vitiis]* 'Otium Reges prius et beatas Perdidit Urbes.' *Idem.*

162 *Male sublimes]* Inconsculte, im-provide. *Idem.*

164 *Tulit]* Abstulit. *Idem.*

167 *Hæc sacris animata Numæ est]* Scripti *quod est* non agnoscent: quales hiatus in Virgilio occurrere frequentes supra jam diximus. Noster Epithalamio Honorii: 'Et platanus platano, alnoque assibilat alnus:' ita illic scripti complures et ex veteri libro, secundo in Eutrop. 'Tarbigillus simulare fugam, flatusque leonis Spe nutrire levi, improvisaque repente:' deinde pro *hinc, hinc* cum libris nonnullis legendum: *librat* etiam recte unus Petav. et unus Vatic. Apud Horatium, l. iii. Od. 14. 'pueri et puellæ Jam virum expertæ, male omni-

natis Parcite verbis.' eam enim lectionem cum vetusti codices castigatiores, tum vetus Scholiastes quoque agnoscant, non male nominatis verbis. Scripserat Suetonius librum integrum, ut ex Grammatica discimus, de *Vocibus male ominatis*. Idem Horatius, l. II. Od. 20. 'Jam Dædaleo ocior Icaro Visam gementis littora Bospori.' Epod. 5. 'Post insepulta membra different lapsi Et Esquiliæ alites.' Epod. 18. 'Nunc mare, nunc silvæ Threicio Aquilone sonant: rapiamur, amici, Occasionem de die:' quibus locis nihil est mutandum. Idem Horatius, l. II. Sat. II. 'num vesceris ista, Quam laudas, pluma? cocto num adest honor idem?' sic constanter membranam veteres, non, *coctore num adest*. Ubi tamen fortassis legendum, *coctone adest* siue elisione. Statius, Theb. IV. ex optimis membranis: 'unde hæc furibanda cupido, Nate, tibi? tenero unde improba pectore virtus?' Apud Juvenalem, Sat. XII. 'decidere jactu Cæpit cum ventis, imitatus eastora, qui se Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno Testiculi. adeo medicatum intelligit inguen:' quomodo illic loci non solum veterrima exemplaria a me inspecta, sed Servius quoque l. I. Georg. Virgil. vs. 58. agnoscunt; cum in vulgatis codicibus sit *Testiculorum*. Pari modo sæpe alibi Juvenalis idem, ut Satyra secunda: 'Si fur displiceat Verri, homicida Miloni:' et Satyra III. 'Hic Andro, ille Sæmo; hic Trallibus aut Alabandis.' Sat. XII. 'dorso ferre solebant Partem aliquam belli, et euntem in prælia turmam.' Sat. XIII. 'Egregium sanctumque virum si cerno, bimembri Hoc monstrum pæro, et miranti sub aratro Piscibus inventis, et foetæ comparo mulæ:' sic et ibi vetusti codices; ut et Sat. XIV. meliores: 'nec tui pueri contempeoris annos, Sed peccaturo obstet tibi filius infans:' non, *obstet*, quod est in vulgatis.

Sat. XV. quoque scribendum videtur, 'Illic cæreuleum, hic piscem fluminis, illic Oppida tota canem venerantur, nulla Dianam:' non *carmes*; intelligit autem marinum piscem. D. Heins.

Animata] Inspirata. Cultus enim Numinis, anima salutis in Republica. Etiam fiducia in Deos hoc verbo indicatur. Barth.

Fulmina vibrat] Hic locus mihi se obtulit commodum, explicat enim Statii mentem, Theb. VIII. 'Nec fragor Ausonij tantas cum Jupiter omni Arce tonat.' Claver.

160 *Orgia secum*] *Orgia Bacchus* Lucena. Gyrard. prim. Vatic. et Farnesianus; probe. VI. Cons. Hon. 'debitassent orgia Bacchi Cui furent.' Oxon. *Orgia sacer*; corrupte. Statius, Achill. I. 'Lucus Agenorei sublimis ad orgia Bacchi Stabat.' Libro II. 'quid, si Bacchea ferentes Orgia, Palladias aut circum videris aras?' Atque ita in Thebaïde non semel. Virgil. Georg. IV. 'Inter sacra Deum, nocturnisque orgia Bacchi.' Naso, Metam. XI. ubi de Baccho agit: 'cui Thracius Orpheus Orgia tradiderat.' Pro *velat* paulo ante unus Med. *vellat*. Puto *vallat*. D. Heins.

171 *Huc depulsurus morbos*] Codices vetusti magna ex parte *defensurus*; optime. Deinde pro *Epidaurius hoopes* prim. Vatic. et quinque alii *ultrō*. *Defendere* pro arcere, quomodo et apud Græcos ἀφύρειν et ἀπειν ambigua significatione, lib. II. de Rapt. 'sic me crudelibus umbris Trudere, sic toto placuit defendere mundo?' quomodo vetus codex: in Entrop. libro I. 'contagia fascibus oro Defendas ignava tuis.' IV. Consen. Honor. 'defensura calorem Aurea submoveant rapidos umbracula solen.' Bello Gild. 'Extremam defende famem.' Epithal. Celerine: 'Defendunt alii luco Dryadasque procaces!' ita enim legendum. Sic apud Statium Protreptico Crispini, 'Defensore metus:'

et Hercule Sarrentino, 'defendere arbore aëles.' Et apud Maronem: 'hunc oro defende farorem.' Theb. 1. 'haud passi sociis defendere noctem Calminibus.' Theb. ix. 'Vestrum opus, ire retro, et senium defendere famæ:' hoc est a fama: quæ ibi vera scriptura, quomodo apud Virgil. 'Solstitium pecori defendito:' et apud Horat. lib. 1. Od. 17. 'sætatem capellis defendere:' et apud Silium, lib. v. 'defendere necia morti Dedecus,' ut veterrimus liber, non morte. Idem lib. xvii. 'Haud valuit misero defendere Daunia tela;' pro, a misero. Plant. Mostellar. Act. iv. Sc. 2. 'Heus ecquis hic est, maximam qui his injuriam foribus defendat?' hoc est, a foribus. Sic apud Euripidem Troasin: *ταύτην ὁ δὲ δαυλίαν δάμαρρον ἀπέχευ.* Idem Silius, lib. vii. 'Fonte altum et pura soliti defendere lymphæ.' Ovid. Epist. CEnones: 'Defensa est humili cana pruina casa;' ut illic sine dubio scribendum; ubi plura, jam enim nimii sumus. Cæterum in optimo Vaticano aliiq. nonnullis scribi animadverto, *Epidaurius ultro Venit*, non *Epidaurius hospes*. elegantius est, quam videatur primo conspectu. Augustinus de Civitate Dei, lib. iii. cap. 12. 'Æsculapius ab Epidaurio ambivit Romam, ut peritissimus medicus in urbe nobilissima artem gloriosius exerceret:' ita monuit in optimis membranis legi Gronovius, quem nihil elegantiarum fugit, Diatribes Statianæ cap. 26. vide totam de Æsculapii hac emigratione historiam apud Nasonem, Met. xv. Mater Deorum apud eundem Nasonem, Fast. iv. 'Ipsa peti volui: nec sit mora: mitte volentem. Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat.' Denique scribendum *Huic defensurus morbos*, non *Huc reptavit*: quod manifeste falsum eat, cum Romam non reptarit Æsculapius, sed vectus sit, ut noster mox addit. *D. Heins.*

Epidaurius hospes] In Draconis effi-

gie Æsculapius Epidaurio Romam ad-
vectus. *Barth.*

174 *Cum Superis*] Pari, dicere vult, dexteritate. Hoc est, pari cum Regibus veneratione. *Idem.*

175 *Clypeo*] Tutitione armata. *Idem.*

Protegis hanc clypeo matrem] *Patri-*
am scripti fere omnes: non placet. Supra de Roma: 'Hæc est in gremium victos quæ sola recepit Matris non domiæ ritu.' De eadem Rutilius Itiner. 'Exaudi genitrix hominum, genitrixque Deorum.' *D. Heins.*

176 *Præcipueque tuam*] Qui tam præclare ultra priorum merita eam tueris. Sequentia jam participem Imperio puerum augurantur. *Barth.*

177 *Hic regia mater*] *Hinc* pri. Vatic. et alii non pauci. *D. Heins.*

179 *Statulic*] Ut Consulatu III. 28. *Barth.*

180 *Venturi fati*] Non clam neque obscure Imperii successionem Eucherio spondet. *Idem.*

181 *Toto mernissus pignore civom*] *Tanto* potiores libri; et quidem recte: sic apud Propert. 'famæ pignora tanta mæz.' Prudent. Peristeph. hymno Vincentii: 'Tantique custos pignoris Flaccella fertur fluctibus.' *D. Heins.*

184 *Hinc prælia sumis*] *Sumere*, sponte suscepisse indicat. *Barth.*

187 *Fudit*] Copia plena. *Idem.*

188 *Hæc omnibus egit*] *Hæc* libri; nisi quod prim. et tert. Vatican. non omnibus egit, cum aliis quinque. Puto quis enim princeps non omnibus emittit Obsequiis, dominum sese patremque vocari? Bello Gild. 'hoc damnis, genitor, Cannensibus emi?' ubi egi similiter veteres quidam. Laude Særenæ: 'Emturus thalamum dubii discrimine lethi.' De piis fratribus: 'Emtum est ingenti clade perenne decus.' Sic Virgilius, Silius, Statius, alii passim. *D. Heins.*

Egit] Nemo peregit, omnibus licet obsequiis annexa. *Barth.*

189 *Dominum patremque*] Roma Pa-

trem Patriæ Ciceronem libera dicit. Miranda felicitas Barbaro, Patrem et Dominum simul Romanorum perhiberi. *Barth.*

190 *Quod tibi continuis resonant*] Sic scripti: quam veram lectionem esse jam alii viderunt. *D. Heins.*

Resonant convexa] Plausu populi, voce Procerum. *Barth.*

191 *Mavertia plebes*] Populus Romanus. *Idem.*

192 *Bruto non indignante*] Expulsore Tyrannorum, inductore libertatis Romanæ, a quo Dominorum nomen Romæ inauditum. *Idem.*

193 *Terrere coacta*] *Subacta* Delrii cod. unus Ambros. et Petav. cum duobus Vaticanis: dictum lib. II. in Rufin. 314. *D. Heins.*

195 *Exsultant avidi*] Formam Stilichonis commendat, sine Nuptiarum Honorii, et superioribus hic libellis. *Barth.*

198 *Circum*] Circum maximum ad spectacula venationum, cursum.

Trabeis fulgentibus] Auro ductili notoque. *Barth.*

199 *Solio eburne*] Sella Curuli. *Idem.*

200 *Jure*] Magistratus insignibus, officioque jus dictari. Habitum jus dicentis ab eo separat quo crimina puniebantur. *Idem.*

Denso seu turbine vulgi] *Densi* Oxon. Pro *Cingis jure forum*, malim *Stringas*: unde et *Strictas leges* Statio in Silvii: 'Nulla foro rabies nec stricte jurgia legis' quo tamen loco invenisse me memini in vetusta editione: 'Nulla foro rabies nec scita Lycurgia leges.' 'Stringere volatu terras,' et 'stringere venatu saltus' noster alibi dixerat. Adeantur notæ bello Gildonico, 356. 'Cingere jure forum' tamen dictum videri possit, ut 'fora fascibus circumdare' alibi nostro. *D. Heins.*

201 *Circumfusa*] Vide Doctissimi Lipsii Admiranda, III. 8.

202 *Certa fure Gaudia*] Non adu-landi studio, non ambitione extorta;

vera, ingenua, solida, certa. *Barth.*

204 *Panderet ades*] *Alas* Gyrard. prim. Vatic. et multi ex nostris, primaque edd. Virgil. Georg. IV. de apibus: 'Pontibus ut magnis possint consistere et alas Pandere ad æstivum solem.' Horat. de Pavone: 'picta pandit spectacula cauda.' Ovid. lib. III. Amor. 'Prima loco fertur passis Victoria pennis:' ubi perperam vulgo *sparsis*. Prudent. lib. II. contra Symmach. 'aurea quamvis Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas Explicat:' quo loco confirmatur lectio unius Mediceæ, qui pro *ardua* pennas agnoscit *aures*. Quod paulo post sequitur, *Stilico tua pennis ornent Limina*, vulgatam scripturam adstrere videtur. *D. Heins.*

205 *O palma viridi*] Sic ex prim. Vatic. et quindecim aliis legendum. Vulgo *Et palma*. Pro *gaudens*, tres *florens*: de quo verbo alibi dictum. *Idem.*

Amicta tropæis] *Amicta*, cincta, incincta undique. *Barth.*

206 *Custos Imperii*] Tutela,ATRIX. *Idem.*

207 *Vulneribus*] Quæ intulit Senium Urbi et Romanis rebus. Et *demis Laborum sensum*; hoc est, Tanta ex dulcedine, ut omnis labor respectu tui vaneat, vilescat, pro nullo prorens habeatur. *Idem.*

208 *Dictæ*] Quam Bacchus Ariadne puellæ Cretensi paravit. *Idem.*

211 *Fossi mulces auspicia Martis*] A perpetuis belligerationibus quibus eum astringunt Poëtarum filii. *Idem.*

214 *Teque reducat*] Potius te, profugatis hostibus. Sed et signa Victoriæ habebant in exercitu prius Daces. Eadem dono oblata ob primitias sive auspicia Imperii Principibus, exemplum apud Ammianum, lib. XXVIII. *Idem.*

216 *Placidis te moribus egit*] Semper mitis et clemens fuit in victoria. *Idem.*

217 *Servavitque piam victis*] Libri *vita, victa, victum, justis, vitas*: duo

juncta: ut ad *res servitia* referatur: deinde, *civica* pro *civem* meliores scripti. *D. Heins.*

219 *Vexat legionibus Urbem*] Vexare est ejus qui potestatem in aliquem habeat. *Barth.*

Vexat legionibus] At Rutilius postea contrarium cecinit: 'Ipse satellitibus pellitis Roma patebat; Et captiva prius, quam caperetur erat.' *Claver.*

221 *Contentus lictore*] Olim teste Livio, fores a lictore percutiebantur, Consule ipso domum redeunte. *Idem.*

222 *Solo munus amore*] Ad cujus tutelam et munimenta nihili omnia cetera armorum et militaris virtutis. *Barth.*

223 *Nec parvus opum*] Non parvus, nec prodigus tamen. Postquam edidit: spectacula, majora beneficia in militem et plebem reservat genero. Non vult sumptibus in militem et populum Romanum profundendis privati modum excedere, ne præjudicare videatur Principibus. *Idem.*

224 *Et post miracula*] *Sed* prim. Vatic. et quatuor alii: male etiam hæc vulgo distinguebantur. *D. Heins.*

226 *Jam pulsatte*] *Laxante*, prim. Vatican. Oxon. Pal. Præz. et Rotendorph. cum Oiselianno: alii quidam *lassante*. *Idem.*

Jam pulsatte femur] Jam prodi inde gestiente. *Barth.*

229 *Votique famem*] E voto natam; Cum etiam cibi in aurum commutarentur. *Idem.*

233 *Obcurat veteres*] *Obcurus* et *obcurabique* *futuras* Regius: *futuras* etiam tres alii, ut ad *manus* referatur. *D. Heins.*

234 *Par donis*] Contemptor pretii, nec parte donans nec ut ambitiose. *Barth.*

235 *Vili pro pondere*] Evalescente pondere. *Idem.*

Pro pondere, massas] *Sub pondere* prim. Vatic. et alii nonnulli. *Quod* etiam pro *Quas* a manu prima primus et tertius Vaticanus; etiam Oiseliannus: lego, *quot dedit immanes massas*. Pos-

set etiam reponi: *Quod dedit immanis, vili cum pondere, massa*. *D. Heins.*

242 *Inviolabile*] Virgineum, pedicem, castum, quales comites Dianæ. *Barth.*

243 *Humeros et brachia*] Exsertit ad pugnandum in belluas. *Idem.*

245 *Sudoribus ora Pulcrescentia rubent*] Sic Gyrard. et prim. Vatic. alique melioris notæ non pauci: multi horrent. Thuanus *trahunt*; opimor scribendum *Pulcrescentia rigent*. Adantur quæ curis secundis ad Nasonem, Epist. xvii. 16. annotamus. *D. Heins.*

246 *Pulcrescentia*] A pugna silvestri. Palvis enim belli indicium.

Cruda virginitas] Infesta Veneri, non blanda. *Barth.*

247 *Duo cingula*] Altius cinctæ, ad expeditiorem operam. *Idem.*

249 *Flava Leontodame*] Hæc sunt Nympharum nomina, apud Ovid. canibus adsignantur. *Claver.*

251 *Ignem*] A cursu perniciosissimo. *Barth.*

252 *Nunquam cessura Lyncæ*] *Malo* nunquam. *D. Heins.*

253 *Metuenda feris Hecæerge*] *Isingrin*. *Erymanthe*: prim. et tert. Vatic. aliique nonnulli *Acæree*; in reliquis codicibus monstra lectionum extant. Gyrard. Lucens. et prima ed. *sitis metuenda Nicæres*: nihil muto. *Opis* et *Hecæerge* sorores. Utramque Callimachus conjunxit *Ὀβρις τε Λαφύς τε καὶ Ὀβελος Ἑκαέρπη*. Sequenti versu male venatibus Raphaelengius. Mox *Progenita Scythia* pr. Vatic. et quinque alii; non *Progenies Scythia*. In Oiselianno mendose, *Progenies Sirothia*. *Idem.*

256 *Dolos*] In gratiam ibi regnantis et natæ Dianæ. *Barth.*

257 *Exercitus*] Omnes copiæ hoc nomine censeantur. *Idem.*

258 *Acies formosa Diana*] *Famosa* multi ex scriptis, id est, nota, celebris; sed in malam partem plerumque sumitur. *D. Heins.*

259 *Centum Thygeti*] *Unus Thygetis*:

quindecim *Taygete*. Lego *Taygeta*, pro *Taygetia*; et sic unus Medicus. Steph. *Tabyerov*, ὅπος τῆς Λακωνικῆς τὸ ἔθρυνον *Tabyerius*. Sic et Virgilius *Taygetique cunies* videtur dixisse III. Georg. nam *Lacones* Servius interpretatur. *D. Heins.*

260 *Casto flumine*] Ob notam Spartanarum pudicitiam. *Barth.*

261 *Quas ubi*] *Lucens. Has*; bene. *Quas* præceaserat. *D. Heins.*

266 *Ab orbe*] Omni orbis parte. Neptunus primus equum domitor.

Donet ab urbe greges] Rectius alii cum *Raphelengio ab orbe*. Forte, *Donet habere*. Pro laudi quam nulla canenda *Frutris plectra vacent*, prima. Vatic. aliique complures quod nulla. Forte, *laudique ut nulla canenda*. *D. Heins.*

Nulla] Non. Quam omnino nullum otium det celebrandi istum Consulem Musicæ sum *Apollo*. *Barth.*

272 *Retibus, et claustris*] Lege *clathris* cum *Gyrald.* et *Lucens*. Horat. Art. Poët. 'ac velut ursus Objectos cavæ valuit si frangere clathras.' Scholiastes, 'Clathri sunt robusti postes et rotundi, repagula quibus obfirmatur cavæ.' Hinc *clathrare* apud *Columellam* et *clathrata fenestra Plauti*. Noster VI. Cons. Honor. 'perpetuasque immoto cardine clathris Janus bella premens.' sic *Gyraldi* codex. Glossæ *Stephani*, *Clathri, Καλῆρες, οἱ ἐν θύραις ὀφειλόμενοι*. *Propertius*, lib. IV. El. 5. 'Et nimis in nostros canis experrecta dolores, Cum fallenda meo pollice clathra forent.' Sic meliores libri; ita et *clathrata fores* in epigrammatis antiquis, et *fallacia clathrata* apud *Catonem de RR.* cap. 14. *Lucanus*, libro X. 'Sic fremit in parvis fera nobilis abdita clathris, Et frangit rabidos præmorso carcere dentes.' sic malo; nam *claustris* nunc legitur; quanquam et alterum defendi potest ex *Statianarum Silvarum* libro secundo, de *Leone Manuseto*: 'Quid quod abire domo,

rursusque in claustra reverti Suetos.' *D. Heins.*

273 *Ducendaque*] Vivæ ad Spectacula *Stilichonis* exornanda. *Barth.*

274 *Monstris*] Inusitata magnitudinis feris. *Idem.*

275 *Mihi curvus anhelas*] *Lucena*, et *Gyrald.* prim. Vatic. aliique multi, *dam curvus*: quidam mihi *curvus*; ut paulo post 'cervi currum subiere jugales.' *D. Heins.*

276 *Dictæa Lycaste*] *Dictynna* quatuor scripti cum prim. tertioque *Vaticanis* et *Palatino* ac *Oisellano*; elegant, pro *Dictynna*. *Δικτύννη* civitas in *Creta* *Straboni*. Sic *Dictæa mons*, *Solino* *Dictynnaus*. nisi *maius dictam* ἀπὸ τοῦ δικτύου, a rete: quomodo et *Britomartim* *Virgilius* in *Ciri Dictynnam* fuisse nuncupatam contendit. *Idem.*

277 *Æstus*] *Arenas æstuosas*. *Syrtes* describuntur a *Salustio*. *Barth.*

279 *Ceu victa, tributum*] *Lucena*, et multi alii, *sed victa*. *D. Heins.*

282 *Posita formidine*] *Captis* *Feris* *latrocinantibus*. *Barth.*

Ludat formidine pastor] *Laudet* *Palatinus*: quod a *Barthio* jam monitum. *D. Heins.*

284 *Parent numinibus montes*] *Munera* sint spectacula, quibus ad *Stilichonis* obsequium non minus pareant *montes*, quam ejusdem legibus *urbes*. *Barth.*

Parent Numinibus montes, ut legibus urbes] Quis non videt ridiculam esse hanc comparisonem inter numina et leges? Deinde cur soli *montes* *numinibus* parere dicantur? Animadvertit et *Claverius* nihili hæc esse, ac proinde verum ex auctoritate codicis sui delendam censet; pari modo *Barthius*: uterque frustra. Pro *Parent*, alii inter scriptos, *Parcet*, *parcent*, *placet*: prima editio et quatuor exarati, *Parent muneribus*: unus *Petav. Parcet muneribus*. Prior *Moreti* et unus *Med. Parcet muneribus*. *Regius Pascet muneribus*. *Oisellanus*

Pacet muneribus. Vera lectio est: *Pacet muneribus montes, qui legibus urbes.* ita enim tres melioris notæ Vaticanæ et septem alii; nisi quod quatuor ut *legibus.* *Munera arena* intelligit, de quibus lib. II. in Rufin. 396. dictum. *Pacare montes*, ut apud Statium, Thebaid. IV. 'Saltus tum forte remotos Pacabat cornu gelidique arbusta Lycæi.' Virgil. de Hercule, Æn. VI. 'utque Erymanthi Pacarit nemora et Lernam tremefecerit arcu:' sic enim legunt antiquissimi libri. Hinc idem Hercules *Nemee pacator* Silius dictus lib. II. 'Quam tali alloquitur Nemee pacator honore:' quomodo ex præstantissimo codice scribendum viri docti jam monuerunt. Dausqueius tamen vulgatum *venia pacator* malit, juratus veterum elegantiarum hostis. Apud Manil. lib. IV. 'Ille novas semper pugnas, nova bella ferarum Apparat, et pecorum spolio, vivitque rapinis. Hoc habet, hoc studium, postes ornare superbos Pellibus, et captas domibus præfigere prædas, Et pacare metu silvas et vivere rapto.' Apud Horat. 'incultæ pacantur vomere silvæ.' Apud Apuleium, Met. VII. 'pacata itinera,' quæ a latronibus non infestantur; ubi *pacata* ridicule Colvius reponit. *D. Heins.*

386 *Cervi jugales*] De vectura Lunæ vide Commentarium Delrii ad Senecam Hippolytum. *Barth.*

387 *Dexæ esse Deæ*] Ut essent.

Primi sub lumine cæli] *Limine* prim. Vatie. et plerique alii; ut Scaliger conjecerat. Lovan. *sub limina.* Virgil. 'insueti miratur limen Olympi.' Homerus *βηλοῦ* voce plerumque utitur, ut *Ulad. A.* 'Πῶς τοῦδε τετραγῶν ἐπὶ βηλοῦ θεοπροσίοι. *D. Heins.*

Primi sub lumine cæli] Cum primum Luna cælo illuxit. *Barth.*

388 *Fœcundia Luna cavernis*] Ex eorum opinione qui Lunam habitabilem animantibus crediderunt. *Idem.*

391 *Procera metallo*] *Spatiosa* pri-

mus Med. Farnes. et Palat. Ovid. III. Metam. 'Bos stetit attollens spatiosam cornibus altis Ad cælum frontem:' sic bene libri, non *speciosam.* *D. Heins.*

396 *Ducitque cohortem*] *Ducuntque* quinque libri; rectius. Similes loquendi modos Nasoni passim reddidimus. *Idem.*

397 *Varia formis et gentis*] Junxit duas canum notas; ad patriam enim et formam legebantur. *Barth.*

398 *Ingenioque*] Natura. Ingenium est naturalis potentia ad videndum discendumque res. *Idem.*

300 *Hirantæque fremunt Cressæ*] *Argutæque* Ulitius emendat ad Gratum curis secundis. *D. Heins.*

Cressæ] Canes Cretenses. Quos pugnaces vocat Seneca initio Hippolyti. *Barth.*

301 *Turrorum fractura colla Britan- næ*] Britannici canes, nunc granditate notissimi. *Idem.*

303 *Agit*] Versat, excutit, exigit. Ut *ἄγειν καὶ φέρεω*, agere et ferre. Nihil reliquum sibi facere ad omnia exigenda, differenda, auferenda. *Idem.*

304 *Germanorumque paludes*] Nobilissima cultissimaque regio hodie, paludibus olim insessa. Contra loca olim felicissima, hodie aspera, et non agnoscenda sterilitate priscis cultoribus, ut Palæstina. *Idem.*

305 *Arundine Rhēni*] Amnis olim arundinetis obsitus, hodie cultissima loca permeans. *Idem.*

306 *Curvaverat ovo*] *Curvaverit* sex scripti; et id bene. *D. Heins.*

307 *Nubiferas Alpes*] Ut auspiciantibus videntur vicina cælo Alpium juga quibus Italiam natura vallavit. *Barth.*

310 *Informes urso*] Comparatione aliorum. *Idem.*

314 *Cyrnæis*] Corsica Cyrna Græcis. *Idem.*

317 *Pompam*] Ornamentum tantum spectaculi causa quesitum. Di-

stinctio sequens ingeniosissime omnia fere quadrupedum genera complectitur, qualium imitatio corrumpit sequentium Poëtarum stilos. *Barth.*

320 *Non caute latent*] Multi veterum *cauta*; quomodo legendum lib. II. de Rapt. vs. II. monemus. III. Cons. Honorii: 'cauto nec profuit hosti Munitis hæsisse locia.' *D. Heins.*

323 *Ilignis domibus*] Caveis ligneis. *Barth.*

325 *Caveæ*] Caligula quosdam bestiarum more caveis coërcuit. *Claver.*

326 *Per freta vel fluvias*] *Per fluvios* prior Moreti; concinne. *D. Heins.*

329 *Montanis plena triumphis*] *Montani triumphis* meliores: et mox pro *vehitur* prior Moreti, Putean. et unus *Ambros. trahitur*. *Idem.*

Montani triumphis] De spoliis silvarum et montium. *Barth.*

330 *Sollicitis juvenis*] Natura enim bruta etiam animantia hostes suos agnoscere facit. *Idem.*

331 *Quibus*] Quorum similibus, genere. *Idem.*

332 *Pavidis temone recedunt*] Quantum possunt. *Idem.*

335 *Hesperidas*] Mauritanas Nymphas, quales nobiles ibi aureis olim malis hortos coluerant.

337 *Impune numquam*] Secuta de proximo strage pecorum. Genera capiendarum ferarum mox recensentur, ignis, foveæ, fossæ pendens præda. *Barth.*

338 *Pastores nunquam exceperere per aures*] *Pastorum* nunquam *venere*. *Vatic.* et novem alii ex emendationibus. *Scalliger* et *Barthius* cum *Delrii* libro, *pastores exceperere per aures*; et sic quinque nostri. *D. Heins.*

339 *Tædæ ardentes*] Timor etiam generosissimorum animalium.

Strata superne Lapsuro virgulta solo] Fovea tecta virgultis, quæ pro terra solida calcantes feræ ferantur in cavum. *Barth.*

340 *Vocibus hardi*] Qui noto clamore ad prædam convocaret fame

forentes belluas. *Idem.*

342 *Ultro se voluere capi*] Blanditiæ, quales apud Martialem Spectaculis. *Idem.*

344 *Reserant*] Cratibus ante clausa, et a ferarum incursu munita. *Idem.*

345 *Virides pardos*] Glancia et viridantibus maculis sparsos. *Idem.*

346 *Dentes*] Vel barros tertius *Vaticanus*. *D. Heins.*

347 *Qui secti ferro*] Pro hisce duobus versibus prim. *Vatic.* unum nobis exhibet, ut et *Oxoniensis*, cum *Regio* atque *Olisliano*: *Qui mox in tabulas inscripto Consule secti*. *Idem.*

Secti ferro in tabulas] Tesseras eburneas dicit, quibus inscriptum Consulis nomen; vel eburneos pugillares dicit, qui inter cætera munuscula consulibus novis elargiti in populum. *Barth.*

349 *Stupor omnibus Indis*] *Annibus* *Barthius* legit. *D. Heins.*

351 *Insegit nigra cervicæ gementum*] *Malim insidit*. *Idem.*

352 *Penitusque cruentis*] Ex ipsa usque cranii propagine. *Barth.*

353 *Stirpibus avulsis*] Durns ablativorum concursus. *Lego* igitur *avulso*: ut ad *rd ebur* referatur. *D. Heins.*

Exarmat] Ferarum armis evulsis: sic sæpe locuti scriptores. *Barth.*

355 *Cunctari mole*] *Moles*, omnis res difficulter movenda. *Idem.*

356 *Amplexa per undas*] Scripti nonnulli *admixa*, *adnexa*, *complexa*, *adnexa*. Latet aliquid mendi; quamvis vulgatum tueatur *Claverius*, pri. *Vatic.* alique complures ex scriptis. Forte versus exciderit; nolo conjecturis abuti. Pro *Classica* turba prim. *Vatic.* cum plurimis aliis *Classis*; in nonnullis *Classi*: an pro *Clathris*? ut paulo ante *Palatin. classibus*. *D. Heins.*

358 *In proram jacet usque leo*] *Jacit* ex suis *Claverius*. aliter nostri, a quibus non recedo. *Idem.*

360 *Terrenaque*] Id est, terrena monstra superant maris monstra. *Claver.*

361 *Sed non æquare fatetur*] *Et non meliores.* *D. Heins.*

364 *Insudant*] *Adsudant* nostri plorique; sed prim. Vatic. aliiq[ue] meliores, *Insudant*; et sic Claverius. Qui et bene mox *saliant* pro *solent*: quomodo et quidam ex nostris, interque illos prim. Vaticanus. *Idem.*

Insudant] Bacchi comitatus Satyri, Sileii, Bacchæ, Fauni, idque genus Semidei. *Barth.*

365 *Bromios remos*] Recte ex Claudianis editum *premos* velut sentientes Deum quem veherent, ducique cupidos. *Idem.*

Bromios invitant tympana remos] *Premos* edidit Claverius, approbante Barthio: aliter nostri omnes, nisi quod in optimo Moreti, *Bromios*. *Bromii* voce non uno loco alibi est usus Claudianus, quare et hoc loco ea est admittenda. *Lenæa dona* apud Stati-

um, iv. Sylvarum, Hercule Vindiciis. *Latex Lycæus* apud Maronem. Alludit ad celeusma nauticum. *D. Heins.*

367 *Ebria serpens*] Indicans blando quodam veneno Bacchi munera infecta esse, quæ mentem quodammodo intoxicent. *Barth.*

369 *Lynceæ et tigres*] Bacchi pompæ sacrum utramque animal. *Idem.*

Insolita] Vet. Cod. habet *Insolitus*, quæ si lectio vera est: Carbasa inanimata tigres sibi hactenus incognitas mirantur. His vero tribus Panegyricis satis superque laudatur Stilicho vir magnus, sed parum felici exitu. Nam Olympius, teste Zosimo, specie religionis valde formidabilis, eum Honorio maligne detulit: aiebat enim in Orientem nulla alia de causa iter suscipere, nisi ut Theodosio juniore interfecto, filium suum Eucherium diademate insigniret, &c. *Claver.*

Insolita tigres] Barthius cum libris Claverianis mavult *insolitus*. *D. Heins.*

XXV.

DE BELLO GETICO PRÆFAT.

LIBER iste sine controversia argumentum habet generale Laudes Stilichonis; speciale, Bellum sive Victoriam ejusdem Geticam, Alarico Gothorum Rege ad Pollentiam superato. *Barth.*

Hujus libri titulus variat in antiquis codicibus. Unus habet, De bello Pollentiaco: alter, De victoria Stilichonis contra Alaricum: quod magis placet. *Claver.*

1 *Resides annos*] Clementiore nota inertiz. *Barth.*

Post resides, &c.] Non adeo in occulto posita sunt Claudiani studia, ut ignoremus quamdiu fuerit immunis a Poëtica priuigine, si hoc verbo in tam præclara re utendum est. Scripsit igitur anno 398 Consul. iv. Honorii et Gildonem. Anno 399 Entropium. Anno 400 Stilichonem. At duobus annis sequentibus feriatum est, in hunc usque annum, qui 408 numeratur, Theodosio Juniore Aug. et Rumorodio Coss. *Claver.*

Velut excita somno] Veterino quodam seu sopore, in quem lentum ducit pigrities. *Barth.*

2 *Romanis choris*] Publicis gaudiis. *Idem.*

4 *Pythia domus*] Apollinis Templum, quo Stilichonem Romæ divertisse, aut certe prope id, testatur lib. ii. supra. Et constat Augustæ Aulæ Templum Apollinis fuisse vicinum. *Cæsus* vocat Senatum. *Idem.*

5 *Consulis hic fasces cecinit*] Cecinim nonnullis scriptis et Raphelengio. Mox *ahenam* pro *amanam* bene Claverius. Confirmant Lucens. et

Gyraldinus, cum excerptis Pomponii Læti. *D. Heins.*

Libyamque receptam] Quod biennio ante priorem Stilichonis consulatum factum, Gildone profligato, docent Idatius alique Chronologi. *Barth.*

6 *Prostratis*] Ingentem eadem hæc vox notat. Nec negem tamen Gothos non inultos cecidisse. *Idem.*

7 *Effigiem amanam*] Statuæ autem ob dotes igeniorum Romanis moribus ponebantur. *Idem.*

Effigiem] Hunc honorem statuæ meruit Claudianus, præsertim, poematio de Gildone, cujus basis marmorea eruta est ante sæculum in foro Trajani. eam Pomp. Lætus, ævi sui Quintilianus possedit, atque in honore habuit. Inscriptio talis est: CL. CLAUDIANO. V. C. INTER. CÆTERAS. INGENTES. ARTES. PRÆGLORIOSISS. POETARUM. LICET. AD. MEMORIAM. SEMPITERNAM. CARMINA. AB. EODEM. SCRIPTA. SUFFICIENT. ATTAMEN. TESTIMONII. GRATIA. OB. JUDICII. SUI. FIDEM. D. D. N. N. ARCADIVS. ET. HONORIUS. FELICISSIMI. AC. DOCTISS. IMPERATORES. SENATU. PETENTE. STATUAM. IN. FORO. DIVI. TRAJANI. ERIGI. COLLOCARIQUE. JUSSEVRUNT. *Claver.*

Sed prior effigiem tribuit successus amanam, &c.] Lege opera Ms. mei Bongarsiani et Cujacii, &c. 'At prior effigiem tribuit successus ahenam.'

8 *Patritius honos*] Nos Patritium Honorem a Senatu exhibitum capimus; petente enim hoc statuam Poëtæ dedisse Principes verba ejusdem Epigrammatis clare attestantur.

Honore] Honoris continuandi diuturnitas origo statuarum viris illustribus ponendarum, ut quamdiu laudabilium personarum opinio superesset, tam diu et similitudinem vivæ substantiæ imago corporis custodiret. Hinc quo merita potiora, eo statuis imaginibusque potiundis cura adhibebatur acrior. *Barth.*

9 *Annuis hic*] Imo hanc cum melioribus libris. *D. Heins.*

Annuis hoc Princeps] Cujus erat peculiari indulgentia opus.

Titulum poeente Senatus] Titulis ornatus statuae honoratioribus cæteris, erant enim communes sine his.

Poeente Senatus] Senatus decernebat statuas, concedebat Imperator. *Barth.*

10 *Judicium quam grave, Musa, subis*]

Velut iterum in aleam descendas, coacta tanto judicio inscriptionis publicæ satisfacere. *Idem.*

11 *Mercis*] Præmium, quod sibi jam receptum canit. *Idem.*

14 *Legimus*] In statua. Homos vero summus principibus collatus est ingeniorum conservatio, et perpetuata memoria.

Medio foro] Utique enim et locus ipse addit honori. *Barth.*

15 *Solitamque timorem*] Timoris Lucens. et Gyrard. eleganter. Sic 'clausa viarum,' taliaque infinita, de quibus alibi. *D. Heins.*

18 *Vel meritum libri*] *Belli* excerpta Puteana: optime. *Idem.*

Meritum libri] Materis dignitas, nobilitas. *Barth.*

XXVI.

DE BELLO GETICO.

LIBER hic in uno Claverii codice *de bello Pollentiaco*, in altero *de victoria Stilichonis contra Alaricum* vocatur: utramque inscriptionem in nostris quoque deprehendi. Lucens. *De bello Gothico*. Putem, *De pugna vel victoria Pollentiaca*. Poëma hoc in primo Vaticano manu recentiori erat exaratum. *D. Heins.*

1 *Intacti*] Argo enim prima navium, secundum nonnello. Valerius Flaccus initio Operis: 'Prima deum magnis canimus freta pervia nautia, Fatidicamque ratem.' *Barth.*

Intacti, &c.] Bella similitudo navis cum Imperii gubernatione. Horatius eleganti Allegoria usus est fe

minime dispari, quum ait: 'O navis, referent in mare te novi Fluctus,' &c. *Claver.*

Claustra freti] Ipsum eousque clausum.

Coëuntibus aquor] Fabulis Poëtarum decantatæ Symplegades, sive rupes Cyanæ. *Barth.*

2 *Armatum scopulis*] *Arctatum* Raphaelengius contra libros veteres; frustra. Scio quidem *Symplegadas arctas* ab Ovidio dici: novi et illud Statii, Theb. v. 'oraque primum Cyaneis arctata vadis.' Etiam Senecæ illa ex Hercule Furenti: 'quæ pontum Scythen Symplegas arctat.' atque hujus notæ plura; sed vulgata

lectio se tuetur illis Laude Serenæ,
'quod stagna Charybdis Armarit,
quod Scylla canes.' In epigramma-
te xxxv. etiam habes, 'exarmatum
terris ingentibus æquor.' mox *Ætan*
excerpta Læti. *D. Heins.*

Irrumperet Argo] Festino enim cur-
su concita pervolabat Argo, ne a col-
lidentibus petris tacta elideretur.
Pariter Seneca Medea: 'qui freta
primum Rate tam fragili perfida ru-
pit.' *Barth.*

3 *Ætan*] Alii leg. *Æcam*, quæ
Colchus ipsa.

Propiore periclo] Symplegadibus
jam in collisionem sublimibus. *Barth.*

4 *Post numina*] Junonem et Mi-
nervam, Tutelas Argus. *Idem.*

Typhis] Orpheus.

5 *Tenui damno*] Extrema puppe
ruina montium conquassata. *Barth.*

8 *Stupere superba*] Valerius, l. iv.
'Tum freta quæ longis fuerant im-
pervia seclis Ad subitam stupere
ratem.' *Idem.*

Stupere superba] *Superbi* tres scrip-
ti: una *Mediceus superba*, quod Li-
vineio placebat: neque aliter a manu
secunda in Oisiliano. Mox pro *cunctis*
puppibus Oxon. *certis*. Pro *jura soli*
unus Vatic. *sali*. *D. Heins.*

9 *Passæ Jura Soli*] Inviti qui quid
ferunt, pati dicuntur. *Barth.*

10 *Jura Soli*] Naturam. Ante enim
erant mobiles illæ rupes, fato consti-
tuto ut quamprimum aliqua navis
transiret, figerentur solo.

Cunctis faciles jam puppibus hærent]
Orpheus Argonaut. *καὶ ἔμπεδον ἀλλὲν*
ἔμμενον, ὅθρῳ γὰρ μοῖραι τὰς ἐπικλῶ-
σαντο βασιλίας. Discere ad magnum
opus insignemque difficultatem per-
tinet. *Barth.*

12 *Navis ab innocuæ*] Illæse. Raro
usu. *Idem.*

13 *Tanti regni*] Quantum Sol au-
reus ambit. *Idem.*

Tanti pulso discrimine regni] *Tantis*
regnis malo. Pro *sufficiens* alii *suffice-*
rent. Gevart. *augmiant*; bene. *D. Heins.*

Delph. et Var. Clas.

15 *In majus celebrata ferunt*] Et
hoc est artificium eloquentium viro-
rum in majus efferre minus celebrari
digna. *Barth.*

16 *Sudasse Minervam*] Minerva te-
xendæ Argo navi præfecta. Hinc
'Tritonis pinus' et 'Palladia puppis'
dicitur Nasoni. *Idem.*

18 *Tomari Jovis angure luco*] *To-*
marus autem mons est Dodonæ, Tma-
rus aliis nuncupatus, auctore corre-
ptore Stephani. In Dodona vero quæ-
rens fatidicæ, unde responsa dabat
Jupiter. Duas finxere columbas alii
Egypto profugas in oracula venisse,
quarum altera in quercum Dodo-
næam, altera Ammonis Afri concederit
delubrum. Vide Herodotum, Si-
lium, lib. iii. &c.

Angure] Fatidico. *Barth.*

Teneri Jovis angure luco] Sic scripti
fere omnes. Oxon. et Reg. *tenari*:
unus Petav. cum Oisiliano, *toneri*.
Alii quidam *summi Jovis*. Tert. Vatic.
totum: vulgo *moniti Jovis*. *Tomari*
Jovis primus, quod sciam, Janus Par-
thasius emendavit. Mox alii *Tomari*.
quod idem: sed cum secunda syllaba
in *Tomarus* producat, ut in illo Or-
pheï Argonauticis, ubi de Argo agit,
Δὲ τὸ ἐπιβρομούσα Τομαρίης ἔκλαυε
φῆγος, mihi *Tmarii Jovis* a Claudiano
scriptum videtur. Hesychius: *Τμάριος*,
Ζεὺς ἐν Δωδώνῃ. Stephanus, *Τόμαρος*,
ἕρος Δωδώνης, ὃ τις τομοῦρον, καὶ τοὺς
κατοικοῦντας τομοῦρους: αἱ δὲ *Τμάρος*
(sic lego, non *Τμάρας*), *ὅς τὸ ἐθνικὸν*
Τμάριος. Virgil. Eclog. viii. 'Aut
Tmaros, aut Rhodope, aut extremi
Garamantes.' Sic enim antiquissimus
liber Florentinus. Vulgo *Ismarus*.
Nec dubito apud eundem libro v.
Æneidos pari modo scribendum esse:
'Fit Beroë Tmarii conjunx longæva
Dorycli': pro quo *Ismarii* nunc cir-
cumfertur. Certe omnium vetustis-
simus codex Florentinus *Mari*: unus
Leidensis *Tarii*. Pierius quoque Va-
lerianus in plerisque suis *Marii* inve-
nisse se testatur. Sic libro ix. apud

Claud.

5 F

eundem Virgilium codex Medicus longe veterrimus pro *præceps animi* *Tmarus* habet *Marus*; quod nomen apud Silium Italicum quoque occurrit. Cæterum, ut ad *Tmarium Jovem* revertar, apud Callimachum etiam Hymno Cereris *Ἄσπερ ἐν Τυαπλοῦν* habes. Superiori versus junxisse pro *viarissæ* jam emendarunt alii, et sic scripti. Malim præterea *cæsa Tmarii Jovis augure luco Arbore. cæsa arbore, inquam, malo, quam cæso luco.* D. Heins.

19 *Arbore præsega*] Fatidicam ratem vocat Valerius Flaccus. *Barth.*

Animasse] Quæ enim loquebatur, erat anima quodammodo navigil. *Animare*, vivificare, vitam donare. *Idem.*

21 *Vincturi carmine mentes*] *Victuro* sex libri: totidem *victuri*: tres *vincturo*; bene. D. Heins.

Vincturi carmine mentes] Poëtas dicit. *Barth.*

22 *Inospitiæque refusum Tractibus*] Valerius Flaccus, Apollonius, Ovidius, *Metamorph.* vii. *Idem.*

25 *Fatasque novas Martis*] Usam Græcismi notamus ad Rufinum. *Idem.*

28 *Unusquis excludere mensa*] Phinei. Apollonius ii. *Idem.*

29 *Nobilior titulus*] Laus, honor, commendatio. A *titulis* quibus laudatur quod per eos spectandum proponitur. *Idem.*

30 *Geticas*] Veteri vocabulo Gothorum mavult uti, prius æ rei amore.

Fauces] Præsentia pericula, a feris. *Barth.*

31 *An ego*] *Anne* ego novem libri: rectius. D. Heins.

Terrigenas] Satos ex tellure. *Barth.*

34 *Aluit Bellena*] Prosperos omnes successus bellicos hoc numine sæpe indicat. *Barth.*

Tropæis] Victoriis. Tropæa post omnem felicem pugnam statuebant Græci.

35 *Mavortia cœnuit ætas*] Vicilem armisque habilẽ ætatem omnem in

bello, usque ad cantilem ipsam, insumserunt. Martia ætas, apta pugnae, ab anno xxx. usque xlv. stipendiorumque eousque capax. Vide Censorinum, cap. 14. *Barth.*

36 *Exuta tenebris*] Obducta indutaque iis ante. *Idem.*

Exuta tenebris] *Exorta* prior Moret. et unus Med. quod placet. Proximum Isingr. et Florent. S. Marci virum: forte iterum. D. Heins.

38 *Exsangues leges*] Velut spirantes loquitur. *Barth.*

39 *Potestates*] Magistratus. *Idem.*

40 *Iustitia*] *Juris dicendi*, administrandæ per partes et officia *Justitiæ*. Dicit metum tumultumque bellicum omnia togata officia conturbasse. *Idem.*

Quas ante pares effecerat una Nube timor] Puto suffuderat una *Nube*, vel, *infecerat*: sic libro iii. *Raptus*: 'nox oculorum infecerat ignes.' D. Heins.

41 *Nube timor*] *Nubes*, quicquid confusionem, turbationem, inducit. *Timoris* id ingenium est, ut mentes adeo confundat, uti futura etiam mala sentiant. *Barth.*

43 *Damnati fato populi, virtute renati*] Philosophicum, qui, ut virtutem Stoici fato opponant, omnem sapientiam insumunt. *Idem.*

44 *Formidine clausi*] Formido est terculamentum, retibus in agendis feris olim usitatum, versicoloribus terrificisque avium pennis textum. *Idem.*

46 *Metimur flumina votis*] Qui hostem fluvio direntem metuit, metitur, novetque insuperabilem amnem ipsum. *Idem.*

Flumina votis] *Fulmina* Gyrard. et quatuor alii. D. Heins.

48 *Undosam fidem*] Cum fluvio crescentem et decrescentem. *Barth.*

49 *Conjuratum serenum*] Favens hostibus. *Idem.*

50 *Ipsa quoque interius furis*] *Internis* duodecim scripti; bene. Silius, l. viii. 'His super internæ tabes et

civica vulnus Invidia augebant: sic lego; *lobes* locum hic non habet. Sallust. iv. Histor. 'Qui quidem mos, ut tabes, in urbem coniectas.' Sic et 'tabem forti' dixit Tacitus: quandoque enim pro peste sumitur. In Priæano *furiis exercita belli*. Forte interni belli. Mox pro *levat* optimus Ambros. *leva*; ut Romam alloquatur: sequentia confirmant. D. Heins.

61 *Levat arces*] Papinius xvii. Cons. Domit. 'Et Septemgeminio jactantior æthera pulsat Roma iugo.' Barth.

62 *Secundis Deis*] Fortunæ faventi. Idem.

64 *Æquæ polo*] Ex illo: 'His ego nec metas rerum nec tempora pono.' Idem.

Urbs æquæ polo] Claudianus urbis æternæ statum inviolabilem augurat; sed frustra: nam post obitum Stilichonis Roma capta ac direpta est ab Alarico duce Gothorum. Claver.

Ferrea Luchesis] Inexorabilis. Barth.

56 *Noctis*] Inusitatis, horrendis. Idem.

58 *Premat ab Indis*] Prodat primus Petav. duo Vaticani et Patav. diximus alibi. D. Heins.

61 *Hucusque*] Romæ discrimina Deorum ipsorum infortuniis excusat. Quæ eatenus grassata affirmat ut Stilichonis hæc victoria finita sint cum ipso metu. Barth.

64 *Si fas est timuisse*] Tremuisse meliores: et mox *spiramque*. D. Heins.

Si fas est] Impietatem dicto deprecatur. Barth.

66 *Lamberet*] *Tangeret*. Horatius: 'quæ loca fabulosus Lambit Hydaspea.' Idem.

67 *Labor*] Inconstantia, afflictio. Idem.

68 *Gemini fratres*] Othrys et Ephialtes. Idem.

70 *Steteritque*] Omisso suo cursu. Dicere vult pene calestem machinam constitisse cum tres montes contulis-

sent Gigantes. Idem.

72 *Caret eventus nimius furor*] Earlides Helena: *Murei γὰρ ὁ Θέος τῆς Βίης*. Prudentius: 'frangit Deus omne superbum.' Idem.

73 *Pervenere juvenis Robur*] Subaudi voculam *ad*; pro *ad robur* non pervenere. Idem.

74 *Aloïdæ*] Stultæ et effrænis audaciæ violentiæque exempla, ad terrendos animos inconsultorum.

Pelion] Montem Theassaliæ. Barth. *Pelion Otrys*] *Otus* legendum alii jam viderunt. In scriptis certe nonnullis *Otys* et *Otis* est. *Oton* et *Ephialtes* Virgilinus quoque in Culice conjunxit. D. Heins.

77 *Aspice, Roma, tuum*] Geminata acclamatio ejusdem vocis augeat sententiam vimque vociferantis. Barth.

78 *Rarum*] Velat decerptis pluri-
mis aristis de manipulo frugum. Idem.

79 *Italia detrusus*] Quam spe jam devoraverat, ejus potius gratia ex Epiro contendens per Illyricum. Stilichone jam extincto Romam Alaricus occupavit.

Detrusus] Eadem jactat vi. Cons. Honorii. Barth.

81 *Patrii numen juraverat Istri*] More gentium accolarum Danubii. Idem.

84 *Romanus natus*] Cæperat enim jam fastidire alias.

Sua pignora vidit] Alludit captivitatem Gothorum profligatorum, quæ tanta fuit, ut villissimarum pecudum modo singulis aureis greges venderentur. *Mens profunda* spem, presumptionem immensam notat. Barth.

89 *Manibus et armis*] Milite et apparata sive instrumento bellico, spoliisque tot annorum spatio convasatis, ut noster late, vi. Consulatu Honorii. Idem.

91 *Positis odiis*] Quæ cum hoste vincit vir fortis et sapiens.

Ignoscere pulchrum Jam misero] Exemplo leonum. Barth.

95 *Magis*] Potius. Idem.

97 *Ne pejor in arcto Saviret rabies*]

Sæpe clausum, sæpe dimissum cum Gothis suis Alaricum alio refert Orosius. Desperationem autem innuit Claudianus, qua hostem urgente moment persecutione abstinendum sapientes. *Barth.*

98 *Ventura conscia mortis*] Non nuncia, scripti: vidit Barthius. *D. Heins.*

100 *Procul arceat altus Jupiter*] Non arcuit diu post hoc scriptum: abominatio solita, ubi de hostium successibus sermo est. *Sedem Quirini* vocat Roman, cujus casu diu apud Capitolium ostentata. *Barth.*

101 *Delubra Numa, sanctumque Quirini*] Sic in meo Ms. antehac legebatur: *Delubra Numa, sedemque Quirini.*

103 *Arcanum tanti regni*] Sacra, penetralia, Sedem Imperii: quibus visis admiratio tanti Regni imminuat; non visis, Majestas exterior numen quoddam intus habitans fingit. Spargebantur veteri more Arcana quædam Deorum deposita penetralibus magnarum urbium servari, quibus salus imperii salvis constaret. Tale *Palladium* Trojæ erat; Vestæ ignis Romæ.

Deprendere] Non enim enarrabatur alloquin, nec oculis exponebatur.

106 *Vires Exercere dabat*] *Dabant* cum membranis omnibus legendum. *Valgata lectio* Raphaelengium decepit, qui ex conjectura Viri maximi, *virtus Exercere dabat*: malim et *tutas*, pro *tuto*; certe duo Vaticanæ *totas*. Pro *diversa* Gyrard. et quatuor alii *divisa*. *D. Heins.*

109 *Regumque catenæ*] *Catenæ* rectius novem libri. *Idem.*

Currus regumque catenæ] Capti triumphatique Reges. *Barth.*

110 *Abundantis fati*] Quo carere poterant citra detrimentum. *Idem.*

111 *Circumstetit*] Ut magna pericula videri solent. Virgilius, *Æn.* 11. 'At me tuum primum sævus circumstetit horror.' *Idem.*

113 *Ratio ventosa favoris*] Vento auræ æquatur favor popularis. *Idem.*

Ratio ventosa favoris] *Furoris* Gyrard. et duo alii; duo Medicei et Palat. *timoris*; forte *tumoris*. Pro *speculata* duo libri *suspecta*. *D. Heins.*

118 *Nec pro successu tumidus*] *Nimius* eleganter scripti plerique. Pro *successu* etiam opt. Ambros. apud Tacitum, lib. 11. Hiat. 'Galeria Imperatoris uxor non nimia triatibus:' sic et Livius Manlius 'nimium animi' appellat. Vopiscus in Aureliano: 'Nimius est, multus est, gravis est, ad nostra non facit tempora.' Capitolinus in Gordianis, 'Moribus ita moderatus, ut nihil possis dicere, quod ille aut cupide, aut immoderate, aut nimie ageret.' Seneca Agamemnone, vs. 84. 'Quæque superbos urit Erinys Nicias semper comitata domos:' sic optimus Medicus. Vulgo *tumidas*. Martialis Spect. 'Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduum nimio pectore pavit avem.' *Nimio pectore*, hoc est, in pœnas semper crescenti et nimis facundo, ut Virgilius loquitur. Male ergo *nudo* et *viro pectore* conjiciunt. Statius Epihedio Patris: 'nimius fortasse avidusque doloris Dico:' et ibidem; 'raperis, genitor, non indigus ævi, Non nimius.' Achilleide: 'Nunc nimius lateri non evitantis adheret.' *Idem.*

Nec pro successu tumidus] Efferrum successum, contra consilium Sapientis est. Horat. l. 11. Carm. 10. 'Rebus angustis animosus atque Fortis appare: sapienter idem Contrahes vento nimium secundo Turgida vela.' *Barth.*

122 *Parcendoque secas*] Utrumque simul agens, parcere et secare. *Idem.*

Longius acto] *Largius* scripti fere omnes: prior Mor. *latius*. *D. Heins.*

127 *Niveis quadrigis*] Camillo hoc in visum. *Barth.*

130 *Nulli peroris culpa*] Contempto auro Regio. In quo animositas. *Idem.*

131 *Vel armis*] Et armis. *Barth.*

134 *Validam gentem*] Apud Jul. Imp. in Cæsa. gloriatur Ulpus Trajanus, quod Geticas nationes omnium bellicosissimas et corporis viribus prævalidas fuderit paulo minus quam quinquennio. *Claver.*

138 *Lento luctamine*] Quasi lucta congressus. *Barth.*

Lento luctamine Pænam] Non damno hanc lectionem: malim tamen *cunctamine*, quod postea confirmarunt excerpta Pomponii Læti: Ita fere semper poetæ, cum de Fabio agitur; unde et *Cunctatoris* nomen illi impositum. *Meditamina* vocat Silius: 'lenti meditamina belli Cantus ama:' sic scribo; insulse vulgo *medicamina*. *D. Heins.*

139 *Ausus*] Absolute: *congregi* enim addendum erat. *Barth.*

140 *Virtus Scipiadæ*] Græcismus. Horatius: 'Virtus Scipiadæ et militia Sapientia Læli.' Hincque descendit, quod in abusum rapuit sequor ætas, dignitatem virtutemve hominis pro ipsomet dicere. *Idem.*

143 *Tres potuit complere duces*] *Supperare* Isingrin. Pricæan. tert. Vatic. et Florent. S. Marci, quod plus est; neque aliter Pricæanus pro diversa lectione. Mox *frangit* Raphelengius contra scriptos; probat tamen Barthius, qui et *vincit* reponendum censet: certe *re vincit* in plurimis membranis exstat. *D. Heins.*

Tres potuit] *Tò potuit* arduum opus designat.

Fregitque] Claudianum scripsisse arbitror *frangitque fur. C. vincitque m. victumque relegat*. Quæ scriptura insuper hoc etiam egregium habet, quod indicat raptim unoque velut impetu facta ista omnia. *Barth.*

145 *Miscentem incendia Pyrrhum*] *Prælia* Isingr. tert. Vatican. et Rotendorp. ut apud Virgil. 'ipsis prælia miscent Aggeribus murorum.' Post *re brevi* cum Barthio distinguendum. *Tanto lustro* etiam pro *toto lustro* Hel-

mæstadiensis. *D. Heins.*

147 *Itali per graminis herbas*] *Cl. Barthius* *Latii per gramina brumas* con-jicit; sed timide. Editio Amstelodamensis Cæsiorum *Latii per gramina messes*, et mox *bellorum pro terrorum*, contra auctoritatem omnium scriptorum; quæ audacia minime ferenda. Vulgata lectio non fuit sollicitanda. *Graminis herba* pro ipso gramine. Virgil. 'nec graminis attigit herbam.' *Gramen* autem pro æstate ponit, ut *aristas* idem divinus poeta: 'Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.' Sic et *messes* frequenter poetæ. *Idem.*

Ter senas herbas] Toties rotatas. *Barth.*

148 *Massylus*] Numida, Pænus. *Idem.*

149 *Hannibalemque senem*] Vincendo senem. *Idem.*

151 *Bruma ne longior una*] In Italia quidem. Nam alioquin integro tricennio partes Græciæ vastatas ab Gothis iisdem mox dicit, repetetque vi. Cons. Hon. *Idem.*

152 *Enset hyems rerum*] Male hæc vulgo distinguuntur. Sic *amoris hyems* apud Ovid. 'Pessima mutati cæpit amoris hyems.' Pro *mensibus* plurimi veteres *mensibus*; recte: quod et curia secunda vidit Barthius. *D. Heins.*

Hyems] Tempestas belli. *Barth.*

155 *Vili cum Spartacus*] Ob gladiatoriam artem, quod genus vitæ auctoratæ contentissimum Romanis moribus. *Idem.*

Vili cum Spartacus] *Vili* excerpta Vaticana. Pomponii Læti; ut ad ferum et ignem referatur. Eadem excerpta pro *ferro, furto*: perperam. *D. Heins.*

159 *Servilibus armis*] Servos enim ad pileum vocabat Spartacus. *Barth.*

162 *Ergastula nobis, &c.*] Servi non jure militant, neque infimi e plebe Romana seu proletarii, nisi tumultu subito. *Claver.*

163 *Conjurantis arena*] Triginta pri-

mun gladiatores fuerunt exercitus Spartaci, carcere fracto in cladem Italiam prodeuntes. *Barth.*

164 *Dejecerit*] Magno scilicet opere. *Idem.*

166 *Frigida ter decies*] Ergo triginta anni sunt, cum Alaricus orbem Romanum invasit: id confirmat Prudentius auctor elegans: 'Illic ter demis gens exitiabilis annis.' *Claver.*

167 *Totiesque solutis*] *Totidemque* Lucens. eleganter: sic 'ter senas graminis herbas' supra dixerat. Idyllio de Phœnice pari modo peccatur; ubi legendum: 'Namque ubi mille vias longinqua retorserit æstas, Tot ruerint hyemes, totidem ver cursibus actum.' *D. Heins.*

168 *Amictum*] *Vestiri* terram gramine, Poëticon. *Barth.*

170 *Semel vestigia fixit*] *Simul* Osielmann. *D. Heins.*

Vestigia funesta] Pestilentie loco iagentisque luis divinitus immissa talia discrimina gentium. *Barth.*

173 *Ex illo, quocunque*] Hæc scriptorum meliorum lectio; quod et Barthius vidit. Vulgo *Exilio quocunque*. Raphaelengius, *Ex illo quocunque*. *D. Heins.*

Quocunque vagos] Scribe *quocunque*: apertum hoc miror nec Scaligerum conspexisse. *Barth.*

Erinyes] Omnis fatalis clades Poëtis. *Idem.*

174 *Grandinis aut morbi ritu*] Torrentis, locustarum, fulminis. *Idem.*

175 *Per claustra, ruunt*] *Isingr. lustræ*; tredecim nostri *clausa*, quod verum: sic 'dura viarum,' iv. Cons. Honor. et apud Silium non semel: 'secreta Nilii' l. i. in Rufin. Plurimus in his loquendi modis noster: supra in pref. 'solum timoris' ex veteri libro, et apud Prudent. Cathem. Hymno 1. 'Lingue locutus lubrico est.' Vulgo *lingua lubrica*. *D. Heins.*

177 *Nil profuit Hamus*] *Hæbrus* malit Barthius curis secundis, ex Cajacianis et uno suo; quomodo et potior

pars nostrorum: sed meliores pro vulgata stant; et sane duo montes hoc ipso versu jam præcessere. *Idem.*

178 *Contemnunt Strymona saltu*] *Contemptum* ex scriptis: et gemit pro *gerit*: quod et Barthio deprehensum. *Idem.*

179 *Alycemona*] Plinius, iv. 10.

Bessi] Durissimi Thracie populi. *Barth.*

180 *Nubibus intactum*] *Lego hinc tactum*; vel *en tectum*. Lucan. l. iiii. 'tectumque cacumen Nubibus et dubios cernit vaneescere montes:' nisi quis malit *hinc tactum*, ut apud eundem Lucan. 'Æthera tangentes silvas liquere Costræ:' sed fortasse *intactus nubibus*, quia nubibus altior. *D. Heins.*

182 *Irrisam cantibus Ceten*] *Ceten* et *cotibus* plerique libri. *Idem.*

183 *Virginibus dilectus Enipeus*] Ob spacia choreis ducendis apta in campis Thessalim, cujus flumen Enipeus. *Barth.*

186 *Qua durius olim*] *Qua* unus Med. rectius. *D. Heins.*

188 *Thermopyla*] Vide Herodotum, l. vii. Diodorum, l. xi. *Barth.*

Thermopyla] Hunc Alarici ingressum describit Eusebius, unde hæc. Quare dixit Poëta, *prim. conagine*. Quis vero has Græcie angustias prodidit exercitui Getico? an solitaria quædam natio pullata, veste a cæteris distincta? Cætera vide apud auctorem citatum. Constat autem Thermopylarum iugo mediam Græciam dirimi, ut Italiam Apenino. *Claver.*

Scironia rupes] Illi olim mobili latroni insessa. Isthmi Corinthiaci promontorium *Murum* vocat, quod situs Isthmi Corinthiaci munitionem habeat velut manu factam. *Barth.*

190 *Claudia Lyceri*] *Lechai* Raphaelengius ex conjectura viri maximi; et sic in ora optimi Ambrosiani. *Lechaum* Achæie promontorium. *Claudia* etiam, non *templa*, vere scripti. *D. Heins.*

193 *Tuygeti*] Mons Laconie. *Ang-*

fla, Sparta. Barth.

196 *Eridanus*] Ad Pollentiam cecidit Alaricum Stilicho.

Alte Fatorum secreta tegi] Adeo quidem, ut ipsis etiam Diis ignota faciat Quintus Smyrnæus. *Barth.*

198 *Latii fors creditis umbram*] Vel tenuem figuram. Persius docte 'tramam figuræ' dixit. *Idem.*

200 *Pyrenæumque*] Idem Pyrenæi montes seu Pyrene, quæ Stephan. Πύρην. Dionysius: Πυρραίων ὄρος καὶ βέσπυρα Κελτρῶν. *Claver.*

201 *Alas*] A celeritate rumoris loca pervagantis alas Famæ tribunt Poëtae. *Barth.*

202 *Cuncta trahens*] In sententiam suam, hoc est, timorem, horrorem et concussionem, cæterosque belli tumultus. *Idem.*

204 *Belli marmure*] Terrore hostico. *Idem.*

205 *Noti flabris*] Ventis dare, obvisci, memoria et æstimatione penitus deponere, atque abicere. *Idem.*

206 *Festa dolent ne tristibus aures*] Lætis enim festisque diebus sub aridente fortuna vulnerari aures credebant tristibus rebus memorandis. *Idem.*

207 *Meminisse juvat*] Animo recreando. *Idem.*

208 *Gaudia promissi cumulant in opina dolore*] Repetitur sententia infra, 294. *Idem.*

209 *Occidua Pleiade*] Ubi tempestuosa cœlum et mare. *Idem.*

213 *Adamante rigentes*] Quo summa durities indicatur. *Idem.*

214 *Turribus invalidis fragiles*] *Infragiles* valdè prior Moreti: sic *infractus* et *fractus* eadem. *D. Heins.*

Fragiles procumbere muri] Egrege exprimit ingenium rumoris ante bella manifesta miracula de hostium viribus canentis. *Barth.*

218 *Sardoeque habitare sinus*] Notis ad bellum Gild. 610. hanc veram lectionem monuimus, quam ex veteri

libro Claverius protulit, et secutus Raphaelengius: qui et bene mox Cygni pro Cypri, vel contra scriptos. Corsicam innuit Sardiniam vicinam. *D. Heins.*

Sardoeque habitare sinus] Timore capiunt profugere in insulas. *Barth.*

Sardoeque] Alii *Sardonios* imperite. Steph. recte *Xaphios*. Virgil. 'Imo ego Sardois veniam tibi amarior herbis.' Ovidius dixit, 'Sardoe regna,' pro Sardinia. *Claver.*

Inhospita Cyra] Saxosa loca Corsicæ. *Corsicam* cæcis saxis infestam memorat sine belli Gildonici. *Barth.*

220 *Ipsa etiam diffusa*] Mazar. *perfusa*: duo *divisa*: quatuor *distincta*: unde olim *distenta* faciebam. Raphaeleng. cum uno Palmanniano, *diffusa*, quod arrisit Barthio nequicquam. Excerpta Pomponii Læti, *divulsa*. Sed verum, quod in duodecim nostris, *diffusa*, pro diffidens. Paulo post lego *optet*, non *optet*: sinus etiam pro *sinat* Puteau. eleganter. *D. Heins.*

Diffusa brevi] Male sibi metuens ob vicinitatem. Siciliam ob exiguum intervallum putabant olim Italiæ adhasisse, evulsam vi ponti. *Barth.*

223 *Fultaque despicies*] Nihil mutandum. Vide Notas vi. Cons. Hon. 168. *D. Heins.*

223 *Fulta aure*] Inauratis trabibus. *Barth.*

224 *Æolis cavernis*] Montium speluncis unde venti erumpunt. *Idem.*

225 *Tandemque libido*] Sensus: Tum demum constitit avaritia et graviorebus curis, de vita nempe, concessit. Libido avaritiæ, ipsa, ut libido regnandi, ambitio, priori in Estropium: 'Regnandique palam flagravat aperta libido.' *Idem.*

227 *Ingenioque loquax*] Natura sua. *Idem.*

228 *Tum somnia vulgo*] Puto tunc omnia. quæ cum monestris etiam conjungit l. ii. in Estrop. 'Utque semel patuit monestris iter, omnia tempus

Nacta sum properant.' *D. Heins.*

229 *Monstra Deum*] Portenta, ostenta.

Monitus] Deorum sic nominantur portenta, admonentibus Diis. *Barth.*

231 *Fulmine ore*] Per fulmina enim suam mentem indicabat Jupiter. Unde procurari moris ea. *Idem.*

232 *Carbasus*] Carbasus linteum tenuissimum, opulentiz nomine non necessitatis, ut sericum, amictui usurpatum, auctore Nonio. Talium usus in scribendo, et inarata huic generi Sibyllina carmina. *Idem.*

Fatidico cunctos Romani carbasus arvi] Quæ tamen non ita intelligenda velim, et soli Sibyllini libri in hujusmodi linteis tabulis, seu linteis tela inductis, scriberentur, cum alios etiam sic scriptos reperiam, leges scil. &c. *Dempster.*

233 *Luna labor*] Creditus veteribus in Eclipseibus. *Barth.*

234 *Nectibus horriomas*] *Erisonas* bene scripti fere omnes cum Barthio: sic 'erisonus Nilus' Statio Theb. i. propter sistra: et 'erisonus Stymphalos' Theb. iv. 'erisona Caretum antra' Silio, l. ii. quomodo et 'erisonas oras' Val. Flaccus, l. i. ubi de Creta: et l. iii. 'erisonum montem' Idam vocat. Cave audias Isingrinianum et ex nostris nonnullos, in quibus 'Ansonias urbes.' *D. Heins.*

Horriomas] Omnes libri *erisonas*, a vasis nimirum æreis quibus pulsatis credebant Lunæ succurrere. *Barth.*

236 *Subeunte globe*] Intercedente.

Castra secutas Barbara] Thessaliam maxime spoliaverant barbari. Lege Zosimum. Penes eam gentem Incautationum Magizque notus fuit principatus. *Idem.*

237 *Venenis*] Noxiis herbis. *Incescare*, contaminare. *Idem.*

239 *Neglexerat omen*] *Neglexerit* duo libri: parum refert. *D. Heins.*

240 *Addit cura novis*] Etiam quæ non erant, cura condebat omnia. Aut

effossum ipsa obliuione dicit, ingenio timoria vana veris affingente, modo fieri possint aut facta fuerint umquam.

Lapidæos grandinis ictus] Hic quoque inter prodigia. *Barth.*

241 *Molitasque examen apes*] Prodigiorum infestorum celebre unum. *Idem.*

242 *Incendia*] Ignem celo missum prodigiis belli civilis accenset Petronius. *Idem.*

243 *Nunquam celo spectatum impune cometen*] Quamlibet non unum aliquod ostentum faciant, ait, nemo tamen dixerit penitus indemnem mundum vidisse Cometen. *Idem.*

246 *Lycænia ab Arcto*] *Lege Lycæniæ ad Arcton* cum Lucensi et tribus aliis; sic sensus postulat: neque aliter excerpta Pomponii Læti. *D. Heins.*

247 *Getici*] Omen aptat Getis. Et veram rem puto. Raro enim omnino fingit. *Morians*, paulatim evanescens, quod de igne pulchre dicitur. *Barth.*

250 *Horrificant*] Adigant in horrorem. *Idem.*

Horrificant] *Terrificant* Palatinus. *D. Heins.*

253 *Prodigium miramque notam*] *Verique notam duxere futuri*, scriptum a Claudiano putem. Ovid. Met. viii. 'Fibra quoque ægra notas veri monitusque deorum Perdiderant.' *Idem.*

Notam] Observationem, documentum. *Barth.*

256 *Ventre latebant*] *Latebat* frustra contra scriptos Raphelengius. *D. Heins.*

259 *Ore sub Augusti*] Sic Claverius. Cujus alter codex et quinque nostri Ora: supra, 'duo quippe lupi sub Principis ora,' ubi et ore duo veteres. Vulgo orbe. *Idem.*

Ore sub Augusti] Ipso adpectu: modo 'sub principis ora.' *Barth.*

260 *Virides*] Vivo plenæ sanguine. *Viridia* enim omnia, quæ in flore. *Idem.*

Patuere resecto] Lego resecto, vel sine scriptis; duo Vaticani tamen re-
cepto. Apuleius, libro iv. Metam.
'Lanius paulo fidentior utero bestiae
resecto ursa magnificum despoliavit
latronem.' D. Heins.

261 *Romula virtus]* Romana. Barth.

262 *Malus interpret rerum metus]* Pa-
pinus, lib. iii. 'Pessimus in dubiis
angur Timor.' Quippe rationem
turbans, prudentiam et sapientiam
expectorans, ut ex Ennio relatum.
Idem.

265 *Tunc reputant annos]* Ad illos
usque ab urbe condita, quos praescrip-
serant augures, nimirum M. C. C.
Censorinus, cap. 17. Nec sane mul-
tum aberat ille fatalis limex, nam Stil-
lichone et Aureliano Coss. haec gesta
sunt, Anno Urbis M. C. LII.

Interceptoque volatu Vulturis] Hoc
est, ob metus vehementiam, demse-
runt illi vulturarum Augurio aliquot
annos, ne MCC. illi impleantur, et
clades, metu augure, anticiparet li-
mitem, XLVIII. ipsi anni sic decerpe-
bantur. Barth.

266 *Vulturis]* Bonum felixque au-
gurium. Papinius, libro iii. 'Non
venit augurii melior quam vultur, et
altis Desuper accipitres exsultavere
rapinis.' *Idem.*

267 *Solus erat Stilicho]* Eximia laus
divino carmine celebrata, ut hic liber
egregium Epos est; haustaque ista
ex Papinio iii. Theb. 668. Sane vic-
tis Gothis coronatum rediisse Stili-
chonem (ita enim capienda ejus ver-
ba) scribit Zosimus cum toto exer-
citu. *Idem.*

268 *Meliora manu]* Sibi suisque
felix augurium manu fecisse Stilicho-
nem virtute perrumpentem metum
et pericula, dicit. *Idem.*

269 *Dux idem catesque]* Et spon-
dens meliora, non perculsi animi ex-
emplo, et adversa profligans manu
atque animo.

Durate parumper] Securo pectore
ipse praepcepta dat animositatis cæte-

ris. Barth.

270 *Muliebribus querelis]* Ad mu-
lieres remissis, quæ nihil norunt aliud.
Idem.

271 *Fatorum toleremus onus]* Stoice.
Idem.

274 *Toto pectore]* Omni vi. *Idem.*

Pectore nit] Robore meliores. vidit
Raphelengius. Mox idem etiam bene
cum scriptis *Non si perfidia.* Pro
succurrere velis, prior Moreti succedere.
D. Heins.

276 *Exhaustire fretum]* Aquam ma-
rinam navi egerere. Barth.

278 *Penetrabile tempus]* Tempus
penetrabile, aptum penetrare Gothia,
laxatis nimirum excubiis Romanis.
Idem.

282 *Calle reperto]* Invia hactenus,
quod fecit Hannibal. Loquitur de
Maximo et Eugenio, quorum exem-
plo, post inruptam Italiam pariter
cæsorum, consolatur populum. *Idem.*

284 *Nunc vero geminis]* Maximum
et Eugenium indicat, legitimus vero
Alaricum ab Oriente cum Theodosio
venisse, magna manu Gothorum sti-
patum, unde ipsi Alpium iter innotu-
erit. Claver.

286 *Famosum]* Celebre cum nota.
Vox inter pretium et convitium hic
media. Barth.

286 *Præstructum]* Præinstructum
bellis civilibus itinere tyrannorum,
qua iter capessendum esset ad Ita-
liam penetrandam. *Idem.*

287 *Adituque sequendos]* Aldus et
prior Moreti secundos: ut alibi, 'Bar-
bara fulmineo secuit sententia cursu.'
Tres alii secundos. D. Heins.

Sequendos] Παθητικούς, non sine usu
prisco. Barth.

288 *Barbarico Romana dedit]* Sum-
mum Politicum monitum est quod
hic tangit. Sic Imperium Romanum
cum summum culmen adscendisset
conversum in se magnatum discordia.
Idem.

291 *Senonum sanguine]* Vindice Ca-
millo. Ubi tamen omnis majestas una

arce clausa fuit. *Barth.*

293 *Colla catenati v. s. Cimbr]* Cimbrorum Regem eo prælio a Mario captum, Teutobochum nomine, auctor Eutropius, lib. vii. *Idem.*

294 *Vile decus]* Vide ad Augustinum, lib. i. cap. 1. *Horrer*, timor, metus; periculum ipsum. *Idem.*

295 *Ingentes geminant]* *Generant* Lucens. et Gyrard. sed male. *Infra:* 'Cum Trebiam sævo geminassent vulnere Cannæ:' sic et alibi *moster. D. Heins.*

297 *Post terga]* Retro. *Barth.*

300 *Considet regna. Rhodana]* Hic Stilicho incitat suos male cunctantes, atque a fuga in Galliam deterret. Legimus vero Honorium Alarico, agros et provincias petenti, Galliam concessisse. Cavendum est sane bono duci ne dubitantem aut formidantem exercitum ad pugnam producat: quamvis Cæsar 'Verbere converso cessantes suscitaret hastæ.' *Claver.*

301 *Stimulant si pignora]* Necessitudines: aliis in discrimine ipso ablegatæ prorsus, ut Tyriis, urbe ab Alexandro obsessâ, Carthaginem. Curtius, lib. iv. *Barth.*

302 *Remordet]* Sæpius tangit. *Morus* enim stimulus affectuum. *Idem.*

303 *Ferro corda rigent]* Proverbialis locutio, rigidissimum hominem indicans. *Idem.*

Ut nosse recusent] Ita meliores. *Vulgo aut n. recusant. D. Heins.*

304 *Sanctum socii]* Adulatio occulta; omnibus affectibus præponentis Imperatoris generi curam. *Barth.*

305 *Quantus prolis amor]* Quo nulla unquam strictiore caritate homines matura devinxit. *Idem.*

306 *Obocanam]* Turpem, pudendam. *Latebra* numero unitatis inusitatio.

Pietas ignava] Talis facta ob metum et adversas res, vel amore nimio suorum. *Barth.*

307 *Nec vobis fortis]* Uti solet verti magnanimitas, sibi cauta, aliis li-

bera, contemtrixque periculorum. *Idem.*

308 *Hic conjux, hic progenies]* Pignora, inquit, fidelitatis meæ in Rempublicam. Pertinet huc quod consultius Reipublicæ Princeps cum liberis, quam improlis. *Idem.*

Hic conjux] Demonstrat insignis ille Dux, nec suos periculo subtrahi; Romam pro solo natali et parente agnoscit. *Claver.*

Carior omni luce] Summæ formula dilectionis. *Barth.*

309 *Procellæ]* Tempestati, adversæ Fortunæ. *Idem.*

310 *Nostra mentis]* Vincula, animi amicitia; propior nexus. *Idem.*

311 *Pignora]* Cl. Gronovius ad Statium, cap. 12. Diatribes cum scriptis castigationibus *Vincula* scribendum jam vidit; atque ita Barthius. Rutil. Itinerar. 'Ille meæ secum dulcissima vincula curæ, Filius affectu, stirpe propinquus, habet.' Propert. 'Sanguinis et chari vincula rumpit amor.' Seneca Hippol. 'Quanto parentes sanguinis vincolo tenes Natura?' *D. Heins.*

312 *Muris impende tuendis]* Ea irruptione Gothorum Urbem novis muris munitam Honorii jussu alibi his libris notamus, et indicat hic vir doctus. Sed an non simpliciter potius urbis tuitionem loquatur, dum ipse aberit, Stilicho, hoc loci, nescio; nec est tanti. *Barth.*

Muris] De horum restauratione exstat præclara inscriptio, quam referimus Paneg. vi. Honorii, ubi multa huc pertinentia. *Claver.*

313 *Lectum robur]* Militem ex omnibus stipendiariis auxiliisque electum xxx. numeros militum habuisse; quibus Rhadagaisti copias confecerit, Stilichonem, scribit Zosimus, eumque exercitum illum totum fuisse quem in Liguria habuerit Respublica. *Barth.*

Lectum robur] Ergo non subitarii milites, aut desueta bello agmina, sed

legiones olim probatæ a Stilichone desiderantur. quare ipse paucis comitatus Rheticas Alpès transit; unde quasi curriculo revertit, Romam ipsam et Honorium Imp. ab hostibus quasi obsessum redempturus. *Claver.*

315 *Migrantisque*] Principe jam cum omni aula Italia decessuro. Ravennæ autem tum fuisse Honorium constat ex auctoribus. *Barth.*

316 *Tenebris pulsus*] Periculorum nocte. Rebus adversis. *Idem.*

318 *Stetit obide fati*] Egregium exemplum Civills apud Tacitum, Histor. iv. 'a tergo matrem, sororem, pignora cætera pugnaturis collocans.' *Idem.*

319 *Protinus, &c.*] Hic locus mire excitat Lectorem, neque puto meliores versus exstare aspiam; est enim hic Poëta Nili sui cataractis uberior. *Claver.*

320 *Dulci mentitur Nerea fluctu*] Fluxu unus Vatic. *D. Heins.*

Mentitur Nerea] Speciem marinæ aquæ præferre ait Larium, cum dolci tamen constet. *Barth.*

321 *Prætervolat*] Hoc est, *pervolat*. *Idem.*

322 *Brumali sidere*] Frigore. *Idem.*

323 *Nil hyemis cælive memor*] Oblitus magnanimitate eorum quæ natura ipsa opponebat, et attendere coegbat, tantus ardor erat virtutis, et amor eripiendæ cladibus Italiæ.

Ille] Excellens aliquis, aliorum præcipuus. *Barth.*

322 *Flumina regno*] In hanc rem D. Ambrosius tradit, Rhenum Imperii Romani, adversum feras gentes murum esse. *Claver.*

325 *In nomen transire suum*] Pulchre Ausonius Mosella: 'celerant in te consumere nomen.' Ipsa autem sexaginta capere Danubium priusquam Ponto evolvatur scribit Jordanes Geticar. Orig. cap. 12. *Barthius.*

326 *Bifido meatu*] Vide Strabonem, lib. 17. *Idem.*

328 *Glacialia sceti Terga rotis*] Mirum hoc in barbaris et septentrionalibus fluviis Romanis hominibus. At in Cappadocia etiam Asiatica, ejusque ad urbem celeberrimam Cæsaream gelu parvis violentiæ agnoscit Gaudentius. *Idem.*

330 *Boreas Martique sodales*] Ab interrupto cultu. *Idem.*

Martique sodales] *Martique* tres; quod nescio cur maluerit Raphelengius: qui mox bene quo pro qua cum scriptis. *D. Heins.*

341 *Panditque tremendam*] Lego *premendam*; ut apud Silium, lib. 111. 'dubio devexa per invia nisu Firmabat gressum atque humentia saxa premebat'; nisi quis malit ex Delrii conjectura *terendam*, quod præstat. Livineius *tenendam*; quomodo in Regio: minus bene, proxime tamen verum. *Idem.*

342 *Ceu Gorgone visa*] Saxifico vultu Medusæ. *Barth.*

343 *Hauere profunde nives*] Pulchre. Silius, lib. 111. 'haurit hiatu, Nix resoluta viros, altoque a culmine præceps Viventes operit tarmas delapsa ruina.' *Idem.*

345 *Barathro*] Omnis vorago irremeabilis hac voce censetur. *Idem.*

347 *Trepididis fundamina subruit, &c.*] Poëtica enim licentia eo adscendit ut nivium jugis ipsa astra machinamque cælestem incumbere pronunciare audeat. *Idem.*

Trepididis fundamina subruit Austris] Sic ex conjectura Raphelengius. Lovaniensis liber confirmat; ut et Pomponii Læti excerpta. Vulgati et scripti plerique *tepididis astris*. Isingr. et plurimi ex nostris *trepididis astris*; quod et Livineio placebat: ut apud Silium, lib. viii. 'Phlegreus tetigit trepidantia sidera vertex.' secutus etiam est Barthius. *D. Heins.*

348 *Malafida*] Non servantia quod polliceri videbantur. *Barth.*

349 *Nulla Lynci Pecula, nulla Ceres*] Expressit virtutis hanc violentiam in

Anthemio, de milite ipsius Sidonius: 'Cui deesset cum sæpe Ceres, semperque Lyæus, Disciplina tamen non defuit.' *Barth.*

350 *Rara Ceres*] *Cruda Oxon. Nulla Maz. D. Heins.*

351 *Oneratus amictu*] Plurimum enim aquæ pluvie nivalisque imbiberat. Omnem spem prævenisse in occupandis cæde hostibus Stilichonem tradit Zosimus. *Barth.*

352 *Nec molliæ fæso Strata dedere torum*] Heroica cubilia corpus molli-bus tomentis fovere indignantia. *Idem.*

354 *Mctuenda*] *Aliis. Idem.*

355 *Pastorali culmine*] Tugurio. *Idem.*

Sub culmine fultu] *Tegmine* prior Moreti, pro tecto. Statius, Thebaid. i. 'Iluentia nimbis Ora comasque gereus [malo rigens] subit uno tegmine, cujus Fusus humo gelida partem prior hospes habebat.' *D. Heins.*

356 *Stat pallidus hospite magno Pastor*] Admirans ignoti Herois speciem, inconsuetum tugurii hospitium. *Barthius.*

357 *Ignoto nomine*] Homine simplice et rustico magnum imaginante, non tamen rogare auso. *Idem.*

358 *Sordenti*] In casæ talis vita. *Sordes tales* vitam innocuam commendant. *Idem.*

360 *Illi sub nivibus*] Illi decem codices cum Livineio et Barthio. *D. Heins.*

361 *Hanc requiem terris*] Illi labores dederunt Reipublicæ quietem. *Barth.*

363 *Casa*] Minuta edificiola rustica.

Gentes] Quas pacarat antea, quibusque formulam fœderis scripserat Stilicho. Gentes, omnes populi extra Romanum. *Barth.*

366 *Rura tenebant*] Duo Florent. tertius Vatican. Rottendorph. & Isingrin. castra. Puto *castra*. *D. Heins.*

370 *Reducem dominum*] Exempla in Plauti Mostellaria. *Barth.*

Si reducem dominum sors improvisa revexit] Nam et ibi revinxit legant vulgati codices. *Torrent.*

Sors improvisa revexit] Fors, cum Regio et Thuanco. *D. Heins.*

372 *Conscia servilis*] Hic profecto notantur æmuli Stilichonis, qui de eo multa sigistra ubique sparserant; eos tamen viri reduci præsentia tacitos et quasi exanimis reddidit. *Clæver.*

Servilis horror] Adsuetos flagris et tormentis. *Barth.*

374 *Latium*] Gravitas Latina.

Tota refulsit in uno Roma viro] Summa laus Herois alienigenæ, cum pro omnibus unus fuisse dicitur. *Barth.*

376 *Lata parum, non tristior æque*] Lætam serietatem alibi dicit. *Idem.*

376 *Mista sed nobilis ira*] Est in ira enim nobilitas animi, quam pro hac plurimis locis usurpat Papinius. *Idem.*

378 *Fuit ore dolor*] Decem libri color. Pro in atram Junianus iniquam; ut Græcismus sit. *D. Heins.*

Atram nubem] Densam, obscuram. *Barth.*

379 *Mæsto Jove*] Aëre turbato.

Cogitur æther] Qualis facit nubilum. *Barth.*

382 *Non ita Romanum*] Plena Heroicæ Romanæ fortitudinis Oratio. *Idem.*

383 *Nequeant punire tumultus*] Nequeat Delrius et scripti. *D. Heins.*

Tumultus] Non dixit bella aut rebellionem. Florus, iii. 19. *Barth.*

387 *Et Trebiam sævo*] Socio Isingrip. tert. Vatic. et pro diversa lectione Pricæanus; eleganter: de qua voce alibi. *D. Heins.*

388 *Spes vana Philippum*] Adeo contemtim de hoc Rege loquuntur Romani, ut eum bello umbrasse urbes dicat Silius Italicus. *Barth.*

392 *De culmine rerum*] Summo orbis terrarum Imperio. *Idem.*

396 *Philippus*] Fuit tamen virtutis non contemnendæ princeps, manu etiam strenuus, ut in obsidione Athenarum illustre documentum narrat

Livius, l. xxxi. Barth.

398 *Præterea manu*] Velut aliud agente. Alibi eadem sententia nos- ter transcurrentem Stilichonem egisse, quod magno labore vix exegissent alii canit. Regis Philippi res tam exiguae aut contemptibiles non fuere, quin gra- vibus accenseri mereantur. *Idem.*

401 *Precautes*] Deprecantes noxi- am, venis loco, et probandæ fidelitatis precautes admitti in stipendia. *Idem.*

402 *Mensus numerum*] Fuit is exer- citus Stilichonis ad. xxxv. aut præter propter millia militum. *Idem.*

Mensus numerum] Panegyris ad Constantium: 'Magnus Alexander, cum præter Macedonas suos cunctæ Græciæ et universo Illyrico innu- merabilem delectum posset indicere, nunquam majores quadraginta mil- lium copias duxit: inhabile regenti ratas quicquid excederet.' *Claver.*

406 *Animi Stilichone recepti*] Malo animis receptis, ut cum sequentibus hæc cohæreant. *D. Heins.*

407 *Lacrymosaque gaudia*] Viso in- columi Principe militæ, ut in gau- diis maximis lacrymæ solent oboriri. *Barth.*

409 *Sibila nota*] Tauros docebant ingenia veterum pastorum ad sibila cognoscenda, et ad eorum nutum mira bovinis ingeniis patranda. *Idem.*

410 *Vel nota pascua vallis*] Lucens. et Gyrard. et *avita*: optime. Lib. ii. in Rufin. 'Ut fera quæ nuper montes demisit avitos.' Maro Georgicon ter- tio describens victum certamine tau- rum: 'Et stabula aspectans regnis excessit avitis.' Statius, Thebaid. iv. 'Tunc prior, tu cede, nocens, qui solus avita Gramina communemque petis defendere montem:' atque ita fortassis et apud eundem libro secun- do corrigendum: 'veluti cum taurus avita Valle carens, pulsam solito quem gramine victor Jussit ab erepta longum mugire juvenca:' quanquam nec vulgatum *amata valle* temere istic dammandum. Pro *pascua* Oxon. pa-

bula. Pro *regunt* sequenti versu scrip- ti quidam *ragant*; quod Delrio place- bat; idque Scaliger in ora codicis sui probare visus. Epigr. de mulabus Gallicis: 'Cum pronas pecudes Gal- lica verba regant.' *D. Heins.*

411 *Inque vicem*] Mutuo. Lucanus, l. i. 'Inque vicem gens omnis amet.' *Barth.*

413 *Rara per obcuras apparent cor- nua frondes*] Ut 'Apparent rari nan- tes in gurgite vasto.' Mihi tamen rectius fore videtur, si reponas, *Vana*: de qua voce multis egi ad Nasonem. Paulo post pro *Vindelicis spoliis* prima ed. et multæ membranæ *Vandalicis*: quam lectionem approbare visus est Marcus Velserus Rerum Augustana- rum Historia, p. 162. *D. Heins.*

416 *Extremis Britannis*] Ultra illos enim nihil Romæ serviebat. Virgil. 'Et penitus toto divisos orbe Britan- nos.' *Barth.*

417 *Scoto dat frana truci*] De Bar- barie tum Scotorum alibi Claudianus. *Idem.*

418 *Picto moriente*] Hujusdem mor- is supra facta mentio. *Idem.*

419 *Sycambriis*] Hic milites limi- tanei designantur. de quorum disci- plina et fortitudine multa in Panegy- ricis. *Claver.*

420 *Quaque domant Catto*] Sic Lu- cens. et Gyrard. cum Pulmanno. Cæ- teri codices corrupti sunt maximam partem: in Oiseliano *Catto*. *D. Heins.*

422 *Rhenum solo terrore*] Alibi in- ter summa facinora. Quis domitum meminit sola formidine Rhenum? *Barth.*

423 *Ullens posteritas credet*] *Credat* prior Moreti: rectius. Et mox *ferox populi* eleganter excerpta Puteanea secundo casu. *D. Heins.*

Germania quondam Illa ferox populis] Germanos a germinando dictos qui- dam autamarnt propter copiam se semper subicientem. Ferox autem populus ab instituto vitæ venatui et

incursionibus deditæ, tam et ob proceritatem corporum, quibus excellentes faciunt Manilius, Vegetius, alii. *Barth.*

Germania quondam] Hæc omnia in laudem Germaniæ hæcenus fere indomitæ; quod Stilichoni virtutis admiratione se placidam exhibnerit; id quod ipsi honori est: necesse enim fuit eam virtutibus abundare, quæ alienas amaverit. *Claver.*

426 Jam sese placidam præbet] Tam Barthius; probro. *Præstat* etiam primus Petav. duo Vaticani. et Pat. *D. Heins.*

427 Nudato limite] Notæ excubitiæ Romani militis; castra limitanea opposita Barbararum gentium semper metuendis incursionibus. Habebant ei rei et munitiones, aggeres, castella, quas prætenturas non semel vocat Ammianus. *Barth.*

430 Celsior o cunctis] Potestatem habuit Stilicho qualem vix quisquam antea.

Unique æquande Camillo] Quem assertorem urbis censet præ cæteris Romana Antiquitas. *Barth.*

433 Divinam] Ἀντὶ μηχανῆς, inspectionem. *Idem.*

434 Tu sospitis ultor] Acute. Ultus es eam antequam periret. Invenit unde Camillo hominem præponat. *Idem.*

436 Pariter] Cum regressu tuo, opem consiliumque ferentis. *Idem.*

437 Vivusque redit calor] Rectius scripti plerique *color*; quod et Barthio enris secundis videbatur. *Vivus* pro vividus. Manil. l. v.: 'lapidum vivos miscere colores' dixit. Martial. l. vi. 'Et placido fulget vivus in ore liquor.' Sic et Ovidio: 'macie male viva puellas.' *D. Heins.*

Vivus color] Genuinus. Ægro potius deest color vivus quam calor, cum citra hunc nec æger esse possit. *Barth.*

438 Renovasse lacertis] Reparasse unus Ambros. ut vi. Cons. Honor.

'trabeis reparatur et urbi Majestas.' Præf. l. ii. de Rapt. 'Desuetæ reparat fila canora lyre:' sic enim vetus liber. *Revocasse* excerpta Læti, *D. Heins.*

439 Famina] Alcestis. *Barth.*

440 Juvenem] Hippolytum. *Idem.*

443 Vere narratur fabula] Fabulam omnem sermonem, verum quoque, dici. *Idem.*

443 Minoum rupto] Minoi filius erat Glaucus. Glaucus casu in grande vas oppletum melle decidens, obierat fatum. Pater Minos eam ob rem graviter succensens Medico filii Polyido, hominem cum puero extincto vivum sepeliri voluit. Polyidas erat sagacissimus medicinæ: ita observaverat quondam Draconem mortuos pari herbam in os ingressisse, ea herba vitam rediisse cadaveri. Ipse quoque idcirco præfatus Deos herba inventa eadem, cum eorundem opitulatione, os opplet Glaucus. Res eventum habuit: ex mortuo filium furibundo Regi restituit vivum. Pœna negligente sese, morte herilem, Regem mœrore exiit. *Idem.*

Minoum] Hæc fabula satis recondita explicatur ab Hygino. *Claver.*

444 Avium clangore] Bûbonis, qui indicium fecit. *Barth.*

446 Anguis] Polyidos angur a Minœ cum Glauco filio, qui ante in mellis dolium lapsus animam efflaverat, vivus sepulchro destinatur; cui mœsto, cum duo serpentes apparerent, alterum occidit; alter vero occiso herba salutari vitam reddidit, cuius ope homo anxius Glaucum ab orco reducem fecit. *Claver.*

448 Sub morte] Desperata salute. *Barth.*

450 Ipso Roma die] Ne quid præcarnum rerum deesset, etiam portenta de more Antiquitatis accersit. *Hem.*

451 Latæ Vocibus] Acclamationibus. *Idem.*

452 Auspiciu plausere] Felix omen. Auspiciorum enim vox late patet.

Res designans auspicatas, et ipsa exordia rerum. *Barth.*

453 *Muniti Stilichone suo*] Instar muri et clypei, ut alibi dixit. Sic in uno Imperatore esse bona omnium civium, auctor est Cleocharis Vetus Rhetor.

Quis gaudia vero] Non fucatum amorem Principis, non fucatos amplexus Procerum Aulicorumque intelligit. Et sic alibi l. II. supra: 'Hinc amor; hinc veris et non fallentibus omnes Pro te solliciti votis.' *Barth.*

Quis gaudia vero] *Veri* Aldus et unus Petav. cum excerptis Pomponii Læti. Editiones nonnullæ *veros*: cave Barthium mutantem audias. *D. Heins.*

454 *Disserat*] Edisserat. *Barth.*

457 *Globus*] Agmen pulvere de longinquo involutum, visum.

Librant] Ambigentem etiam. *Barth.*

458 *Donec pulvere sub turbine*] Primus Med. et prior Moreti, *vertice*. Quintilian. VIII. 2. 'Vertex est contorta in se aqua, vel quicquid aliud simile vertitur:' malim tamen *vertice*. *D. Heins.*

Sideris instar] Exori subito sunn Heroëm dicit, ut cœleste quid ei assignat. *Barth.*

460 *Canities*] Eam commendat in Stilichone et Epithalam. Hon. *Idem.*

Repens] Repentinus, insperabilis. *Idem.*

461 *Ipsæ venit*] Velut in nullo alio spes auxilii. *Idem.*

462 *Turba salutatis*] Male, *salutantis*. *D. Heins.*

Salutatis signis] More et honore militibus debito: ut vicissim salutabant populum miles et Princeps. *Barth.*

463 *Delectus miseri*] Priorum aliorumque ducum tarditatem notat in Laudem Stilichonis, qui paratum habet, eumque exercitatum, militem, ne miseros delectus agere, inhabilibus bello agricolis sub signa reductis,

clade propinqua cogatur. *Idem.*

Non jam delectus] Non igitur debilitatos, murcos, servos, aut libertinos eligit et conscribit; sed veros milites. C. Th. ad militiam nemo aspiret, nisi quem liberum inquisitio cauta deprehenderit. *Claver.*

464 *Messor*] At viri fortissimi et milites strenui, auctore Vegetio, ex agricolis etiam: minus enim timet mortem, qui minus deliciarum novit. *Idem.*

465 *Vera juventus*] Dignam militiam ætatem habens. *Barth.*

Juventus] Juventutis nomen a juvando pulchre deducitur. hic vero *Juventus* virilibus annis propior est. *Claver.*

466 *Vivida Martis imago*] Qualis erat veterum, qualis speciem Romanam habet, exercitu pricis æquando. Conspecta dicas victores futuros. *Barth.*

Vivida] Ingenua non adscititia. *Idem.*

470 *Vertice proximus astris*] Proverbialis locutio de animo supra modum elato, et quo superbior fieri vix possit. Dicit igitur Getam sese eatenus supra modum magnificum fecisse, non secus atque Plautinus ille Longurio. *Idem.*

472 *Tot flumina pulsus*] Lego *pulsus* cum optimo Ambros. Pricæi codex *pulsa* vel *passim*. Reg. et Oxon. *passio*. Putabam aliquando *vallis*. Barthius versum hunc tollendum censet. *D. Heins.*

Pulsus] Ipsius stulta imaginatione. *Barth.*

474 *Tot subito pedites*] Subitos Lucens. alique multi bene. *D. Heins.*

477 *Sperata teneri*] Velut manu jam comprehendenda. Deinde vero longe visam ait abesse, cum spes omnes in contrarium fuerint versæ. *Barth.*

479 *Occultat ore metum*] Spem vultu simulans. Primi, sunt Proceres. Senatus; concilium senum. *Idem.*

Occultat tamen ore metum] Ira nunc Med. argute; quomodo et Palatinus. *D. Heins.*

481 *Crinigeri sedere patres]* Capillati patres conscripti Getarum: omnes Barbari hoc genus in comæ prolixitate majestatem ponere consueti. Ut intonsum Catonem Horatius: 'feritur et intonsi Catonis sæpe mero caluisse virtus.' *Barth.*

Pellita Curia] De consutis pellibus Barbarorum habitus, ob inclementiam cæli in patria: unde pelliti, nota barbari, audiunt Romanis. *Idem.*

482 *Curia]* Senatus.

Decorat numerosa cicatrix] Cicatricum copia virtutis indicium Barbaris, a prima ætate bellatoribus. *Barth.*

483 *Tremulos]* Ultimæ senectutis Proceres omnia expertos ait convenisse. *Idem.*

484 *Contis]* Hastis quibus innitaris.

Non exarmata] Ne plane exarmata incedat: pro baculo nixa conto. Erant hoc genus Barbaris gladii sive tela thecis condita, quibus pro baculis simul et gladiis uterentur: buxos vocabant, quæ vox nunc quoque Germanis thecam notat. *Barth.*

485 *Gravior natus]* Aliud est, quod refert Christ. historia; ubi vir quidam venerabilis monuit eum ne talia auderet. Cui Alaricus: Non ego volens Romam peto, sed quidam quotidie ad me: Perge et Romam destrue. *Claver.*

Dictis consiliisque] Dicti consilii quidam veteres; concinnius. *D. Heins.*

486 *Defluxus lumina terræ]* Cogitabundus, misto pudore, ad Musæum. *Barth.*

487 *Capulo eburno]* Vides gladio- rum in theca rem esse: quomodo enim contus sit capulo eburno? *Idem.*

490 *Eludimus]* Vim Romanam. Non ausi palam viribus experiri. *Idem.*

492 *Per tot certamina docto]* Ducto cum novem scriptis et Aldo. *D. Heins.*

494 *Gestatum]* Auctoritatem sibi

hinc adsciscit. *Barth.*

495 *Humeris]* In Corytho suspendebatur humero arcus. *Idem.*

496 *Icti Fœderis]* Gothi Imperio Romano fœderati, *φωδῆραροι*. Malcho excerptus Legationum. *Idem.*

497 *Emathia]* Thessalia. *Idem.*

498 *Flamma juvenis]* Inconsulto impetu. *Idem.*

500 *Agmina longe]* Ultricia Stilichonis. *Idem.*

503 *Scelerum]* Rapinarum, populationum. *Idem.*

504 *Uber]* Proventus, fertilitas. *Idem.*

505 *Proprio cum Tibride]* Fluvius peculiaris, alicujus Numinis personam sustinet. *Idem.*

507 *Hanc urbem]* At postea Romam cepit Alarichus, vastavitque misere, teste Hieronymo- *Claver.*

508 *Latatus violasse]* Certe verum: Nec improbavit post directam Romam exemplo suo iste idem Alaricus, ut aliis ipse fuerit pro novo; non sustinentibus vastare, quamvis non difficalter possent, urbem.

Numina sedem] A Templorum copia. Ausonius: 'Divum domus aurea Roma.' *Barth.*

510 *Divinique volant pro manibus ignes]* Ut Pæno ingrante. *Idem.*

511 *Seu Roma]* Jam pro Dea ubique per Imperium suum culta.

Olympum] Deos omnes. *Barth.*

513 *Fortuna famulante]* Quam in suo habet arbitrio.

Scis ipse, perosis] Hoc est, tantam aggresserit vim ossium de peremtis hostibus, ut etiam rogis ea fuerit ob copiam dare perosus. Avertit hoc dicto crudelitatis et impietatis suspicionem, quam ponebant veteres utramque in prohibitione sepulture. *Barth.*

Scis ipse, perosis] Perosis jugis lego; id est, invisis: passive posuit. Alci- mus Avitus, lib. III. 'tristi tum luce perosam Expavere diem.' Raphelen- gius *perosis* contra libros. Mox *stimu-*

lante pro famulante novem, et regis pro jugis omnes: perosis regis Lucensis; quod Barthio curis secundis probatum est. Mihi tamen jugis arridet, quod in primis editionibus exstat, et excerptis Pomponii Læti, uno Vaticano, Farnesiano, et altero Leidensi; non enim verisimile est, profligato hostium exercitu cadavera a Stilichone rogo fuisse mandata. D. Heins.

515 *Sanguine calefecerit amnes*] Silius ipsa flumina natasse sanguine in ingenti clade tradit. *Barth.*

516 *Sub nomine legum*] Rescriptum dolo Rufini de hoste dimittendo exprocatum innotuit, cujus et alibi mentionem habet. Vide infra ad vs. 565. *Idem.*

517 *Ragnique favor texisset Eoi*] *Fratrique* Lovan. ut III. Cons. Honor. 'curis æqualibus orbem Eoo cum fratre regis: et in Epigr. 'Quem decus Eoo fratri, pignusque propinqui Sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.' *D. Heins.*

518 *Flammata fronte*] Ut solet ira commotis rei alicujus indignitate, frons æstare. *Barth.*

519 *Obliquis oculis*] Obliquum ex ira contuens. *Idem.*

520 *Sed rupit rapidas*] *Rabidas* primæ edd. et scripti octo. *D. Heins.*

Superbia] Barbarus fastus in Juvene Rege, successibus et spe efferrato. *Barth.*

521 *Frændataque sensibus ætas*] 'Enim senibus delirat linguaque mensque' secundum Lucretium. Sensus extremos, hoc est, prope jam evanescentes, in ea ætate constituto esse agnoscit Laberius, cum ait: 'Necessitas Quo me detrusit, pene extremis sensibus?' *Idem.*

523 *Danubius*] Numen patrium, quod lædi contumelia hac, quam pertabat, videtur. *Idem.*

524 *Tot Augustos*] In Thracia dicit ante Theodosium. Non videas tamen quomodo Alarico tempore conveniant, qui juvenili ætate post cap-

Delph. et Var. Clus.

tam Romam obisse traditur: Urbem autem trigesimo post elevationem Theodosii anno cepit. Mendacium ergo hoc Barbarum. *Idem.*

525 *Te patiâr suadente fugam*] *Suadere* Raphaelengius contra veteres libros male. Val. Flaccus, lib. viii. 'Ut gener Æsonides nostra consideret aula, Nec talem paterere fugam.' Sic 'pati privatos lares,' Nupt. Honor. et alibi 'pati jocos ac jurgia,' similiaque. Val. Flaccus, lib. v. 'Interea læto patitur convivia vultu;' ubi perperam *potitur* ex codice veteri Carrio libro vii. 'Ipsam flammigeros cogam compescere tauros, Amplexumque pati:' male idem illic, 'Amplexuque peti.' Eodem libro scribendum puto: 'Tunc, ait, Æsoniden quicquam te velle relicta Credia, et ulla pati sine te loca?' nunc legitur peti. *D. Heins.*

Cesserit omnis Obsequiis natura meis] Jactantia Barbarica. Hunc ipsum Alaricum, cum Romam contenderet, monitum quantum opus aggredere non insulse respondisse accepimus, densum gramen melius sequi falcem. *Barth.*

528 *Non ita Dii Getici faciant*] *Faxint* lego cum Gyrالدino aliisque sedecim scriptis. Capitolin. Clodio Albino: 'Ego Cæsareum nomen, quod mihi Commodus detulit, nolo, Dii faxint, ut ne alii quidem velint.' Lamprid. Diadum. 'Dii faxint et bona Juno, quam colis, ut ille Antoninū meritum effingat.' Plura ad Ovidium concessimus. *D. Heins.*

Dii Getici] Deos Italos Maronis aludit.

Manesque parentum] More magnatum majores suos contestandi. Manes parentum in omnibus diis suis colebat antiqua superstitio, ne dum Barbari. *Barth.*

529 *Converso*] Id factum Stilichonis consilio gloriatur Claudianus vi. Consulatu Honorii. *Idem.*

530 *Vel victor regno, vel morte tenebo*

Claud.

5 G

Victus humanum] Generosissima vox in Rege belligero, et in Regem educato. Getæ atque de Scythia. Scytharum autem vetus religio mortem contemnere, quam sive virtutem sive persuasionem sequuntur illa quæ de Scythia memorant fide digni scriptores. *Barth.*

532 *Galeique Padum victricibus hausi*] More militari, inter frugalitatis mores relato. Lutatius: 'Poculum militis galea est.' Sic Cæsari potum in galea miles fert. *Idem.*

535 *At nunc Illyrici*] Antea, Zosimo teste, nunciatum est Romæ Alaricum relicta Epiro expeditionem parare, et legatos de stipendiis exigendis ad Stilichonem venire. quibus auditis Stilicho adit Honorium (qui Ravennæ tenebatur, odio Romanæ urbis) deliberaturus cum eo, cui vel comitibus bellum placuit. Pacem vero Stilicho præferendam esse pronuntiavit, quia revera Alaricum sciebat Honorii partibus adhesisse, cui servavit Illyriam contra Orientales. Et eventus decuit paci potius consulendum fuisse. Sed omnia Stilichonis consilia aliorum rapiiebant invidi. *Claver.*

Illyrici] Insuperat eam provinciam, aque partibus Orientalis ad Occidentale Imperium tradiderat Alaricus Stilichonis consiliis; quibus in hoc Rege, Rei Romanæ addictissimo, si parvisset Honorius, nec inerti imbelique potius nebuloni, Olympio, nec Roma capta, nec Africa Barbaris inessa aut exspoliata umquam fuisset; nec quicquid deinde cladium Occidentem inundavit, tam facile Rempublicam evertisset.

Illyrici mihi tradita jura] A Romania. Qui et Ducem suum agnoverant, fidelitatem experti, dum Stilichonis consiliis uterentur. *Barth.*

537 *Tot galeas*] Milites. *Idem.*

Parvi] *Parvi* primus Medicus et Palatinus: forsitan recte; ut *τῷ κοῦρι* cohæreant hæc. *D. Heins.*

540 *Quos omnibus anxius*] Malo arvis;

ut IV. Cons. Honor. 'Omnibus arvis Et toto dotata mari.' Vulgata scriptura Barthio jure suspecta est. *Idem.*

Quos omnibus annis] A prima, dicere vult, ætate. *Barth.*

542 *Arma dabunt*] *Dabant* et *rubeat* potiores scripti: bene. Gyrald. *jubeat*; forte *stueat*: dictum lib. I. de Bapt. vs. 241. unus Ambr. *redibat*: duo Anglic. *fremeat*. Pricmanus *rudebat*. Mox edita luce, non reddita cum scriptis Raphael. *D. Heins.*

544 *Hortantes*] Per omnia superstitionum genera. *Barth.*

547 *Alpibus ruptis*] Facile obsidentis a defensoribus, et distindendo hoste, si quis custos adfuisset. *Idem.*

550 *Sic ait*] Prior Moreti *sic ait*: dictum lib. II. in Eutrop. vs. 157. Deinde *hortatusque* et *viaque* meliores: prior Moreti et secundus Vaticanus *bellicus viaque*; quod non est de nihilo. *D. Heins.*

551 *Vanos fatus*] Illudentia stolidæ arrogantiae. *Barth.*

552 *Semper tacitis sortes ambage malignæ*] Pulchre Apollonius Rhodius, ideo incerta a Diis dari responsa, ut opem eorum etiam porro mortales apperceperunt. *Idem.*

553 *Eventusque patens*] Stolidorum magistro. *Ambagem* dicit incertitudinem oraculi, in utramque bonam malamque partem torsilis.

Noxia vatibus ipsis] Quæ sola malorum Spirituum Justitia est. *Barth.*

554 *Veri sacra fides*] Verum, argumentum Oraculorum, ipsa responsa. *Idem.*

Sacra fides] Arcana, divina, non temere inquirenda. *Idem.*

Veri sacra fides] Scripti fore omnes *særa*; optime: ut Gronovius jam animadvertit. *Idem* bene pro *noxia, necia* conjectat in Observationibus: ne dubita. *D. Heins.*

555 *Pervenit ad Fluvium*] Asterisco hæc notat Raphaelengius. Vir maximus in ora libri sui *Pervenit ad Flavi*, cum hac nota, 'Flavia colonia cog-

nomine Pollentia: nihil difficultatis. De Urbe fluvio vide Italiam Cluverii. *D. Heins.*

Pervenit ad fluvium] Urbem nomine. *Barth.*

Cognominis Urbem] Ænigma et ambiguitas latet sub hoc nomine, quod est fluvii proprium, qui in Liguria. *Claver.*

559 *Pleno castra gradu*] Sermonis majestas rem exprimit. Non dispersim, non propere, non incaute, non timide. Ingressum ad pugnam gravi sermone indicat.

Dictis instigat] Brevibus quidem, ut poscere videtur usus militaris, quem optimi Historiarum scriptores parum attendunt. *Barth.*

560 *Socii*] Commilitones. Apta voce Imperatoribus militi blandientibus.

Temerata] Barbaro citra Sacrilegium non tangendæ. *Barth.*

561 *Obsessi*] Gothi tale quid fecerant, per ignaviam Romani militis usque ad ipsius Principis injuriam provecti. Est omnino illa obsessio quam Honorius ipse solutam Stilichonis auspiciis innuit in Sexto suo Consulatu. Mediolani contigisse id ibi indicat. *Idem.*

Obsessi] Alloquitur forte legiones antea rebelles, et quæ Maximo tyranno militaverant: eas vero Theodosius, obsessas cum suo duce Aquileiæ ad Timavum, deditione subita recepit. Nisi mavis Honorii mentionem fieri, obsessi ab Alaricho. *Claver.*

563 *Alpinum pudorem*] Nullo negotio Alpes hosti penetratas. *Barth.*

565 *Odiisque anceps civilibus orbis*] Dam foveatur a Rufino ex parte Arcadii Imperatoris. *Idem.*

567 *Vindicat aulæ*] Bene venditatur. *Raphelengius*: atque ita Lucensis et tres alii ex nostris. *D. Heins.*

568 *Dira Britannia*] Majorem partem incognita Romanis. *Barth.*

570 *Prælia vincite*] Durius dictum

videatur; nec tamen est. *Idem.*

572 *Campus*] Concursus, pugna, congressus. *Idem.*

573 *Sancit*] Confirmat, consecrat velut. Sic *sancitur* Nuptiæ, quas postea scindi nefas et piaculum. *Idem.*

574 *Hæmi*] Ita scribendum montis hujus Thracii nomen nullibi constanter exaratum, ab Hæmo scilicet tyranno, quem ibi interemit Byzas Heros, primus Conditor Byzantinæ civitatis. *Idem.*

577 *Ipsaque in corde*] Romam cor vocat Imperii Romani. Sic *Senatum* ejusdem *pectus*. *Idem.*

581 *Ibat patiens ditionis Alanus*] Militabat Romanis contra barbaros alios.

Ditionis] Imperii. *Barth.*

588 *Gentis præclarus Alana*] Sic 'præclarus fidei' apud Tacitum: 'præclarus formæ Narcissus' Statio Theb. vii. quæ vera illic scriptura. Eidem Theb. i. 'præstans armorum animique Coræbus'; talique infinita. Claverius tamen *prælat* notat ex veteri libro: unde *Raphelengius*, *genti prælat*. *Barthius* *gentes præclarus*. *Delrius* *gentis dux clarus*; frustra: ita et 'egregius morum' nostro bello Gild. 'egregii juvenum' Stat. Thebaid. ii. apposite, 'Egregii juvenum, quos non sine numine regnis Invexit nox atra meis:' 'egregius fati mentisque,' idem lib. iii. et 'eximii regum' l. vi. *D. Heins.*

Genti prælat *Alana*] Gentes docuit pro Latio mortem oppetendam præclarus Alana, Rex scilicet, dux, vir, miles, homo. Repetitio tamen vocis et gentis tam de propinquo mihi non spirat tam castigatum vatem; et suspicor, cum de natione dictum sit, sequaturque Cui natura breves, nomen viri excidisse. *Barth.*

Præclarus Alana] Mira structura et quæ Hellenismum sapiat: mendosam crederem ni optimo codice niteretur. Fuit vero ille dux Alana gen-

tis bello ferox, et qui Saulus opinor fuerit nominatus: unde quidam paupertini historici Hebræum perhibent. *Claver.*

584 *Cui natura breves*] Citra Alanorum alloquin conditionem, qui statura procera gens erat.

Breves animis ingentibus] Quod amplius fieri certum est, docentque exempla. *Barth.*

585 *Oculos infecerat ira*] Torvi aspectu Alani. *Idem.*

586 *Vulneribus pars nulla vacat*] Po- test abesse totus hic versus. Et sane assutitius mihi videtur. *Idem.*

Vulneribus pars nulla vacat, rescissa- que cunctis, &c.] Certissima con- jectura, me duce, rescribes: *Vulneribus pars nulla vacat, rescissaque contis, &c.* Sensus est, gloriosum Getis videri, si faciem hastis militaribus vulneratam habeant. *Dempst.*

Rescissaque contis] Ita in Electis Philippus Rubenius conjecerat; quo- modo et scripti nonnulli. Vulgo *cunctis*. Claverius *cuncti*. Barthius *punctis* curis primis, nec felicibus secundis *invisaque comptis*. Ammianus Marcel- linus, lib. xxxi. Hunnis, quos Ala- nus eosdem facit, frontem secari as- severat. Vid. lib. i. in Rufin. vs. 324. 'Obtusas per barbara vulnera con- tus' apud Sidonium Panegyrico A- viti. *D. Heins.*

587 *Gloria fœdatis splendet jactantior oris*] Virtutis testibus cicatricibus aut vulneribus censetur militaris for- mositas. *Barth.*

Gloria fœdatis oris] Eleganter: id- que mihi renovat memoriam cujus- dam ducis strenuissimi, ne quid præ- terea dicam. Alia vero ratio est nau- tarum in Batavia, qui quasi ludendo, sed plus poti, sibi invicem ora cultris diasecant. *Claver.*

588 *Ille tamen*] Suspectum hic la- tet aliquid. Docuit exemplo suo vir fortissimus mortem pro Latio sube- undam. Tamen acceleratur equis ci- tatis Stilichonis mandato. *Barth.*

589 *Acceleravit*] Affirmat enim hæc lectio ipsius studium, junctum obse- quio Stilichonis.

Italique momordit arenam] In Ita- lia est occisus. *Barth.*

590 *Carminè dignus*] Memoria Mu- sarum æterna. *Idem.*

591 *Judice ferro*] Aliquando sane eo veniendum est, et quasi Martis alea subeunda, ut veritas pateat. At cavendum, autore Tacito, ne aliquid vulnus per nimiam fiduciam accipia- tur; nam et modica damna famam victoriæ partem lacerant. Sed neque hastam abjicit Stilicho; neque præ- lii unius eventa pavescit. *Claver.*

592 *Diluit, &c.*] Hinc satis conjicio Stilichonem suspectum fuisse magnæ parti Italiæ, seu potius aulicis, qui Honorio insurrebant nescio quid de novis rebus, quas moliri putaba- tur; quod falsum esse hic Alanus morte obita probare voluit. *Idem.*

Immeritum] Famam dicit sparsisse, Alanum clam colluisse Alarico; eum rumore morte sua vir fortissimus delevit. *Barth.*

594 *Morte viri turbatus eques*] Equi- tem ait auxiliarium Duce cæso tota acie fluctuasse. Hæc nimirum tota est illa fuga Stilichonis, quam post abominabilem ejus cædem tantopere odio flagrantés scriptores auxerunt. *Idem.*

595 *Mutassent agmina cornu*] Me- liores *nutassent*: vidit Barthius. *D. Heins.*

596 *Celer*] Opportune sane. Om- nique occasione laudat celeritatem Stilichonis, ut ne Cæsariibus aut A- lexandris faciat relinquatque dete- riorem. *Barth.*

597 *Subsiditis peditum*] Robur præ- cipuum fuit in militia Romana, quod hic advertere est. Stilicho autem, ne quis ulterius fugeret, ex equo, opi- nor, descendit, ac nam probavit in rebus dubiis constantiam. *Claver.*

598 *Recepto*] Toto intra pectus. Sic primo Raptus: 'totum spirant

præcordia Phœbum.' *Barth.*

601 *Toto descendimus ense*] A gladiatoribus, qui missione a populo negata occidebantur, victoribus ferrum inimis visceribus immergentibus. *Idem.*

Altius descendimus] Hoc verbum satis tumidum, sed mire efficax. *Claver.*

603 *Tanain, Istri*] Danubium et Tanain, quæ diversissima duo flumina imperite nonnulli confundunt. Flumina pro populis usurpare, Claudiano nsitatissimum. *Barth.*

606 *Cædis avarus*] Sic libidinem sanguinis Arnobius dixit. Est enim et in cæde inimicorum avaritia, capide grassans etiam ultra vindictam aut iram. *Idem.*

609 *Ira furens*] Notissimum veteris Sapientiæ scitum, iram esse furem. Augustinus Epistolis: 'Furor est ira brevis, quæ non tam malitiæ proposito, quam eventu subito contingit.' *Idem.*

610 *Assumptas igne*] Igne ereptas, cum Valente exararent Gothi. Inepte libri nonnulli de ignibus gemmarum, quibus docti inconsulte assentiuntur. *Idem.*

Assumptas igne valentes] Scripti *assumptoque, absumptaque, absumptoque*. Pro *valentes* recte *Valentis* Claverius. *Lego absumptique igne Valentis*: male vulgatam Barthius tuetur. *D. Heins.*

Igne Valentis] Alii leg. *valentes exuvias*, quod si verum est, pretiosas expono. Sed enim constat Valentem Imp. in tugurio ustulatum, ejusque gazam ab Alarico direptam, ubi inter cætera poterunt esse vestes regis gemmeo splendore fulgurantes.

611 *Miseris ab Argis*] Spoliatis in clade illa totius Græciæ urbibus, Athenis et Thebis tantum exceptis. *Barth.*

612 *Spirantia signa*] Corinthium æs notissimum, notissima etiam vasa Corinthia. *Spirantia*, viva pene; vivis simillima.

Corintho] Nobilissimum æs Corin-

thium, nobilissima etiam opera Corinthi facta. *Barth.*

613 *Callidus ante pedes*] Ut intentus spoliis miles a persecutione fugientium desisteret. *Idem.*

615 *Justos præbent stimulos monumenta doloris*] Ad poenam de scelerato sanguine hauriendam. *Idem.*

616 *Captivum vulgus*] Mulieres puerique. *Idem.*

619 *Oscula dextris*] Loquitur hic de Italia potius captivis Claudianus, quam aliis, scilicet quos ad Timavum ceperat, ubi vulnus accepisse Rempublicam supra memoravit. *Idem.*

620 *Desertosque Lares*] *Demelooque*, excerpta Pomponii Læti. *D. Heins.*

621 *Domus*] Familia omnis hoc nomine censetur. *Barth.*

623 *Ordine cognati*] Non audio hic Claverium post *rd ordine* distinguentem, cui Barthius tamen subscribit. Libri plerique, *cum grati*, quod Barthio placet: alii *congrati*: Lucens. Gyrard. et sex nostri, *tum grati*: grata enim belli finiti commemoratio: nos ter VI. Cons. Honor. 'Grataque patris exordia sumere bellis.' Multa in hanc rem possent congeri. Rapphelingius, *cognatis*. Rottendorphianus *congressi*. *D. Heins.*

Cognatis referunt] Cognatos in gratiam Stilichonis narrasse postliminio restitutus ait, domi suæ cuique, quanto miraculo virtutis bellam hoc conferret Stilicho. *Barth.*

623 *Cum Marte perirent*] Anget dolorem homini militari, inque armis educato, totque victoriis glorioso, aperto Marte perdere, quæ nullis non artibus acquisiverat. Utpote non de Fortuna ejus solum, sed et de virtute et gloria hoste triumphante. *Idem.*

625 *Conjugis aures*] *Flebilis* quinque libri. Statius, Theb. v. 'Argolicas ululatus flebilis aures Impulit.' *D. Heins.*

626 *Invicto quæ dudum freta marito*] Mirifica festivitate muliebrem morem

et naturam indicat, quæ in mariti prosperitate semper se indigna committere videtur, nisi omnes arrogantia superbiaque excedat, rata parum sua virum fortuna uti posse. Monilibus inest superbia potius, qualem magnas sæpe clades dedisse notum. *Barth.*

638 *Romanasque alta*] Conjugum mulierumque vexatio et raptus in rebus adversis bellicisque tristissimo- rum eventuum vel primus. *Idem.*

Cervice petebat] *Parabat* Isingrin. et Florent. S. Marci, cum tertio Vaticano: supra; 'qui fœda parabat Romanas ad stupra surus:' sic et alibi. Amat enim hoc verbum noster. Mox idem tertius Vaticanus *Argolidas*; rectius quam *Argolicas*: de quo dictum ad Nasonis Epist. vii. 81. *D. Heins.*

639 *Pulchras lacernas*] Spartanarum mulierumque celebris formositas. *Barth.*

631 *Dea quæ nimis obstat Rhamnusia votis*] Nemesis Justitiæ Vindictis nomine culta contra elatos animo et verbis. *Idem.*

632 *Ingeniis*] Invidia scilicet.

Domat aspera victos] Non insultandum victis aut miseris. *Barth.*

634 *Acies*] Martem enim illum, ob quem oculos dolere Alarico modo dixit, uno conflictu prospero Romanis rependisse ait multorum annorum sequiores successus. *Idem.*

635 *Pollentia*] Urbs Liguriæ quæ Ptolemæo dicitur *Πολυερία*. *Claver.*

636 *Apta triumphis*] *Adepta*. *Barth.*

637 *Virtutis fatale solum*] *Malo Virtuti*. *D. Heins.*

639 *Quirino*] *Rei Romanæ*. *Barth.*

640 *Oceani stagnis excita supremis*] *Florus*, iii. 3. *Idem.*

641 *Tempestas*] Exercitus, instar tempestatis ingruens, ob ingentem vim Barbarorum. *Idem.*

642 *Jam protenus*] Statim ex hinc. Usus vocis *protenus* non satis est agnitus vulgo. Vide Servium. Momentum pugnandi esse in loco nemo it inficias. *Idem.*

644 *Et duplices signet titulos*] Probe compertum habeo appositiones hujusmodi Claudiano in deliciis esse: hoc tamen loco rectius opinor: 'Et duplici signet titulo commune tropæum.' *D. Heins.*

645 *Stilichone peremptos et Mario*] Stilichonem æquat Mario instar summæ Ducis huic adscribens. *Barth.*

647 *Discite vesana*] Sumtum ex formula castigationis publicæ, ubi plagis et verberibus addebatur: *NOLI HOC FACERE. DISCE HOC AGERE.*

Romam non temnere] Insignis Nobilissimi Præanis conclusio. Elidens ingenio præstantium, sed judicio parum cantorum hominum nugas, qui defici spiritu ad extrema operum Claudianum, nec perveni ad portum capta favoris Musici aura gannunt. *Barth.*

Non temnere gentes] *Non tendere* ex veteri codice Claverius: nihil opus; quanquam approbante Barthio ad Præfationem lib. ii. in Eutropium. Respexit illa: 'Discite justitiam moniti et non temnere Divos.' Ipse noster libro ii. in Eutrop. 'Romam contemnere sueti.' *D. Heins.*

XXVII.

IN VI. CONS. HONORII PRÆFAT.

PRÆFATIONEM hanc hoc inserendam loco alii jam monuerunt. Nec dissentiunt meliores membranæ. In pervetusto Vossiano Ausonii codice quinque priora disticha hujus epigrammatis legebantur. *D. Heins.*

Hanc Præfationem quidam præpostere ingeniosi, alio transtulerant, rati opinor, librum III. Proserp. hoc de se mereri, quum etiam hic fiat aliqua Ætæ mentio; sed næ illi frustra sunt; nam de Honorio loquitur, cujus auspiciis Enceladus, id est, Alarichus, paulo ante debellatus est. Hic vero Consulatus VI. Honorii cum Aristoneto incidit in annum 404. *Claver.*

1 *Sensus*] Quæ videt nimirum per hunc homo.

Vota] Quæ quisque in vita agit, agendaque sibi aliis negotiis præponit, *vota* appellantur. *Barth.*

2 *Pectoris sopito*] Homine toto in soporem dato. Quæ nomine inquieta somnia excludit, quæ pectoribus quietem etiam in somno negant.

Reddit] Reponit, a voce quæ percussa reddi perhibetur.

Amica quies] Æquat enim felicibus (nec semper tamen) infortunatos; omniumque votorum mactat, quibus favens venit. *Barth.*

3 *Venator defessa toro*] Primo loco ponit primum vetustissimumque humani corporis exercitium. *Idem.*

4 *Sua lustra*] Quæ habitat quasi assiduo usu. *Idem.*

5 *Auriga communis*] Nominat hos ob

frequentia etiam tum Spectacula Circensis. *Idem.*

6 *Vanaque nocturnis*] Per somnium visa, et sic nec visa simul. Meta cauta laborem summum studiumque aurigarum indicat, quibus hoc opus unicum et necessarium nisi frangi velient. *Idem.*

7 *Furto gaudet amans*] Clandestino amicæ usu.

Permutat navita mercēs] Usum navigationis antiquissimæ docte tangit. Certum enim a primis aureisque temporibus degenerantia, ob commutandas merces pelagus primum tentasse. *Barth.*

Permutat] Hic conventio juris gentium elucet. Permutatio equidem honestior est, et contractus innominatus; neque enim discerni potest, uter emptor, uter sit venditor. *Clav.*

8 *Vigil avarus*] Cui avaritia non concedit quietem suam.

Elapsas] Quærit enim quod jam habet, et amissam putat quod nondam. Vetus est tam deesse avaro quod habet quam quod quærit: 'Inter opes inopes.' *Barth.*

9 *Egris*] Quorum morbus irrestincta sitis. *Idem.*

10 *Irriguus sapor*] Flumine quodam liquido. *Idem.*

11 *Me quoque Musarum studium*] *Studiis* prior Moreti: Florent. S. Marci studio; ut ad τὸ *sopor* hæc referantur, et per appositionem *studium Musarum artes* vocet. Sequenti versu optimus Ambros. *invigilare jubet*. Pro

artibus assuetis multi veteres *assiduis*; sed perperam. *D. Heins.*

Musarum studium] Sic alibi vatem se, non alio magis nomine gloriaturus, appellat, Aganippes et Pieridum clientem, epotis jam Musicis scilicet fluentis. *Barth.*

14 *Ante pedes*] Habitu supplicis. *Idem.*

15 *Favet somnus*] In re præclara etiam nocturnæ imagines virtutem animi commendant: contra nocentibus hominibus evenit, quos ipsa quies conturbat. *Idem.*

16 *Corona chori*] Locus enim oranti medius datur. *Idem.*

17 *Enceladus mihi carmen erat*] Etiam pueris notæ Fabulæ. *Idem.*

Victusque Typhoeus] *Vinctusque* novem scripti cum Oiselianis; probe: dictum III. Cons. Hon. vs. 168. *D. Heins.*

18 *Hic subit Inarimen*] Ita plerique codices. Vulgo *Hunc premit Inarimes*, quod ferri non potest, cum *Inarime* dicendum fuerit: nam Claverium corruptus Servii codex decepit. Pro domat duo libri *premit*. *Idem.*

Inarimes] Montis nomen quem Typhæo, aut Encelado, injecerunt Poëtæ, cum suo Jove.

Inarimes] Mons fuit, qui terræ motu diffissus alteram insulam fecit, quæ *Prochyta* ab effusione dicta. Vide Servium in IX. *Æneid.* *Claver.*

Gravis Ætna] Proverbium notum. Istam Typhæo injectam constantior fama. *Barth.*

19 *Quam lætum*] Non *lætus* meliores scripti: ad Gigantomachiam suam videtur allusisse. *D. Heins.*

20 *Premia militiæ*] Imperii cælestis firmationem. *Barth.*

21 *Imago*] Species somno oblata: quæ cum nihil sit, aliquid tamen referat, imago rerum existentium perhibetur. *Idem.*

22 *Irrita*] Nullius momenti; unde irritare, in vanum redigere sequior ætas dixit. *Idem.*

Misit ebur] *Mittit* prior Moreti et duo alii. Mox *æquandus* pro *æquatus* Delrii codex et ex nostris unus: placet. *D. Heins.*

Ebur] Dux portæ somniorum apud inferos Poëtis, quibus emissa ea sese ingerant sopitis mortalibus, Cornea verorum, Eburnea vanorum.

23 *Ex Princeps*] Per *Principem* intellige Honorium Aug. qui Dei personam sustinet in terris. Per *Deos*, intellige viros illustres, clarissimos, spectabiles: vel potius purpureum Senatum. *Claver.*

Apex] Summus cujusque rei honos. *Barth.*

24 *Quales memini*] Senatum comparat Diis. *Idem.*

Turba verenda, Deos] *Dei* Raphelengius contra scriptos et Claudiani mentem. En turba verenda, quales esse Deos memini: nihil difficultatis. Pro *cati* multi *menti*: quos inter prim. *Vatic. D. Heins.*

26 *Caro aula parem*] Palatia Romana, aliud cælum. *Barth.*

XXVIII.

DE VI. CONSULATU HONORII.

1 *Aurea*] Romæ templa auro tecta agnoscunt scriptores: inde ipsam Romam auream dicunt.

Fortunæ reduci] Culta Romæ hoc titulo, quia absentes Principes votis omnium reposcebantur. Inscriptio Vetus, Divione: J. O. M. ET. FORTUNÆ. REDUCI. PRO. SALUTE. ITU. ET. REDITU. Unde paret ipso exitu Principum talia vota facta. *Barth.*

Fortunæ reduci] Varia olim epitheta Diis gentium adsignata; sed *Fortunam reducem* non legi, nisi sub imperio Domitiani. Martialis: 'Hic ubi Fortunæ Reducis fulgentia late Templâ nitent, felix area nuper erat.' *Claver.*

Priores] Majores, inquit, nostri. *Prus* enim olim denotat. *Barth.*

2 *Ob reditum ducum*] Vota pro *Reditu Ducum* concepta. Horatius, lib. IV. Od. 2. 'Concines lætosque dies et Urbis Publicum Ludum, super impetrato Fortis Augusti reditu.' *Idem.*

Non dignius unquam] Primus Med. num. Tholos. nunc corrupte. *Pro reditu* quoque sec. Vatican. non *Ob reditum*. Idem mox *Latias arces* pro *amplas ades*. D. Heins.

4 *Trabeis reparatur et Urbi*] Præsentia Principis, Consulatum ineuntis. Is enim et Urbem et bonorem eum pristinae dignitati restituit.

Repetatur et Urbi] Claverius et Raphael. cum Isingr. et quatuordecim nostris *reparatur*: quos inter et prim. Vatic. Malo tamen *reparetur* cum Lucens. et Gyrald. D. Heins.

5 *Majestas*] Consularis dignitas. *Barth.*

Campus solennis et urna] *Campi et urnæ* Raphaelengius ex conjectura viri Illustris. non sequor. campum et urnam (quæ duo Lucanus quoque conjungit lib. v. 392.) pro suffragiis ponit, quæ ludebantur. In primo tamen Vaticano a manu prima *campo solennis*; non male; ut *luditur ad majestatem* referatur. D. Heins.

Urnæ] In quam collecta suffragia. Versabatur urna, inde sortes eximebantur. *Barth.*

Urnæ] Lucan. v. 'Decantatque tribus et vana versat in urna.' *Claver.*

6 *Luditur in morem*] Ut mori satisfiat, gesticulatur quodammodo auctoritate aliorum translata.

In morem] Ex sola consuetudine, uti solus mos servetur. Ceremoniæ enim solæ mera ludibria.

Species nec dissena cætu] Figura rei inconveniens. Cætus non coactus ob eam rem, quam specie præ se tulit. Species est ubi solam simulatamque rei figuram denotat. *Barth.*

7 *Peregrina imago*] Potestate in unum collata a populi suffragiis. Vel et armis omnia tenentibus, aut re non agnoscente speciem. Simulabatur jus eligendi, quod penes principem erat, populi adhuc esse, adhibebanturque ceremoniæ suffragiis liberis olim sancitæ, quæ nunc cassæ erant, et non agnoscebant rem quam prætexere jubebantur.

Simulati juris imago] Vix extrema umbra fictitii Juris. Vix enim reliquæ quædam prisca Juris Populi Romani in ceremoniis comitiorum supererant, armis et majestate principum

omnia tenentibus. Imago enim est, quo absens res ipsa aliquatenus cognoscitur et representatur. *Barth.*

8 *Indigenas habitus*] Romanos, Consularibus Comitibus ab origine destinatos.

Nativus Palatia] In quibus natus honos, quæ ad eum honorem exstructa. Dicit hoc exsultabundus, principe jam Romana sua palatia repetente, quæ non brevi ante tempore erant spreta.

Nativus Palatia] In ipsa sede Imperii. *Barth.*

9 *Plebem castris*] Quirites Militibus. Sæpius meminit Principem suum Consularem habitum summis armis undique circumstantibus. Gaudium hic urbanum celebrat, præsentem in ipsis Imperii et Consulatus cunabulis Consule Principe. *Idem.*

10 *Mars Augusta sui*] Legentia nimirum Augustum in Consulem. Suffragia videri vult ab Honorio reddita populo; quod ingens popularitatis argumentum. *Idem.*

11 *Qualis erit terris*] *Erat* tredecim libri. Forte *cat*; ut alibi, *ita optati mortalibus anni*. Mox pro *annus* duo nostri *annis*, quod Claverio et Barthio placet, non mihi. Palatinus et sex alii præstantioris notæ annum: rectius. *D. Heins.*

Mons Evandrius] Ab Evandro olim cultus. Palatinum dicit Maro.

12 *Romanis*] Imperio ejus æternitatem vetustissimæ sortis pollicitus sunt. *Barth.*

13 *Tui cognominis*] Tuo nomine nominati. Ita possessos annos consularibus dicit Plinius Panegyrico. *Idem.*

14 *Inoffensum successibus omen*] Ut omni responderint eventus semper. Felicissimum anno omen quod veteri more intra mœnia urbis initus Consulatus. *Idem.*

16 *Miro ortu*] Quem secutura sit mira felicitas. Urbi Principique debitum.

Promittitur felix] Alludit de proxi-

mo morem Romanum, voventis sibi felicem annum Populi, quem ingredientem viderent. *Barth.*

Promittitur ortu] Putean. *pretenditur*; hoc est, *portenditur*: ut lib. I. in Entrop. 'Quæ nova portendunt superi?' *D. Heins.*

17 *Urbis et Augusti*] Magnus Scalliger in ora libri sui *ter bis in Augusti*: ut ad VI. Consulatum Honorii alludat, quod in textum Raphelengius admisit; nolim factum. Duplici nomine felicem annum vocat, et ob Augustum consulem, et ob Urbis mœdificia ac mœnia restituta: quæ de re infra vs. 530. et alibi. Sic et supra, 'sua cum trabes repararetur et Urbi Majestas.' Pro nomine Lucens, alique complures numine; quod Barthio se probabat: quidam *munere*; nihil mutò. Inter aureos æreosque Augusti Cæsaris ac Tiberii nummos vidit, qui inscriptum templo haberent, ROMÆ ET AUGUSTO. Vetus inscriptio:

SERVILIO. MARCIANO.

ARVERNO.

C. SERVILII. DOMITI. FILIO

SACERDOTI. AD. TEMPLUM

ROMÆ. ET. AUGUSTORUM

TRES. PROVINCIÆ. GALLIÆ. *Idem.*

Geminato nomine] *Hic miro tamen ante alios promittitur ortu Urbis et Augusti geminato numine felix.* Barthius.

18 *Babylonia cura*] Mathesis universa inventio Chaldaica, præcipue Genethliace, quam omnes norunt. *Idem.*

Babylonia cura] Horat. Babylonios numeros eadem significatione dixit. Lucano *Cura Assyria* est studium astrorum, quo gens Chaldaica primitus effloruit. *Claver.*

20 *Calicola*] Non omnes, sed quos salubres antea stellas dixit. *Barth.*

21 *Radios humili statione recondunt*] Gyrard. *recumbunt*: forte radiis recumbunt: duo Vaticani radios retundunt; quod verum est. Adeantur quæ de hoc verbo notavimus Consulatu

Olybrii, vs. 22. *D. Heins.*

23 *Signifer*] Imperium dicit, aut ipsum adeo Stilichonem. *Barth.*

23 *Imperii sidus*] Sidus, ornamentum præcipuum cuiusque rei. *Idem.*

Prima] Liqueat de excelsissima loqui, non de propria.

Propria cum sede locavit] Sic scripti omnes, non *prima*: vere, quicquid alii dissentiant. Bello Get. 'Quid mihi nescio quam proprio cum Tibride Roman Semper in ore geris?' Infra hoc ipso libro: 'nec te mutare reversum Evaluit propria nutritor Bosphorus arce.' Et ibid. 'nec contigit ullis Amnibus aut scopulis proprias defendere terras:' sic et alibi. Mox *omina pro omnia* pri. Vaticanus et quatuor alii: quomodo Palmanus coniecerat, applaudente Raphaelengio. *D. Heins.*

24 *Certius omnia surgunt*] Omnia imperii notat prosperi. *Barth.*

25 *Cum*] Sensus est illa decantatissima loca nil distare vulgaribus alibi degente Apolline. *Idem.*

26 *Hyperboreas*] Celebre Templum Apollinis Hyperborei.

Delphis cecantibus] Ab ordinariis responsis. *Barth.*

Delphis, &c.] Hic notat Phœbum seu solem hyemalem, qui medio cœli relicto, ac parte orbis media, Hyperboreis tractibus inluet. *Claver.*

28 *Laurus*] Qua coronabantur vaticinaturæ Phæbades. *Barth.*

29 *Antra mæsta, inconsulti recessus*] Unde solebant promi Oracula. Res notissima ex Mythologia et Tragicis præcipue Poëtis. *Idem.*

30 *Grypha jugalem*] Si in curru Apollinis. Sic in nummis Gallieni inscripti Phœbo Gryphos præferunt. *Idem.*

31 *Tripodus repetens*] Ordinariam suam sedem. *Idem.*

32 *Antra loqui*] Spiracula: quibus voces emugiebant vel Dæmones, vel ipsa plerumque Sacerdotes.

Vivere fontes] Quos loqui et Ora-

cula promulgare traditum Poëtis, habitante nempe Apolline. *Barth.*

33 *Sacer horror*] Religio, Veneratio. *Idem.*

34 *Spirant præagia rupes*] Adeo præsentiam apud Delphos Apollinis omnia sentiunt, ut etiam durissimæ cantes fatidicinam fecerint quandoque. *Idem.*

35 *Palatino crevit reverentia monti*] Palatinus autem mons eam reverentiam cepit a domo Cæsaris, quæ inibi fuit, propagato splendore ad Principes successores. Vide Dionem, lib. LIII. *Idem.*

37 *Oracula*] Responsa principalia. *Idem.*

38 *Ad signa jubet revirescere*] Consule Augusto, reforescunt omnes dignitates.

Suas laurus] Domesticas nimirum, et patrias, imo avitas. Apollinem ipsum Honorio *σβουλον* canit, cuius mystæ Lauri velut toti inuebantur. *Barth.*

Laurus] *Laurus* prim. Vatic. et alii multi: sic et infra vs. 120. iidem, *Bellorum duplicat laurus.* *D. Heins.*

40 *Esse larem*] Satis constat Imp. habitasse in monte Palatino. *Claver.*

Potestas] *Kar' δειξτε*, summa videlicet. *Barth.*

41 *Sentit*] Ut autumare possis splendorem ejus contemplans. *Idem.*

43 *Deorum Cingitur excubiis*] Templis undique circumpositis. *Idem.*

44 *Juvat intra tecta Tonantis*] Ex Principum Lare, Palatio, ait dari prospectum in Fana Jovis Capitolini et Tarpeii, ubi monumenta pendeant superatorum Gigantum. *Idem.*

Intra tecta Tonantis] *Infra* Ald. et plerique scripti; bene: prim. Vatic. *intra tela*, ut et Oisellianus. Pro *Gigantes* bene idem prim. Vatic. *Gigantas.* Consulantur quæ notamus ad Nasonem curis secundis Met. 1. 152. *D. Heins.*

45 *Tarpeia rupe*] Quæ sedes erat Jovis, Imperium Urbemque tātantis:

Propertius de Roma nondum extructa: 'Tarpeiusque pater nuda de rupe tonabat.'

Pendentes rupe] In signum victoriæ. Possis et adscensum molientes imaginari. *Barth.*

46 *Catalaque*] De his foribus memorabile exemplum Zosimus prætulit: Fertur, inquit, Stilicho arcana vindictæ non effugisse: cum enim is mandasset, ut fores Capitoli, quæ auri laminis erant obductæ, nudarentur, sinistrum illud elogium repertum est: 'Misero regi servantur.' Atque huic inscriptioni respondit eventus: nam dux ille, regia affinitate conspicuus, misere obiit. *Claver.*

Volentia signa Nubibus] Vexilla dicit, summis templis figi solita, ut monimenta nonnulla prisca indicant. Vel et simulacra Deorum, quilibus fastigia fanorum oppleta ostendunt nummi. *Barth.*

47 *Densum æthera*] Ut totus plenus videatur, ægre visus præ templorum tot apicibus. *Idem.*

48 *Æraque*] Rostra navium ærata. *Idem.*

Numerosa puppa columnis] Nihil quod lectorem offendant. Plurimi tamen veteres, *numerosa veste*: quomodo et prim. Vaticanus pro diversa lectione; ut *numerosa veste* scripsisse Claudianus videri possit, et hastæ intelligantur: quomodo apud Ovidium: 'Vecte Pelethronius Macarens in pectus adacto Stravit Erigdupum.' Optimus certe Ambros. *numerosa vecte*. possit et pro contis sumi. Sic apud Silium, l. i. tonsæ inter trophæa suspensæ: 'Et Liguorum horrentes tonsæ, parmq; relatæ Hispana de gente:' ita namque Oxoniensis codex; vulgo *horrentesque comæ*. Colon. *horrentes coni*. D. Heins.

Columnis] Augustus, victo Antonio et Cleopatra, ex rostris navium Ægypti quatuor columnas erexit, quæ postea positæ in Capitolio a Domitiano. *Claver.*

49 *Consita*] Alterum alteri proxi-

mum dicit. *Conserere*, jungere. *Barth.*

50 *Mens*] Opere humano. *Idem.*

51 *Innumeros arcus*] *Innumeris malo*. D. Heins.

Acies stupet igne metalli] Fulgore aureorum gemmatorumque monumentorum. *Barth.*

52 *Trepidans obtunditur*] Aciem oculorum trepidare, celebris locutio. Auro autem strata erant tecta, auro fulgebant parietes. *Idem.*

54 *Primis miratus in annis*] Ait puero etiam Honorio placuisse Occidentis Imperium, ob Sedem veram principum, Romanum Palatium; idque a Patre exorasse. *Idem.*

56 *Mervit felicitas*] *Agere* videlicet, quod ἀεὶ κωροῦ huc respicit de sequente versu. *Idem.*

57 *Quam quod*] *Lego Quam quos*. D. Heins.

58 *Melioribus exemplis*] Priorum Principum, cum primis Trajani. *Barthius.*

60 *Alternos cum plebe jocos*] Commemnem omnibus indidem dicit Victorinus. Sic et Stilichonem laudat noster, l. ii. Laudum: 'pura sed libertate loquendi, Seria quisque jocis, nulla formidine, miscet.' *Idem.*

61 *Patriciasque domos*] Summa laus Principis etiam Nobilitati Romanæ potuisse placere. *Idem.*

62 *Deposito fastu*] Solo se habitu differre putans, ut Victorinus loquitur. *Idem.*

63 *Publicus hinc ardescit amor*] Verum, nil pariter amorem facere Principi, quam cum popularem se affabilemque reddit subditis. *Idem.*

64 *Regale culmen*] Quod eo solo augere potest Princeps, si se ipse demittat, non efferat, securus scilicet magnitudinis suæ, cum fortuna ejus nulla re certius absit quam ab humilitate aut vilitate coacta, ut scite demonstrat Plinius Panegyrico. *Idem.*

65 *Diademate nec dum cingebare*] Quod factum rebellante demum Eugenio, Tertio Consulatu Theodosii. *Idem.*

66 *Socium sumebat honorem*] In-
duxit enim triumphans secum urbi,
et congiarium cum eo populo dedit.
Barth.

67 *Purpureo solum gremio*] Tertio
Consulatu: 'cum tu genitoris amico
Exceptus gremio, mediam vehere
per Urbem,' &c.

Parvumque triumphis Induit] Sic
meliores libri: alii, *imbuat*, quod mi-
ror Raphelengium secutum: sic 'in-
duere moribus,' l. iiii. in Stilich. vs.
121. ubi plura. Infra, 'quem non
aliena per arva Induit hospes honos.'
Cons. Olybr. 'te messibus æstas In-
duat.' iv. Cons. Hon. 'Auspiciis ite-
rum sese regalibus annus Induit:'
duo libri *trophaeis*; non refert. Mox
fatis pro fastis cum Lucensi, prim. Va-
tic. priore Leid. et uno Ambros. le-
gendum dixi l. i. in Stilich. 43. *D. Heins.*

Parvumque triumphis induit] Ut pne-
rum, viribus nondum suis utentem;
similitudine a vestiendo. *Barth.*

68 *Præindere*] Exercitando velut
animo ad capiendam dignitatem. Con-
sulari dignitati fataliter destinari ho-
mines jam ab ipsa nativitate sæpius
noster dixit. Et ita de puero Stili-
chone, alibi: 'fastique loqui jam
digna futuris.'

70 *Persarum proceres*] Paria de Sti-
lichone primævo: 'stupere severi
Parthorum Proceres, et plebs phare-
trata videndi Flagravat studio.' *Barthius.*

71 *Positoque tiaram Submisere genu*] Sic Aldus, et omnes fere scripti; op-
time. Curtius, l. viii. 'Tu Macedo-
nas voluisti genua tibi ponere, vene-
rarique te ut deum.' Ovid. Fast. ii.
'Suppliciter posito procubere genu.'
Lib. iii. 'In terram posito procu-
buere genu.' Lib. v. 'Ipse genu po-
sito flammam exsuscitat aura;' sic
quidam codices, non *genu nixus, flam-
mas excussit ab aura*, quod in vulgatis.
Lib. vi. 'dubitare videbat, Et pavi-
das posito procubuisse genu.' Met.

iii. 'Et genibus positis supplex si-
millisque roganti Circumsert tacitos
tanquam sua brachia vultus:' quo-
modo vetustus liber; vulgati *genibus
pronia*. Petronius: 'Positoque in li-
mine genu sic deprecatus sum numi-
na versu:' atque ita passim boni
scriptores; vulgo *positoque tiara*. Ra-
phelengius, *positoque tiara*; quomodo
et scripti nonnulli. Mox *præclara pro
præclara* prim. Vatic. et duo alii. *D. Heins.*

73 *Ditandas ad dona tribus*] Congia-
rium innuit, quod post victoriam de
Maximo et Victore Populo Romano
præsens dedit, ob auspicia puto filii,
Theodosius. *Barth.*

74 *Collecti Senatus*] *Collecto Senatu*
rectius duo Anglicani et Oisellanus,
D. Heins.

Delubra Senatus] Senatus non pote-
rat convocari nisi in locum consecra-
tum. *Barth.*

75 *Gaudens offerre favori*] Commen-
dare Populo, quod solebant Principes
præstare liberis suis. *Idem.*

76 *Imperio amoscere*] Ut rei gra-
vissimæ et difficillimæ. *Idem.*

77 *Concreta radice*] Tecum velut
crescentem radicem agens. *Idem.*

78 *Inolevit*] Elegans sane et locu-
tio et verbum, quod linguae aliæ vix
est ut exprimant, ab stirpibus aut
frugibus. Virgilius, Georg. ii. 'alie-
na ex arbore germen Includent, udo-
que docent inolescere libro.'

Roma] Mirificum studium in Urbem
vatis. *Barth.*

79 *Teneris conceptus ab annis*] Ele-
gantissime prim. Vatic. et Oisellanus,
tenero ab ungue. ἔξ ἀπαλῶν δακτύλων,
Græcum adagium. Horat. 'et inces-
tos amores De tenero meditatnr un-
gui.' Cicero, l. i. ad Famil. Ep. 6.
'Sed præstata te eum, qui mihi teneris
(ut Græci dicunt) unguiculis es cog-
nitus.' Pro urbis primus Med. urbi
placet. *D. Heins.*

80 *Tecum crevit amor*] Non adeo
tamen, quin Ravennæ considerare præ-

ferret.

Reservum] Reduxit enim Constantinopolim Honorium, ut eodem loco Principem scilicet faceret quo fecerat fratrem Arcadium. Unde reversus est patre Mediolani jam ægrescente, ut notatum est supra. *Barth.*

81 Evaluit] Licet omnibus viribus adnitus.

Nutritor] Educabatur enim ibi Regia soboles. *Barth.*

82 Optare tibi] Id agit quod alias semper, ubi datur copia, Honorium ut præferat Arcadio. *Idem.*

Optare] Verbum satis delicatum, quo animi nostri desiderium potius quam electio videtur exprimi. *Claver.*

84 Sortitusque paratam] Paratos servire populos, Orientem dicit et Asiam, vel feminis parere suetos. *Paratus*, facilis acquiri. *Barth.*

85 Volentes Assyrios] Alibi: 'Assyriam rexit quam femina gentem.' Tanta Romæ in hoc scriptore reverentia, ut patriam etiam, Egyptum, tantus Philosophus, postponat. *Idem.*

87 Mea Roma] Quasi dicat, veterem Romam esse nova Roma splendidiorem ac potiorum, quæ sane prærogativa vel invito Constantino ei servata est. In Novellis Theod. Junioris, qui Orientis Imperator, constat sane Occidentale imperium prævaluisse Orienti. *Claver.*

88 Fortuna, novum molita tyrannum] Eugenium dici clarum, quo dejecto Victoria Patris Imperatorem Occidenti induxit Honorium. *Barth.*

89 Quarerebat] Magno scilicet labore. *Idem.*

90 Velox accitus ab aula] Tot Provinciarum celerem transitum laudat. *Idem.*

91 Recepsit] Quam jam tenerant Maximus et Eugenius. *Idem.*

93 Serena comes] Regiam mulierem patronam Claudiano singularem fuisse indicant multa ejus loca. *Idem.*

Serena] Hæc filia Honorii Senioris fratris Theodosii, quam ipse cum

sorore Thermantia adoptavit, ac dedit nuptum Stilichoni. Profecta est Byzantio cum Honorio, quem fovebat ut par erat: is vero ad patrem properabat, ut imperium Occidentis, occiso Eugenio, pacatum sortiretur. Illa sane multis animi et corporis dotibus insignis fuit, sed parum fausti exitus. Mariam enim Aug. filiam adhuc tenellam sepe liit: alteram solio dejectam recepit. Maritum ac filium Eucherium violenta morte ademptos luxit miserabili nœnia, dum ipsa feritate Placidie interiret; dicebatur enim Alaricus ea viva non soluturus obsidionem. *Claver.*

95 Generumque sibi] Callidam feminam non dubito jam dum id egisse.

Seniore] Errant tamen qui vitam ejus ultra annum L. protendunt. *Barth.*

96 Repente] Inde enim venisse Principes videri volunt. Notum illud celebratissimum, *de Aulis Basilais.* *Idem.*

98 Sceptra patri] Fratre enim Theodosii nata erat Serena. *Idem.*

99 Domus] Stilichonia, isti Regia agnata. Illico autem mortuus Theodosius, Honorio Mediolanum appellente. *Idem.*

100 Conjugis officio] Sic cum scriptis plerisque Raphaelengius et Aldus. vulgo *officiis*: unus Ambros. *obsequiis*; bene: ut noster sæpe. lib. I. de Stilich. 'inde pinum matris Regina gerebat Obsequium.' l. II. 'Obsequio moderere ducem.' l. III. 'Quis enim princeps hoc omnibus egit Obsequiis?' Infra hoc ipso libro: 'Cum tamen Eucherius fratri præberet ovanti Miitis obsequium:' sic libri meliores. Præfat. Nupt. Celerinæ: 'Officio vatis, militis obsequio.' *D. Heins.*

101 Felix ille parens] Sane bona indoles Honorii, quem malitia nemo umquam. Patrum felicitas, Liberiorum splendor. *Barth.*

103 Se factis crevisse tuis] Virtus Liberiorum, gloria parentum.

105 Alaricum barbara Pene Nutric-

rat] Secunda post Amalos nobilitatis hominem, cujus res compendio, sed omnino falsis plurimis, narrat Jornandes. *Barth.*

106 *Sape sprevere profana mente]* Profana mente, quia exstabat Regis ipsorum Atanarici vox, cum Theodosii accitu Constantinopolim vidiasset: Deus, inquit, sine dubio terrenus est Imperator, et quisquis adversus eum manum moverit, ipse sui sanguinis reus existit. *Idem.*

107 *Thracum veniens e finibus alter]* Venientem Isingrin. et plerique ex nostris; quod malo: aliter tamen tres Vaticani, quos inter et primus. *D. Heins.*

108 *Hebri clausit aquis]* Præcepta scilicet non ultra secutus. *Barth.*

109 *Auxilii ad proxima bella negatis]* Gildonem dicit, qui secessit a Theodosio negatione auxilii. *Idem.*

110 *Abjurata]* Contra fidem sacramento datam sibi vindicata. *Abjurare* rem est sibi creditam negare, contraque fidem retentam usurpare. *Idem.*

111 *Meritam repetens non immemor]* Amolitur a Theodosio molliorem non vindictarum injuriarum, cum a morte etiam memorem puniendorum criminum facit. Iracundiam in eo promtior, sed quæ modico tempore flecteretur, agnoscit. *Idem.*

112 *Suppliciiis fruitor]* Punientibus scelera: sine quibus punitis aequaquam animum potest componere Regia indoles. Alibi non semel ingerit: 'pœnis hominum vel sanguine pasci Turpe ferumque putes.'

Utori] Scelerum, spretarumque Imperii Legum. *Barth.*

113 *Ense Thyestiada]* Affert nunc Heroum Priscorum facta, quæ omnia de more premit, ut Honoriana emineant. *Idem.*

Ense Thyestiada] Licens. et sex alii *Thyestiadem*: quidam *Thyestiades*; male. Similiter bello Get. locutus: 'Tandem supplicium cunctis promontibus Alpes Exegere Getis.' Apud

Nasonem, Fast. iv. vs. 230. 'huic pœnas exigit ira Deæ:' ita illic optime membranz, non hinc. *D. Heins.*

114 *Mixtum nefas]* Fabulæ Orestis, vel de Cothurno, notissimæ.

Pietate] *'Apyxalops.* Pietati enim dicendum erat.

Dubitanda] Dubia inter laudem et vituperium. *Barth.*

115 *Gloria materna]* *Materno* cum Delrio et Scaligero scripti. *D. Heins.*

116 *Pavil]* Refecit. *Barth.*

117 *Augustus: sed falsa pii]* *Sed salva* Putean. et unus Ambr. Mox parentans recte Isingrin. et quoque nostri, non parentis: aliis monitum. *D. Heins.*

Falsa pii præconia sumis] Evolvæs accurate res gestas, vix reperies crudeliorem Augusto Principem. Pius enim Theodosius in vindicanda nece Gratiani; quam si inultam voluisset transmittere, nullis confictibus aut periculo contra Maximum opus habuisset. *Barth.*

119 *Causas patriis]* Lucanus: 'Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni.'

Rerum] Romani Imperii. *Barth.*

120 *Duplicat lauros]* Landes geminat. *Libertatem orbi redditam dicit:* quia pristino nitore restitutum videri vult ab Honorio Romam. *Idem.*

123 *Egit]* Velut in triumphum. *Idem.*

124 *Apud socerum]* In castris aut contubernio Stilichonis. Patet hinc Bellum Gildonicum ad res Stilichonis pertinere; et merito nos eis junximus hac recensione. *Idem.*

125 *Sacra]* Mysteria velut.

Musis] Cantu Musico. *Barth.*

126 *Exordia]* Cantus ipsos. *Idem.*

Patris bellis] Confectis. Est enim patratis effectus rei; unde Patres, sobole perfecta. *Idem.*

127 *Tenuatus funere campi]* Vide Prudentium supra initio hujus Panegyrici productum. *Idem.*

128 *Concessaque sibi]* Et hoc verum, Alaricum cum suis Gothis sæpe po-

tuisset deleri a Stilichone, sed dimissum esse: vide Orosium, vii. 37. et 38. Qui adeo verum scivit, ut perfidiam etiam hinc Stilichoni imputet. *Barth.*

129 *Omnibus una Direptis opibus*] Quas tricennio toto congesserat. *Idem.*

132 *Retexit iter*] Remetitur, velut illadem vestigiis.

Piratica pappis] Similitudo appositissima. Græco cuidam scriptori par. *Barth.*

135 *Bellatricemque triremem*] Verba expriment molem navigii, non facile mobilem scilicet, tricosis istis syllabis. Talis non unus in hoc scriptore. *Idem.*

136 *Dum prædam de more putat*] Parat duo Angli. et duo Florent. cum Palatino; rectius: quod et Barthio videbatur curis secundis. Paulo ante triremem, prim. Vatic. *D. Heins.*

Prædam de more putat] An ergo illi tam experti rerum maritimarum, ut sunt omnes piratæ, non agnoverint bellicam triremem? Puto veriorē scripturam a nostro libro servatam, *de more parat*: cæcus enim ardor vires suas non æstimat, prædam solam inibat, illuc velis remisque incumbit. *Barth.*

137 *Sciasis velorum debilis alis*] Similitudine dicta a volucri aliqua. Navium pennæ vela. *Idem.*

139 *Ludibrium pelagi*] Lucanus, l. viii. 'hausto per vulnera fluctu Ludibrium pelagi.' *Idem.*

140 *Profundo*] Mari. *Idem.*

141 *Ab Urbe minas*] Vide finem l. i. de Bello Getico. *Idem.*

142 *Italiam fugiens*] Italia prim. Vaticanus et Oisel. *D. Heins.*

143 *Prona fuit*] Ingressu videlicet Italia. *Barth.*

144 *Clausa putat sibi cuncta pavor*] Omnia angusta sunt metuenti exitum. Timoris enim id ingenium est, ut cladem clade anticipet, et imminens vim fati accersat pusillanimitate, ut Diogenes ait, apud Stobæum, Ser-

mone vi. *Idem.*

145 *Quos modo terrebat*] *Tennebat* prim. Vatic. et quinque alii; non male. Sic 'facili contemptum Strymona saltu' bello Get. et lib. ii. in Rufin. 'stratumque pedes contemneret æquor.' *D. Heins.*

148 *Pater Eridanus*] Vide Jornandem Geticis, c. 29. *Barth.*

150 *Romana quies*] Tuta vita sub Imperio Romano. Urbs enim hæc humanum genus in gremium maternum coëgit. *Idem.*

151 *Ad priores pecudum*] Qualis finigitor humana vita sub Saturno. *Idem.* *Sæcula ritus*] Junian. *victus*: tres alii *rietus*. *D. Heins.*

152 *Secum*] Intra se solnm. *Barth.*

153 *Resoluta comam*] Ut pingi Heroïnæ solent, cum maxime formosæ videri volunt, præcipue nudæ.

Complexaque patrem] Velat rei gratæ nuncia. *Barth.*

154 *En Alaricus ait*] *En Alaricus adest* prim. Vatic. *D. Heins.*

Ociantem] Constat tamen moderata admodum postulata ejus fuisse, cum Italiam intraret. Et in plerisque omnibus hujus Regis rebus agnoscas mitem animi alacritatem, virtutemque minime sanguinariam. *Barth.*

156 *Manum*] Manipulum velat unum, qui tantus modo, tot spoliis dives, tot provinciis terrori erat exercitus.

Tanta ex gente] Tanto militum populo. *Barth.*

157 *Breves*] Minutas, parvas.

Mæsta Fronte] Austerus senex contraxerat frontem rebus non succedentibus. *Barth.*

158 *Nymphasque choris jam redde sorores*] *Sonoris* Isingr. prim. Vatic. et præterea duo ex nostris, quod temere secutus Raphaelengius. Apud Maronem Georg. iii. 'Fortunatus et ille Deos qui novit agrestes Pannaque Silvanumque senem nymphasque sorores.' Georg. iv. 'simul ipse precatur Oceanumque patrem rerum

symphasque sorores.' Malim i, *redde*, quam jam *redde*; sed codices vetusti abnuunt: egimus de eo loquendi modo ad Raptum Proserpinæ, et ad Nasonem. *D. Heins.*

Choris] In quibus perennibus vivere Nymphæ finguntur, ut mortali scilicet conditione majores.

Redde] Restitue. Horatius: 'Redditam Cyri solio Phraaten.' *Barth.*

160 *Extulit*] Effigatio in Tiberino alibi proposita. *Idem.*

161 *Aures*] Electrifer fluvius, dignus aureis cornibus. *Idem.*

164 *Electra*] Padum nobilitantis, in omni arborum genere. *Idem.*

165 *Palla tegit*] Pallam virilem etiam esse vestem notamus non paucis ad Papinium. Muliebres alloquin ingerant multa loca Planti.

Latus humeris] Heroium, fortiumque virorum habitu.

Currusque paternus] Alludit verba Epitaphii in Ovidio: 'Hic situs est Phaëton, currus auriga paterni, Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.' *Barth.*

166 *Incendit*] Flammis ipsis velut representatis. *Idem.*

167 *Fulvaeque sub gremio*] In eum enim inclinans lævo gremio pingebatur fluvius.

Fulvaeque sub gremio] *Fulvaeque* Isingrini codex. *Sculptusque* alter Leidensis. Sed nil mutandum. Adeatur Diatribe Statiana doctissimi Gronovii, cap. 54. bello Getico noster: 'Fulvae despicens auro laquearia dives.' Statius, libro i. Theb. 'Crasso laquearia fulta metallo.' 'Stant fulti pulvere crines,' apud eundem Theb. III. *D. Heins.*

Caletis nobilis astris] Sphæram cælestium corporum urnæ incalutam dicit. *Barth.*

168 *Luctus Argumenta*] Solem ait omnem Phaëthontis fabulam exscripsisse cælo. *Idem.*

170 *Senem plumis*] Cygnum. *Idem.*

171 *Vulnera laetit*] Ovidius, lib. II.

Dolph. et Var. Clas.

'Excipit Eridanus, fumantiaque abluunt ora.' *Idem.*

173 *Hyades*] De quibus alii alia omnia fabulantur.

Sedatis] Vicinus loco, cultuque. *Barth.*

174 *Lacteus circulus*] De eo quanta mira commenti sint veteres Mythologi, videas vel apud solum Manilium sub finem libri primi. *Idem.*

175 *Stellifer Eridanus*] Eridanus, fluviorum rex Maroni. *Idem.*

Sinuatis fluctibus errans] Lucens. prim. et tert. Vaticani, unus Ambros. et Medic. *flexibus*. noster infra: 'Flumina non crebro vincant Mæandria flexu.' Silius, l. xv. 'Nam qua curvatus sinuatis flexibus amnis Obliquat ripas.' *D. Heins.*

176 *Noti conveza rigas*] Hyginus: 'Eridanus a sinistro pede Orionis profectus, et perveniens usque ad pistricem, rursum diffunditur ad Leporis pedes, et protinus ad Arcticum circulum tendit,' &c.

Gladioque tremendum] Sidera enim terret ejus conspectus armati. *Barth.*

Gladioque tremendum] *Gladiique* Oxon. venuste: sic 'vitæ laudandus opacæ' Sillio lib. i. Videantur quæ noto ad Metamorphoses Nasonis lib. II. 765. *D. Heins.*

177 *Gurgite sideris*] Curvaturis enim tribus Eridani stellæ finguntur. *Barth.*

178 *Prospexit euntes*] *Prospexit* scripti fere omnes. Præf. lib. II. in Eutrop. 'Prospexit Paphis celsa de rupe puellæ.' *D. Heins.*

179 *Tunc talia*] Illud tunc absolute considerationem, et post eam sermonem occulta quadam Energia denotat. Maronis exemplo, qui sermoni de rebus gravibus præmittere voculam istam solet. *Barth.*

180 *Siccine*] Amara cum sarcasmo percontatio. *Idem.*

181 *Italæ*] Quam provinciam spe jam deglutiverat. *Idem.*

182 *Cornipodem Tiberino gramine*

5 H

Claud.

pactis] Militaris jactantia, ex antiquiore tamen ad Istrum voto Alarici. *Barth.*

183 *Thusis nec agis aratrum Colli-*
bis] Urbibus dirutis, quæ in collibus olim sitæ. Non enim tam de cultu agrorum, quam eversione civitatum loqui Poëtam existimo. *Idem.*

184 *Cunctis Erebi dignissime parvis*] Summa crudelium imprecationum II. in Rufinum, loquente inferiorum iudice: 'genus omne dolorum In te ferre lubet: dubio tibi pendula rupes Immineat lapsu, volucer te torquet axis,' &c. *Idem.*

185 *Gigantis furie*] Proverbium. Romam pro celo habet, tot nempe Deorum sedem. *Idem.*

188 *Cæli*] Solis. Cælum notat omnes Deos. *Idem.*

190 *Diem diffundere*] Quem Solis vultus solet. Pulchre eo sensu *diem* Solis filiam appellat Pindarus. *Idem.*

192 *Adspirat Roma spoliis*] Magifica et Romana vox. *Idem.*

Aut solis habentis] Ut contra libros Raphaelengius. *D. Heins.*

193 *Amnes*] Plaque ita Tiberis in Panegyrico Proбини. *Barth.*

197 *Novem ora*] Virgilius, *Æn.* I. 'Regna Liburnorum et fontem superare Timavi, Unde per ora novem, vasto cum murmure montis, It mare præruptum.'

199 *Pana Lyceum*] Arcadem, a Lyceæ monte Arcadiæ. *Barth.*

201 *Getico, Verona, triumpho*] Certum hic indicari notas Gothorum tum clades, invidia scriptorum post interfectum Stilichonem pressas. *Idem.*

Verona] Euganeorum Urbs, auctore Plinio: eam Gallienus Imperator suo nomine illustrari voluit, atque opulenter instauravit, ut patet ex veteri inscriptione: COLONIA AUGUSTA VERONA NOVA GALLIENIANA. Notandum est vero Claudianum de secunda clade Alarici agere, quæ nihilo minor Pollentina fuerit; unde conjicias medio tempore fuisse aliquod

pactum inter Honorium et ipsum, ut nimirum in Gallias recederet; quo Geta se non obligatum ratus, progredi quam regredi maluerit. *Claver.*

202 *Pollentia*] Non ignobilis tunc, ut apparet, civitas; nunc pagum volunt ignobilem, *Palanzam* nomine. *Barth.*

203 *Mania vindicis Astæ*] Addunt aspirationem huic civitati membranæ veteres. *Hasta* quoque oppidum occurrit apud Agrimenses. Pro *pacta movet* mallet paulo post, si per vetustos codices liceret, *pacta novet*. *D. Heins.*

204 *Pacta movet*] Concutit, conturbat, contemnerat. *Barth.*

205 *Extremo casu*] Malens rem extremæ alex committere, quam in desperationem pronam ambigue sustinere. *Idem.*

206 *Sensit prodesset*] *Sensit* prim. Vatic. alique nonnulli ex melioribus. *D. Heins.*

207 *Converti nec fata loco*] Opinio multorum summorum Ducum, sæpius male felix quam eventu prospere. *Barth.*

208 *Diras pavit aves*] *Aquas* Pateas. dictum III. Cons. Hon. *D. Heins.*

210 *Oblatum Stilicho violato federe Martem*] At Stilichonem ipsum contra fidem pactam Gothos irruisse declamant Orosius, Jornandes, quique catervatim hos sunt secuti. Quis nescit nosse melius præsentem in aula et ad summos Principes Claudianum omnia potuisse? *Barth.*

212 *Medius Padus*] Inter hostem et Romam. *Idem.*

Medius Padus arbiter ibat] *Medio* si legas cum prim. Vatic. Oisel. Oxon. et Regio, molliorem versum reddideris. Barthius curis secundis transponit voces hoc modo, 'et medius belli Padus arbiter ibat;' recte: in quarto Vaticano *medi* mendose. Paulo ante ut pro ubi in Farnesiano. Mox *præbensque exempla labori* Helmæstad. *D. Heins.*

214 *Exempla labori*] Præcepto Theodosiano ad Honorium filium, iv. Cons. 245. *Barth.*

215 *Accensus æstivo pulvere soles*] Rectius fore videtur, *æstivos accenso pulvere soles*. Infra: 'Solibus effæto mersurus pulvere Gallos:' quomodo et illic castigandum videtur, non *effatos*: sterilem pulverem designat. *D. Heins.*

216 *Ipsæ manus metuendus*] Contra Orosium et allos, qui summam belli commissam Barbaro et pagano duci Saulli, scribunt. Vide Orosium, lib. vii. 37. *Barth.*

217 *Et, quæ vocat usus*] Malim quo. *D. Heins.*

Ab omni Parte venit] Quem hostia, notam expertamque habens industriam, undique ingruiturum metuat. *Barth.*

220 *Cognatis viribus*] Barbaros Barbaris profigandis inducens.

Istrum] Scytham, Gothum, ex Istri accolis. *Barth.*

224 *Ni calor*] Alanorum ducem, Romanis militantem sub Stilichone, nimio pugnandi fervore ait non attendisse Imperatoris Imperium; itaque cum antecaperet tempus destinatum excidio Gothorum, fecisse ut elaberetur Alaricus. *Idem.*

225 *Dispositum opus*] Consilia Stilichonis, quibus circumclusus erat Alaricus. *Idem.*

226 *Vitasse*] Captionem, dispositum opus. *Idem.*

227 *I potius gentis reliquam*] *Genti reliquis* cum tribus Vaticanis, quos inter optimus quoque, et septem aliis legendum. Lucens, et duo nostri *genti reliquam*: quinque *gentis reliquis*; quomodo 'Samnitium reliqui,' apud Florum, libro i. cap. 17. nisi legis illic 'Samnitium reliquæ;' ut libro ii. cap. 11. de Gallogræcis, 'adulteratæ reliquæ Gallorum.' Apud Statium, Theb. xi. corrigo: 'Sera quidem extremus socium, gentique superstes Argolicæ consulta, pater, jam

rebus in artis Aggredior:' ubi *gentis* que minus bene legebatur. Sequenti versu pro *et nostrum*, novem in *nostrum*: undecim i, *nostrum*; vere. De similibus mendis vide quæ collegimus ad Epist. Heroid. Nason. xiv. 120. *D. Heins.*

228 *Danubii populis*] Non anam enim gentem traxisse verosimile est.

Vice tropæum] Elegantissime. Si enim ita exantus et profigatus fuit, uti noster memorat, tantus Rex, sane vivum fuit monumentum fortitudinis Romanæ. *Barth.*

229 *Ingenium atrox*] Crudele, indomitum. *Idem.*

230 *Tentabat tramite montis*] *Montes* prim. Vatican. et duodecim alii ex melioribus. Cum iisdem sequenti versu *si qua* pro *quas* legendum; quod et Barthius vidit. Hoc ipso versa Palat. *Obliquo tentabat vertice montis*. *D. Heins.*

231 *Subitas exquirere posset*] Subito tum inventas, nulli notas antea. *Barth.*

232 *Fortior obstat Cura ducis*] Et hæc enim præviderat Stilicho. *Idem.*

233 *Divinum pectus*] Præagum, compos quodammodo divinitatis. *Idem.*

234 *Excubiis vigilantia lumina regni*] Malo *excubias*; ut lumina excubias per appositionem vocet. Sic lib. i. de Stilich. 'Argum fama canit centeno lumine, centum Corporis excubiis unam servasse juvencam.' *D. Heins.*

Excubiis vigilantia lumina regni] Divinitatem in Prudentia Stilichonis agnoscit, cujus oculos ait vigilare pro Imperii Romani universi salute. *Barth.*

235 *Cujus consilium non unquam reperit hostis*] Etiam omni ope scrutatus. Prudentiæ Imperatoriæ est consilia sua ita administrare atque instituere, ne quid eorum emanet ad hostem, quod cautiorem eum præcitat cladis faciat; si qua autem senserit innotuisse, uti sunt mortalia, omnia retexere. *Idem.*

238 *Omnibus exclusus*] Nullæ urbes

accipiant, nulla mœnia, deterior indies sit loco alieno; unde nec mirum si quasi sedendo superari queat, ex sententia Livii. *Claver.*

Concedit in imo Colle tremens] Ait enim ima latibula quævisse tantarum modo copiarum Regem. *Barth.*

Concedit in imo] Scripti plerique *concedit*. *Lege considit*, quomodo quatuor ex nostris. *Uno* etiam pro *imo* iidem scripti cum prim. Vatican. vere; utrumque Farnesianus agnoscit. Libro II. in Rufin. 'se cogit in unam Planitiem.' IV. Cons. Hon. 'Et quorum turbæ spatium vix præbuit orbis, Uno colle latent.' Adi notas ad lib. II. in Eutrop. vs. 285. Barthius, qui pro vulgata scriptura stat, non est audiendus. *D. Heins.*

241 *Tetris cibus*] Quos abhorruisset citra summam necessitatem quilibet.

Anni] Ætatis. Eo enim tempore rem gestam arguit, quod supra dixit Stilichonem contempsisse pulverem fervidum. Militem Romanum intellige, obsessorem. *Barth.*

Annique vapore] *Annique* unus Med. Thuanens et prim. Vatic. *annique*: sex alii *animique*: Gyrald. et Farnesianus, *animique* *pavore*; hoc est, animi angore; peraspicue. *Omnique* Helmstadiensis. Mox pro *morbi* *tabes* tertius Vatic. *rabies*: quomodo et Isingrini codex et ex nostris quinque alii. *D. Heins.*

244 *Omne periculum Docta subire famæ*] Omnium, quippe pestium pessima, omnium dolorum dolor sævissimus. *Barth.*

245 *Præda luctus*] Non minimam Romanis cessasse, indubitabilem testem Prudentium supra produximus. *Idem.*

246 *Dictis*] Dicta sunt salsa convitia, scommata acutiora, injuriis proxima. *Idem.*

247 *Campo*] Marti, pugnae. *Idem.*

249 *Animo quoque subjugat hostes*] Ut sese nempe ipsos pro victis habent agnoscantque. *Idem.*

Animo subjugat] Polybius id etiam tradit: nullam esse firmam victoriam, nisi animos quoque hostium dejeceris. *Claver.*

250 *Frequens rarus*] Eleganter autem dictum: etsi enim raro quid detrahatur, ipsum tamen robur imminuit frequentia detractio. *Decerpere*, clandestino etiam gestam rem indicat, quomodo numerus imminui dicitur, decerpitis aliis. *Barth.*

252 *Nec jam deditio*] *Seditio* opt. Ambr. et tres alii; bene. Mox pro *discedere*, *descendere* duodecim libri. Conjiciebam jam olim *desciscere*: quod opt. Ambrosianus confirmat: ut infra, 'quæ sponte relictis Descivere favis.' Palat. *discernere*: Rottendorph. *decrecere*. *D. Heins.*

253 *Discedere turmas*] In nostro est *descendere*. Nempe quia in colle obsessum Alaricum supra memoravit. *Barth.*

255 *Mox numina supplex*] *Nomina* potiores manu exarati; probe: nihil enim magis ad conciliandos sibi militum animos facere potest imperator, quam si nomine eos compellet: lib. II. in Rufin. 'Nomine quemque vocans natosque patresque reversis Nunciat incolumes:' quod Virgilianum hemistichum Æneid. XI. 'variis instigat vocibus alas Nomine quemque vocans:' et Æneidos XII. 'Rutulos simul increpat omnes Nomine quemque vocans, notumque efflagitat enssem.' Lib. II. de Stilich. 'et nomine quemque Compellas, clari, sub te quod gesserit olim, Admonitum facti.' Val. Flaccus, lib. IV. 'Hortatur, supplexque manus intendit Iason, Nomine quemque premens.' Silius, lib. I. 'Monstrabat furibundus iter, cunctosque ciebat Nomine.' *D. Heins.*

257 *Jugulum parentibus offert*] Ut solet extremo discrimine fieri. Artificioso sermonis initio balbutientis, nimirum instans attoniti. *Barth.*

258 *Deflexoque malis animo*] Attonito velut, nec se moventi satis.

Sua membra] Elegantissime. Omnis enim Alarici spes, fortuna, et ipsa vita consistebant in hoc milite, quem cedentem videns, suum sibi sanguinem decedere velut sentiebat. *Barth.*

259 *Cybeleia æra*] Tintinnabula, qualibus strepebant matris Deum illi egregii sacerdotes semiviri. *Idem.*

261 *Tinnitū conatur*] Conatus cum Tholos. *D. Heins.*

262 *Exhaustus*] Fatigatus. Videns nihil se proficere. *Barth.*

264 *Perfida*] Non enim illam de se spem dederant. *Idem.*

265 *Præclusæ vocē*] Maximi enim affectum tumultus vocem præcludere solent. *Idem.*

266 *Frena dolor, notasque*] Tò que delent scripti. *D. Heins.*

Alpes] Illyricos montes intelligit. Illac enim Italiam ingressus fuerat Alaricus, maxima omnia spe complexus. *Barth.*

269 *Solo peragens cum murmure bellum*] Sola jussione, solo motu linguae strages daret undique, cum hasta protenta frangeret opposita mœnia. *Idem.*

270 *Conto*] Barbarica hasta, qua et in equo utebantur. *Idem.*

272 *Debita spectacula*] Nemesi suas res gerente. Credebant eum veteres hoc numen vindicare omnia magna dicta et facta. *Idem.*

275 *Noctentum*] Fatemur, inquit, nos meritos hanc cladem, non enim nostrum erat contra fata tua niti. *Idem.*

278 *Ante tuum felix aditum*] Infinitas sane divitias collegerat Alaricus, spoliatis Achaia, Attica, Epiris, Illyrico; quaque iter habuerat, nec parva erat cum virtute ei felicitas.

Ceu legibus exas] Jure velut ordinario Italia pulsus ob commissa facinora. *Barth.*

279 *Addictus*] Pœnæ; Lictori jam traditus.

Flatus propiore sequentum] Jam jam

imminente, qui comprehendat. *Barth.*

280 *Quæ prima miser*] Non invenit unde incipiat miseriarum ordinem incipere, sic principium canendarum laudum non invenire dicit Claudianus, i. Stilich.

282 *Cruciatīs*] *Cruciatīs* rectius libri: pro *capta* male *raptā* Raphael. Mox lego *Fors tulerit*, vel sine libris. *D. Heins.*

288 *Finibus ab Ligurum*] Sic prim. Vatic. quomodo Raphaelengius et Barthius ex conjectura. Reliqui a *Ligurum*. Vulgo *ad Ligurum*. *Complectitur* etiam libri omnes. *Finibus ab Liguris* Oiselianus. *Idem.*

290 *Perpetuo tractu*] Apenninus enim mediam secatur Italiam. *Barth.*

Discriminat aquora] *Discriminat* duo Vaticani et unus Petav. quod placet: ita et libri veteres libro i. in Rufin. 175. *D. Heins.*

291 *Hunc ego continuum*] Variant scripti: vera lectio huc; quomodo unus Palmanni et septem e nostris. Hæc ex conjectura Raphaelengius. Unus etiam Ambros. *continuo cursum*: sed male; sic *fugam tendere* paulo post. In Rottendorphiano *hinc ego*; quo et multi veteres alludunt, in quibus *Hic*. 'Hæc memorans, instante fugam Stilichone tetendit.' *Idem.*

293 *Jam desperata voluissē*] Imo *voluissē* cum eodem Ambros. uno Petav. sec. Vatic. et Farnesiano. Deinde *majorē*, non *meliorē*, scripti. Pro *omnibus perustis* Oiselianus et Palatinus pro diversa lectione, *peremptis*. *Idem.*

294 *Fama meliorē*] Ut ante obitum tamen ægre faciens hostibus, et ultus suum casum. *Barth.*

295 *Propius te*] Ut vel solo truculento aspectu satiare odium, quo excidium tibi voveram. *Idem.*

299 *Exsertum*] Promptum, paratum, ab pugnaturis brachio exserto. Omnia autem discrimina sibi objecta spernit Alaricus prae eo quod se vi-

det pene captum, fusum, fugatum-
que, suis artibus a Romano Duce.
Barth.

Succinctior] Paratior, ob habile et
mobile agmen. *Idem.*

301 *Fatalis semper*] Bello Getico,
quod huic libro conferendum: 'A
magno Stilichone cave.' *Idem.*

302 *Rettulit hostiles*] Vir doctus est
qui oblique hic notari Stilichonem
dicat. Minime vero, cum priorem
fœdus fregisse Alaricum, et suis arti-
bus merito circumventum tota narra-
tio Claudiani indicet. *Idem.*

Rettulit hostiles animos] *Rettulit*
vere octo libri: quod et Barthio in
mentem venit; sed curis secundis
perperam damnasse visus est, cum
ejus illie non meminerit: alii aliter.
Feralis etiam *Stilicho* Palatin. *D.*
Heins.

303 *Transferre*] Ultra fluvium; ut
in pro muro Romæ ab Alarico tue-
retur. *Barth.*

306 *Violentior armis Omnibus cle-
mentia*] Clementia autem ista secu-
rum fecerat hostem et opportunum
cladi. *Idem.*

306 *Expugnat*] Securitate quodam-
modo exemtam virtutis tenori. *Idem.*

307 *Gravior sub pace latet*] Caveri
nempe difficilior. *Idem.*

308 *Fesso*] Omnibus subsidiis spo-
liato. *Idem.*

309 *Consiliumve ferat*] *Dabit* pri-
vatic. alique multi. *Idem* mox *O*
utinam, non, *atque utinam*. *D. Heins.*

310 *Atque utinam*] Collectio in ira-
cundiam animi.

Cunctos perdere] Universos amitte-
re. *Barth.*

312 *Desinet esse meus*] *Desinit* ple-
rique: quinque *desiit*. Vulgata scrip-
tura proba est. Auctor Elegiæ in
obitum Mæcenatis: 'Nec tibi qui
meritur desinit esse tuus.' Paullo
ante *atque utinam meritos*, non *cunctos*
Helmstadiensis. *D. Heins.*

314 *Victa manus*] Queritur nemi-

nem sibi victo fidum; Stilichoni fa-
vere omnes suos. *Barth.*

315 *Insensi comites*] *Offensi* in no-
tris. *D. Heins.*

317 *Navfragii fragmenta mei*] For-
tunæ reliquias. *Barth.*

319 *Nomen circumsonet*] Ipsam me-
moriæ cladinum suarum abspellere
animo vovet, inque loca sola deferri,
ubi nomen Romanum non audiat.
Idem.

Circumsonat aures] *Circumsonet* cum
plerisque. *D. Heins.*

321 *Aquilas*] Congressum milita-
rem. Illatio enim signorum, conflic-
tus. *Barth.*

322 *Saucia lividus*] Verberibus.
Plangentes, ora pagnis obverbera-
bant. *Idem.*

323 *Inferno agmine morbi*] Innu-
meri, male habentem animum secuti.
Idem.

324 *Lustralem sic triste facem*] Sane
triste visu hoc, ut hactenus descripti
Alarici spectaculum cum agmine toto
morborum.

Lustralem facem] Quam circum ex-
piandum sive lustrandum hominem,
rite confectam, in orbem rotaverat
antistes Operis; eam facem aversim
trans caput abjiciebat, piacula scilicet
secum omnia ablaturam. Cir-
cumibant cum face talia sive corpora
sive loca. *Barth.*

Lustralem sic triste facem] *Sic rite*
prim. Vatic. Oisel. et quatuor alii;
optime. Val. Flaccus in descriptione
lustralis sacri, 'Rite locat quereus.'
Miror virum summum Isaacum Ca-
sanbonum, qui ad Theophrasti charac-
terem *repl. deividauporlas* multa eradi-
te, ut solet, de lustrationibus con-
gessit, hoc etiam loco adducto, nihil
de mendo suspicatum esse: sed Bar-
thio minus ignoscendum, qui cum
hanc scripturam in Claveriana edi-
tione reperisset, ex vetustis mem-
branis haud dubie depromptam, val-
gatam tamen lectionem mordicus ar-

ripuit. *D. Heins.*

325 *Sulphure caruleo*] Fumat enim cæruleum incensum sulphur. *Barth.*

326 *Doctus*] Superstitionis ceremonias. *Idem.*

327 *Rore pio*] Aspergine sacra.

Dira fugantibus herbis] Summa talibus superstitio veterum. Dæmonia fugantes herbas sic memorant Apuleius, Macer, aliique id genus. *Barth.*

328 *Numina terrificumque Jovem*] Scripti multi *turrisum*: duo *turrisum*. Putabam olim *lustrisum*; ut apud Val. Flaccum: 'Atque ita lustrisum cantu vocat': sed Lucens. Gyrard. prim. Vatic. et duo alii, *purisum*; vere: hinc et *purificare* in lustralibus sacris. Plinius, x. 41. 'Villaribus gallinis et religio inest. Inhorrescunt edito ovo, excutuntque sese et circumactæ purificant, ac festuca aliqua sese et ova lustrant.' *Jupiter purisum*

idem, qui Græcis *καθαρστος*, cujus Herodotus et Pansanias meminerunt. In Actis Apostolorum, cap. x. 15. 'Quæ Deus purificavit, in commune ne dixeris.' Martialis, Præfatione lib. viii. 'Meminerit non nisi religiosa purificatione lustratos accedere ad templa debere:' sic scribe. Auctor Queroli in Præfatione: 'Parasitus magus domum purificat, et puram facit:' et *puram facit* Glossa est. Et mox: 'Nullam unquam domum sic purificatam retineo.' Apuleius, Met. xi. 'Alacer exsurgō, meque protinus purificandi studio, lavacro marino trado.' Libro xi. 'Navem purissime purificatam Deæ annuipavere.' Apud Plautum Amphitryone *Jovis prodigialis* sit mentio: 'Sed mulier postquam exporrecta est, prodigiali Jovi Aut mola saba hodie, aut thure comprecata oportuit:' quod Turnebus in Adversariis, l. vii. c. 15. et Lambinus ad hunc locum recte interpretantur pro *depulsore prodigiorum*: *ἀπορροιστής, ταρακτής*. Mox *aversis* cum scriptis et Raphaelengio, non

adoersis legendum. *D. Heins.*

Terrificumque Jovem] Occultis terrificisque sacris præsidem. Magnus Jupiter Scriptori Cæris. Tartareus, Valerio Flacco, lib. i.

Trivium] Dianam, Lunam. Præsedem lustrationum. *Barth.*

329 *Trans caput averis manibus*] Aversi enim lustrationum reliquias abjiciebant. Sis nefas erat respicere illum qui purgamenta illa lustralia efferebat.

In Austrum] Contra ventum. *Barthius.*

330 *Cantata pœcula*] Quibus mala illa incantata. *Devotata* dicat Apuleius. *Idem.*

331 *Calidus*] Ob frequentiam. Calent enim omnia a motu. *Idem.*

332 *Dacia*] Magni momenti bellum, quod ideo tanto post tempore peculiarī opere exsecutus est Dio Cassius.

Bellipotens] Ad reprehensionem lanrearum studiosus, ut notum. *Barth.*

Frereras] Et redegerat Raphaelengius: quod scripti multi confirmant; ut et prim. Vaticanus; non *freris* et *redegerit*. Pro *Dacica* primæ edd. et quidam scripti *Dacia*: sic *Parthia* pro *Parthica*, *Pharsalia* pro *Pharsalica*, et similia. *D. Heins.*

333 *Indignantem*] Ob crebram rebellionem. *Barth.*

337 *Cum cinxere facies Hypanim*] Quis usus facibus ad Imperium Romanum indicandum? Scribe ex Belgicis libris *cum fasces cinxere*: vere. Ubi enim tribunal Legesque Romanæ, quid dignius legi fasces? At eae provincias Romano juri subdidisse Trajanum. *Idem.*

Cum cinxere facies Hypanim] Recte cum scriptis Barthius, *fasces cinxere*. Deinde *Maotia* pro *Maotica* libri quinque cum prim. Vaticano: bene; jam alibi dictum. *D. Heins.*

339 *Ad templa*] Aras focosque patrios. Nota ejus Principis in Deos suos Pietas, utinam in verum; quem

nec voluisse agnoscere clarum ex fragmentis scriptorum. *Barth.*

340 *Merce*] M. Antoninus Imp. teste Xiphilino, Quados ope legionis ex eventu *κατανοβόλου* seu fulminatricis profligavit. Hoc vero Claudianus non adserit magicis artibus effectum, sed Ducis optimi pietate. *Claver.*

Gentibus undique cinctam] Bella Marci auspiciis gesta, tanta sunt ut omnis ævi principibus opera ejus opponi possint. *Barth.*

342 *Flammens imber*] Intelligit auxilio cœli patratam victoriam contra Quados et Marcomannos, quod Christianorum tamen precibus, non Principis moribus, obtentum est.

In hostem] DCCCC. amplius milliam exercitum trahentem. Marci robore admodum contra exili. Vide Xiphilinum et Capitolinum. *Barth.*

343 *Flammens*] Prim. Vatic. et Isingr. *fumante*: quod secutus frustra Raphael. Apud Statium, Theb. iv. 'Cornipedum flammata aitis.' *D. Heins.*

344 *Tubescens*] Liquecente vi impacti fulguris aut fulminis. *Barth.*

345 *Subsidit*] *Subsidit* cum undecim scriptis. *D. Heins.*

348 *Chaldeus mago*] Magicas incantationes loquitur, Chaldeis oriundas. *Barth.*

350 *Marci mores*] Summa animi tranquillitas, sapientia, constantia, justitia, æquitas, æquanimitas, fortitudo, clementia, eruditio, omnibus Principibus hunc merito præponunt.

351 *Præsidium*] Auxilium, subsidium. *Barth.*

Præsidium] *Subsidium* Vatic. et mox *vestra manus* unus Ambr. *D. Heins.*

352 *Æther*] Dii Ipal, ejus incolæ. *Barth.*

353 *Tutulus*] Honorem, laudem. Ait non juvando Stilichonem Deos ipsi favisse, ut solius esset ejus gloria. *Idem.*

354 *Soceri odore*] Summa virtute,

summo labore. *Idem.*

355 *Fulmina laurum*] Quidam vulnere. Puto fulgura. *D. Heins.*

357 *Differri longius urbis Communes non passa precos*] Assentior Bartholomæo secundis reponenti *orbis*: agitur enim de ipsa Roma. Nævus hic antiquis membranis pertinaciter inhaeret, nisi quod urbem in nonnullis. Mox *prociuit* non *prociuit* meliores. *Idem.*

361 *Disimulata diu*] Queritur Roma instar neglectæ amatricis se esse præteritam, suaque vota principem dissimulasse. *Barth.*

362 *Auguste, queror*] Precor Oxon. Reg. et tert. Vatic. quod placet. Mox *discernens* pro *decernens* cum scriptis et Raphaelengio. *D. Heins.*

363 *Præstus mea vota Ligur*] *Ligus* Lucens. prim. Vatic. et unus Ambrosius, ut 'Vane Ligus' Maroni, 'Ligus ora' Persio, et Silio 'pernix Ligus:' sic et alii. *Idem.*

Ligur] Mediolanum dicit, Urbem amatam Theodosio, ubi aliquoties Consul etiam Honorius fuerat, in ibique nuptias celebraverat. *Barth.*

365 *Rubicon*] Limes olim Gallie, Italiam inde dissepiciens; Ligurius tum adscriptus, sive Gallie Cisalpinæ, non procul Mediolano ad Ariminum. *Idem.*

369 *Franebam geminos*] Non loquitur de triumpho. Sed Consules tum temporis hac pompa Urbem ingrediebantur. *Idem.*

371 *Radiante toga*] Trabea, auro intexta. *Idem.*

372 *Dicabam*] *Ferebam* Isingrin. Lucens. *decobam*: prior Moreti *parebam*, ut sæpe noster: sed nil mutandum. Sic in Priapei Epigrammate iv. scribendum: 'Obsecras rigido deo tabellas Dicans ex Elephantidos libellis Dat donum Lalage, rogatque tentes Si pictas opus edat ad tabellas.' *Ducens* perperam nunc legitur in vulgatis exemplaribus. *D. Heins.*

375 *Spectanda Jovi*] In Capitolium enim ibat pompa omnis trium-

phalis.

Caelata metallo Classis] Talia monumenta dicabantur in Capitolio, translata triumphali pompa. *Barth.*

376 *Auratos fluctus*] *Auratum fluctum* plerique cum prim. Vaticano, duo *auratum pontum*. Mox pro *equis* prim. Vatic. *equis*, et quindecim alii; recte: nam de Tritone palude intelligendum. Malo etiam *trementi* quam *tremetem*; ut infra de piis fratribus: 'Fusus in attonito palluit ære tremor.' Silius, lib. 1. 'stant marmore mæsto Effigies:' non *mæsta* codex optimus. *D. Heins.*

377 *Oppida*] Auro, argento, ære, ebore, citro aliquando, ficta, cæлата. *Barth.*

378 *Palladiasque*] Oliva, arundini innexa. *Idem.*

384 *Nun præsens*] Sic bene ex conjectura Raphaelengius: confirmat primus Vaticanus. *D. Heins.*

386 *Tua te benefacta morantem Conveniunt*] Hoc est, alloquuntur, compellant, convincant. *Barth.*

387 *Meritique cuius obnoxia virtus Quod servavit amat*] Virtus amat quod servavit, huic, alioquin nulli, obnoxia adfectui. *Idem.*

Meritique cuius] *Tuis* Isingrin. et tres alii. Nescio an jure damnatum a Barthio. Mox quos *servavit*, non quod, prim. et tert. Vatican. excerpta Pomponiana, et nonnulli alii; bene: codex *Regius quem*: unus *Medic. quam*: ut seipsam Roma designet; argute. *D. Heins.*

389 *Gargara*] *Horæ* anni Poëtica notatio. Gargara locus Mysiæ fertilissimus. Vide Macrobius, Saturnal. lib. v. cap. 20. *Barth.*

390 *Spectatoresque iterum nulli*] *Ludos* seculares dicit ex formula qua proclamabantur. *Idem.*

Spectatoresque] Malo *spectandoque* cum uno *Mediceo*. *D. Heins.*

391 *Circumflexa*] In se redeuntia.

394 *Tropæi*] Statuti intra Urbem. Noluit triumphum dicere ob civilem

sanguinem. *Barth.*

Tropæi] *Tropæis* rectius cum uno *Mediceo*. *D. Heins.*

398 *Favere tyrannis*] Prim. Vatic. Oisel. et alter Moreti *periere tyranni*; etiam Pricæmanus a manu secunda, quod verum pato. Mox *putat* pro *putat* cum scriptis quibusdam. *Idem.*

Favere tyrannis] Quos illi occiderant cives mei, dicere vult. *Barth.*

399 *Cum Gallia vulgo*] Sæpe primo res suorum Cæsarum exæquat. *Idem.*

400 *Pharsalica Cæsar*] *Pharsalia* meliores: ut napt. Hon. 'Pharsalia rara Pervolat:' et apud Catull. 'Pharsalia tecta frequentant.' *D. Heins.*

402 *Nunquam vicine decorum*] Imo in vetitis, contraque *Leges*, certaminibus, deterior est qui vincit eo qui superatur. *Barth.*

404 *Verior*] *Iustior*.

Fructum] Delectationem. *Furor*em vocat sæpius quicquid contra Romæ majestatem fit. *Barth.*

405 *Desuetum*] *Desueta* plerique; bene. Mox pro *sumptibus* Lucena. et Gyrard. *fulsitosque*; probe. Et tum malim *sentasque* paulo post. Verius tamen primus Vaticanus et pro diversa lectione tertius ejusdem bibliothecæ ac Pricæmanus cum Oiseiliano, *justisque furoris Externi spoliis*. Bello Gildonico: 'justo magneque triumpho Civiles abolete notas.' *D. Heins.*

407 *Laribus sejuncta potestas*] Romæ nimirum habitare debens. *Barth.*

409 *Cunctis tribuere Palatia nomen*] A Palatio Romano sedes Regni *Palatia* nominantur. *Idem.*

410 *Neglecto senio*] Cui honos cultusque contra debebantur. *Idem.*

411 *Illic posse regi*] *Illinc* pri. Vatic. Isingr. et sedecim alii: quomodo Barthius conjecit. *D. Heins.*

Medium non deserit unquam] Apposita comparatio. Medium illi adsignasse ait Clementiam, ne propinquior ureret, semotior a rigore non defenderet. *Barth.*

414 *Leviusne timebant*] Tremebant opt. Ambros. D. Heins.

415 *Et Indus*] Aliquot annorum itinere venit venerabundus Augustum. Florus, iv. 12. Barth.

417 *Mutua virtus*] Qui enim virtuti studebat, honorem sperare præmiun poterat. Qui ei in alium sententia sua conferendo adfuisse, parem ab eodem exspectare habebat. Sic erat virtutum quædam series, luhensque favebat quisque alteri, intra conscientiam suam eorumdem præmiorum præstolator. Idem.

418 *Nomen*] Consulatum, summum tum magistratum, dicit. Idem.

420 *Ælius*] A Nerva Ælios se nuncupabant Antonini. Ego tamen Adriano laudatissimo Imperatori id debitum nomen potius autumem, qui eo velut proprio Urbes monumentaque varia complevit. Idem.

421 *Tranquillique Pii*] Lipsius ad Panegyricum Plinii, *Tranquillique, Pii*: sed perperam, quod et Barthius vidit. Paulo ante pro *mutua virtus* tres scripti, *nuncia*. Forte *unica virtus*. D. Heins.

Tranquillique Pii] Pios dicit, quia et Marco id cognomen fuit, ut aperte nummi indicant, imo etiam Commodus, Pertinacique, iisdem auctoribus. Primam autem *Pii* tranquillitas summa fuit, qui miranda majestate sine bello rexit Imperium. Vise Victorem, Victorinum, alios.

Bellatoresque Severi] Aurelius Victor: 'Severus, felix ac prudens, armis præcipue, adeo ut nullo congressu nisi Victor discesserit.' Barth.

422 *Hic civis*] Hoc Scripti plerique et Barthius. *Hunc chorum* pri. Vatic. Oiselianus, et pro diversa lectione Pricæanus; vere: *chorum* vocat Cæsares paulo ante nominatos. Ne dedignare, inquit, imitari hunc chorum. Sic Epistola ad Serenam: 'me jungeret auspex Purpura, me sancto cinget aula choro:' ut illic castigandum; et Præfatione hujus Poëmatii:

'Utque favet somnus, plandeant nomina dictis, Et circumfusi sacra corona chori.' Pro *sub mente* Lucena. et duodecim alii, ut; probe: prim. Vat. su; et emend. *sub*. Idem cum aliis nonnullis *priorum*, non *priorem*. D. Heins.

Hoc civis] Romana majestate etiam Principem civitati velut subjicit. Barth.

425 *Duce*] Utriusque militiæ. Idem.

426 *Orantem*] Orabat enim simul et perorabat. Idem.

428 *O Dea, nec legum matri*] Ergo Roma legum mater, non Constantino-polis, quæ potius Noverca. Claver.

Occurrere matri] Secundus Vaticanus *obstare parenti*. Mox *advecta secures* non *curules* quinque veteres. D. Heins.

429 *Post Libyam*] Receptam nempe. Barth.

431 *Advecta*] Principes vero Carolibus peculiaribus Consulari schemate usos, hinc patet. Idem.

433 *Vidistis in illo me quoque*] Blandimentis intimorum amicorum. Idem.

434 *Pietas*] Nostra videlicet. Idem.

437 *Mundoque*] Nedum Romano Imperio.

Ab omnibus unum] Ab uno omnia, dicere vult. Barth.

440 *Spectator vel causa fuit*] *Lege fui* cum Barthio et scriptis. D. Heins.

Spectator vel causa] Elegans transitio ad Laudes Stilichonis, excusatio Honorii, quod ipse Romam non venerit, sed vicem suam tantum virum miserit. Ait in conspectu suo hæc esse gesta Honorius, cum tertium tantum ab eo miliare abfuerint castra Alarici, Ravennæ nempe degente. Jornandes, c. 29. Barth.

441 *Bistoniacque plagæ*] Thraciam, Græciam, Epirum, multis lustris spoliaverant Gothi. Idem.

442 *Raptas Alpes*] Vi transitis. Idem.

444 *Quod gentibus illis Frigore conuetis*] Prim. Vatic. et Oiselianus,

quo gentibus illis *Sidere consueti* ; optime : *hiberno sidere* pro tempore ; ut apud Virgil. 'Quin etiam hiberno moliris sidere classem.' Ovid. II. Pont. El. 4. 'Longa dies brevior brumali sidere :' quo *sidere* etiam quinque ex nostris : alii quinque, *quod sidere* : totidem, *quod fœdere* : duo quo *fœdere* : duo item quo *frigore*. Vulgo *quod frigore*. supra IV. Consul. Honorii, vs. 30. 'Quid rigor æternus cœli, quid sidera prosunt, Ignotumque fretum ?' sic et illic scribendum esse monimus, non *frigora* ; et plaribus adstruxit curis secundis, ut video, Barthius : quare miror hoc loco sui oblitum pro vulgata scriptura pugnare. Statius, Thebaid. VII. 'Bistonias super usque domos axemque nivosi Sideris.' D. Heins.

445 *Frigore consuetis*] Ordo est, quia gentibus hujus census ipso frigore favet inclementia, consuetis videlicet. Barth.

Sidere cons.] Alii *Frigore*. Gens gentem præcedit in bello, ait Vegetius, et plaga cœli non tantum ad robur corporum, sed etiam animorum facit. Claver.

447 *Si forte remotis*] *Ni forte* quinque libri, cum primo et secundo Vaticania. D. Heins.

450 *Et duce venturo*] *Hoc duce* contra scriptos Raphaelengius. Idem.

Memoremque tuorum] Quibus se comparat. Barth.

452 *Fœdus lucis amor*] 'Quippe mori satius, vitæ quam ferre pudorem.' Idem.

453 *Mox et per Latium*] Prim. et tertius Vatic. prior Moreti et prim. Med. cum Palatino, et Pricæano, *Nox erat, et late* : quomodo Delrius ac Schottus ex suis legunt, et probat Barthius : recte. Val. Flaccus, III. 'Nox erat, et leni caneant æqnora sulco.' Ita Virgilius, Naso, Horatius, alii frequenter. D. Heins.

Mox et per Latium] Obsessum intra vallum Principem, liberatum a Scili-

chone canit, quo omnia hæc conveniunt.

Stellarum more videbam] Ad indicandam multitudinem. Barth.

454 *Primos vigiles*] Vigilla prima vix excitata, antecedente secunda, patuisse dicit opitulatorem. Quatuor vigiliis, singulas trium horarum, fuisse, notum ex his quæ de Militia Romana viri doctissimi illustrarunt. Idem.

455 *Pulcher*] Ita potius quam alium quemvis dixit. Omni enim loco et tempore bene ominata Pulchritudo. Virgilius, lib. I. *Æneid*. 'Nascetur pulchra Trojanus origine Cæsar.' Idem.

457 *Inter me socerumque*] Veterum librorum lectionem expressimus ; quomodo et alii emendandum viderunt : vulgo hæc inquinatissima erant. D. Heins.

458 *Addua*] Magnum flumen, Lario lacu oriundum, Padum induit. Barth.

460 *Ademnda*] Siquidem me salvam vellet. Idem.

463 *Extera vel nostras acies*] Auxilia Barbarica, et Romanos numeros liquerat procul, audito discrimine Principis. Idem.

Hæc ille locutus] *Hoc ille locutus* ex conjectura bene Raphaelengius : scripti meliores confirmant. D. Heins.

467 *Virtute pia*] In Principem et generum. Barth.

468 *Præsternens obria*] *Præsternens* contra libros Raphaelengius. D. Heins.

469 *Fulmineo secuit tentoria cursu*] Verba indicant velocitatem trans-euntis. Barth.

470 *Nunc mihi*] More suo antiquitatem Græcam Heronum suorum comparatione deprimit. Idem.

Nunc mihi] Tibi prim. et tert. Vatican. et quatuor alii. D. Heins.

477 *Ecce virum*] Comparatione ejus, faminas dicas cæteros, qui noctu cædendis adversariis famam gloriamque quassaverint. Barth.

479 *Tantum præclarior*] *Tanto et quanto* lego: sic et alibi peccatum. *Mox nec vigilem* pro non scripti potiores; quomodo et Barthius. D. Heins.

480 *Furtis*] *Cædibus furtivis.* Barth.

481 *Ripis munitior*] Transeundo prius flumine, quam ad eum adesses, cuius ripæ ipsius erant tutela. *Idem.*

482 *Fas est*] *Malim fas sit*; sed obstant libri. Proximo etiam versus pro *Thrax erat, hic Thracum domitor*, videtur reponi debere: *Thrax ille, hic Thracum domitor*, vel, *Thrax erat hic, Thracum hic domitor*: libri tamen veteres vulgatum mordicus tænentur. D. Heins.

484 *Minacem*] Minax Tyrrenus pulchre totam Porsenæ aciem notat, quam manu dicit sua repulisse Coclitem: neque aliter videri vult Stilichonem, cum ait: 'Ense palam sibi fecit iter.' Barth.

485 *Tyrrenam manum*] Non manu Raphael. scripti confirmant. Barthius curis secundis: *sic ille minacem Tyrrenum labente manu pro ponte repelens.* D. Heins.

486 *Texerat Urbem*] Veluti manibus tegi posset. Barth.

487 *Superbus*] Ut solus Victor tot Porsenæ manipulorum. *Idem.*

489 *Sulcatur socero*] *Sulcatus* libri meliores. Deinde pro *bellis* Raphael. *langius telis*, contra scriptos: non opus. Lucan. iv. 'Incertus qua terga daret, qua pectora bello.' D. Heins.

491 *Tanta certamine laudis*] *Certamina* per appositionem quindecim codices: vide notas ad bell. Gild. 136. *Idem.*

492 *Choroe*] Tota agmina vatium et Encomiastarum dicit. Barth.

493 *Parentem*] Stilichonem, qui parens publicus Symmacho. *Idem.*

494 *Antiqua Ravennas*] Zosimus, l. v. Vide Jornandem, Getic. xxix. *Idem.*

Ravennas] Illic Honorius Romam peregrinus habitabat. Nam cum Alari-

cus ab eo, ut fertur, suscitatus, Romam diripisset, quasi communi sensu destitutus est. utque nuncius dixit, Romam captam esse: respondit, Roma hic modo fuit, quomodo capta est? alebat vero gallinam magnam seu struthio-camelum, aut meleagrida, quam in contumeliam urbis vocabat Romam. Claver.

495 *Ora Padi*] Jornandes: 'Ravenna Urbs inter paludes et pelagus, interque Padi fluenti uni tantum patet accessui,' &c.

497 *Anne secundo*] *Ore secundo* Lovan. nam et ora fluviis dantur. Pri. Vatic. et sex alii *retruso*: duo *refuso*: tres *rotuso*; quomodo et prim. Vatican. a manu prima. Sic Lucanus: 'Occurrit gelidus Boreas, pelagusque retundit.' Nil temere tamen mutandum. Auson. Mosell. 'anne secundo Laberis.' Ojse-lianus *recuso*. D. Heins.

499 *Lunaribus amula damnis*] *Æstu* ad Lunam reciprocò. Barth.

500 *Fano Fortuna*] Civitas hujus nominis. *Idem.*

501 *Metaurus*] Flavius Umbræ, in sinum Adriaticam exonerans. *Idem.*

502 *Mons arte patens*] Partim vivum arcum, partim arte factum transitum dicit, junctam operi naturam. *Idem.*

503 *Admisitque*] *Admittitque* duo. Pro *saxoque minantes* quintus Vatican. *micantes*; ut templum marmoreum innuat. Priscianus et Lovan. *minaces*. D. Heins.

506 *Clitumnæ sacras victoribus undas*] Pompis Romanorum Procerum; inde lecti albi Equi. Servius: 'Clitumnus fluvius est in Mevania, quæ pars est Umbræ.' Barth.

507 *Candida*] Albis enim Equis triumphabatur. *Idem.*

508 *Visere cura fuit*] *Trahunt* Farnesianas. Forte *trahit*: ut 'trahit sua quemque voluptas.' D. Heins.

Miracula fontis prætercunt] Fontium miracula non pauca apud Ovidium, l. xv. Barth.

511 *Commotis fervoribus aquis*] *Com-*
motis manu prima primus Vatic. ne-
que aliter secundum ejusdem biblio-
thecæ, excerpta Puteanorum fratrum,
et pro diversa lectione Pricæanus;
quod magis aridet. Forte tamen *ad-*
missis fervoribus aquis; ut apud Nasonem,
'sacer admissas exigit Hebrus
aquas.' *Fervor* proprie fluvii datur
cum impetu labentibus. Statius Ti-
burtino Vopisci, 'Nusquam fervor
aquis.' mox *similes ut corporis umbras*,
cave in undas mutes cum vitioso Bar-
thii codice: nihil hic difficultatis.
Quis enim ignorat umbras corporum
in aqua nonnunquam exhiberi? *D. Heins.*

512 *Similes ut corporis umbras*] An
ergo miraculosus iste fons non tam
umbras ostendit hominum quam mo-
res? Quomodo autem mores, si non
umbras? Noster Codex clare habet
ut corporis undas. Uti dicat hunc un-
dis concipere non tam corpora quam
mores hominum. Prodigiousa utrius-
que lectionis res est, et explicatam
vellem. *Barth.*

515 *Narnia*] In via Flaminia est
civitas Narnia, in montibus posita,
quibus subest Nar fluvius, qui Tibe-
rino jungitur: notandum vero in isto
tractu pulverem labente pluvia exci-
tari. Vide Serv. et Plin. lib. XXXI.
Claver.

516 *Rarique coloris*] Sulfurei. Nar-
scilicet. *Barth.*

518 *Silvis arctatur opacis*] Lucens.
et opt. Ambros. cum Pricæano, *arc-*
tatus: quomodo et Raphelengius cum
Livineio. Lovan. *arctatur*. Forte *arc-*
atus, ab arcu: ut apud Ovid. l. XI.
Metam. 'Iris et arcato cælum curva-
mine complet.' Extat et id verbi
apud Livium. Paulo post pro *lymphæ*
Lucens. et tres alii *Nymphis*: de quo
ad Nasonem. *D. Heins.*

520 *Salutate libatis*] More prisco
venerandi flumina. *Barth.*

521 *Operosæque semita vastis Moli-*
bus] Magnitudine molium arctata se-

mita, ut operosus sit transitus. Po-
test et operosa semita maximis moli-
bus strata dici. Mos etiam acceden-
tibus principibus, ornamentis stipare
vias. *Idem.*

522 *Officiis trepidantibus*] Incerta
adhuc spe preci. Trepidant omnia
quæ properant. *Idem.*

526 *Angustat inaspide pectus*] Pone-
bant in gracilitate corporis decus
puellarum veteres, idque procurabant
cingulis et deducto cibo. *Idem.*

527 *Substringitque comam gemmis*] Ornamenta muliebria dudum doctis
expedita. *Idem.*

528 *Baccis*] Margaritis.

Baccis oneret aures] Mos Romanus
matronarum aures pretiosissimis mar-
garitis onerare. *Barth.*

530 *Nota major*] Quales fingeban-
tur Dii. *Idem.*

531 *Nova mænia*] Recens tum in-
stauratione. Inscriptionem ponunt Al-
dus Manutius, Gruterus, alii: S. P. Q.
R. IMP. CÆS. DN. N. N. INVICTISSIMIS.
PRINCIPIBUS. ARCADIO. ET. HONORIO.
VICTORINUS. AC. TRIUMPHATORIBUS.
SEMPER. AUGUSTIS. OB. INSTAURATIONE.
URBIS. ÆTERNÆ. MUROS. PORTAS. AC.
TURRES. EGESTIS. IMMENSIS. RUDERI-
BUS. EX. SUGGESTIONE. V. C. ET.
ILLUSTRIS. MILITIS. ET. MAGISTRI.
UTRIUSQUE. MILITIÆ. FL. STILICHONIS.
AD. PERPETUITATEM. NOMINIS.
EORUM. SIMULACRA. CONSTITUIT. CU-
RANTE. FL. MACROBIO. LONGIMANO.
V. C. PRÆF. URBI. DN. M. Q. EORUM.
Atque hic vides candorem simul et
magnanimitatem Stilichonis, imo re-
verentiam erga Honorium. *Idem.*

533 *Decorî timor*] Metu enim Go-
thorum mœnia resecta. *Idem.*

534 *Senectus*] Ruina et rudera col-
lapsarum molium. *Idem.*

538 *Quamvis assiduo*] Allusisse di-
cas distichon Maronis, ipse dignum:
'Nocte pluit tota, redeunt specta-
cula mane, Divisum imperium cum
Jove Cæsar habet.' *Idem.*

Fedaverat imbri] *Fedaverit imbrî*

prior Moreti et quinque alii. Mox octo scripti *omnem ante diem*. Paulo ante fortassis reponendum, *solitoque aeternior aër*, pro *decentior*. D. Heins.

539 *Deterrus*] Eleganter, velut manu. Barth.

541 *Lunamque rudem*] Novam. *Idem*.

543 *Qua pons a colle recedit*] Libri meliores *quod pons*; vere: diximus Cons. Mallii 57. Lucens, etiam et Bonon. *Mulcius*, non *Mileius*: recte, ut et prim. Vatic. qui etiam in *quantum pro et quantum*: quo loquendi modo et alibi noster usus. D. Heins.

545 *Undare*] Fluctibus velut. Populi copia talis. Virgilius: 'Mane salutantum totis vomit aedibus undam.' Barth.

546 *Matribus aedes*] De summo loco spectantibus. *Idem*.

548 *Prospera fata*] Fati in plerisque scriptis; bene: quod et aliis deprebensam. Vide notas bell. Gildon. 103. vulgatum tamen Barthius tuetur. D. Heins.

550 *Quod tempore solus*] *Quo tempore solus* Raphaelengius ex conjectura: sed *tempora* jam hoc ipso versu præcesserant. Libri antiqui fere omnes *quod pectore solus*: placet, si bene distinguatur; vidit quoque Barthius curis secundis veram scripturam: *quo pectore* Oisellianus. *Idem*.

551 *Romanos vetuit*] Adeo pulchre educatus fuit a Stilichone Honorius, ut Senatui plurimum deferret, quod est imprimis laudabile; alias nihil regnum aut egregium de Principe speraveris. Moris erat quidem, ut Senatores et sanguis patricius, Imperatori triumphanti obviam procederent: sed hunc honorem modeste ac generose recusavit. *Claver*.

Vetuit currum præcedere Patres] *Notas more?* priorum Principum. Barth.

553 *Cum tamen Eucherius*] Unicum pignus virile suum ut habuerit, pari nimirum cum ipso vate nostro, dignitate, Stilicho, notarunt jam alii ex

Zosimo. *Idem*.

554 *Militis officium*] *Obsequium* prim. Vatic. Mazarin. et unus Medic. cum Oiselliano: dictum supra. D. Heins.

556 *Quique neget nato*] Quotquot fuere illa tempestate viri in rerum fastigiis constituti, eos longe animi moderatione anteivit Stilicho. Licet enim ultimo Theodosii elogio, utriusque Imperii summa ei commissa fuerit, et annos xxiii. militare culmen obtinuerit, nunquam tamen numerata pecunia daces creavit, aut annuam in suum commodum vertere sustinuit: cumque unius filii pater esset, hanc ei metam posuit, ut dignitatem Tribuni ac Notarii non transcendere. *Claver*.

557 *Hoc sibi cura senum*] Multi hæc, et mox tum flore. Hic sec. Vatican. D. Heins.

Sibi cura senum] Sui scilicet commodo. Cura senibus adscribitur, quod omnia expendant, metuant.

Matura ætas] Robusta, media inter Juventutem et Senectam. Barth.

558 *Aula*] Imperii. *Idem*.

560 *Florè*] Languine prima. *Idem*.

561 *Gemmato*] Uti erant vestes Imperatoris. *Idem*.

562 *Certatura Lyæo*] Inter formosissimos Bacchus. *Idem*.

563 *Inter Erythræos*] *Erythræos* novem libri cum quatuor melioris notæ Vaticanis: recte. Sic apud Locant. l. x. vetus codex: 'foribus testudinis Indæ Terga sedent, crebra maculas distincta smaragdo.' Ovid. Met. ii. 'Sedebat In solio Phœbus clara lucente smaragdo.' Lib. iii. Art. Am. 'Hic Paphias myrtos, hic purpureas amethystos:' ut quidem in antiquis exemplaribus uterque locus extat. D. Heins.

565 *Calet ore pudor*] Alter Moreti et Lovan. *ille pudor*. recte. nam rō ora sequitur. vide iv. Cons. Hon. vs. 284. *rubor* unus Vatic. *Idem*.

Calet ore pudor] Ruborem modesti

pudoris suffusum sæpius dicit. *Barth.*
 566 *Draconum*] Vexilla temporibus
 istis unitata. *Idem.*

569 *Ut chalybe indutos*] *Chalybem*
Gyrald. et decem alii : unus Vatican.
chalybem indutos : primus ejusdem
 bibliothecæ, *chalybem dutos* ; et sic a
 manu prima in Oiselliano fuisse vide-
 tur. Silius, l. iv. 'Indutosque simul
 gentilia lina Faliscos.' Vetus Epigr.
 'Fulget honorificos indutus mensis
 amictus.' *D. Heins.*

Chalybe indutos equites] Cataphra-
 tos. Vide ad II. in Rufin. *Barth.*

571 *Metallo informat equos*] Am-
 mianus, l. xxv. 'Erant omnes ca-
 teræ ferratæ, ita per singula mem-
 bra densis laminis tectæ, ut rigentes
 juncturæ compagibus artuum conve-
 nirent.' *Idem.*

573 *Addidit hinnitum*] *Indidit pri.*
Vatic. et belli pro bellis ; quomodo et
 tertius. *D. Heins.*

Simulacra viva] Statuas dicit. *Bar-*
thius.

575 *Junonia cristas Ornet avis*] Vide
 Lipsium, l. iiii. de Militia Rom. c. 5.
Idem.

Junonia avis] Pavo scil. In pictura
 Aquileiensi (ait Panegyristes) puella
 offert Constantino galeam auro gem-
 misque radiantem, et pennis pulchræ
 alitis eminentem. *Claver.*

576 *Rigidos vibrata per armos*] Se-
 ricas fascias intelligit, quibus enses
 suspensi, ut galearum conii ornati.
 Cataphracti auratis squamis ornaban-
 tur. *Barth.*

577 *Rubra subaurato*] *Subarato* ii-
 dem Vat. de equis cataphractis intel-
 ligendum. *D. Heins.*

578 *Mercem*] Mercedem, præmium.
Barth.

579 *Curru vectus eodem*] Ut ante
 Theodosius pater. Honus enim iste
 summus, et dignationis patriæ. *Idem.*

583 *Infantem moriens*] Annorum
 tamen undecim, ut Idatius notat.
Idem.

585 *Fides*] Vide II. Stilich. 30.
Idem.

587 *Hic est ille puer*] Mirifica Ener-
 gia.

Ad Rostra Quirites] More Consula-
 tum ingredientium. *Barth.*

588 *Sotio eburno*] Curuli sella Con-
 sulari. *Idem.*

591 *Digerit imperiis*] *Dirigit* Tholos.
 unus Medic. et alii duo : ut apud Sta-
 tium Pietate Abasc. 'notat ista Deus,
 qui flectit habenas Orbis, et humanos
 propior Jove dirigit actus : 'fata quo-
 que pro facta unus Petav. ut olim con-
 jeceram : fata imperii, ut Latia fata
 Val. Flacco, lib. iv. 'non ulla meo te
 carmine dictam Abstulerint, durent
 Latius modo sæcula fatis : 'sic scribo :
 quid enim Hypsipylæ cum Latius fas-
 tis? Silius, lib. xvi. 'adjuget Latius
 tua nomina fatis.' *D. Heins.*

594 *Agnoscut proceres*] Unum ve-
 lut ex ipsis. Ait omnia ad veterem
 morem redacta, Senatoribus jus velut
 conferentibus Principi. *Barth.*

597 *Talis victoria templis*] Primus
 Mariangelus Accursius Diatribe in
 Ansonium *ales* legendum monuit : at-
 que ita Isingr. Gyrald. tres Vaticanæ
 et duo Mediceæ ; etiam Pricæanus pro
 diversa lectione. Facilis hic error.
 Sic apud Val. Flaccum, lib. ii. cum
 vulgo scribatur : 'Attamen hos tales
 forsas solabere casus Tu thalamis,'
 legendum *hos alii*. Sic et *præpetem*
victoriam vocat Prudentius, et *alitem*
famam noster lib. ii. in Stilich. ubi
 plura. *D. Heins.*

Victoria] Cicer. de Nat. Deor. 'Res
 in qua vis inest major aliqua sic ap-
 pellatur, ut ea ipsa vis nominetur
 Deus, ut Fides, Mens, Concordia, Li-
 bertas, Victoria : quarum quia vis
 est tanta, ut sine Deo regi non pos-
 sint ; ipsa res Deorum nomen obti-
 nuit.' Atque hæc sunt arcana theolo-
 giæ, si fas dicere, paganæ. *Claver.*

598 *Romanæ tutela togæ*] Assignata
 velut Romano Imperio.

Tutela] Custos, tatrix. *Barth.*

Quæ diuise penne] *Pompa* quindecim; ut triumphum intelligat. *Lucens*. et excerpta Pomponii Læti, *parma*: qualis in antiquis nummis nonnunquam exhibetur. *D. Heins.*

600 *Patritii sacraria ostus*] *Cariam* Romanam dicit. *Victoriam* ab Hierone dono missam, pondo CXXX. auri pendentem, in Templum Jovis Capitolini, arcem Romanæ Urbis, dedicavit, ut mansuram semper, Senatus Romanus. *Livius*, lib. XXII. *Barth.*

601 *Nunc tandem fruitor votis*] *Junctis* quatuor scripti. Te scilicet et Roma. Mox concinnius legas, si per libros veteres liceat, *omne futuri ævi*: prior certe Moreti ævo. *D. Heins.*

602 *Promittit in ævum*] Par votum illi Hieronis. *Barth.*

603 *Patris laribus*] Palatium dicit petiisse via sacra.

Nemine vero] Te illuc iter faciente. *Barth.*

604 *Flagrat studiis concordia vulgi*] Colendo in adorandoque te. *Idem.*

605 *Non illecebris disperat colligis auri*] Sparsionem in vulgus pecuniarum intelligit, solennem prioribus Principibus. Consulum ea consuetudo. *Idem.*

609 *Adstringit sua quemque salus*] *Obstringit* meliores. *Obstrinxit* prim. *Vatic.* et mox *erret* ac *quærat*: et *muneris* non *numinis*. Prim. tamen *Vaticanus* a manu prima, alique nonnulli, *nominis*. Pro *vitam qui debet amori* prim. et tert. *Vaticani dedit*, a de-dendo. *D. Heins.*

Sua quemque salus] In Salute Cæsaris consistens. *Barth.*

611 *Secreti numinis*] Quod veneretur in præsentem Principe. *Idem.*

612 *Imperii præsens species*] *Genius* ex scriptis legendum jam monuit *Cl. Gronovius* ad *Statium*, cap. 31. atque ita duodecim ex nostris. *Præsemanus genitus*: sic in antiquis nummis *GENIO POPULI ROMANI*, et similia in

vetustis passim inscriptionibus. *B. Heins.*

613 *Regia Circi Connexum gradibus ven. par. vulgus*] *Connexum* ob densitatem, velut unum corpus opponit Principi populum in Theatro Circove consistentem. *Ingrediens* autem Theatrum Princeps populum adorabat. *Barth.*

614 *Connexum gradibus*] *Connixum* *Raphelengius* contra libros: *convezum* sex; quod verum puto. Optime enim rotunditatem Circi exprimit, quam in rem vetus epigramma extat, ejus initium, 'Circus imago poli.' Glossum *Stephani*, *concoezus*, ἀρρεπεία. Apud *Lucanum*, IX. 502. 'convexa galea;' ut quidem in nonnullis scriptis. *Virgilio* 'convexa silva' et 'convexus nemorum trames.' *D. Heins.*

615 *Consensuque*] *Assensuque* prim. *Vatic.* et tres alii ex melioribus: *consensuque* quintus *Vaticanus*, quod *Gronovio* non displicebat: quomodo 'consensum cavæ' dixit *Maro Æneidos* quinto et octavo. *Bullengerus* de Theatro: 'Consensu cavæ sublatus in æthera clamor;' sed male. Paulo post *septenis arcibus* non est mutandum: quanquam variant libri veteres, qui *ocibus*, *collibus*, aliaque supponunt. *Arces* enim pro montibus ponit: quomodo et *Sidonius* *Apollinarem* frequenter loqui recorder. *Idem.*

Cavæ vallis] Cujus speciem Theatri aut Circi cavitas facit. *Barth.*

Assensuque cavæ sublatus in æthera vallis, &c.] *Cæsar Bulengerus* in Theatro suo I. 51. putavit hunc locum aliter legendum, interpungendumque hoc scilicet pacto: 'Consensu cavæ sublatus in æthera clamor,' &c. Sed corrupta et vitiosa indubie ista lectio, omnibus *Mss.* excusisque codicibus contraria; quippe natura vallis optime per τὸ *cavæ* exprimitur. *Lucan.* lib. IV. 'cava regi vires in valle retentat.' Deinde et mens *Pœtæ* alia, qui *Circenes* describit, in Circo au-

tem illo ævo nullæ cavæ; sed tantum in Amphitheatro. *Dempst.*

616 *Plebis adorata*] Etiam triumphantes Principes venerabantur Plebem. *Barth.*

Plebis adorata] Claudius Cæsar, ait Sueton., spectacula edentes voce ac manu veneratus est. Otho apud Tacitum protendens manus adorat vulgum. *Claver.*

617 *Septenis arcibus Echo*] Veteres nonnulli vocibus et montibus et partibus et colibus: perperam. *Arces* pro colibus aut montibus poni jam alibi monimus. Fescenninis Honorii: 'Aurea septemgeminas Roma coronet arces.' Libro III. in Stilichonem, quomodo illic castigavimus: 'Pristina Romuleis in floruit arcibus ætas.' Apud Maronem: 'Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.' *D. Heins.*

618 *Nec solis hic cursus equis, assueta quadrigas Cingit rava tigris*] Tigrides quadrigis junctas discimus ex *Æl. Lampridio* in *Heliogabalo*: et ravam, a colore, optimo sensu dictam, quis inficiari possit? similiter et vide *Horat.* lib. III. Od. 37. *Dempst.*

Assueta quadrigis Cingunt arva tigris] *Tingunt* legendum monent sequentia: et sic tres scripti. *Vaj. Flaccus*, lib. I. 'niveique greges altaria tingunt': male *cingunt* vulgo et illic legitur. *Virgil.* in *Dedicatione Æneidos* 'maxima taurus Victima sacratos tinguet odore focos.' *Vir* magnus in ora libri sui *assueta quadrigas Cingunt rava tigris*, atque ita commentariis in *Manilium* citat: quod me non intelligere fateor. *Raphelengius* asteriscis locum notarat. *Barthius Cingunt arma*: certe *arma* in septem scriptis nostrorum exstat. Pro *assueta* multi veteres *adfecta*. *Præmanus attrita* non male. In *Gyrالد. Lucens*, prim. *Vatican.* et tribus affis pro *tigris*, *trabes*; ut pagma aut acenam intelligat. In *Oiseliano cingunt arma traves*: *trabes* pro pegrmate etiam *Consulatu Theodori* habes: 'varios

Delph. et Var. Claud.

effingat *Mulciber orbes* Per tabulas impune vagus, pictæque citato *Ludant igne trabes.* *D. Heins.*

619 *Cingunt arva tigris*] Implent, dicas. *Scribendum arbitror arma. Arva quadrigis* equorum sueta addi, *Tigris* curribus ait juncta. De iis in *Circo* nemini res ignota: junxit *Tigris* currai cum *Baccho* præferret, *Alagabalus*, scriptore *Lampridio*.

Subitaque aspectus arenæ] Subito immisissæ feras, eo loco eaque forma non expectatas. *Barth.*

620 *Libyco cruores*] *Africanas feras*, notatissima spectacula. *Idem.*

621 *Hic et belligeros*] *Hæc meliores.* *D. Heins.*

Hæc et belligeros, &c.] Quæ sane de *Circo* perperam, ut puto, *Jos. Scalliger* interpretatur, *Isag.* II. in *Manil.* Nam *Claudianus* antea de *Circensibus*, isto vero loco de campestribus agit, sive militaribus exercitiis, quæ in *Campo Martio*, aut verius ejus *area*. *Dempst.*

Belligeros lusus] *Gladiatorum*, in speciem verorum; aut commissa simulacra bellorum.

Area] *Spatium Circi.* *Barth.*

622 *Texas lege fugas*] *Cursus*, recessusque. *Idem.*

624 *Et pulchris errorum acies*] *Malim errorum*: quamquam invitis vetustis membranis: certe in uno *Petaviano heroum*. Videantur quæ ad *Nasonem* notavi *Epist.* xv. 53. *Artes* hic in vulgatis legebatur: quomodo et veteres multi cum prim. *Vatic.* ut *errorum artes* dicat; quomodo *Silius*, libro IV. 'Aut illi dextros lunatis flexibus orbes, Aut illi lævos sinuant in cornu gyros. Texunt alterno glomerata volumina cursu, Atque eadem refuga cedentes arte resolvunt.' Ita scribendum. *Claverius* ex suis *pulchris errorum acies*: quomodo et ex nostris quatuor aut quinque; quæ aludunt veteres plurimi, in quibus *arces*. Sed *artes* loco movendas non esse censeo. *D. Heins.*

Claud.

5 I

Jacunda] Jacunditates: spectacula palchra et delectantia. Sequentes versus mirifice sonum rei ipsius referunt. *Barth.*

636 *Tunc pectore motus*] Tot ex scriptis legendum: et mox *allisis* pro *illisis*, quod alii jam viderunt. *D. Heins.*

638 *Mucronis acutum Murmur*] *Acuti* libri nonnulli. Lego minima mutatione *grave parma sonat, mucronis acutum Murmura*; vel, *sonant: græce sonat parma, ensis acutum*; *acutum* certe in mellioribus membranis exstat. Mox *resultat* pro *resultans* libri. *Idem.*

639 *Clauditur ense*] *Plauditur* *Raphelengius* contra scriptos: optime tamen ad sensum, quamvis dissentit *Barthius*. Sic apud *Statium*, *Protrept.* ad *Crispin*. 'Quis tibi tam tenero permisit plaudere collo *Nubigenas clypeos*? *Gallæci* apud *Silium*, lib. III. 'Ad numerum resonas gaudentes plaudere cetras.' *Vulgata* tamen lectio temere non est sollicitanda. Sic apud *Horat.* lib. II. Sat. I. 'pedibus delectat claudere verba,' et 'claudere versum' *Persio*. *Idem.*

631 *Salutant*] *Adorant*. *Barth.*

632 *Galeæ*] *Milites armati, Galeati. Partitis inde catervis*] In partes ductis. *Barth.*

633 *Ordine gyros*] *Agmine* opt. *Ambros.* et mox vel *crebro* *Gyrald.* sequentia male vulgo distinguebantur. *D. Heins.*

634 *Semiferi*] *Gyrald.* *Lucens.* et duo alii *semiviri*: atque ita promiscue in antiquis libris. *Semivirum bovem* hunc eundem *Minotaurum* *Naso* appellavit: sic et *Nessus semivirum* vocat *Epist.* *Deianira*. *Idem.*

Semiferi Juvenici] *Labyrinthum Crentensem* dicit. *Barth.*

637 *Inmoto*] Nunquam post movendo. *Idem.*

Cardine claustris] *Clathris* *Gyrald.* dictum lib. III. in *Stilich.* 272. *claustris* in *Oiseliano*. *D. Heins.*

638 *Lata sub imagine pugna*] *Lata*

annus *Ambros.* et *Petav.* *Idem.*

639 *Paci largitur*] Dum non abstrahit usibus belli. *Barth.*

641 *Ore coronatus*] *Facile.*

Tibris] *Magnum* hujus momentum in rebus Romanis. *Barth.*

646 *Fora Ulpia*] *Forum Trajani* ait *Fascibus Consularibus* ab *Imperatorio* *Lictore* cinctum, ut *concursum* *summarum dignitatem* indicet. *Idem.*

647 *Getica fronde*] *Laurea, victoriæ* ejus indice. *Idem.*

648 *Colla triumphati proculcat Honorius Istri*] Ex *pictura* omnique *Victorum representatione*. *Mos* autem *debitus victorilis insignibus plurium gentium hostiam pede imposito colla calcare*. *Eutropius*, lib. X. 'Valerianus Imp. captus apud *Persas* ignobili servitute consenuit. Nam, quamdiu vixit, *Rex ejusdem provincie*, incurvato eo, pedem ejus *cervicibus imponens solitus erat equum conscendere*.'

Istri] *Accolarum gentium*. *Omnes* *fluvii nobilissimi nomine intelligit*. *Barth.*

649 *Cunctis illustrior annus*] *Annis* *prim.* *Vatic.* et *decem alii*. *D. Heins.*

651 *Induit hospes honos*] *Imbuit* frustra contra *libros Raphelengius*: qua de re supra, 68. *Hospes honos*, ut *hospes dolus* apud *Ovid.* *Epist.* *Phyll.* 'Hic est cujus amans hospite capta dolo est:' ita enim *codices nonnulli*, non *hospita*. *Idem.*

Hospes honor] *Peregrinus*. *Barth.*

653 *Auspex*] *Omnia primi Consulatus auspicio facta, notatum alibi*. *Idem.*

655 *Ragesque priores*] *Retroque* *major scriptorum pars* cum *primo Vaticano*: et placet. *Lib. I.* in *Eutrop.* 'quantis injuria mille per annos Fit retro duclibus!' *Cod. Theod.* lib. VII. Tit. VIII. 'ex suspitione ream conjugem facere veteres retro principes abnuerunt.' *Lamprid.* *Alex. Severo*: 'Si quis ei recitavit *Alexandri Magni laudes* aut *melliorum retro*

principum :’ atque ita sæpe ævi ejus scriptores. *D. Heins.*

656 *Numen*] Ipsa Principum Consulatibus genium adscribebant. *Barthius.*

657 *Vel quos habiturus in urbe*] In urbem primus Vaticanus. *Pricæanus in orbe; in orbem Oiselianus; quomodo et ex Mediceis unus recentior, addita glossa, in circuitum; eleganter. Sic apud Livium, lib. v. ‘Senæ*

horæ in orbem operi attributæ sunt.’ Libro III. ‘Ut unus fasces haberet, et hoc insigne regium in orbem suam cujusque vicem per omnes iret.’ Ita et ‘in numerum’ sæpius occurrit apud Poëtas. Moreti liber optimus, honores. D. Heins.

660 *Præteritis melior, venientibus auctor*] Melior præteritis, ob ceremonias et omnia cætera Romæ facta solemnia. *Barth.*

XXIX.

LAUS SERENÆ.

Fuit Serena hæc Theodosio ex fratre neptis, auctore Zosimo. Mortem ejusdem miserabilem, strangulatæ ob vanam suspicionem proditæ Alarico Romæ, idem recenset. Barth.

1 *Dic mihi Calliope*] *Mea* scripti: sic nostra *Thalia* Præfat. in Cons. Mallii. Mox pro tanto cur tempore, plerique cur tanto. Claverii liber et ex nostris novem, cur tantum in tempore: opt. Ambros. cur tanto in tempore: primus Med. cur tantum interprete. Puto cur tanta in tempora differ. Val. Flaccus, lib. iv. ‘in quænam tempora differs Cancasium, Rex magne, senem?’ Silius vii. ‘in lucem prælia differ.’ Vide plura iv. Cons. Honorii, 385. *D. Heins.*

2 *Pierio certo*] Musicis hymnis, quomodo sæpe loquitur Pindarus. *Barthius.*

3 *Consurgere gemmis*] Adulatur Reginam. Diademata autem aliaque regia capitum ornamenta præalta erant. De Tiara iv. Cons. Hon. ‘Barbarus Arsacio consurgeret ore Tiaras.’ *Idem.*

4 *Et rubro radiare mari*] Aut pri. Vatic. alique nonnulli. Mox si floribus illis, non sed, quidam rectius. *D. Heins.*

Rubro mari] Spoliis ejus, ut alibi loquitur.

Floribus ornes] Carmina sua, conscius suavitatis, comparat vernorum florum perpetuis Graiis. *Barth.*

5 *Regina regina*] Serena Princeps tum Fœmina. Calliope Dux et Imperatrix Musici chori. *Idem.*

6 *Urit*] Tam frigus urit, quam calor. Vide Aristotelem, iv. Meteor. *Idem.*

8 *Fons Aganippe Permessidos*] *Permessius* Gyralf. prim. Vatic. Pætat. et opt. Ambros. bene. *D. Heins.*

9 *Unde piæ pascuntur apes*] *Pascantur* tert. Vatic. alique nonnulli, cum quibusdam editionibus: et tum transmittant versu proximo sit reponendum. *Idem.*

Apes] Poëtas dicit, qui floriferis ut apes in saltibus omnia libant aurea perpetua semper dignissima vita.

Prata legentes] Flores in iis. *Barth.*

11 *Dignus an vates*] *Haud vates* Gyrald. et Isingr. Mox pro *quod sponte redempto*, opt. Ambros. *consorte redempto*: cujus glossa in Gyraldino, *quod sponte marito*. D. Heins.

13 *Thessala*] Alcestis, Thessalorum regis Pelei filia. Vide Hyginum, Fab. 51. Barth.

14 *Sæcæ annos*] Ex voto voventium felicitatem longæ vitæ Romanorum, de suis nimirum annis addi ad illius. Propertius, libro iv. 'Quod mihi deductum est, vestros accrescat ad annos, Prole mea Paullam sic juvet esse senem.' *Idem*.

Migrare virum] Bualdianus codex viros: lege viro. D. Heins.

16 *Tenaculis*] Uxor quondam Tarquinii Prisci, fatidica. Barth.

18 *Clandia*] Vestalis Claudia. Vise Valerium Maximum; Silium, l. xvii. *Idem*.

Crine Cybellen] Fune scribendum putabam olim, ex illo Propertii: 'Vel tu quæ castam movisti fune Cybellen Claudia, turritæ rara ministra Dem:' sed oportune erroris me admonuit Vir Cl. Albertus Rubenius, summa literarum ac bonarum artium cum jactura e visis nuper ereptus. Adferebat ille Sidonii Apollinaris locum carm. xxiv. qui vulgatam in Claudiano nostro scripturam prorsus confirmat, hiæc versibus: 'Qualis nec Phrygiæ dicata Vestæ, Quæ contra satis Albulam tumentem Duxit virgineo ratem capillo.' Alii cingulo Claudiæ navem ductam asseverant: quos inter Tertullianus et Hieronymus, cum Lactantio et Minucio Felice. D. Heins.

19 *Carminis actu*] Velut fabula. Ego *actum* hic orbem, *κύκλον*, exponere malim, toto illo absoluto Orbe sui Poëmatis scilicet. Ita Maro: 'redit agricolis labor actus in orbem.' Barth.

20 *Mens alta*] Vatum tales, ut inaccessi populo afflatus, ipsis quidem testibus. *Idem*.

21 *Armaris*] *Armaris* Buald. D. Heins.

25 *Penelope decus atque suum*] Locus vexatissimus. Raphelengius ex conjectura viri maximi *Penelope decus æquavum*; et mox paratu. Behotius in Apophoretis, *Penelope decus atque suum*, minima mutatione: Penelopæ decus et Homeri. Claverius ex veteri libro, *Penelope decus ausa suum*: sed illam Cujacii potius conjecturam existimem. Torquet et se hic valde Barthius: prim. Vatican. Palat. et Petav. cum duobus Medd. *Penelope decus est: atque uni tanta paratur*; quod verum opinor, etiam approbante Alberto Rubenio: octodecim alii, *Penelope decus atque uni cui*: ex quorum vestigiis, Barthii curæ secundæ corrigunt: *Penelopea decus, uni cui tanta paratur*: cui et alias conjecturas subtexit. *Idem*.

Penelope decus æquavum, &c.] Videtur Maroniani Culicis verum Claudianus alluisse, ubi *semper decus* velut nna omnibus semper fœminis prælata Penelope dicitur, præcipue cum adjiciat illam tantam scenam pudicitæ huic parari. Verba sunt Maronis: 'Alcestis ab omni Inviolata vacat cura, quod sæva mariti Ipsa suis fatis Admeti fata morata est.' Barth.

26 *Scena pudicitæ*] Actus velut mimicus, Poëticum Spectaculum. *Idem*.

27 *Et totidem sævi bellis*] Ita scripti. Raphel. bello. *Ut totidem* Barthius: deinde sit pro sic iidem; bene: quomodo Behotius conjecerat. *Decuere fidem non docuere* Palatin. D. Heins.

31 *Trahat*] Vanis spebus ducit. Barth.

32 *Sollertia tela*] Sic prim. Vatic. quindecim alii *Laertia*: quinque certissima cum Aldo. *Lacertia* Oisell. et emendatum *lassantia*, Buald. *laxantia* pro *lassantia*. *Stamina* etiam probe Raphelengius; scripti confirmant. Pro *titulis certare* Serenus prim. Vatic. *servare*. Forte pro *se æquare*. D. Heins.

85 *Redeunt in semina causas*] Virtutum et laudum scilicet. Horatius: 'Fortes creantur fortibus et bonis; Est in juvenis, est in equis patrum Virtus.' *Barth.*

87 *Regalis*] Imperatoria. Eum enim Regem dicit, quo nemo Regalior. Romanum nempe. *Idem.*

Non te privata] *Non hoc* Gyrald. Lucens. et tredecim alii: vere. Mox nomen pro nomen opt. Ambros. *D. Heins.*

88 *Tantum nomen*] Fœmina tantarum virtutum. Nomen pro persona. *Barth.*

40 *Illustrat avus*] Quem communem parentem cum Theodosio habebat, cujus erat fratris, Honorii nimium Senioris, filia. *Idem.*

43 *Dotata tropæis*] In dotem enim puellæ pro superbiam computabant, id est, maritis pro pretio velut imputabant paternos triumphos. *Idem.*

46 *Cingeris excubitis*] *Exuvitis* prim. Vatic. et opt. Ambros. vidit Barthius. Paulo ante *laurus avitas*, non *lauros*, pri. Vatic. *D. Heins.*

Excubitis] Pro Romano Imperio. *Barth.*

48 *Adderet astrorum radiis*] *Edoret* ex conjectura Viri politissimi Gasparis Gevartii reponendum, ut felici sidere Serenam natam fuisse innuat: atque ita Palatinus codex. *D. Heins.*

Adderet astrorum radiis] Sideribus mundi. Hoc est, principalis familiæ personis. Tamen consensum siderum per adulationem tamdiu dicit distulisse Imperium illi familiæ dare, quasque nasceretur Serena. *Barth.*

49 *Post genitam didicit regnare*] Patrem laudem Arcadio adscribit in libro de Regno Synesius, scilicet eo feliciorum esse, quod editas foret ante patrem Imperantem. *Idem.*

Didicit] Indicat Theodosium paulo post natam Serenam ad Imperii gubernacula accitum esse. *Claver.*

50 *Hispania*] Hisdem rebus laudatam Hispaniam habes in Panegyrico

Pacati. Vide et Justinum, libro XLIV. *Barth.*

Hispania] Ejus sane laus perpetua, quod bonos principes mundo præbuerit, quales fuerit Trajanus, Hadrianus, Theodosius. *Claver.*

51 *Primo lavat æquore solem*] *Levat* Isingr. prim. Vat. cum quique aliis dictum lib. II. in Eutrop. 241. malo et primum. *D. Heins.*

53 *Tuo fluctu*] *Tuos fluctus* libri plerique: aliter tamen prim. Vatic. *Idem.*

54 *Pretiosa metallis*] Singularis laus Hispaniæ. *Barth.*

55 *Principibus sæcunda*] Pulchre infra: 'novum vectigal Iberia rebus Contulit, Augustos.' *Idem.*

57 *Hinc senior pater*] Majores Theodosii occulte stirpi Æliæ admoveo videtur. A Trajano enim originem repetebat Theodosius. *Idem.*

60 *Phariæ segetes et tunica memis*] Horrea Populi Romani Africa et Ægyptus. *Idem.*

61 *Gallia robur militis*] Fortitudinem enim Galli censeantur. *Idem.*

62 *Militis Illyricis*] Ponto *Illyricis*. *D. Heins.*

Illyricis equitatibus] Nunc quoque equestris gloria penes eas nationes. *Barth.*

69 *Flaccillam Mariamque daret*] Flaccilla Mater Honorii, conjux Theodosii. *Idem.*

71 *Undasse Tagum*] Felicis secunda Poëtica descriptio.

Gallacia rivis Floribus] Patria Theodosii. *Barth.*

72 *Duria*] Turia aliis. Vibius Sequester: 'Turia Hispaniæ flumen, quod Valentianum parvo intervallo præterfluit,' &c. Est et Thasciæ flumen Turia, in Silio, lib. XIII. *Idem.*

73 *Vellere purpureo*] Maronis: 'Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.' *Idem.*

Vellere purp. p. m. ovile] *Vellera* quidam scripti. Lucena. *Vellera ovili.* Lego *vellera ovili*; et sic duo

Medicei, cum prim. Vaticano et Palatino. Mox distinguendum *Cantaber Oceanus*: vide nupt. Hon. 88. *D. Heins.*

75 *Nec pallidus Astur*] Capias de Asturum aurifossorum pallore. *Barth.*

76 *Sacris natalibus*] Doni natalitii nomine. Natalibus enim diebus mittebantur munera. *Idem.*

77 *Pirenaïque*] Nomine ipso indicatur genus gemmæ unde sit. Fulmine nacti e scopulis argutatur Sidorinus. *Idem.*

Pirenaïque sub antris Ignea fulmineis] Lege *Pirenaïque* et *fluminea* cum duodecim scriptis; quomodo et prim. Vaticanus. Deinde *relabentes* pro *rebellantes* scripti meliores; quod merito secutus Raphaelengius. Aldus et quatuor scripti *relegentes*: opt. Ambros. *recedentes*. *D. Heins.*

81 *Dominam*] Quæ tum nascere-
tur. *Barth.*

82 *Auspicium thalamis*] Adeo hoc fatale fuisse conjugium dicit, ut jam primum natæ Serenæ cecinerint Carmen Nuptiale Nymphæ patræ. Alludit veterem morem ad fores thalami concinentium novos nuptos puellarum indigenarum. *Idem.*

83 *Votique*] Nuptiarum fatalium votivarumque. *Idem.*

84 *Penitusque remoto*] Certe, si genere Vandalus Stilicho, ut scribunt Orosius alique temporum Historici. *Longe, de longinquo.* *Idem.*

85 *Concordia*] Conjugium, quod totum illa constat. Concordia novis nuptis in auspicio cornicis dabatur vovebaturque, ut notarunt pridem docti. *Idem.*

87 *Horæ*] Quarum ministerio hoc genus plurima adscribunt Poëtæ Græci. *Idem.*

Gremiis redolentibus auræ] Sic Gyrald. et prim. Vatic. ac reliqui plerique. Claverius ex suo libro *Horæ*; atque ita Raphaelengius: sex veteres gremio redolentibus aulam: opt. Ambros. *gremio redolente napes.* Lege

Napææ. Mox *Tynæque* Buslid. Pari propemodum modo Marcius Capella, libro ix. 'Conscia jam Veneris nova sorta paratæ Napææ, CROCUM-
que lecto spargite. Inque torum violas certatim effundite conchis, Pulvinar alnum et comite.' Vulgata tamen scriptura temere non est sollicitanda, cum Pindari illa respexisse videatur noster, Pyth. Od. ix. Τόθι παῖδα τέτταται, ἐν κλυτὸς Ἑρμῆς ἐσθρόνους Ὀραῖσι καὶ Γαίᾳ ἀνέλλων φίλας ὑπὸ μαντέρας ὁλοῖ· τὰ δ' ἐπιγονυθίων θεκάμηναι βρόχος ἀβραῖς νύκταρ ἐν χελεύσει καὶ ἀμβροσίᾳ στέλῃσι. Præsidebant enim Horæ puerperio. Nonnus Dionys. III. ἡς τόκον Ὀραὶ Ἵγυρον ἐμαύσαντο Λεχέσθες. *D. Heins.*

89 *Affavit*] Septem *affavit*: opt. Ambros. *allavit*: deinde *quocumque* cum scriptis lego. *Idem.*

Affavit] Afflatu omnia conferre credebantur sua dona Gratia.

Quocumque Reptares, fluxere rosæ] *Rosæ* omnibus jucunditatibus adhibitæ vetustati, unde purarum voluptatum feliciūque deliciarum indices. *Barth.*

92 *Purpura violæ*] De purpura, augurio et testimonio principatus, omnia nota. Veste stragula purpurea nos Principes Procereque alibi his libris notamus. *Idem.*

Purpura fulgebant] Surgebat pri. Vatic. et plerique alii. Pro *factura* prior Moreti et Patav. *fractura*; ut ad Statium conjecit doctissimus Gronovius, qui videndus Diatribes cap. 16. Tertius Vaticanus *fortura*. Ausonius, Epist. 9. 'Gramineum nunc frango torum.' In Catalectis Pithœi, 'Frangere toros, bibe vina, rosas pete, tingere nardo.' Mox *vernansque* et omnia bene Raphaelengius, pro *cernatque* et omnia. *D. Heins.*

99 *In sua tecta*] Ad sua libri: mox distingue, *ferēbat Latior.* *Idem.*

101 *Quid me de propriis*] Malo patriis. Mox *inquis* pro *inquit* scribendum cum Lucensi; quod Livineio

Barthioque visum cum eodem Lucensi ac duobus Medd. Postea quid me *Imperat hic semper?* male vulgo distinguunt. Barthius curis secundis: *Qui me de propriis auferre penatibus, inquis, Imperat?* Augurium, quod subindicat, est in *imperandi* verbo. *D. Heins.*

Quis me de propriis auferre penatibus? Sermone[m] infantis Serenæ recenset, qui balbutiens omina dedit futuri in manu Patris Theodosii Imperii. *Imperat*, Imperiale verbum: Imperat ille, qui me jubet transferre de propriis penatibus. Infantia linguæ, et error in hoc sermone sunt, alioquin nullibi. *Proprii penates, privata domus.* Unde adoptione Serenam in Augustam suam post transtulit Theodosius. *Imperare*, Augustum esse. *Barth.*

106 *Propius*] *Fidelius.* *Idem.*

108 *Ledaos Laconas*] *Castoras.* *Idem.*

Deiuxit cura Lacones] *Dilexit* prim. *Vatic.* et duo alii. *Carior Lucens. Laconas* *Tuan. D. Heins.*

109 *Germana vocabula*] *Germani sui, Honorii.* *Barth.*

111 *Electus*] *A Gratiano, non vi aut dolis se intrudens.* *Idem.*

Delectus habenas] *Electus* pri. *Vatic.* multi alii, *elatus.* Dixi ad *Valerii Flacci* l. ii. 270. Deinde pro *intendit* scripti bene *impendit*: sed alterum tamen in prim. *Vatic.* exstat. *Infra*: ‘*Stilico cunctis cedentibus unus Eligitor ductor.*’ *D. Heins.*

114 *Littus ad Eoum*] *Constantinopolim* dicit, quam in littore sitam gemipo mundo commercia facere dicit. *Barth.*

115. *Zephyri sedibus*] *Occidente.* *Ovidius*: ‘*Vesper, et occiduo quæ littora Sole tepecant, Proxima sunt Zephyro.*’ *Idem.*

116 *Famulas*] *Adoptatæ* nimirum ab Augusto. *Idem.*

120 *Juga*] *Conjugii.* *Idem.*

121 *Utraque luminibus timidum micat*] *Tumidum* septem libri; eleganter: dictum lib. ii. in *Stilich.* 358.

Post pulchro ore prim. Vatican. non *pulchras faces*: probe. *D. Heins.*

Timidum micat] *Timore et pudore modestissimæ, vixque audentis contra tueri aliquem.* *Barth.*

122 *Excitat ore faces*] *Pudoris colore genuino.* *Idem.*

123 *Solo Jove*] *Ex cerebro nimirum illius, Vulcapia securi.* *Idem.*

124 *Sortem*] *Partem sortito datam.* *Idem.*

125 *Gressus venerata*] *Humani amoris more, cui etiam gressus amalorum arrident.* *Idem.*

126 *Improbis*] *Lascivus.* *Idem.*

127 *Tangere Cymothoën*] *Hujus venatio amatoria tangitur et libro de Nuptiis Honorii. Tangere, inescare, decipere. Tangere alioquin et inter Veneris verba, Petronio, Martiall, &c.* *Idem.*

128 *Inducit mores*] *Scripti fere omnes Indicit; recte; ut monui bello Gild. 16. Malim etiam totique: apud Ammianum, lib. xvi. de Juliano: ‘Temperantiam sibi ipsi indixit:’ et initio l. xvii. de eodem: ‘plus laboris sibi quam militibus indicere.’ D. Heins.*

Pudor] *Reverentia majoris personæ.*

Ipsaque Proteus monstra] *Proteus Pastor Marinorum Monstrorum, sui nimirum armenti. Horatius: ‘Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes.’ Barth.*

130 *Parentis*] *Cui erant adoptatæ.* *Idem.*

133 *Ibat*] *Sua sponte inclinata.* *Idem.*

135 *Flagrante rediret*] *Redibat meliores.* *D. Heins.*

138 *Blando sermone*] *Hoc genere valuisse Serenam indicat Historia Zosimi.* *Barth.*

139 *Harere*] *Stare, acquiescere.* *Barth.*

Secreta fidelis] *Fideli constanter scripti, ut appareat versum alterumque excidisse.* *D. Heins.*

140 *Prisca*] *Digna senili ætate. Antiquum et veterem pro seme et an-*

nia affecto a probatis scriptoribus etiam dici, notatum est alibi. Taciturnitas Serenæ pulchre commendatur, quæ acceptissima virtus summis Principibus. *Barth.*

142 *Alcinoe genitum*] Nausicaam. *Idem.*

144 *Naufraqui sonni Otia*] Ulyssis ipsius, naufragio ad Phæacum terram delati. *Idem.*

145 *Expatit*] Hoc verbum nisi adhibito in consilium Homero haud quis percipiat. *Odys. Z. ὅς κεν δάμνην ἀπαδόμενος δῖος Ὀδυσσεύς. Deinde ὅτι δ' Ἀλκίνοου θυγάτηρ μύνη, τῇ γὰρ Ἀθήνη δάμνηος ἐστὶ φρονὶ θῆκε, καὶ ἐκ δέος ἔλπετο γυῖον.* Nausicaa ergo primo aspecta pavit ut puella; sed Palladis ope, pavo statim defuncta est, et quod uno hoc verbo dixeris eleganter, *expatit.* *Claver.*

147 *Ludus erat*] Erant cum opt. Ambros. Mox *Elisæ* bene codices; ut apud alios etiam auctores in veterimis libris: et paulo ante *Ulixem* prim. Vatican. *D. Heins.*

Ludus erant] His legendis insumebas tempus, quod ludo alimæ puellæ impendebant.

Quos Smyrna dedit, quos Mantua] Componit par incomparabile. *Papinius, l. iv. Sylvar. 'non si mihi vertice læto Nectat adoratas et Smyrna et Mantua Laurus, Digna loquar.'* Smyrnam Patriam Homero consensu dant duo hi summi vates. *Barth.*

Mantua libros] Serena fuit igitur utriusque linguae perita. *Claver.*

148 *Nec parcia Elisæ*] Noster ob pudicitiam non *ignoscere Elisæ* Serenam ait, quam excusabat contrario affectu altera. *Barth.*

149 *Nobiliora tenent*] Quæ seligis, inquit, ut sequaris. Sic velut in speculum 'introspicere facta fortunæque aliorum,' ad suam vitam instruendam, monetur adolescens in *Adelphis* Terentii.

150 *Laodamia*] Fabula apud Hyginum civ. A quo et cum Capanei conjugē inter castissimas refertur, cclvi.

Cur autem *Phylaciden* vocat Proteclausum, cui genitor Iphiclus? Sane Evadne filia fuit Phylacis, quæ cum Capanei funere obijt. *Barth.*

151 *Prona ruens*] Hyginus cclxlii. *Idem.*

160 *Votis*] Procerum, aulæ presentium. *Idem.*

Votis crexerat aulam Incertis] *Aula* *Ingentis* pri. Vatic. puto pro *crexerat aulam Intentis*; nempe votis. *D. Heins.*

162 *Musarum pagina*] Libri Poëtarum. *Martialis, l. i. Epig. v. 'Lasciva est nobis pagina, vita proba est.'* *Barth.*

163 *Quod dura sub lege*] Diva scripti novem: aliter tamen potiores cum prim. Vatic. *D. Heins.*

Juberent] Jussissent. Enallage temporis. *Barth.*

166 *Curru Pisæa marino*] Pisis dominabatur *Enomaus*. Ejus fabula notissima, decepti a Myrtillo, qui cereos obices axibus præfixerat. *Idem.*

Curru Pisæa marino] *Maligno* *Buslid.* marito *Scaliger*; «confirmat *Puteaneus*: dixi bello *Gild. 407. de Rapt. iii. 'marito Mobilior Zephyro,'* ubi *Gyraldi* codex simili modo *marino: marinus* tamen *currus* hoc loco videri possit dictus, ut *rotæ nantes* *Statius* de eadem re *Theb. vi. 'Parte alia victor carru Neptunia tendit Lora Pelops, prensatque rotas auriga nantes.'* Mox pro *previus* prim. Vatic. et decem alii *perfidus*; bene *Gyrald.* *Lacens.* et tredecim alii *fervidus*: tertius Vatic. *pervidus.* Lego deinde *deceptum axem, non deceptus.* *Bello* *Getico*, de *Tiphye*: 'Deceptoque yagæ concursu rupis in altum *Victricem* duxisse ratem:' posset tamen et refingi *Enomai deceptor Myrtilus.* *Seneca Thyeste*: 'proditus occidit Deceptor domini Myrtilus, et fide Vectus, qua tulerat, nobile reddidit Mutato Pelagus nomine.' *Prodidit*, ut in illo *Virgiliano*: 'Lucage, nullatuos currus fuga segnis equorum Prodidit.' Pro *ambitione* opt. *Ambros. conditione.* *D. Heins.*

169 *Cursu ferroque*] Eleganter eruditeque. Ab ea enim cursu vinci, erat vita spoliari, ipsa conditione certaminis. *Barth.*

171 *Fluvio*] Acheloo, ob Deianellam. *Idem.*

172 *Pretiumque laboris*] Quindecim labori rectius cum prim. Vaticano. Mox pectora premeret, non pectore fremeret tres: quod placet. *D. Heins.*

174 *Acheloius*] Achelous idem amnis, qui eadem lucta perpetuo suo cum luctu cornu alterum amiserat. *Barth.*

176 *Saucia truncato pallebant*] Malo *aquallebant*. *D. Heins.*

178 *Judice dignus Augusto*] Primo Stilich. 77. 'dubius toto quærebat ab axe Dignum conjugio generum, thalamicque Serenæ. Judicium virtutis erat.' Generum sæpe vocat Stilichonem ob adoptatam a Theodosio Serenam, ut clare jactat noster libri hujus vers. 104. *Barth.*

180 *Regni dotes*] Regiæ familiæ, in qua consortium Regni. *Idem.*

181 *Sæpe duces meritis*] *Lege meritis* cum Patavin. et Rottendorph. *D. Heins.*

184 *Solus*] Nec solus tamen. Infinita enim exempla produci possint quibus affinitates Regiæ strenuis dubibus pro laborum bellicorum præmiis sunt indultæ. *Barth.*

186 *Thermantia*] Soror Serenæ, de qua supra. Maritum huic fuisse dicam Bathanarium, Libyæ propositum, Magistrum militum, ex Zosimi loco libro v. *Idem.*

188 *Alio tibi numine*] Majore Fortuna. Nactæ nimirum illum maritum qui Romanæ Salutis sit verus clypeus, verus parens publicus, &c. *Idem.*

Alio tibi numine tædas] Quinque *munere*. Buslid. et quart. Vatican. *visere*; lego *lumina*: et sic Livineius, lib. ii. de Rapt. 'Et faustas alio succedunt lumine tædas.' Ovid. 'Conde tuas, Hymenæe, faces, et ab ignibus

atris Aufer: habent alias mæsta sepulchra faces.' *D. Heins.*

189 *Magnique coronis*] Maximis Proceribus, quas Coronas vocat ob ornatum iis eorumque virtutibus Imperium. Vel hoc sensu: Conjugium Serenæ Stilichonem ad summos honores evertisse. Et ita aduletur illam.

Magnique coronis Conjugium sit curatum] *Choreia* Gyrals. coloris Patav. et pro cura Lucens. prim. Vatic. et tredecim alii *causa*. Hæc sine dubio corrupta. Forte *magnique choreia Conjugium junctura tum*: vel, *magnique trophæis Conjugium futura*, aut *futura*; ut 'fultos spoliis triumphos' vi. Cons. Honorii dixit. Seneca Hippolyto: 'contra divites Regnoque fulti plura quam fas est petant.' *D. Heins.*

190 *Delectus equorum*] Curam stabuli Augustalis primum honorem Stilichonis fuisse ait. *Barth.*

191 *Argæaque gramina*] Cappadoces equos equasque laudat: ii commendatissimi modo nominatis venaticis scriptoribus. Sacra præsepia, Imperatoria. *Idem.*

193 *Primus honor, &c.*] Oportet Stilichonem fuisse magni pretii, et equitandi peritia valde commendatum, qui id honoris apud Theodosium obtinuerit. *Claver.*

Gemino mox Ida germine ducit] Inde ex cura stabuli ad Magisterium Equitum Stilichonem fuisse evectum. Sed si *culmine* receperis, dicaturque inde a stabuli cura ad utriusque Militiæ Magisterium venisse Stilichonem. Fuisse utriusque Militiæ Magistrum testantur Historici, et Inscriptio vetus: FL. STILICHONI. ILLUSTRISSIMO. VIRO. MAGISTRO. EQUITUM. PEDITUMQUE. COMITI. DOMESTICORUM. TRIBUNO. PRÆTORIANO, &c. Verum cum penitus intæor illud, *gemino germine*, Militem Barbarum Romanumque, quem duxerit Stilicho, indicari autumo, et eam utique veram genuinamque esse Claudiani scriptu-

ram. *Barth.*

Gemino mox Idæ germine duxit] Hæc inquinatissima. Scaliger *Θέωρα* *ῥῆς ἱερῆος Φρύλας* intelligit: sed non persuadet geminum Idæ culmen pro utraque Phrygia sumi. Videamus primo diversas lectiones. A quibusdam scriptis versus hic abest, hiatu relicto. Oxon. *gemino nex in germ.* unus Ambros. *gemina nex inde*: alii quidam *gemina mox inde*: Ald. et prior Moreti *gemina mox inde germ.* prim. Vatican. *inde e germine duxit*: Bualid. *gemina nexu tibi germ.* unus Mod. *gemino mox inde e gramine*: Putean. *gemina nec inde germania*: unus Petav. *gemina nec inde germania*: Lucens. *gemino nec inde gemin. ... duxit*: sec. Vatic. *gemina vœximum gramine*: tertius, *mox idæ germine*: quartus, *gemina mox inde germine*: Palat. *gemino mox inde e gramine*: Oiselianus, *gemina nex inguam duxit*: a Vienneſi hæc abstant, lacuna relicta: Helmſtad. *gemino nox inde germania duxit*: opt. Ambros. *Primus honor, tantaque fide victricia duxit Agmina*; sensu commodo, nisi quod suspicor ab interpolatrici manu esse: pro *germine* liber Claverii *culmine*; quo nunc quidem melius nihil succurrit. Lego igitur *gemino mox idem culmine duxit*. Magister enim utriusque militiæ Stilicho, ut ex antiquis patet inscriptionibus. Noster alibi, 'Culmen utrumque tenes:' et infra, 'legum culmine fultæ Convenerē domus.' Barthium curis secundis eodem collineare postea vidi. *D. Heins.*

194 *Labor*] Industria. De Equitum magisterio loqui clare docent sequentia. *Barth.*

196 *Deberet majora tamen*] Puto *deferret*: quartus Vatican. *auderet*. *D. Heins.*

Bellica nubes] Incursus Barbarorum. *Barth.*

199 *Committere Martem*] Permittere meliores magno numero. *D. Heins.*

200 *Gradus*] Dignitas ipsorum mi-

litaris major. Innuit militiam sub Timasio modo indicatam verbis Zosimi, quem egregium Ducem interemtum insigni virtute ultus est Stilicho, ut docet noster alibi. *Barth.*

201 *Flumine molli*] Pacato, strato. *Idem.*

Flumine molli] Rectius scripti *flumine*: sic *mollis aura* Ovid. *Fast.* 'A Zephyris mollior aura venit:' non mitior. *D. Heins.*

205 *Sæpeque pavere Confessi finem studiis fecere procella*] Ita hæc vulgo legebantur: nos ex prim. Vatic. et decem aliis versum, qui exciderat, addidimus, cæteraque in integrum restitimus. *Confessis* a Puteaneo est: cæteri *confessa*, vel *confessi*. *Idem.*

207 *Studiis*] Favoribus, quibus in partes ante discesserant. *Barth.*

208 *Thracia Tempestas*] Thracas initio Imperii, Stilichone adjuvante rem strenue, domuit Theodosius III. Cons. *Idem.*

209 *Tempestas*] Supra dixit nubem. *Idem.*

210 *Suffragia quippe peregit*] Loco verorum suffragiorum fuit timor certi periculi, qui ex re ipsa, veraque virtutis æstimatione dedit Stilichoni summam Potestatem. *Idem.*

212 *Jacuit formidine livor*] *Tacuit* Bualid. quod præstat. *D. Heins.*

213 *Per membra tremor*] *Rigor* quartus Vatican. *Idem.*

Quis tibi tunc tremor] Pro conjugali videlicet Amore. Is vero tantus, ut, quo natura majorem non inseruit hominibus, tamen et parentum in liberos vindicat. *Barth.*

215 *Madido respectans limina vultu*] Suspicio est abhinc excidisse aliquid; non enim erat Serenæ, quam alloquitur, utique manentis; sed peregre ad Bellum, vocantibus jam classicis, euntis Stilichonis, limina respectare. An scribas *respectans Lumina*? Observans scilicet oculos. Tamen et dum osculum galeæ inserit, vultu la-

crymis pleno admonere potuit maturandæ maritum reversionis. *Barth.*

Respectans limina vultu] *Lamina scripti: an numina?* D. Heins.

216 *Optares reducem*] Memoria voti hoc genus Serenæ nostræ exstat in Epigrammate veteri. *Barth.*

219 *In ulnas*] Egregie amplexum redeuntis in sua conjuge describit Papinius, lib. II. Sylvar. *Idem.*

220 *Casta tuto per dulcia noctis*] Duo dubia: prior Moreti devia. Forte *Castaque tibi.* D. Heins.

222 *Non illo nitidas*] Sordidatam dicit omni tempore, velut in luctu aut reatu, absente marito, vixisse; nulli alteri se scilicet exornantem. *Barth.*

224 *Supplice crine Verris humum*] Solenni more voventium reditum, et

alioquin Deos contentius invocantium, profuso capillo limina templorum verrere. *Idem.*

225 *Tegitur neglecta gratia forma*] Cum Aldo et Claverio teritur nostri omnes, tertio Vaticano excepto. D. Heins.

229 *Vigili sensu*] Ingenio minime somnolento, sed perspicaci. *Barth.*

230 *Obvia*] Contraria. *Idem.*

231 *Feror iniquus*] Sex scripti *femur*: unus Ambros. *ramor*: optimus *fulgor*; Palat. *seu feret*; tertius Vatican. *neu sem.* latet aliquid. In Gyraldi codice notatum multa hujus poematii desiderari. D. Heins.

232 *Furto subederis*] Clam. Sed et subsidere tale quid, ut subessor. *Barth.*

236 *Pila*] Romanas acies. *Idem.*

XXX.

EPITHAL. PALLADII ET CELERINÆ PRÆF.

Hoc elegans Epithalamium subita exultatione compositum est a Claudiano, qui se comitem aut socium Palladii, ac militem Stilichonis profectetur. *Claver.*

Claudianus in Epithalamio *Palladii et Celerina*; non ut vulgo *Serenæ*. Nam Celerina Palladii Coa. fuit uxor. Tum ipse Claudianus gentilitium nomen insinuat: 'Immensamque trahit Celerini robore lucem.'

1 *Carmina per thalamum*] Periphrasis Epithalamii. *Barth.*

2 *Nec potui socero*] Quod Stilichonem hic intelligi nonnemo volunt, nos sententiæ subscriptores non habent. Summus enim Militiæ Romanæ

Dux, alios sub se minores utique habuit, quærum alicui scriptum est hoc Epithalamion. *Idem.*

Socero] Stilichosocer Palladii; quia Celerinam filiam, forte adoptivam, dedit ei nuptum; sic etiam Theodosius fuit socer Stilichonis. Gens vero Palladiorum inclyta et nobilis fuit ad usque tempora Sidonii: quin etiam non procul ab urbe Biturica visitur prædium insigne, inde ut fertur denominatum. *Claver.*

4 *Emicat*] Barbarismum sunt qui Claudiano ex hoc loco impingant. Prudentiæ suæ homines inconsulti, quos fugere potuit læsa distinctio. *Barth.*

XXXI.

EPITHAL. PALLADII ET CELERINÆ.

Epithalamium] *Lacensis, Epithalamium dictum Palladio...tribuno et notario et Celerina.* Gyrald. *Incipit Epithalamium dictum Palladio V. C. tribuno et notario:* cætera legi non poterant; ex utraque lectione hanc concinnavimus, quam contextus exhibet. Prim. Vatic. *Incipit Epithalamium dictum Palladio V. C. et Celerina:* in Oiselliano *Epulamus dictus. prefatio.* D. Heins.

Palladii] Palladiorum nomen hoc ævo nobile constat ex pluribus scriptoribus. Vide Commentationes Doctorum ad Symmachum. *Barth.*

1 *Blando quasitum frigore*] Aura blanda aspirante et horridula, unde ad rivi strepentis spiritus aërem tali temperie moderantes Poëtici sopores et finguntur et optantur. *Idem.*

2 *Vitibus intexti*] Contexti vitibus. Nam umbracula talia de vitibus expehebantur. *Idem.*

Successerat antri] *Susceperat* Claverius ex veteri libro, cum neget in vulgata lectione sensum esse, quod et Raphaelengius secutus: sex ex nostris scripti *successerat*. Patavin. *quasitans* somnum; ut ambiguitas vitetur, scribe: *Fortè Venus blando quasitum frigore somnos* *Vitibus intexti gremio successerat antri:* *successerat quasitum somnos*, pro, ad quærendos somnos: *succedere antro* habes apud Virgilinum quoque *Eclog. v.* 'Sive sub incertas Zephyris motantibus umbras, Sive antro potius succedimus:' et mox, 'Sed tu desine plura, puer, successimus antro.' *D. Heins.*

3 *Siderias artus*] Summæ pulchri-

tudinis. *Barth.*

4 *Acclinis florum cumulo*] Gyrald. *Acclinis floribus:* *Lacens. floribus;* nū muto. *D. Heins.*

Acclinis florum cumulo] *Acclinis*, rei se cuipiam acclinans. *Barth.*

5 *Sudantem*] *Pondere uvarum.* *Sudat vitis nvis*, cum rumpuntur hæ, tempore et calore. *Idem.*

Vitem sudantem ventilat uvas] *Tō vitibus* jam præcesserat: optime igitur Claverii codex, *mites undatim ventilat uvas;* atque ita *Lacensis:* nisi quod *sudanti* in eo corrupte. Gyrald. *mites sudanti* v. *uvas:* prim. Vatic. *multos sudantem;* *undare* ut *fluctuare.* *Vid. notas lib. II. in Eutrop. 273.* *Undantem segetem* dixit Sidonius Apollinaris Panegyrico Anthemii. In Oiselliano, *Pampinus et musto vitem sudantem ventilat uvas.* *Puto, et musto sudantem ventilat uvas.* *D. Heins.*

7 *Æstus, et exula*] Prior Moreti *exulso.* *Puto* scribendam *fastidit amictum Cestus.* *Cesto* Veneris nihil venustius in rerum natura fuisse Poëtæ testes: nihilque Momus in eo carpere potuisse: hinc *πρωτέρα νεοροῦ μαργάρεα* Philodemus in Epigrammatis. Hoc ergo vult, cestum pro vestitu Veneri fuisse. *Ballicum Veneris* vocat Apuleius libro II. *Met.* *Vetus Inscriptio Eboræ:* DIVO. JULIO. LIBERALITAS. JULIA. EBORA. OB. ILLIUS. MUN. ET MUNIC. LIBERALITATEM. EX DDD. QUOJUS DEDICATIONE. VENERI. GENETRICI. CASTUM. MATRONÆ. DONUM. TULERUNT. Statius, *Theb. v.* de Venere: 'Nec vultu, nec crine prior solviase jugalem Cæ-

ton, et Idalias procul ablegasse volucres Fertur.' Sic apud Lucianum dialogis Deorum, judicio Paridis, jubetur Venus cestum deponere, ne eo tanquam præstigis judicem incantet. *D. Heins.*

Exuto translucent pectore frondes] Albissimo virides. *Barth.*

8 *Viciisim Nexa]* Ita ut unum orbem, unam catenam jaciât chorus trium. *Idem.*

9 *Gratia]* Quare Comes Veneris, enarrat Seneca. Noster etiam dormientes nexas facit, ne Gratitude scilicet ullo tempore memoria exeat. *Idem.*

10 *Pennati pueri]* Horum ingens exercitus juxta Venerem, illius Filio Rege. *Idem.*

Quo quemque vocavit] Vocabat Ambros. puto vocarat. *D. Heins.*

11 *Ramisque propinquant]* *Propinquis*; et mox *pendentes* cum melioribus scriptis legendum, non *prudentes*; quod et Raphelengius vidit: prim. Vatican. et Ambros. *pendent* et: etiam Oiselianus. *Idem.*

Ramisque propinquant] Ut non longe ab Prætorio Imperatricis armamentarium Amores fluxerint. *Barth.*

12 *Suspirant igne]* Sagittæ enim igne armatæ: Ignis scintillans suspirare quodammodo videtur, quia nunquam Amatores sine gemitibus. *Idem.*

13 *Pars vigiles]* *Pervigiles* iudunt et per prim. Vatic. et Ambros. *D. Heins.*

14 *Scrutantur nidos avium]* *Nidos* alii legendum; nisi mavis, aut per *virgulta vagantes* (vel *vagati*) *Scrutantur nidos avium*: vel, aut per *virgulta vagantur Scrutati nidos avium*. Mox pro *flexuque sequuntur*: quart. Vatic. *flexumque*; lege *flexumque*. *Idem.*

15 *Donum Veneris]* Veneri donandum.

Flexusque sequuntur Palmitis] Reputant ad palmitum curvamina, Levitatem indicat simul et petulantiam Amorum. *Barth.*

16 *Ultas]* Quibus vites affixæ. *Barth.*

17 *Defendant alii lucum]* *Lucos* prim. et quart. Vatic. et Ambros. *Lege luo*, et vide quæ diximus ad lib. III. in Stilich. 171. *D. Heins.*

Lucum] Nemora densis arboribus obsita. Talibus coli volebat Auctor malitiæ sub plerisque Numinum personis. *Barth.*

20 *Lascivis Fœnis]* Qui finguntur obscenis modis in Venerem semper parati. *Idem.*

22 *Fausti plausus]* Hymenæum iterantium. Nam ante ostia domorum quibus nuptiæ incelebrandæ, canebatur tibicinibus Hymen, acclamante populo, ut clarum vel ex Comædiis. Quo illustriores sponsi, eo amplior plausus populi. Ante ostia autem Nuptialium tam sponsi quam sponsæ (si tales) ædium, omnis magistratus, omnis procerum copia, et vulgi turba aderat, mane primo. *Idem.*

23 *Audita per rura lyra]* *Tuba* opt. Ambr. *D. Heins.*

Celerina per omnes] Ad honorem sponsæ pertinet longe lateque cani Hymenæum; id quod adeo necessarium putabant, ut deficientibus humanis cantibus inanimas ipsas res ad concubitum nuptiales odas accinere dictitarent. *Barth.*

27 *Detersit pollice somnum]* Ut solent manibus oculos tergere somno excitati. *Idem.*

28 *Utque erat interjecta comas]* Sic prim. et tert. Vatic. aliique nonnulli ex melioribus. *Utque fuit intertexta* quinque scripti. *Utque fuit interjecta* duo. *Utque fuit intertexta* alii quatuor. *Utque erat intertexta* Lucens. An legendum *Utque erat indepeza comas*, vel, *indigesta*? opt. Ambros. *Utque fuit detecta*. Rottendorph. *Utque erat intertexta*: sec. Vatic. *Utque erat intertexta*. Forte pro *rejecta* aut *neglecta*. Statius, Theb. IV. 'neglecta comam, nec dives amictu.' Gyrard. *Utque fuit turbata comas*. Mox pro *turbata capillos*, Lucens. *intertexta*. Gyrard. *merita*

vel *incompta*. Adscripti religiose diversos codicum lectiones, ut alienis quoque conjecturis locus esset. Mihi impense placet, *Utque erat indigesta comas*. Helmæstadiensis a manu secunda, *Utque fuit impexa comas*. Pro *turbata capillos*, ne bis idem dicatur, Oiselianus *turbata papillas*. Deinde *assurgit stratis non exurgit* in plerisque vetustioribus. D. Heins.

Interjecta comas] Coma, capillus densus aut involutus: *Interjecta*, quia alius cincinnus alteri erat interjectus, et orbes non suffixi orbibus per aena, ut solent negligentem. Barth.

29 *Sociumque requirit Agmen*] Prior Morelli *revocatque suorum*, sed manu recenti, ut interpolatoris figmentum esse facile appareat: admisit tamen nimia facilitate Raphelengius. In aliis plerisque scriptis aut lacuna relicta, aut manu minus vetusta suppleta erant. Certe prim. Vaticanus omnium, quos ipse inspexi, veterrimus, lacunas passim in hoc Poëmatio prodebat: septem nostri cum Claveriano interque suorum *Agmen et innumeros Hymenæum quarit Amores*: quart. Vatic. *procul ecce sonorum Agmen*. In Viennensi post lacunam priori versu relictam: *Inde per immensos Hymenæum quarit amores*. Pro *quarit* Gyrard. et Lucens. *poscit*; recte: vide quæ notamus de eo verbo l. II. in Rufin. 298. Raphelengius contra scriptos in *numeris Amoris*. Pro *interque suorum* Lucens. *Hymenæus it omne*. Lego minima mutatione et optimo sensu: *Hymenæon et omne Agmen et innumeros Hymenæon poscit Amores*: accusativus Græcus loco corrumpendo occasionem dedit. D. Heins.

31 *Musa genitum*] Hymenæum fere totum cum suis sibi natalibus, cultu, officioque, Epigrammate declaravit Martianus Capella.

Ducem Præfecit thalamis] Hymenæi nomen ortum ex acclamationibus fanstis, quibus in conjugium convenientes omnis Antiquitas prosecuta est. Barth.

32 *Nulum vinasse cubile*] *Juvencus* libri cum Barthio; sic et 'sociare cubilia,' Ovid. Stat. Epith. Stellæ: 'Ergo adjuuge toros atque otia demoveventæ.' D. Heins.

33 *Attollere tadas*] Producentis in conjugium novis nuptis. Allevatis enim facibus producebantur, ut de duabus domibus convenirent in unam, de familiis constituendam unam novam. Barth.

34 *Platano*] Omnium arborum umbriferarum nobilissima. *Idem*.

35 *Inæquales*] Succedentibus semper longioribus.

Texebat] Jungebat, ut texere naves.

Avenas] Caves omnes frutices aut herbas, quæ inflari possunt, ut cicutarum etiam vox sumitur. Barth.

36 *Mænaliisque modos*] Arcadios, ob Panem Arcada, qui Princeps tutorque fistularum. *Idem*.

37 *Oriæque recursu*] Licet notare veterum simplicitatem in usu fistularum, quas non unas diversis foraminibus inflabant, sed ore secundum sonum tollendum aut premendum, legebant ipsas cicutas, sive tubulos, qui non alia ratione modos variabant, quam quod altero alter esset brevior. *Idem*.

38 *Dissimili tenuem*] *Dissimilem tenui* prim. Vatic. et Ambros. ut *tenuis avena* apud Virgil. Mox *statu* pro *lapsu* opt. Ambros. et prim. Vaticanum pro diversa lectione Oiselianus. Adeantur quæ notamus ad Nasonem, Fast. vi. 704. D. Heins.

41 *Dulce micant oculi*] Laudibus Serenæ Reginæ. Barth.

Infecerat igni] *Interiserit* Lucensis; alii etiam *igne*: forte *niveis interiserit ignem Solque pudorque genis*. D. Heins.

42 *Solque*] Calor diei, quem fugerat Venus.

Umbram] Inumbrantem potius genas quam tegentem. Barth.

43 *Silentem*] Reverentia Domini Numinis. *Idem*.

46 *Nimiumque parentis Emule*] In-

dignatio quædam occulta in Musas, quarum cantatrix et Philosophia castitas invisa Veneri. Cur Musas non incendat Amore Cupido, causas non invenuste narrant Luciani Dialogi. *Barth.*

47 *Tecum*] Solo, nemine conscio. *Idem.*

48 *Cithara*] Urbanus omnis cantus; quem Lyræ etiam vocabulo indicavit supra.

Lycari] Mons Arcadiæ quem perpetuo habitare cantui pastoralis indulgens fingitur Pan. *Barth.*

49 *Atque pecus cordi*] Jamque dno Medd. Palat. et unus Petav. *Atque nemus* Ambros. Pato *Jamne nemus.* Mox pro *tanta* Lucens. et Gyrard. *tantas*: prior Moreti *tacitæ*: prim. Vat. et opt. Ambros. *tandem.* D. Heins.

Pecus] Quod teli cantu mulceri solet. *Barth.*

50 *Huc ades*] Seriuscula increpationcula. Verum tu, inquit, ades huc nobis, et illud edisere, quod potius est, atque tui muneris. *Idem.*

51 *Quæ pompa thoro*] Lege cum Vatic. et Ambros. optimis, *cui thoro.* D. Heins.

56 *Diva, morantem*] Prim. Vatic. et Ambros. iidem, *morari.* Mox *mirabar quid non quod scribo*; quomodo Barthius quoque curis secundis. Virg. 'Mirabar quid mæata Deos, Amarylli, vocares.' Propertius, l. III. Eleg. 9. 'Mirabar quidnam misissent mane Camœnæ Ante meum stantes Sole rubente torum:' quo loco scribendum *visissent*; ut et paulo post, 'Natalis nostræ signum visere puellæ:' scribendum etiam *Sole oriente.* Terentius Ennuch. Act. II. Sc. 2. 'Miror quid in Piræo abierit.' Cicero Trebatio l. VII. Ep. Famil. 12. 'Mirabar quid esset, quod tu mihi literas mittere intermisisses.' *Idem.*

57 *Quod adhuc*] Quid maneres, quid tantum tibi obvenire aut objici potuerit, ut non adesses sponte tua tali

conjungio. *Barth.*

58 *Tibi mandatur*] Tuis sacris initiatur, tuo Imperio submittitur. Originem vocat successionem votivam sobolis, cujus sine legitimo conjungio nulla est æstimatio, quo nomine Hymenæum Diis omnibus cæteris præfert Catullus. *Idem.*

59 *Legum culmine*] Magistratibus gestis. *Idem.*

60 *Latissimus urbi*] *Lectissimus* septem scripti. Vatic. et Ambros. *lectissimus orbi*; sic 'juvenes lectissima bello Pectora.' Mox bene *fluctibus* cum scriptis Raphelengins. *Qui locus non Quis pri.* Vatic. D. Heins.

61 *Rubris quæ fluctibus insula latrat*] Sonum videtur alludere fluctuum litus ferientium. *Barth.*

63 *Successit regio*] *Secessit* cum libris et Barthio. Sequenti versu *penetravit* malim. D. Heins.

Rumore secundo] Fama favente. *Barth.*

64 *Benigna Temperies*] Qnam Regenti Populos aut Urbes alibi præ cæteris omnibus virtutibus commendat Claudianus. *Idem.*

65 *Doctique sales*] Scripsisse aliquid Musicum hunc Palladium, patrem ejus cui Epithalamion hoc canitur, ex hoc loco arbitreris.

Grata senectus] Quæ suavitate morum maxime commendatur. *Barth.*

Et grata senectus] Duo Florentini et tert. Vatic. cum Oisiliano, *terga*; pnto pro *teraa*: quatuor alii *amica*. Juvenal. Sat. IV. 'Crispi jucunda senectus.' Mox *benignæ* recte opt. Ambros. D. Heins.

68 *Eoum stabili*] Præfectum Prætorio Orientis fuisse indicat. Potest et Urbi Præfectus, novæ videlicet Romæ, indicari. Consulatum excludit *ad stabili.* *Barth.*

69 *Hic splendor juvenum*] *Juveni* cum scriptis legendum, quod ab aliis jam occupatum. *Lege, Hinc splendor juveni*; ut alibi 'hinc honor Entropio.' D. Heins.

70 *Veteres Tomi*] Vide J. Cujacii Commentar. ad Novellam cxx. *Barthius*.

Veteresque Tomi] Hæc gens, licet barbara, Romanos ipsos urbanitate superavit et amore literarum. Itaque Ovidius charam sibi Tomum denunciat, quæ aliquibus *Tomis* dicitur, unde *Tomita*: quod minime miror; sunt enim Græcæ originis: quinimo et Flaccia a duce Romano dicta iis quasi finitima est: apud eos profecto immunis egit Poëta, et coronam publico sibi consensu impositam velut diadema gessit. *Claver*.

Maecortia matris] Lego *patriis* vel *patri*; nam Moreti codex *Marti*: alii quidam *Martia*. D. Heins.

Matris nobilitas] Celerina patrem habuit Tomitanum seu Getam: ex qua regione etiam opinor Stilicho. Nobilitas vero matris est alicujus momenti. Ovid. 'Hinc fuit Evander, qui, quamquam clarus utroque, Nobilior sacre sanguine matris erat.' *Claver*.

71 *Spoliis*] Victoriis de Getis. Victorem enim Getarum Celerem, Romanorum Procerum aliquem, in Tomitanis oris consedissee innuit. *Barth*.

72 *Celerini robore*] De materna nobilitate, qui de omni commentati ubertim sunt. *Idem*.

Celerini robore] Claverius ex veteri libro *Celeris de*. Celerina gens iis temporibus nobilissima, in qua etiam martyres nonnulli. Adi Cyprianum Epistola xxxiv. et quæ illic notat Pamelius. D. Heins.

74 *Cum sibi, post domitas*] Domitas ad Parthica flumina Carras Poëte dicit fuscum fugatamque exercitum Parthorum ad flumina ipsis patria. *Carræ* enim Parthorum totum nomen et Imperium notant, ut Rhenus nostro omnes Germaniæ populos, Danubius et Tanais Scytharum. Sententia igitur sit; Celerinum istum post cladem insignem Parthis illatam a militibus oblatum imperium

abnuisse.

Sibi] Ipsi. Non enim sibi dederat miles, aut dare volebat, sed Celerino, de quo sermo est. *Barth*.

Domitos et Parthica fulmina claras] Nonnulli, quos inter secundus Vaticanus, *domitos Carras*: *domitas Carras* Raphelengius cum opt. Ambrosiano. Claverius ex antiquo codice, *domitas ad Parthica flumina Carras*; quod nec mihi displicet: cum post domitas Carras sceptrum sibi miles daret ad Parthica flumina. Carræ cum ab aliis Imperatoribus, tum a Gordiano tertio captæ: qui in expeditione illa occubuit, a Philippo nefarie trucidatus, sepultusque in castro Circesso seu Circensi, quod inter duos fluvios situm, Euphratem videlicet et Aboram, testibus Ammiano, libro xxiii. et Procopio, lib. ii. Persic. qui id castrum Cercusium appellant. Circusum est Capitollino, Evagrius Circesium, Circusium Zosimo lib. iii. qui id pari prorsus modo inter duos ponit fluvios: ut appareat cur ad Parthica flumina dixerit Claudianus. Apposite Ammianus, lib. xxiii. de Juliano: 'Mæstus exinde digressus venit cursu propero Carras, antiquum oppidum, Crassorum et Romani exercitus ærumnis insigne: unde duæ ducentes Persidem viæ regiæ distinguuntur, læva per Adiabenam et Tigridem, dextra per Assyrios et Euphratem.' Oiselianus, *post domitos et parthica fulmina caros*. Gyrard. tamen Lucens. et prim. Vatic. *post obitus et Parthica fulmina caro* vel *claras*: scribe, *Cum sibi, post obitus et Parthica fulmina Cari, Sceptrum daret miles*; ut de Caro Imperatore intelligatur, qui ad Ctesiphontem fulmine sublati, ut quidam volunt. Confirmat unice hanc conjecturam summus Claudiani imitator Sidorius Apollinaris Narbone: 'Nam quis Persidis expeditionem, Et victricia castra præteribit Cari Principis, et perambulatum Romanis legionibus Niphaten: Tum, cum fulmine

captus Imperator Vitam fulminibus parem peregit? versu penultimo legendum *fulmine tactus, vel raptus*. D. Heins.

77 *Respuit incestum*] *Ingestum* Gruterus ad Senecam: et sic Lucens. ac prim. Vatic. *incertum* Scaliger. Delrinus ad Senecam *hoc sceptrum*: perperam; Sidonius Panegyrico Aviti: 'Ut primum ingesti pondus suscepit honoris.' Plura adstruendæ huic scripturæ congestit curis secundis Barthius. Mox tum pro non scripti. *Idem*.

Ingestum] *Ingerere* rem dicitur qui invito obnitentique obtrudit, quo pacto obtrusum Imperium singulari magnasimilitudine et æquanimitate refutasse ait Celerinum suum. *Barth*.

78 *Purpura primum*] Dignitas minor virtute. Vicit, ait, Fortunam et Ambitionem, contemnendo utramque. *Idem*.

79 *Metuitque repulsam*] Imo *meruitque* cum libris. Statius Surrentino Pollii: 'Spemque metumque domas, indignantemque repellis Fortunam:' sic lego, non *refellis*. D. Heins.

81 *Se confessa viro*] Bene iidem scripti *concessa*. Mox *delata* bene Fulmannus cum prim. Vatic. et Ambros. pro *delecta*. *Idem*.

82 *Majorem contenta probat*] Pankinus Benedictus, l. i. Martin. 'majorque probatur Dum capit esse minor; nam Laudem temnere Laus est.' *Barthius*.

83 *Plena ducum*] Magistrum Militiæ supremum fuisse indicat. Plena dicit summis, quia nullum prius gradum iniecit. *Idem*.

Plena ducum] Florent. S. Marci et Buslid. *ducit*; lege *ducis*: *diem* Oisehannus. D. Heins.

Vectus ad altum] *In altum* quatuor libri. Lego, *coactus in altum*. *subvehere* dixit Statius Lacrymis Etrasci, ubi *subvexit* minus conamine nunc legitur: 'Præcipuos sed enim merito subvexit in actus Nondum stellige-

Delph. et Var. Clas.

rum senior dimissus in axem Claudius.' *Idem*.

84 *Princeps militiæ*] Togatam dicit, cujus prius fuerit Princeps. Sed verius est de duobus hic sermonem esse Claudiano, Patre nimirum Celerinæ, cum de propagine materna antiquissima jam locutus sit, avoque materno: quorum ille jam sit dictus militiæ Princeps, hic vero jam dicatur Primicerius Notariorum, vel alia talis potestas constituta ad Rationes militiæ Romanæ. *Barth*.

Quo non illustrior extat Alter] *Qua et altera* cum libris. Pro *assignat*, *adignat* prim. Vatic. Forte *ac signat*. D. Heins.

85 *Alter cunctorum*] Interpretatio hæc sit: Celerinus fuit ille præstantissimus stirpis auctor Celerinæ, a matre. Hujus cognomen assumpsit Pater Celerinæ, utpote multis præclaris ducibus eodem vocabulo eandem successionem ornantibus. Sic genitor Celerinus dicitur Celerinæ non a sua stirpe, sed conjugii materno, quæ plena fuit scilicet magnorum virorum. Vel et *summis* illud ad Patrem Celerinæ ita pertinet, ut nepoti ex filia maternus avus indiderit, ad memoriam præclarorum majorum ejus nominis. Clarum ex historiis ipsisque titulis, a materno genere summis illustrium avorum nomina Proceres Romanos. Nihil vero verisimilius quam, ut dixi, de Celerinæ utraque stirpe sermocinari, cujus cum matrem ob res gestas laudare non posset, nec id ab eo expectaretur, laudat recensetque munus et dignitatem avi ejus materni. Sic clara omnia. *Barth*.

Tabulas assignat] Non dubito quin Celerinæ pater fuerit Primicerius Notariorum in Occidente, vir spectabilis, ad quem pertinuit cura Laterculi majoris, ut est in Notitia. Sub eo omnium dignitatum et administrationum notitia, tam militarium quam civilium. Scholas et numeros tractas,

Claud.

5 K

quam omnia recenset Claud. Tribunus et Notarius, ideoque hujus rei sciens si quis alius. Vide Cod. l. xii. Tit. 7. *Claver.*

86 *Regnorum numeros]* *Rectorum numerum* prim. Vatic. ut l. ii. in Eutrop. 'Rectorum numerum terris pereun- sibus augent.' *Rectorum numeros* Oisellanus; de Præfectis Provinciarum ait. Mox prim. Vatic. 'constringit in unum Sparsas imperii vires, cuneosque recenset.' *D. Heins.*

Numeros] Militares cohortes. Quas olim cohortes, eo ævo numeros dici cæptos scribit Sozomenus in Historia Ecclesiastica. *Barth.*

88 *Depositum]* Tabulas ita videtur appellare modo dictas, quas apud ærarium, aut Scribam publicum, deposuerit, vel et alio loco Imperatorio- rum thesaurorum. *Idem.*

Depositum quæ] *Dispositos* Lucensis et Oisellanus: *dispositos* quam Gyrard. *dispositis quæ* prim. Vatic. secundus *depositam*. Scribe ex vestigiis optimorum codicum, transposita verbo- rum serie: *Rectorum tractat numerum, constringit in unum Sparsas imperii vires, cuneosque recenset Dispositos: quæ Sarmaticis custodia ripis, &c.* Aliter Barthius, quem boni codices hoc loco defecere. *Dispositi* cunei, quomodo in veteri inscriptione Ariminensi: 'Ausoniis populis gentiles rite co- hortet Disposuit, sanxit fœdera, jura dedit.' Mox *Getis* pro *Rhetis* libri. *D. Heins.*

90 *Quantum cinxere cohortes]* *Quantæ*; et mox *quanto* bene Raphael. scripti confirmant. *Idem.*

93 *Elegit Stilicho]* Evexit ad eas dignitates. Vel certe ut nuptiarum conciliator fuerit Stilicho, non secus ac Claudiano sponsam contulit Serena; docente ipsomet in Elegia ad eam. Quæ doctissimus Claverius de adoptione, minus credibilia autumo. *Barth.*

96 *Marcentes cupio quassare coronas]* Hoc enim Hymenæi officium. *Idem,*

98 *Miki fistula]* *Jam fistula* prim. Vat. et Ambr. *D. Heins.*

99 *Responsura choris]* Vario modallamine, quali constant chori. *Barth.*

101 *Præliæque solutæ]* Præla erant in usu vestiaria, quibus vestes subditæ coërcebantur, ut nitorem formam- que servarent. *Idem.*

102 *Dionæa]* Maternæ: quam mater Dione ipsi neverat. Hoc enim opificium indicat per maternam telam, exquisitum, rarum, sepositum, ornatum talibus Nuptilis protulisse atque impendisse Venerem signifi- cans. *Idem.*

Dionæa sumit velamina tela] *Cleonea reddit miracula tela* prim. Vatic. *miracula* etiam unus Ambros. alii quidam *peplisque*: Buslid. *peplumque solute*; Lucens. et prim. Vatic. *præliisque*: et *τὸ solutæ* in mendo cubat. Lego *præliisque polita*; vel certe *præliisque solutis*. Ammianus, l. xxviii. 'Solutis pressoris vestes luce nitentes arbitra diligenter explorant.' *D. Heins.*

103 *Exstruitur currus]* *Currum* unus Ambros. ut Græcismus sit. neque aliter secundus et tertius Vati- cani. *Idem.*

Juga floribus halant] Omnia Veneris armamenta floribus rosisque ornata dicit, inter ea et currum. *Barth.*

104 *Columbas]* Vectura Veneris, Columbæ. *Idem.*

105 *Quæcunque frementem]* *Fremente* cum Lucensi malo. Mox *rauci Padusa*, non *rauca* Palatin. *raucas volucres* olores dixit Maro, *Æn.* vii. noster *raucam Padusam* obolorinum concentum. Auctor Pervigilii Veneris: 'Jam loquaces ore rauco stagna cygni per- strepunt.' *D. Heins.*

108 *Ereptis obmutuit unda querelis]* *Abruptis* magis placet; ut alibi: 'abruptis mutas in fila querelas.' Statius, *Theb.* vi. 'sic fata repente Concidit, abruptisque immutuit ore querelis.' Lib. v. 'moriens vagitus in auras Excidit, et ruptis immutuit

ore querelis.' *Obmutuit unda, ut in illo Petronii: 'Jam Phasidos unda Orbata est avibus, mutoque in litore cantum Solæ desertis adspirant frondibus aure.' D. Heins.*

110 *Diffugiens nudavit olor*] *Viduasit pnto. Idem.*

111 *Truces*] Satagentes, festini, serio operi intenti. Puerilis impetus innuitur. *Barth.*

113 *Configunt*] Ludicris pugnis, dam quisque Dæ proximus venire vult. *Idem.*

114 *Impune cadunt*] Dum impelluntur, incitatur vis volandi, et sic impune cadunt, cum alis exciuntur, et inde melius volent. *Idem.*

Lapsu meliore volantes] Ordo horum versuum in vulgatis libris turbatus erat. Deinde *lapsus meliore volatu* cum Lucensi et octo aliis. *D. Heins.*

115 *Consequitur*] Et ipse pennipotentis nempe. *Barth.*

117 *Desuper invertunt calathos*] *Mallo inuergunt*; de quo verbo adeantur quæ notamus ad Nasonem Pont. 1. 9. 54. Pro *plenis pharetris*, vide ne scribendum sit *plenis canistris*: in *canistris* enim flores legebantur. Adi Notata ad Fastos Nasonis, libro rv. 461. *D. Heins.*

119 *Ipse pepercit Scirius*] Talla de campis Eonæis in Raptu Proserpinæ. *Barth.*

121 *Balsama*] Nuptiis adsueta, more Romano. *Idem.*

123 *Niliacus cortex*] Hic nobilissimi liquoris proventus. *Idem.*

124 *Aggreditur Cytherea virum*] *Nurum* scribe cum melioribus libris; et mox *pudico* pro *cupido*. *D. Heins.*

Virum] Inepte. Scribe *nurum* cum Cujacienis libris. Cupidinem enim et Venerem simul extraxisse matris gremio puellam indicat.

Flectem] Metu primi vulneris, et amore virginitatis. *Barth.*

127 *Flavis crinibus Istrum*] Flava comas, ut Bissala Ausoniana, indidem et ipsa petita. *Idem.*

128 *Dextram viri dextramque puellæ*] Pronubarum officio. Sic Trebellius Pollio scribit Gallienum tenentem manus sponsi et sponsæ inter centum Poëtas illud nobilissimum Epithalamium recitasse. *Idem.*

129 *Tradit*] Mutuo junctis alternas manus. *Tradere*, absolute cedere cum omni re et jure. *Idem.*

130 *Vivite concordēs*] Votum novis nuptis primo loco debitum. Unde *Concordia* Nuptiarum matrimoniorumque præses.

Nostrum munus] Concubitum. *Barth.*

132 *Labra ligent animos*] *Animas* lege; ut nuptiis Honor. 'labris animam conciliantibus;' quomodo recte illic Cl. Gronovius ex illo Græco τῇ ψυχῇ Ἀγαθὰ φιλῶν ἐπὶ χεῖρας ἵσχυον et illo Latino: 'Animula ægra et sancia cucurrit ad labias mihi:' quod utrumque exstat apud Gellium, xix. 11. vide totum carmen; plura enim illic ad rem. Adde Propertium, libro 1. Eleg. 13. 'Et cupere optatis animam deponere labris:' ita enim scribendum, 'non verbis,' quod est in vulgatis, multo minus *membris* cum Scaligero. Petronius: 'hæsimus calentes, Et transfudimus hinc et hinc labellis Errantes animas.' Theocritus in Oaristi, ubi lusum similem Venerium describit, τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλων dixit. Apuleius epigrammate, ubi de Osculis similiter agit: 'Quod si animam inspiret, jam dona et carmina nostra Cedent victa tuo dulciloquo calamo.' Bion epitaphio Adonidis: Τοσσούτων με φίλασσαν ὅσον ζῆαι τὸ φίλαμα: Ἀχρὶς ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἑμὸν στόμα κελς ἐμὸν ἦτορ Πνεῦμα τοῦν βέβηκεν. Manilius, libro v. 'Oscula et in proprias animam transferre medullas.' Mox, ut ad Claudianum revertamur, pro *virtute paterna* Gyrard. et pri. Vatic. *proterva*. *D. Heins.*

134 *Sed precibus placanda*] *Pecanda* lege cum Vat. ut nupt. Hon. 'Inpacata licet sæviat ungnibus.' *Idem.*

135 *Scythicas iras*] Velut et hæc

patrias dicat a Danubio. *Barth.*

137 *Sic uxor sic mater eris*] *Malo* *ens*; sic apud Ovid. *Fast.* 'Sospes eas semperque parens.' Adeantur quæ notamus ad Epicedium Drusi Nasonianum, 472. et libro II. in *Entropium*, 157. de formula, *sic est.* D. Heins.

Sic mater eris] Ratio optima persuadendi assensum in virginitatis

spolium. *Barth.*

139 *Dixit et aligeros*] *Aligera.* Mox *respersi pro dispersi* cum libris. D. Heins.

140 *Æthon*] Nomina a Solis equis apud Ovidium mutuata. *Barth.*

142 *Pure melle*] Non admixtis venenis, quæ cum melle armare tela cupidinum memorat Nuptiis Honorianis. *Idem.*

XXXII.

DE RAPTU PROSERP. LIB. I. PRÆFAT.

POEMA hoc *brèlès* et mutilum ad nos pervenit, ut et alia nonnulla ex Claudiani operibus. *Raptum Proserpinæ* auctor, puto, inscripserat, non de *Raptu*; quod barbarorum commentum. Sic *Tristia*, *Fasti*, *Ameras*, *Ars amatoria*, et similia, apud Ovidium, non de *Tristibus*, de *Fastis*, atque ita porro. L. Junii Moderati *Columelle Rei Rusticae* libros, non de *Re Rustica*, optimus ac vetustissimus codex 8. Germani Parisinus inscribit. Florentino dedicatum hoc opusculum ex Præfatione libro secundo præmissa colligimus; ut omnino mihi persuadeam, hinc errorem quorundam profuxisse, qui Claudianum Florentinum fuisse suspicati sint; cum nihil tam certum sit, quam in *Ægypto* et quidem *Alexandriæ* natum: quod argumentis multis evinci a me posset, nisi alii id jam præstitissent. Quid quod Alexandrinos dicacissimos fuisse constat? qua in re tam assiduus est noster, non tantum in epigrammatis, verum etiam in versibus epicis, et ubi maxime deberet esse se-

rius, ut jure censi possit decori hic non valde studiosus, et ad satyræ quandoque descendat. Cæterum *Raptus* hic in V. Cl. Patricii Junii codice, in utroque Oxoniensi, priore Moreti, Puteaneo, Regio, tribus Petavianis, quatuor Mediceis, Florentino S. Marci, Bononiensi, et duobus Ambrosianis, tribus Vaticanis et Palatino legabatur. In excerptis quoque Gyraldi et Livineii Vaticanis extabat: quamquam primæ Vaticano codici manu recentiore poematum hoc erat adscriptum; in reliquis codicibus desiderabatur. Habui præterea alium Patricii Junii codicem, alium item Petavianum, duos Vossianos, duos meos, duos Vaticanos, unum V. Cl. Thomæ Bartholinii, in quibus poematum hoc tantum, cæteris Claudiani omisiss, exhiberetur. Florentino hæc inscribunt vulgati codices, quod scripti non confirmant. D. Heins.

Argumentum hujus Epigrammatis est, Poëtam minutis et velut extemporalibus hactenus Poëmatis opera data, confirmatum Famæ, audere

nunc majora, et Opus egregium condere velle, unde gloriam sibi inter prima nomina consecret. Apparere autem facile hinc potest non vilis operæ opus Claudianum suscepisse, ut et propositio arguit, totam videlicet vitæ humanæ meliorem fortunam et disciplinam cantaturum pollicentis. *Barth.*

Proserpinæ raptus, trita veteribus fabula, dat operi nomen: quem Nicomachus pinxit: Plin. xxxv. 16. Praxiteles ex ære finxit: idem xxxiv. 8. sed nec hujus color et juvenus, nec illius cælum, cum divinis Claudiæ versibus conferri possunt. Fabulam fuse descripsere Ovid. lib. v. *Metam.* Fab. 6. et *Past.* lib. iv. Tull. act. 6. in C. Verrem; qui tamen ex Egnensium nemore raptam a Dite virginem contendit; nostro reclamante, qui sub Ætna id factam vult: cui favet Diodorus, vi. 2. Argumentum autem pete ex Servio ad illud Georg. i. 'Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.' Mythologiam ex Plutarch. lib. *περὶ τοῦ ἐμφανισμένου προσώπου τῆς κόρης τῆς σελήνης.* *Dempster.*

1 *Inventa*, &c.] Maria navibus adire Phœnicas instituisse, Mela auctor est. Et Tibullus: 'Prima ratem ventis credere docta Tyros.'

Inventa] Excogitata: *invenire* ergo et *reperire* hoc inter se distant, quod alterum studii sit, alterum fortunæ. Sic Ovid. 'Tu non inventa, reperita es.'

Profundum] Mare. *Parrhas.*

2 *Rudibus remis*] Rude est quicquid inexpertum propositis rei est, ideoque ad eam ineptum etiam. Sic rudes remi hoc loco, et rude æquor, non adæquatum vehendis navibus. *Barth.*

Rudibus] Non elaboratis. Ad ipsos etiam homines referri potest, qui tum navigationis non satis periti erant. Sic Ovid. 'Vela dabat ventis, nec dum bene noverat illos.'

Sollicitavit] Sic terram vertere proprie *solicitare* dicitur. Tibullus: 'Et teneram ferro sollicitavit humum.' Componitur ex *solo* et *cito*, pro moveo: *solum* vero, maris etiam nomen. Virgil. 'Subtrahiturque solam.' *Parrhas.*

Sollicitavit aquas] Sollicitari ad difficultatem pertinet, ab animatis ad inanima traductum. *Barth.*

3 *Dubitis fluctibus*] Incertam ventorum fidem incessere vult, ut *dubia* omnis tempestatum vis. *Idem.*

Annus] Quoniam rem arduam et inconcessam tentavit. Sic Horat. 'Audax...Gens humana ruit per vetitum nefas.'

Dubis] Incertis, quod lidem semper non spirant: et qui se ventis committunt in dubio vitam habent. *Parrhas.*

Committere] Fidei velut eorum credere.

Alnus] Lucanus, lib. iii. 'et fluctibus aptior alnus.' *Barth.*

4 *Natura negat*] Uti clarum ex corporum, ut Christiani loquuntur, factura. Similiter in alia re Juvenalis: 'Si natura negat, facit indignatio versum.' Veteres vero pavigiorum usum contra voluntatem Deorum et conditionem humanæ naturæ inventum aiebant. *Idem.*

5 *Tranquillis undis*] Lacum aut stagnum intelligit.

Credidit undis] Commisit vitam iis suam. Ut navigantium audaciam describant Poëtæ, credere se eos aiunt fluctibus, ventis, mari, quorum omnium tamen nullam prorsus esse fidem nemini non constet. Seneca: 'Animam levibus credidit Auris.' *Barth.*

6 *Littora securo tramite summa legens*] Vetus liber Vossianus *secreto*. Prudentius: 'Invenit expositam secreti in littoris acta.' Apuleius, *Met.* x. sub finem: 'electo secreto littore:' sic et apud Val. Flaccum, libro iii. 'Tum secreta trahens Phœbeum ad

litora Mopsum.' *D. Heins.*

Securo tramitis] *Trames* iter est tutum per medios errores, ambiguasque vias.

Littora legens] Nautica locutio, ἀντὶ πρᾶτερης, transire. Virgilius: 'Littoraque Epiri legimus.' *Barth.*

Littora summa] Mari et terræ confinia. *Parrh.*

7 Longos tentare sinus] Imensos, longinquos. Sic μακρὰ ὁδῶσσαν Poëtis Græcorum. *Barth.*

Sinus] Littorum flexus et oras interius recedentes, quas Græci κόλπους appellant. *Parrh.*

8 Leni capiti] Nondum ausus vehementi, tentavit primo leni vento, quomodo vela credere posset. *Barth.*

9 Paullatim præceps] Audaciam, quæ perpetuo præceps est, nunc paulatim crevisse dicit de industria. *Idem.*

Præceps audacia] Quæ nihil pensi habet, et omnia temere aggreditur. *Parrhas.*

Præceps audacia crevit] Enstathius Swarthius in Analectis, et curis prioribus Barthius, legunt, *in præceps*; non sequor. Lib. i. in Rafin. 'cæco præceps audacia vultu.' Ammianus Marcellinus, l. xxx. 'Horum obstinatione libertatem temeritas, constantiam audacia præceps, eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi.' Lib. xx. 'Defensores, ni vigilassent, exitium adfore jam sperantes, in audaciam ruere præcipitem.' Ovid. Halient. 'Quæ laus prima canum, quibus est audacia præceps.' Ita præceps amentia et discordia Statlo. *D. Heins.*

10 Languentem] Qui torpore nos alligat, et ignavos reddit. *Parrhas.*

Dedidicere metum] Non quidem eum didicerant, sed tamen habebant, nempe a natura. *Dediacere* rem, est eam paullatim scientia et usu amittere aut deponere. *Barth.*

11 Jam vagus irrupit pelago] *Exsultat* Isingrinus; eleganter; ut apud Ovid. Met. lib. i. 'Fluctibus ignotis insultavere carinæ:' et apud Silium, lib. xiv. 'Insultant pariter pelago.' Pro *irrupit* plerique tamen *irrupit*: et *pelagus* duo Petav. cum uno Mediceo; quod præstat. Sic 'Intacti cum claustra freti...audax irrumperet Argo,' bello Get. Et bello Gild. 'talique supernas Irrumpit clamore fores.' et 'cohors experta pontum irrumperere' Statio, vi. Theb. *D. Heins.*

Irrupit Pelago] Papinius, libro vi. 'pontum irrumperere freta Longius.' *Barth.*

Exsultat] Parrhasius leg. *Irrupit*, q. d. contra naturæ fœdus invasit et penetravit.

Cælumque secutus] Eleganter Nauta cælum sequi dicitur, qui ab astris pendet, ut loquitur Valerius Flaccus. *Barth.*

12 Ægæas hyemes] Mare Ægæum, cujus tempestates pro sævioribus Poëtis; quia Ægæum mare turbidissimum. Jungit vero Ægæum mari Ionio, quod tempestates tam atroces inibi oriri consueverint, ut misceantur ipsi illi sinus. *Idem.*

Ægæas hyemes Ioniasque domat] Statius Propemptico Crispini: 'Ceu super Ægæas hyemes abeuntis amici Vela sequar.' *D. Heins.*

XXXIII.

DE RAPTO PROSERPINÆ LIB. I.

1 *Inferni raptoris equos*] Recte sive a Claverio sive Cnjacio observatum est insigne artificium horum Claudiani carminum, tantum opus concinna gravitate ordientium, quæ granditate et assurgendo in numeros Raptoris velut prodeuntis vehementiam non tam indicant solum, quam et simul exprimunt, cum stridore et horrore quodam litterarum, torvam et tetrum illum effigurantium. *Inferna* dicantur loca speciatim illa destinata pœnis damnatorum. *Infernus*, Orcus sive *Adh̄s* pro ipsiis pœnis inferorum.

Raptoris] Proprie de virginibus rapi, ut in libris Juris Romani, quippe quæ resistere non possunt. *Barth.*

Inferni raptoris, &c.] Mira in hoc versu gravitas, et quæ tamen inatar orationis paulatim adsurgentis. Exordium mutuatus est a Silio, qui ita habet Punicorum VII. 'Ceu quondam æternæ regnator noctis ad imos Quam fugeret thalamos, Ætnæ virginis rapta, Egit nigrantem picea caligine currum.'

Adflataque] Alibi Claud. 'Adflatus vicino Sole refugit.' Apud Petron. 'Ventosa loquacitas animos juvenum pestilenti sidere adflavit.' *Claver.*

Adflataque curru] Temerata, attonita, perculsa. Nam a vi ignium superuorum, a pestilenti et vehemente quolibet spiritu, *adflari* talia denotat. Afflare fulminibus proprium fecit, quod etiam quæ procul sunt leni, et tamen valenti aura, ignis ille subtilissimus attingat.

Curru] Quo vectus Pluto erupisse inferis credebatur. *Barth.*

2 *Tenariorum*] Infero. Tenarus Spar-

tiatarum promontorium, quo loco descensus ad inferos fingunt Poëtæ. et Maro: 'Tenarias etiam fauces, alta ostia Ditis.'

Caligantes] Tenebrarum enim Regnum apud inferos. *Caligo*, obtenebratio visus, aut densiores nebulæ. Merito ergo penes eum tenebræ quæ est omnis lucis consumtor.

Profundæ] Inferæ. Lucanus, l. 1. 'Ditisque profundi Pallida regna petunt.' *Barth.*

3 *Junonis*] Proserpinæ, quæ inferorum Juno. Silius, l. XIII. 'conjug Junonis Avernæ.' *Idem.*

Junonis] Proserpina *Juno Lucina* a Latinis dicta, ut ex duplici ratione discas a Varrone, IV. de Ling. Lat. *Stygia*, a Statio, IV. Theb. 'Stygineque severos Junonis thalamos.' Ab eodem etiam, *Ætnæ*, lib. V. Sylv. III. 'umbrarum reges, Ætnæque Juno.' Et *Averna* a Silio, lib. XIII. 'Conjug Junonis Avernæ.' A Marone *inferna*, VI. *Æneid.* 'Junoni infernæ dictus sacer.' Forte quod 'inferius terræ hemisphærium per illam a Physicis antiquis significatum.' Macrobi. l. 1. Saturn. c. 21. Sic et *profundus Jupiter*, pro Plutone. *Dempster.*

Audaci cantu] Quia de rebus divinis non citra temeritatem loqui humanum os censetur, aut eas omnino homo contingere. *Barth.*

Audaci promere cantu] *Prodere* Isingr. et ex nostris octo; vere: quod et Claverius expressit, et probat curis secundis Barthius. Glossæ Mas. Balthasar Moreti, 'Prodo, decipio, manifesto, vel credita detego, vel secreta in lucem produco.' Sic vates

dicebantur deos prodere, quorum mentes aut arcana revelabant. Multas in ea locutione Lucanus. apposite, lib. v. 'nec tantum prodere vati, Quantum scire licet:' et l. x. Acfluens vates: 'Fas mihi magnorum, Cæsar, secreta Deorum Prodere:' ita vetus liber Lovaniensis; non *perendum*. Paulo ante Cæsar Achoreo: 'quodcumque vetustis Insculptum est adytis profer, noscique volentes Prode Deos:' atque ita ille sæpe, ut libro primo Arruns: 'vix fas, superi, quæcumque monentis Prodere me populis:' et mox, 'rapitur matrona per urbem, Vocibus his prodens urgentem pectora Phœbum.' Ovid. Fast. III. 'Sed poterunt ritum Picus Faunusque piandi Prodere:' ita meliores libri; vulgo *traders*. Flavius Vopiscus Aureliano: 'Itum deinde est ad templum, inspecti libri, proditi versus:' ubi de Sibyllinis oraculis. Val. Flaccus, lib. III. 'Ille mihi quæ danda forent lustramina cæsis Prodidit, ille volens Erebum terrasque rexit:' et paulo ante, 'vos prodite, Divæ, Eumenidum noctisque globos.' Phineus apud eundem, lib. IV. 'Fata loquax mentemque Jovis, quæque abdita solus Consilia et terris subito ventura parabat, Prodidere.' Noster infra lib. III. 'Quod si quis Cereri raptorem prodere divum Audeat:' et paulo post, 'passurus prodita regna:' sed jam nimii sumus. D. Heins.

4 *Mens congesta*] Meditantis hoc est, ut animo plura complectatur, ac inde post eligat, idque *cogitare* dicitur. *Parrhas*.

Congesta] In se ipsam, nullis adscititiis, aut aliunde accersitis viribus; neque est insolens dictum, unam tamen, licet virium inconclusarum, animam in sese adigi, ut oblita omnium externorum vacet sibi, et ita collecta et inspirata Deo efferat in vulgus quæ concepit illa aui divina congestione. Sic contra extra se

spargi anima perhibetur, quæ, sua dignitatis oblita intrinsece, abit in diversa studia rerum vanitati subditarum. *Berth*.

Congesta] At codex Gryphii *concessa*: sed nostra lectio probatur Brodæo ex Platone; ac si dicat, congerie rerum confusa mentem implicitam non facile posse ordiri. At ego memini me legere puerum in Vaticano, *commota*, quod confirmat Seneca, lib. de Tranq. animi ad finem: 'non potest grande aliquid et supra cæteros loqui, nisi mota mens.' *Dampet*.

Grævus removete profani] *Profani* perhibentur ojusque rei ignari, aversi ab ea, et indigari. Hos tales arcebant rebus sacris, ut auctoritatem earum facerent majorem, et religionem jam acceptam animis augerent veneratione, non admissis, nisi qui videbantur cultu irremisso digniores. Unde Horatius: 'Odi profanam vulgus, et arceo.' *Berth*.

5 *Jam furor*] Adflatum, percussum, inspirationem, dicit; quales adfectant, sæpe etiam adipiscuntur, Poëtæ. Furor autem Poëticus est *ebberness* ille ille divinus quæ cõlitas adflata natio scribentium carmina de potestate sua exit, et furentis animi, ut loquitur Petronius, gerit speciem. *Impetum*, quia videlicet præcipitatur velut mens, appellat Ovidius, lib. I. Fastorum: 'Est Deus in nobis, agitante calescimus illo, Impetus hic sacre semina mentis habet.' Poëtæ autem adflatum hunc videntur ea ratione maxime probasse, quod uberem et velat divinitus indultam fingendi licentiam eo sibi adsciverint, non invito vulgo estimationi eorum subscribente. *Idem*.

Furor] Id est, furentis animi vaticinatio. *Claver*. Sic Ovid. 'Est Deus in nobis, sunt et commercia cœli: Sedibus æthereis spiritus ille venit.'

Humanos sensus] Nihil enim horum relinqui in adflatorum pectoribus vi-

deri volebant. *Barth.*

6 *Totum spirant præcordia Phæbum*] A Phæbo incitari se et compelli ad eructanda velut carmina, et iter Poëticum ingrediendum dicunt vates. *Totum* dicit Claudianus, ad magnificentiam carminis et Operis majestatem respiciens; Spiritus enim nunc totus, nunc tota mente capi dicitur, nunc magnus, nunc major, secundum Operis presentis effectum.

Spirant] Anhelant.

Præcordia] Pectora, quæ divinus ille spiritus subit. Alludere videtur inspiratam vatem Maronis: 'Bacchatur vates magnum si pectore posset Excussisse Deum,' &c. *Barth.*

7 *Delubra*] Fana Pagana hoc titulo præcipue signantur.

Moveri sedibus] Quo genere majestatem suis nugis faciebant impuri spiritus. Lucanus, lib. v. ubi falso simulat adflari Phæmonœ: 'nulloque horrore comarum Excussus laurus, immotaque culmina templi.' *Barth.*

Trepidus] Emotis et evibratis.

8 *Claram dispergere culmina lucem*] Inapte hæc aliter quam de Dei luce totum templum implente intelligantur, cum ipse doceat sequentibus verbis, 'Adventum testata Dei.' Sic autem lucem insuetam comitari adventum Deorum sciscebant. *Barth.*

Dispergere culmina lucem] Libri omnes homina vel limina. Nihil muto. Stat. Theb. i. 'radiant majore sereno Culmina.' Val. Flaccus, l. v. 'Curere per summi fulgor laquearia tecti.' Ovid. Fast. i. 'Flamma nitore suo templerum verberat aurum, Et tremulum summa spargit in æde jubar.' Male ergo vir doctissimus Johannes Meursius in libro de sacris Eleusiniis fulminibus legendum hic censet. Si quid mutandum, *culmine* rescribam, ut ad *delubra* referatur. Aldi certe editio *lumine*. Mox *Cecropium* et *attollit* meliores libri; non *Cecropidum*, nec *extollit*; noster Epithal. Celerinus: 'pri-

mas nec fas attollere tædas.' Statius, Theb. ii. 'Multifida attollens antiqua lumina cedro.' Silius x. 'Ipse manu celsam pium flammamque comantem Attollit ductor.' Apud Apuleium: 'Erant, qui præcatus sudes attollerent,' lib. viii. Met. et postea: 'brachisque humero tenus renudatis attollentes immanes gladios ac secures exstinguunt.' Seneca Hippolyto, apposite de eadem re: 'Montem relaxa, noctibus festis facem Attolle.' D. Heins.

9 *Dei*] Non nominat quem, cum in genere omnes ita venire soliti fingantur. Intelligas de Apolline. *Barth.*

10 *Fremitus*] Hinmitus equorum Plutonis. Virg. Georg. 'Taque o, cui prima frementem Fudit equum,' &c. *Parrhas.*

11 *Cecropidum*] Atheniensium. Non enim procul Eleusis ab Athenis. Eleusinia autem mysteria in honorem Cereris et Proserpinæ quotannis celebrabantur.

Sanctasque faces] Nam ad faces jactatas mysteria Eleusinia obibantur. Procurrebant autem simul, et faces cornescabant. *Barth.*

Sanctasque faces] *Faces sanctæ* ideo quod in sacrificiis Eleusinis adhiberentur, exemplo Cereris, quæ filiam quæsitura, tædas inflammavit, ex ignibus qui ex Ætna erumpunt, ut ait Tull. vi. Verr. et noster lib. iii. de Raptu ad finem: 'notæque jugis illabitur Ætne Noctivago tædas inflammatura labori.' Hinc in iis sacris solennis erat *δεδούχα τὰς γαστήρας* et Callias sacerdos Cereris *δεδούχος* *Facifer* dicitur. Plut. Aristide princip. Ita intellige Poëtas: Ovid. Epist. Phylid. 'tædifera mystica sacra Deæ' et iii. Fast. 'Quos cum tædifera nunc habet ille Dea.' Juvenal. Sat. ii. 'Secreta coluerunt orgia tæda.' Et Diana Segestane simulacrum dextra manu facem ferebat, ex Tull. vi. Verr. eandem autem esse Dianam et

Proserpinam, diases ex Isid. lib. VIII. cap. 11. et ex versu illo vulgato sed ingenioso: 'Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana, Ima, suprema, feras, sceptro, fulgore, sagitta.' *Dampster*.

Attollit Eleusis] *Eleusis* rectius codices nonnulli. de quo ad Nasonem pluribus. *D. Heins*.

12 *Angus Triptolemi strident*] Quos illi munerata erat Ceres. *Barth*.

13 *Attrita*] Id est, Polita seu levia.

Lapouque sereno] Placido, Clemente. Tales enim finguntur Dracones qui Deos vehunt. Hinc factum ut pro celo pacato et clementi, *Serenum* absolute dicitur. *Barth*.

14 *Roscos*] A colore et placiditate. *Roscos* vero lux omnis grati ruboris.

Cristas] Poetas aiunt cristas de sua illa notissima liberalitate affixisse draconibus, cum nullæ iis sint probatæ testimonio Jubbæ Regis. *Barth*.

15 *Ternis Hecate variata figuris*] Tria enim nomina hoc solo comprehenduntur, quod eleganter enarravit Prudentius, lib. 1. in Symm. 'Denique cum Luna est, anblustri splendet amictu: Cum succincta jacet calamos, Latonia virgo est: Cum subnixæ sedet solio, Plutonia conjux.' Virgil. 'tria virginis ora Dianæ.' *Idem*.

Ternis Hecate variata figuris] Petavianus unus et Bonon. *ternas figuras*, eleganti Græcismo: Prudentius contra Symm. 'terque suas eadem variare figuras Creditur.' Statii illa respexit noster, Thebaïd. x. 'arcane moderatrix Cynthia noctis, Si te tergeminis perhibent variare figuris Numen.' *D. Heins*.

16 *Exoritur*] Subitam præsentiam indicat.

Lenisque simul] Hoc est, Clemens, favens. Alii libri habent *lætusque*, quod faciat lætos. Hinc Bacchus *Le-*

nus dictus, quod mentem leniat (ut vult Donat.). Alii volunt *Lenæus* Bacchi ludos esse, qui circum torcularia, quæ *λῆνδες* Græci vocant, exhibebantur. Sed et *lenis* hic intelligi Bacchus potest, quoniam placide, nec a lymphatis, ut alibi, per insaniam colebatur. *Parrhas*.

Lenisque simul procedit Iacchus] Sic multi codices; alii *lætusque*, quod Barthius amplectebatur curis secundis: sed nil necesse. Ausonius, Epist. 13. 'Sollicitat lenem comi sermone *Lyncum*.' Possis tamen et *lenis Iacchus* pro imberbi reponere; quomodo *lævis Agæus* de Phæbo apud Horatium, libro IV. Od. vi. *D. Heins*.

Simul procedit] Cum Triptolemo nimirum Cereris ministro. Vel Cerere ipsa et Proserpina. Tribus enim his initiabantur, qui mysteria Eleusiaca capiebant. Vides *Iacchum* horum contubernio jungi, velut perpetuo affixum, et numine Divarum velut comprehensum. Et quis tot Deorum Cereri et ejus propagini amicior fingi aut gratior sociari possit Libero, præsertim ad Nuptiarum pompam ornandam, quam iste omnium festivitatum Choragus?

Lætus procedit Iacchus] Virgilius: 'Lætitiæ Bacchus dator, et bona Juno.'

Procedit] Pertinet ad pompam mediate velut euntis. *Barth*.

17 *Crinali florens hedera*] Apta crinibus.

Florens] Ornatus. Hedera autem ornamentum Bacchi. Fortassis quia hedera capiti imposita genus quoddam ebrietatis, ut et vino permixta, inducit, ut Plutarchus, libro III. *Symposiacorum* testatur.

Parthica velut Tigris] Hyrcanæ Tigridis pellis velamentum Baccho datum.

Velat] Non prorsus operit. nam Tigris una pellis obire totum non posset. *Barth*.

Parthica Tigris] Victa India curri-

bus triumphalibus Bacchus junxit tigris. Ovid. I. Amor. Eleg. II. Martial. lib. VIII. Epigr. 26. noster de IV. Honorii Consulatu: 'irent blandæ sub vincula tigres.' ideo hoc fictum, quod vinum ferocia quæque corda domet. Fulgent. Mytholog. II. Notum satis herous pellibus ferarum vestiri solitus quas superassent: sic Herculi Leonis, ut et Antæo, datur tergus. Stat. XI. Theb. ursæ Acestæ. Stat. lib. I. Sil. 2. 'flavam maculoso nebrida tergo.' Sidon. carm. X. princ. Imo et Bacchæ sic indutæ: Sidon. carm. XI. 'Distincta latus maculosa nebride Thyas.' Auratos ungues ad mimesin Statii, VI. Theb. 'extremos auro mansuenerat ungues.' *Dempst.*

Parthica pelat Tigris] Unus Med. *Parthia*: sic *Arcadia nemora* pro *Arcadica* apud Senecam Hercule Fur. in vetusto exemplari: noster *Armenia ora* IV. Cons. Hon. *Gallia mulieres* Salust. apud Nonium: *Pharsalia tecta* Catullo: *gens Massylia* Luc. lib. IV. et similia. *Πάρθιος ὄψες* pari modo apud Anacreontem Od. LV. *Acrisia puella* pro Acrisioneæ Sulpicio Laperco in Catalectis Pithœi. *Lydius infans* et *Lydia virgo* pro *Lida* in iisdem Catalectis: *Græcia tellus* in Periegesi Prisciani. *Mausolus rex terræ Caria* Ciceroni apud Gellium, libro X. cap. 18. *Eurimædon Pamphylium flumen*, pro Pamphylo apud Ammianum, libro XVII. *D. Heins.*

19 *Ebria vestigia*] More ebriosorum, ut Bacchum decet. *Barth.*

Mæonius] Mæones antiquo nomine Lydi vocati sunt, ut discimus ex Herodoto: apud eos præcipuo cultu Bacchus colebatur. *Parrhas.*

Fulcit vestigia] Alii *firmat*; recte. Thyso autem in hoc negotium utebantur Mystæ Bacchi, Principis sui æmulantes morem. Virgil. III. *Eneid.* 'Trunca manum pinus regit et vestigia firmat.'

Vestigia] Pedes.

Thyrsis] Thyrsus est hasta hederis

involata. *Barth.*

Mæoniis fulcit vestigia thyrsis] *Mæonius firmat vestigia thyrsus* meliores: alii *figit*, minus bene. Virg. III. *Eneid.* 'Trunca manum pinus regit et vestigia firmat.' Lucan. IV. 'Dum labat et fixo firmat vestigia thyrsus.' Statius, Theb. II. 'Medica firmat vestigia virga.' 'Firmare conto vestigia' apud Sidonium Majorani Panegyrico, et Epithalamio Ruricii, 'vestigia pinnis firmare.' Alcimus Avitus, lib. I. 'Surgit et erectis firmat vestigia plantis.' Noster IV. Cons. Hon. 'Mox ubi firmasti recto vestigia gressu.' Juvénalis tamen Sat. XIV. quamquam minus ad rem, 'incipiti figens vestigia planta.' *D. Heins.*

20 *Innumera*] Sine numero, ultra numerum. Una enim vox est, nec bene Scaliger qui disjunctit.

Famulantur Averni vulgus] Non famulatur, potiores scripti et primæ edd. probe. *D. Heins.*

Vacui Averni] Ita dicuntur loca inferorum, quod omnium, ut sequitur, capacia sint, et tamen vacua, cum umbræ nihil expleant, erudita fictione Poëtarum. *Barth.*

21 *Vulgus iners*] Nullius rei capax aut efficax. Vulgus omnis confusa turba. *Averni* quæ loca sint, vide apud Philostratum Apollonii, libro II. capite 5.

Opibus avaris] Omnia ad se trahentibus. Pluto enim ideo vocatur *Dis*, quod omnia et recidant in terras, et oriantur et terris. Sic *avarum mare* dixit Horatius, quod omnia iniecta sorbet. *Barth.*

22 *Orbe*] Viventium.

Styx] Horrendum numen et jumentum superis, inferorum fluvius. vide Apollodorum, lib. XX. de Diis. *Barth.*

23 *Interfusa vadis*] Novem ipsis. Virgilius: 'palus innabilis unda alligat, et novies Styx interfusa coërcet.' *Idem.*

24 *Æquora*] Capaces ipsius amnis ripas intelligi vult.

Vorticibus anhelis] Scripti quos vidit omnes *gurgitibus*. ut apud Silium, lib. III. 'quem gurgitibus complexus anhelis Cunctantem immergit.' D. Heins.

Perlustrat] Circumit et perlabitur. *Anhelis*] Ardentibus. *Parrhas*.

Vorticibus Phlegethon perlustrat anhelis] Ab incendio quo perpetuo urit et flagrare dicitur hic fluvius. Flammaram enim globos evolvere dicitur. *Liventem Stygem* dicit, velut venenatam. *Barth*.

25 *Sacrarum rerum*] Absconditarum a vulgo, venerandarum, et divinitati proximarum.

Pandite] Sacrum verbum. *Barth*.

26 *Vestri poli*] Sunt enim et illuc sidera. Vide lib. II. vs. 283.

Lampade] Flamma, face. *Barth*.

27 *Ferox Proserpina*] Sane merjto ferox, unicum pignus summi numinis, tot prociis petita, et pro virginitate nihil non aursura Proserpina. *Idem*.

28 *Dotale Chaos*] Novus usus, vetus tamen, vocis *dotis*, quæ hoc loco id denotat quod a sponso accipit sponsa, cum contra sit in usu usitatioe. Sic Tacitus de Germanis: 'dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert.'

Chaos] Ipsa regna inferorum: nam rapta Proserpina regni parte discessit, et ut æquo jure secum dominaretur permisit. Magis proprie Christiani scriptores *Chaos* vocant quod interjectum dicitur inter loca Damnatorum et Beatorum in Evangelio. *Barth*.

29 *Anxia*] Sollicitudine animum affligens. *Idem*.

30 *Unde data populis fruges*] *Leges* Claverii codex, quod placet: ita leges et aristas conjunxerit; utræque enim Ceres munus; unde et *legifera* Virgilio dicta libro IV. ubi *frugifera* multi codices perperam: hinc et *θεσμοφόρος* ejus sacra, et *θεσμοπολιτικός*: sed et *θεσμοφόρος* Ceres ipsa: utrumque etiam conjunxit Ovidius, lib. V. Met.

de Cerere: 'Prima dedit fruges alimentaque mitia terris, Prima dedit leges:' et Callimachus: *Μῆ μὴ τὰντα λήγυρες, ἃ δέκρουσ' ἔγαγε Διὸς. Κάλλιον, ὅς παλίσσων δαδῶτα τέθνηε δάκν, Κάλλιον, ὅς καλάρων το καὶ ἰερὰ θράγματα πρὸτα ἄστυχῶν ἀπέκοψε*. Triptolemus quoque tam leges quam fruges Atheniensibus dedisse credebatur: quam rem Porphyrius de abstinence animalium, libro IV. et Hieronymus contra Jovianum libro primo attigerunt. D. Heins.

Data populis leges] Hoc enim beneficio Ceres junctim leges dedit hominibus. Ovidius, libro V. 'Prima dedit leges, Ceresis sunt omnia munus.' *Barth*.

Et glande relicta] Malo ut: tres scripti tum. Forte cur. D. Heins.

Glande relicta] Veterum cibos glandes fuisse tritissimum ex Juvenal. Sat. VI. princip. Val. Flacc. Argon. I. princ. Georg. I. princ. Plin. VII. 56. princ. Sidon. carm. 9. Arnob. lib. II. 'Sit panis ex farre, aut, ut sæcula imitemur antiqua, ex cinere calido glandes:' quod inventum fuit Pelasgi regis Arcadum, qui ob id *βαλανοφόρος* vocantur: apud Herodot. in oraculo Pythio. Rhodig. XVI. 3. ubi tamen nota J. C. glandis appellatione omnes fructus continere, ut ait Caius. I. qui venenum. 236. ff. de verb. signif. Dempst.

31 *Dodonia quercus*] Per excellentiam hæc habet instar omnium. *Barth*.

Dodonia quercus] Alludit ad morem Græcorum qui sponsam curru vehabant ad maritum comitante affini, qui *parochus* seu *chamæus* dicitur. Pollux, lib. III. Onomast. cap. 3. eum Pansanias *parangymphum* appellat: licet de curru Platonis nade intelligi possit, at II. de Raptu habetur. Vide nostrum, ubi inquit: 'Pilentaque sacram præradiant ductura nulum.' *Dempst*.

32 *Dux Erebi*] Pluto. *Barth*.

Exarsit in iram] *Estold* Vossianus al-

ter, et secundus Vaticanus; ut apud Laecan. III. 'tamen exit in iram.' Plinius, Nat. Hist. lib. vii. cap. 19. 'Exit hic animi tenor aliquando in rigorem.' Vulgata tamen lectio non est sollicitanda. Martial. Spectac. 'O quam terribiles exarsit pronus in iras.' Mox *consubis* pro *consubis* meliores libri; quod altero elegantius. D. Heins.

34 *Sterileque diu consumeret annos*] Incusatur et hoc loco Claudianus, quod sterilitatem eo in regno indignari faciat Plutonium, ubi perpetua ca sit. Ego vero Poëtas, ut sunt ambigui oris in talibus, minime tam stricte etiam apud inferos sterilia conjugia ponere scio, quin et in locis mortis nasci faciat sobolem, ut Nympha ibi Orphne pepererat sane Ascalaphum. Barth.

35 *Nullaque mariti*] Vetus liber habet: *nudaque mariti*: quasi illecebriæ et blanditiæ sint magis propriæ feminarum. Claver.

36 *Nomen*] Ipsum parentis, ut sic dicam, statum. Barth.

37 *Barathro*] Ipsum inferorum locum *Barathrum* dicunt, quæ Græci, quæ Latini Poëtæ. Idem.

39 *Sontibus Hydri*] Pastis sanguine scelerate profuso. *Sontes* nexios denotant. Sic nocentes vicissim pro sontibus ponuntur. Idem.

40 *Quatens*] Facem instar signi bellici extulisse Tisiphonem dicit.

Infesto lumine pinum] *Infesto* Aldus cum Parrhasio et scriptis; recte. Ovidiana Hypsipyle: 'At mihi nec Juno, nec Hymen, sed tristis Erinnyas Prætulit infaustas sanguinolenta faces.' Statius, Theb. III. 'Movitque infausta sinistram Juno facem.' D. Heins.

Pinum] Hæc infelix arbor ludibrio Poëtarum faces Furiarum instruit. Faces autem præcipua earum arma. Barth.

41 *Armato*] Sæpe quodam modo. *Pallentis* autem omnia infera, a colore

mortis. Idem.

42 *Pens reluctatio*] Valet idem quod reluctari ausis, aut reluctantibus, aut quæ tam reluctatæ faissent. Idem.

44 *Pubes Titania*] Gigantes post victoriam Phlegreæm a Jove in carceres avernales compacti. Idem.

46 *Ægæa*] Unus fratrum terrigenarum. Sidonius: 'Sternitur Ægæa, Briareus, Ephialta, Mimasque,' &c. Idem.

Arcto de corpore] Constrictus nimium erat arctissime. Nodi innoxæ sunt vincula. *Vincula* autem illa erant *adamantina*. Papinius, lib. iv. 'Quid tibi monstra Erebi, Scyllas, et inane furentes Centauros, solidoque intorta adamante Gigantum Vincula, et angustam centeni Ægæonis umbram,' &c. Quem locum respexit Claudianus noster. Idem.

Arcto de corpore] Prim. Vatic. *pectore*. Pro *arcto pectore* multi *aucto*, hoc est *aucto*, quomodo tres quatuorve ex nostris codicibus: *arcto corpore*, quomodo *arctare* et *angustare* animum Lucanus dixit. Mox pro *vultu* minus bene alii *scetu*. Complecti et osculari genus, supplicantis indicium.

47 *Motu*] *Centimanos* Gigantas vel pueri norunt. *Motus* autem hoc loco notat celeritatem, promptitudinem. Barth.

48 *Vetere*] Respicit ad formulam Tribunalum, *Veto*.

49 *Ante pedes*] Supplicantium habitum componit. Lucanus, libro VII. verbis Pompeii: 'Imperii salva et maiestate liceret Volverer ante pedes.' Hoc est, supplex genibus vestris acciderem.

Fudere severam canitiem] Ultimum supplicantis ab humilitate indicium, crines evulsos projicere. Barth.

50 *Genibusque suas*] Vetusissimus mos supplicantium manu altera barbam, altera genua amplecti.

Supplice vultu] Major pars librorum *scetu*: siquidem ea nomina fieri fas est. Ovid. 'Neque enim cælestia

tingi Ora licet lacrymis.' *Barth.*

51 *Admoovere manus*] Supplicantum mos genus contingere. Plin. lib. xi. cap. 45. quod multis locis Tiraquellus in Alexandrum docet. Vide Suet. Tiber. cap. 24. Claud. 44. quod quam sit antiquum ex Homero patet, Iliad. 1. 407. Iliad. vi. princ. Ratio pulcherrima est apud Isidorum, lib. xi. quod 'ad genua prostrati lachrymantes uterum maternum animo repntent; nam in homine formando genua genis hærent.'

Quarum sub jure tenentur Omnia] Ipse etiam Jupiter. *Barth.*

52 *Fatorum pollice ducunt*] *Fatali* Gyrals. et mox pro *pensis* Moret. et primus Petav. cum uno Vatie. *fusus*; ut apud Virg. de Parcis: 'Talia sæcla suis dixerunt currite fusis.' *D. Heins.*

53 *Ferratis*] Ob necessitatem fatorum. Aurata autem pensa rebus lætioribus. *Barth.*

55 *Noctis*] Tenebrarum, noctis, Inferorum. Virgilius, lib. x. 'in æternam clauduntur lumina noctem.'

Noctis arbiter] Pluto. *Barth.*

57 *Finem cunctis et semina præbes*] Ex doctrina veterrimi illius Musæi, qui princeps scivit ab eodem omnia proficiisci, et in idem omnia resolvi. *Idem.*

58 *Nascendique vices*] Vide Lucretium, lib. 1. et III. Aristotel. lib. de Ortu et Interitu. *Idem.*

59 *Qui vitam lethumque regis*] *Seris* primus Petav. eleganter. Statii sui illa lib. viii. respexit, 'Fata serunt animas, et eodem pollice damnant;' et mox illa, ubi Amphiaras ad Ditem: 'o cunctis finitor maxime rerum, At mihi, qui quondam causas elementaque noram, Et sator.' Janus a Septimio apud Terentianum de metris 'catus rerum sator.' 'Hominum sator atque deorum' Jupiter Virgilio, et 'divum sator' Statio, et 'ævi sator' Silio Italico. 'Sol lucis sator' Rufo Aviceno, 'aries ovium sator' in Ca-

talectis Pithæi. Arnobius, libro primo, de Deo: 'Ipse est enim fœas rerum, sator sænclorum ac temporum.' Paulo post *certique* malim. *D. Heins.*

60 *Gignit materies*] *Ταη* illa, quam nunquam deficientem, æquævamundo commentati sunt. *Barth.*

61 *Certis ambagibus arvi*] Mille annos definit Claudius noster lib. II. in Rufinum, secutus Virgilium. *Ambages* sunt illi abitus reditusque in idem venientes. *Idem.*

62 *Animæ mutantur in artus*] Hæc vera lectio, quam primæ editiones agnoscent et meliores scripti. Male ex suo libro Claverius *mittuntur in artus*. *Μεταμύχων* Pythagoricam respexit, Statium suum denuo imitatus, qui Theb. VII. 'pigetque Tot mutare animas, tot reddere corpora vitæ.' Pythagoras ipse apud Ovidium, Metam. xv. 'Omnia mutantur, nihil interit.' *Animas* et *artus* Maro etiam conjunxit Æneidos quarto: 'Et cum frigida mors anima seduxerit artus.' Mox ibidem: 'Quæ Inctantem animam nexosque resolveret artus.' *D. Heins.*

63 *Pacis*] Amorem vocat IV. Consul. Honor. Quo amplexa se per snas partes universi istius catena conservat tenorem suum. *Barth.*

64 *Novitque colus*] *Nostra* dicere vult, quod eleganter subintelligitur. *Idem.*

65 *Civili concerte tuba*] Hoc est, mnta. Vir maximus in ora libri sui *convelle*; perperam. Epist. ad Olybr. 'Canescet Geticis Meroë conversa pruinis:' ubi frustra legunt *conspersa*. Si quid mutandum, *committe*, cum tribus, Mediceis et codice Bartholini, corrigam. Mox pro *incestis* Vatie. Isingr. et quatuor alii *illicitas*: non sequor. *D. Heins.*

Concerte] Id est, Everte.

66 *Incestis*] Impuris, sceleratis. *Barth.*

67 *Pœce Jovem*] Atrocis animi personam habet Pluto, qui bello po-

tius presentario quam misso nuncio volebat quæsitum conjugium, idque illico, priusquam quosquam de hoc ejus consilio constare posset. Jupiter autem plurimis Poëtarum locis et auspex et confector et sancitor fœderum conjugalium. *Barth.*

Pœce Jovem] Mos prius uxorem petere, quam ducere. noster in epist. ad Serenam. Sidon. lib. vii. Ep. 2. 'adolescens uxorem petit, impetrat; conscribuntur tabulæ nuptiales.' Metam. i. Fabul. 9. Catull. Ep. 68. Isid. ix. 8. 'proci, nuptiarum petitores.' l. unic. C. Theod. 'si quis eam ejus tut. fuer. corrup.' Plaut. Curcul. act. v. scen. 2. fine. et Aul. sc. *Præ-sagibus*: unde formulam petendi spondendique discas. *Dempst.*

Vix ille pepercit] Scribendum: *vix illa: pepercit, Erubuitque preces.* Ut subitus tyranni motus ad bellum, ita et repentina ad meliora consilia admoniti reversio. Hoc velle Claudianum prorsus indicat, quod sequitur, 'Quamvis indocilis flecti.' *Barth.*

Vix ille pepercit] *Vix illa: pepercit* Barthius; probe. Paulo post *bella cupit* pro *flare* e Claverii libro est. Stat. Theb. xii. 'Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuscis Africus alis Bella movent.' *D. Heins.*

68 *Animusque relanguit*] *Elanguit* idem Barthius, ex illo Statii loco: 'his paulum furor elanguescere dictis Cæperat.' *Idem.*

71 *Getica*] Thrax enim ventus Boreas. *Barth.*

72 *Bella cupit*] Procellis et tempestatibus pugnant venti.

Sonoro] Maronis, 'tempestatesque sonoras.' *Barth.*

73 *Rapturus*] De vehementeurbatione etiam immobilium rerum hoc utuntur scriptores. Pertinet ea vox simul et ad celeritatem. *Idem.*

74 *Vanescit inanis Impetus*] Elegans loquendi genus, quod geminationem rei sive Pleonasmum occultum licet dicas, *inanis vanescit*. Si enim

inanis, hoc est, jam evanidas, jam vauerat quidem. *Idem.*

75 *Fractæ*] Retusæ, contractæ.

76 *Maia genitum*] Mercurium accersit Oratorem. Mercurius Rhetoricen et Oratoriam docnit homines, ejus beneficii ergo cultum Divinum adeptus, et Deorum Legationibus destinatus.

Fervida dicta] Qualia ferebat animus ira turbidas. *Barth.*

77 *Cyllenius*] Vibius Sequester: 'Cyllene, mons Arcadiæ; unde Cyllenius Mercurius.' Mons autem ille altissimus, Mercurio sacer.

Adstitit] Ad repentem adventum intellige.

Alas] Hoc censetur, ob alas additas galero et pedibus, Mercurius sæpius. *Barth.*

78 *Somniferam*] Homerus, Il. 2. Papinius, Thebaid. i. 'Tum dextram virgam inseruit, qua pellere dulces Aut snadere iterum somnos,' &c. *Idem.*

Tectusque galero] Mercurii petasum intellige, quo Solis et siderum ardo, rem defendit, dum per aëra magnum remigat. *Claver.*

79 *Rudi fultus solio, nigraque*] Picturam Plutonis spectandam velut proponit.

Nigra Majestate] Nigra enim omnia Mortis, et nigror ejus colos.

Verendus] Terribilis. *Barth.*

80 *Majestate*] Majestas enim quædam cum horrore gravitas est.

Fædo situ] Non enim in lucem venerant eatenus nunquam. *Barth.*

81 *Mæstissima rubes Asperat*] Ipsam mortem describere satagit, quæ a Plutone tamen aliud numen habebatur. Cujus officium erat thesauris Ditis mortuos adnumerare. *Idem.*

82 *Asperat*] Timendum facit, terreficat.

Riget] Velut immobilis. *Barth.*

83 *Terrorem*] *Horrorem* primus Petav. et quintus Vaticanus pro diversa lectione; ut de formæ squallore et

inclementia intelligatur. *Mox Coccyos meliores scripti. D. Heins.*

84 *Ore tonat*] Virgilius, l. iv. 'Tercentum tonat ore Deos.'

Silent Atria] Ut Jove loquente cœlam. *Barth.*

85 *Ingens Janitor*] Cerberus. *Idem.*

86 *Lacrymarum fonte*] Aliusum Coccyi Etymon. *Idem.*

87 *Tactis Acheron*] Alioqui a placentibus et querelis nominatus. Ut vero hi Acheron et Cocytus vere flumina sunt, sic et Styx. *Idem.*

89 *Tegeæ*] Notissima appellatio Mercurii. Statius: 'Et de Mœnalia volucer Tegeaticus umbra.'

Commune profundis Et superis numen] Usibus amborum hac et illac commeano. Horatius: 'superis Deorum Gratus et imis.' *Barth.*

90 *Fas*] Pro jure fandi seu copia hic dici videtur. *Claver.*

91 *Facis commercia mundo*] Ultro citroque negotia expediundo. *Barth.*

92 *I celeres præscinde notas*] Sic Isingr. et Claverius: cæteri male *I celer et*; et sane elegantius *et* et subintelligitur, quomodo frequenter Statius: ut omnino existimem, lib. vii. Theb. legendum: *I medicum rapido Boream prælabere saltu*; non *Boreamque elabere*: noster infra l. iiii. 'Illa colorato zephyros prælapsa volatu:' lib. viii. 'Sed quid ego hæc? I, Tartareas ulciscere sedes, Tisiphone.' Prudent. Peristeph. passione Agnetis: 'I stringe ferrum, miles:' et Apotheosi: 'I, scriba, tripectis Digere versiculis:' sic utroque loco ex optimis exemplaribus scribendum. *D. Heins.*

I celer et proscinde Notas] Statianum. Theb. i. 'Portantes præcede notas, Cyllenia proles.' *Barth.*

94 *Si nobis noxia vires*] Lege *sic nobis noxia vires*. Ita nihil deerit ad tyranni expostulatoriam orationem, qui non ideo jactat sese servire datum tyrannidi fratris, quia regno cœlesti, ut videri indignabundus vult, sit ab

eo interversus: esse et in locis horridis illis et tenebrosis viriles animos, et robur in armis. *Idem.*

Sic nobis noxia vires] Hæc et sequentia scriptis debemus; quæ mendose vulgo leguntur: vidit et Barthius. *D. Heins.*

95 *Fortuna tulit*] Pro abstulit. Virgil. 'Omnia fert ætas.' Sic *robur et arma* hic prope eædem res sunt. Respexit forte ad illud Juvenal. 'spoliatis arma supersunt.'

96 *Rapta dies*] Diem comparatione inferorum Poëtæ dicunt quicquid illorum non est, quicquid sub sole est.

Jacentes] Desperabundos, animam despondentes. *Barth.*

97 *Cyclopiæ tela*] Arma quæ Jovi fabricabantur Cyclopes. Fulmina nimirum. *Idem.*

98 *Stringimus*] Duo veteres *spargimus*. Ovid. Fast. iii. 'Ecce Deum genitor rutilas per nubila flammæ spargit.' Mox pro *vanas aures*, legendum *aures*, quod secundus Vaticanus confirmat: codex Pomponii Læti, *vano tonitru deludimus aures*. Virgilius illa cogitabat: 'an te, genitor, cum fulmina torques, Nequicquam horremus, cæcique in nubibus ignes Terrificant animos, et inania murmura miscent?' Isingrini certe codex *vanas hominum deludimus aures*: sic 'stolidas aures' Prudentius dixit Apotheosi: et Hamartigenia: 'Auditus felix stolidâ conservet ab aure:' ita antiquissimus Puteanorum codex; vulgo *ab arce*. Ovid. Met. lib. xi. 'nec aures Humanam stolidas patitur retinere figuram.' *D. Heins.*

Tonitru deludimus aures] Exprobratio iracundiæ aut fastus, quam dictat inconsultus fervor alia omnia de rescienti. *Barth.*

99 *Grati luminis*] Quid enim eo gratius? *Idem.*

Grati quod luminis experts] Superis prior Moreti: lego *superi luminis*; ut superum lumen lumini infero opponat. Virg. Æn. vi. 'Inclusas animas sa-

perunq̃ue ad lumen ituras Lustrabat.
D. Heins.

100 *Tertia suprema*] Adeo non comparabilis cum superna sorte, ut Encherius Homilia in III. Adventus, merito inferos cloacam mundi appellaverit.

Sortis] Partis quæ sorte est translata in Plutonem. Barth.

Suprema sortis] Divisionem fratrum Deorum infinitis pene locis Tiræquellus confirmat, reclamante tamen Callimacho in hymno Jovis. Ego pato consuetudinem illam manasse ex eo, quod regna ambigua sorti subjicerentur; quod de Tyrrheno et Lydo narrat Paternul. Rom. hist. lib. II. Serv. ad II. et VIII. Æneid. et successoribus Alexandri Plutarch. Eumene: hinc Sidon. lib. VI. Epigr. 6. 'Limes Gothicæ sortis:' et lib. VIII. Ep. 3. 'Promotæ limitem sortis,' id est, regni; quod in re incerta tantum valebat. L. sed cum. ff. de judiciis. L. si qua. ff. famil. eriscunda. Antiquitas ejus ritus a bello Thebano petitur. Stat. I. Theb. 'Sorte cadebat dilatus Polynicis honor:' et ipse Etheocles, L. II. 'quæ sors justa mihi.' Dempst.

103 *Signifer*] Zodiacum dicit, quo intelligit ipsum cælum. Barth.

105 *Sed thalamis etiam prohibes*] Non thalamos meliores scripti et editiones nonnullæ; recte. Simili modo apud Ovidium multis locis peccatum: quæ de re ad illum poetam. Cæsar, I. II. de bell. Gall. 'Sin minus possent, agros Rhemorum popularentur, qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant, comeatque nostros prohiberent.' Sic veterrimus liber Lovaniensis, atque ita alibi quoque Cæsar; vulgo comeatque nostros sustinebant. Mox quartus Vaticanus, *Nereida glauco Neptunus gr. c. Amphitruen.* D. Heins.

105 *Consanguineo sinu*] Soror enim. In conjugium autem gremiis inveniunt solatia laborum Heroës.

Consanguineo] Sororio. Soror Jovis
Delp̃. et Var. Clas.

Juno. Barth.

106 *Latonia furia*] Unde Apollo et Diana. Idem.

Latonia furia] Jovis adulteria cantarunt Græci Latinique Poëtæ: ex Latona suscepit Apollinem et Dianam: ex Cerere Proserpinam: ex Themide Astræam. Dempst.

107 *Cererem*] Unde Proserpina.

Magnamque Themis] Hanc quoque complexus est bonus ille Jupiter.

Creandi] Generandi. Sic *Creterem* sæpe Eunodius pro patre usurpat. Barth.

Tibi tanta creandi] Q. d. Tot arva genitalia tibi sunt exposita, ut ubivis quas vomerem figere. Venuste vero Seneca ridet hunc sobolis propagatorem, quærens cur post tot natos liberos sterilesceat. Claver.

108 *Natorum turba coronat*] Sunt enim copiosi illi ornamentum unicum felicitatis paternæ. Corona circulus est, itaque circulo quodam natorum ambiri Jovem ait. Barth.

Felix natorum turba] 'Qui liberos plures habebat, prior fasces sumebat,' ex capite septimo Legis Juliæ. Gell. I. II. 15. notum est jus trium liberorum habenti multa supra alios licuisse, ex Martiale. Suet. Cæs. cap. 30. Et *brevis*, primi divortii causa ex Valer. lib. II. 1. et Gell. lib. XVII. cap. ult. et IV. 3. Halicarnas. lib. II. Ideo 'felicem natorum turbam' vocat, quod multa commoda afferret: ut post 'gaudia nostri sanguinis.' Dempst.

109 *Deserta aula*] Alludit illa Didus apud Maronem: 'si quis mihi parvulus aula Laderet Æneas.'

Marens] Imperfecta enim domus sine liberis, ut alibi loquitur. Et filiam sic gaudia vocat matris. Barth.

110 *Implacidas*] Nunquam quiescentes. Idem.

111 *Non adeo toleranda quies*] Non huc usque se extendat ille noster torpor notissimus; placet vero nunc otium illud seponere.

Primordia testor] Arcanas origines,

Claud.

5 L

mysteria initialia. *Barth.*

112 *Intemerata*] Nunquam pejerata, sacrosancta. Stygiam autem paludem intelligit, Deorum sacerrimam juramentum. *Idem.*

113 *Ciebo*] In prælia. *Idem.*

114 *Tartara*] Quicquid sub terra regnorum fingebatur, hoc habebat nomen.

Saturni] Qui miser eviratus a filiis et in avernalem erat carcerem, sine spe emissionis, compactus. *Barth.*

Saturni laxabo catenas] Saturnus catenatus, ob tarditatem motus sui, Fulgent. seu quod tardi sint Dii ad vindicandum; seu quod pueri in utero quibusdam vinculis detineantur. Macrobr. ex Apollodoro, lib. 1. Saturn. cap. 8. Saturnalibus solvebatur, Stat. lib. 1. Silius, lib. vi. princip. 'Saturnus mihi compede exolutus.' *Dempst.*

Tartara, Saturni veteres laxabo catenas] Inde in omnibus fanis Romanorum, vincula statuis Saturni injecta erant, quæ festo ipsius solvebantur, in memoriam securitatis et felicitatis, quam sub illo egerunt homines. *Idem.*

115 *Obducam tenebris solem*] Non lucem scripti. *D. Heins.*

117 *Vix ea fatus erat*] Summam expeditionis celeritatem arguit. *Barth.*

118 *Pater*] Jupiter. *Idem.*

119 *Diversos ducens animos*] In diversa; ut in illo: 'se matutinus agebat.' Hoc est, matutino tempore. *Animos* pro adfectibus.

Diversos ducens animos] *Diverso* Claverius ex libro suo. Putem *divisos ducens animos* ut in illo Maronis: 'Atque animum nunc huc celerem nunc dividit illuc.' Adeunt curæ nostræ secundæ ad Nasonis Met. iii. 380. *Fulgidus* etiam pro *Lucidus* ab eodem libro est. *D. Heins.*

Sequatur Conjugium] Non invita. *Barth.*

120 *Pro sole*] Vice Solis. *Idem.*

121 *Sententia*] Quicquid post diurnam animi alternationem concluditur et pro rato habetur, dicitur sen-

tentia.

Sedit] Placuit firmiter et constanter. *Barth.*

122 *Ætnæ Cereri*] *Ænnæ* Turnebus in *Adversariis*; quod Gyrald. codex et Oxoniensis confirmant, nisi quod aspiratio addenda: in tertio Vaticano mendose *Ænnæ*. Frustra igitur Claverius Gyraldum Syntagmate xiv. de Diis gentium sic emendentem carpit; frustra pro vulgata scriptura velittur Barthius. *Hennæ* Ceres tam ab oppido Siciliæ, quam pago Attico, cui colebatur, dicta. Callimachus in ejus Hymno: *θεὰ δ' ἐν ἐμάλειρο χάρη Ὀσσον Ἐλευσίν, Τρίτων δ' Ἰσον δακτύλος Ἐννα*. Ubi Scholiastes, *Ἐλευσίν καὶ Ἐννα, δῆμοι Ἀττικῆς* nisi lapsus est. Statius, Theb. iv. 'Hennæ Cereri negat avia Dyme:' sic et illam Silius, lib. 1. vocat. Lycophroni etiam *Ἐνναία φρονὶς* dicta: *Ænnæam* dicam eandem idem Silius non uno loco appellat, et *Ænnæam virginem* Proserpinam. *Emensis* Ceres apud Firmicum de errore profanarum religionum. Lucan. lib. vi. 'quæ te Detineant Hennæ dapes:' ubi male vulgo *contincant* *Ætnæa*. Sidonius Panegy. Majorani: 'Enna Persephone, Minerva Hymetto:' plura alii congesse- runt, quos non compilo. Cæterum *Henna* non tantum constanter veterrimi apud Ovidium, Siliam, Solinum, Arnobium, alios agnoscunt addita aspiratione codices: sed nec aliter scribendum Plinii auctoritate evincitur, iii. 8. Naturalis Historiæ, ubi Siciliæ civitates ordine alphabetico recenset. In antiquissimo Livii codice Mediceo, 'Emendavi Nicomachus Flavianus iii. Præf. Urb. apud Hennam.' Nummus ærens vetustus apud virum rei antiquariæ perquam studiosum Franciscum Gothofredum Romæ mihi inspectus, ab una parte caput muliebri exhibebat, Cereris ut puto, hisce additis literis, M. CEST. ... MUNATIO. ab altera parte vir et femina curru quadrijugo in-

sistentes, quo Raptus Proserpinæ exprimebatur emblemate, addita inscriptione. MUN. HENNÆ. *Municipium Hennæ*. Columella lib. x. 'Cam Cereris proles vestris intenta choreis Æquoris Hennæi vernantia lilia carpait.' Ita veterimus codex S. Germani, non *Ætnæi*. Statius Sylvarum quinto Epicedio Patris: 'At vos umbrarum reges Hennæaque Juno:' sic scribendum: idem Achilleidos secundo: 'qualis Siculæ sub rapibus Ætnæ Naidas Hennæas inter Diana feroxque Pallas et Elysii lucebat sponsa tyranni:' quomodo necessaria correctione emendamus, ne *Ætnæ* et *Ætnæas* superflua et incondita repetitione aures delicatas offendant. Auctor Pervigilii Veneris: 'Hybla florum rumpe vestes, quantos Hennæ campus est.' In veterrimo quoque Minucii Felicis codice Regio, qui Lutetia exstat, *Hennæis ignibus*, et *ignes Hennæ* scribitur, pro *Ætnæis* et *Ætnæ*. Apud Julium Firmicum libro contra gentes bene passim cum aspiratione vox ea occurrit in vulgatis exemplaribus, etiam apud Arnobium, libro v. bis terre in exemplari Regio jam laudato. Infra quoque eam vocem in hoc Poëmate semel iterumque restituemus. D. Heins.

Ætnæa Cereri] Alii leg. *Ennæa*. Sed *Ætnæam* tamen etiam Cererem quid rationis vetat admittere, consentientibus tot libris, cum tota præcipue Sicilia ei idolo fuerit addictissima? Unde ipsam Proserpinam Siculam vocat Juvenalis, Sat. XIII. 'Sicula torvus cum conjuge Pluto.' Quid quod raptus ipse Proserpinæ contigit apud *Ætnam*, teste Hygino, cap. 146. Barth.

Hennata Cereri] Alii leg. *Ætnæa Cereri*. *Ætnæa* ab *Ætna*, vulgaris lectio, faventibus Silio, lib. VII. Stat. IV. Theb. 125. At *Enneam* recepere docti ex VI. Verr. Arnob. lib. v. ab *Enna* Siciliæ oppido, juxta quod rapta fuit Proserpina. Silius, lib. I. 'En-

næa numina Divæ:' et lib. XIII. 'cæditur Ennæa casta cervice juvenca.' Senec. Herc. Fur. scæn. II. act. 3. *Dempt*.

123 *Lucina*] Diana: vis pariendi hoc idolo intelligitur. Barth.

124 *Viscera*] Materna. *Idem*.

125 *Altior exstat Matribus*] Superat eas veneratione. *Idem*.

126 *Proserpina*] Talis, tantaque, qualis hoc nomen habet. De Etymo Proserpinæ, quod fruges videlicet terra proserpant, vide Fulgentium. *Idem*.

127 *Vitulam*, &c.] Hæc videtur satis humilis comparatio, sed oppido quam venusta; neque sine Ovidii exemplo. *Claver*.

128 *Torva parens*] Cavet vaccam aut bovem faminam nominare, ne humili aliqua voce carminis virtutem contaminet. Barth.

129 *Lunata curvavit germina frontis*] Nondum integra cornua fronte prodixit. *Idem*.

130 *Plenis annis*] Virgilius: 'Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.' Alibi noster *tumentem virginitatem* dicit, a fructibus arborum maturis. *Plenum* alioquin quod justus est ponderis aut vigoris. *Idem*.

Jam vicina toro plenis adoleverat annis Virginitas] Sic Virgil. VII. *Æneid*, de Lavinia: 'Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.' Puellas hasce nobiles ac viripotentes Græci *παρθένους* appellant. Pind. Olymp. Od. III. *οὐδὲ παρθένους διδύμους τρωῖ Ἀφθας*. Cujus vocis illa ratio est, quod ante primum concubitum zonæ vaginalis solutio fieret. *Magius*.

131 *Pronuba flamma*] Nuptias inferens; jam inquit virum desiderare cœperat. Barth.

132 *Mixta tremis formidine votum*] Votum virginium sunt nuptiæ, quas formidant timore amittendi floris; quæ mira brevitate extolit junctæ. *Idem*.

Tremis votum] Pro nuptiis. *Metam*.

lib. XII. Feb. 4. lib. VII. Feb. 1. 'stant mecum vota sororis.' *Dempst.*

133 *Proci*] Procorum copia gloria puellarum. Revera autem non paucos habuit Proserpina. *Barth.*

135 *Rhodope*] Thracis mons, quæ tota olim regio ob Barbaram immanitatem gentium sacra Marti. *Idem.*

137 *Despexit utrumque*] *Utrumque* primus Petav. et Delrii liber; recte: de Junone enim et Latona sermo. *D. Heins.*

139 *Siculis*] De Sicilia lege Pontanum in III. *Æneid.* Ovid. IV. *Fast.* Flor. II. 2. Diodor. lib. V. cap. ult. fin. *Dempst.*

140 *Ingenio confusæ loci*] *Ingenium* est promptitudo et aptitudo ad aliquid amplectendum, discendum, tenendum. Minutius Felix Octavio: 'Apparet ingenium non dari facultatibus, nec studio parari, sed cum ipsa mentis formatione generari.' Ubi simpliciter ingenium felicitatem ejus designat.

Trinacria] Triquetram hinc appellat Lucretius. Scholiastes Apollonii, lib. IV. ἡ Σικελία ἀκαλειῖτο Τρινακρία τὸ πρότερον διὰ τὸ τρεῖς ἄκρας ἔχειν. *Barthius.*

Æthera deseruit] Versus duos superfluos expunximus, nam vulgati codices conjungunt huic istos: *Commendat Siculis furtim sua pignora terris. Infidis natam laribus commisit alendam:* quorum modo hunc, modo illum codices præstantioris notæ omittunt. Mihi uterque visus est delendus, ne ter idem dicat importuna repetitione. Si quis priorem malit tueri, non repugno; et tum *gaudia* pro *pignora* rectius legas cum Moreti libro; ut postea, 'gaudia nostri Sanguinis, et charos uteri commendo labores.' In scriptis quibusdam magnus hiatus est usque ad vs. 215. ut pateat hæc inquinata admodum esse: pari modo hæc curis secundis castigasse Barthium postea vidi. *D. Heins.*

141 *Italia pars una fuit*] Ita credi-

tum, antiquitus continentem Italiam fuisse Siciliam, sed interruptentem portum fecisse insulam, freto immisso. *Barth.*

144 *Parvaque cogn. &c.*] Eleganter, nam et Jurisconsultus quasi continentem Italiam facit Siciliam. *Clav.*

145 *Nunc illam*] Optimi libri: *Nunc illam sociæ raptam tellure trisulea Opponit Natura mari.* Quæ lectio omnino vera est. Nunc illam ereptam alterius societati sive conjunctioni opponit triangulam mari natura. Hoc est, insulam fecit tribus capitibus in mare eminentem; nihil facilius et certius. Jam ait propriam tellurem factam a natura, sicque mari oppositam. *Barth.*

Nunc illam sociæ raptam] Vulgo *ruptam*; quod ferri non potest, quia *rupit* præcessit. Puto etiam *trisulea mari* legendum, ut Tyrrhenum, Libycum et Ionium intelligat. *Respuit* etiam et *protentis rupibus* bene mox scripti. Vulgo *respicit* et *protentis*; unde Claverius *despicit* Bello Gild. 'Tarpeias si necdum respuis arces.' IV. *Cons.* Hon. 'Torquati respue mores.' Aliter hæc curis secundis Barthius. *D. Heins.*

146 *Caput*] Promontorium. *Barth.*

147 *Iras*] Fluctus pelagi. Sic *rabie* mox vocat. Periculosum autem fretum quam maxime circa Siciliam. *Idem.*

152 *Ætnæ*] Deflectit ad memorabilissimum omnium, quibus natura insulam illam insignivit, *Ætnam* nimirum, sane miraculum naturæ. Non tamen sola *Ætna* talis, sed et Vesuvius Italici, et alii montes aliarum Provinciarum. *Idem.*

Namquam tacitura] Hoc est, semper laudatura. *Idem.*

153 *Enceladi bullum*] Hunc immanem Gigantem Jupiter injecta *Ætna* domuisse dicebatur, qui sub ea adhuc exspiret flammæ et saxosa illa incendia. *Idem.*

Membra revinctus] Lucan. *vincti*

membra gigantes. scripti meliores tamen terga. D. Heins.

154 *Flagranti pectore sulphur*] Vari-
ant libri: sed nihil muta. Val. Flac-
cus, de Typhoeo: 'sacras remouentem
pectore flammās.' Severus in Ætna:
'Gurgite Trinacrio morientem Jupi-
ter Ætna Obruit Enceladum: vasti
qui pondere montis Æstuat, et patu-
lis exspirat faucibus ignes.' *Idem.*

155 *Et quoties detrectat*] Isingrin.
dejectat. Puto *rejectat*; non enim *de-*
jectat: sequentia probant, 'In dex-
trum lævumque latus.' Seneca Thy-
este: 'num rejecto Latus explicuit
monte Typhoeus?' *Idem.*

Quoties detrectat onus] Hinc egeri
illa saxa et flammās eas fingeant:
unde Ovid, 'Nititur ille quidem, ten-
tatque resurgere sæpe.' *Barth.*

161 *Indigenas nimbos*] Eo loco na-
tos. *Idem.*

162 *Motibus atra lacescit*] Putea-
neus *molibus*; recte: de saxis enim
agit, quæ ex Ætna prosiliunt. Seve-
rus in Ætna: 'Pelliter exustæ glo-
meratus nimbis arenæ; Flagrantes
properant moles.' Paria habes et
apud Virgilium, Æneidos tertio: cu-
jus imitatione plenus hic locus. D.
Heins.

165 *Scit servare*] *Servat.* *Barth.*

Servare fidem] Fides nil aliud hic
significat, quam fœdus elementorum.

Pariterque favillis] Cum favillis.
Barth.

167 *Fumo fideli*] Non noxio nivibus.
Idem.

168 *Lambit*] Molliter attingit.

Contiguas] Vicinas. *Barth.*

169 *Quæ scopulos tormenta rotant*]
Sic præstantiores libri, et mox *glome-*
rant et *ruit*. Severus: 'Nunc quoniam
in promptu est operis natura solique;
Unde ipsi venti, quæ res incendia
pascit, Cur subito cohibent vires, quæ
causa silendi, Subsequar:' quomodo
illa castiganda sunt ex veteri codice.
D. Heins.

170 *Vulcanius ignis*] Putean. et
unus Petav. *amnis*; optime: qua voce
etiam usus Severus in Ætna: 'Donec
confluvio revolutis sæstibus amnis Ex-
illit, atque furens tota vomit igneus
Ætna:' hinc *undans Ætna* Virgilio et
Lucano. *Redundans* nostro in Idyllio
de piis fratribus. Senec. Hippolyto:
'qualis Ætnæo vapor Exundat antro.'
Ποταμός πυρός pari modo apud Æschy-
lum alicubi occurrit in Prometheus:
'flammarum fluenta' Apuleio de
Mundo; et 'flammarum flumina,' de
Ætna, quæ ex Græco feliciter trans-
tulit: 'undam ignis' auctor Ætnæ.
Lucanus, libro vi. 'cum tota caver-
nas Egerit, et torrens in campos de-
fluit Ætnæ.' Valde luxuriant hic
Poëtæ Græci. Pindarus Pyth. A.
Τὰς ἐρεβγόνται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἐργό-
ταιται ἐκ μυχῶν παγαί: ποταμοὶ δ' ἀμύ-
ραισι μὲν προχέοντι ῥόδον καπνῶν ἀλβωνά;
quæ Macrobius et notavit Saturn. v.
cap. 17. 'Virgilius quidem Græcos
fontes imitatus, ignes eractari, et
fluere amnes fumi, et flammarum ful-
va et tortuosa volumina in plagas ma-
ris ferri, quasi quosdam igneos amnes
dixit.' Vetus Poëta apud Longinum
περὶ ὕψους de flamma agens *πλεκτώσῃν*
χειμαρῶν, quasi torrentem, appellat.
Apud Alcimum Avitum, libro iii. non
longe ab initio locus est, ubi Sodo-
mam conflagrantem describit, plenus
audacissimis translationibus: sed li-
ber non est ad manum. 'Ignes irri-
guos' habes apud Severum in Ætna,
et 'exundantem flammam,' et 'un-
dam ignis.' 'Flammarum torrentem'
Silius Italicus, libro xiv. ubi de Ætna
agit. Virgilius de Caco flammam vo-
mente, 'qua plurimus undam Fumus
agit.' Gratius de Vulcano: 'rupto-
que e pectore montis Venit ovans
anstris, et multo flumine flammæ:'
ubi *ovans auris* fortassis legendum, ut
'fulminis aura' apud Poëtās; et
'venti fulminis' apud Maronem. Val.
Flaccus lib. vii. 'Taurus et immani

proflavit turbine flammæ, Arduus atque atro volvens incendia finctu.' *D. Heins.*

Vulcanius ignis] Vulcanus ignis inventor. *Vulcanius* autem hic ignis, quia officina ejus apud Ætnam fabrilis facientis fingeatur. Aliud specus ignivomum in Sicilia, Vulcano sacrum, ejusque miram et religionem et efficaciam lege apud Gratium Cynegetico, qui locus sane mirifice pulchre ibi descriptus est. *Barth.*

171 *Objicibus operis*] Male *apertis* Claverius: noster II. in *Eatrop*. 'terræ Bacchatus per operata tremor.' Statius, *Theb.* VIII. 'dum per cava viscera terræ Vado diu pendens et in aëre volvor operto:' quæ vera lectio. Unde et alter locus ejusdem Statii castigandus *Silvarum* quarto, *Domitiani Epulo*: 'Tanta patet moles, effusæque impetus aula, Liberior campis, multumque amplexus operi Ætheros, et tantum domino minor:' certe *operi Ætheros* manifeste exhibet vetus editio *Parmensis*. *Severus*: 'Flumina quin etiam latis currentia rivis Aut occulta fluunt tectis ad-operta cavernis.' *D. Heins.*

179 *Turrigeramque petit Cybelen*] Cur turrigera fingatur nemo melius enarret *Lucretio*, cujus hæc sunt verba, de libro II. 'Hanc veteres Graium docti cecinere Poëtæ Sedibus in curru bijugis agitare leones. Aëris in spatio magnam pendere docentes,' &c. *Barth.*

Sinuosa draconum] *Squamosa* *Vatic.* *D. Heins.*

182 *Frondem crista tegit*] *Virgilius* *Culice* de *Serpente* alio: 'cui crista superne Edita purpureo lucens maculatur amictu.' *Barth.*

184 *Spiris*] *Spiræ* sunt flexus serpentum, draconum, aut his similes aliorum, quam vocem Latinam fecerunt optimi auctores. *Idem.*

186 *Flavescit aristis Orbita*] *Fru-ges* undique succrescere et sequi iter

Cereris ait. *Idem.*

187 *Conduunt vestigia culmi*] Sic *Isingrini* codex, et *Claverii* editio. Vulgo *scindunt vestigia fruges*. Alii libri *conduunt vestigia messes*. *D. Heins.*

188 *Vestit iter*] *Usurpat vestire* *Prudent.* lib. II. in *Symmachum*: 'Deusius et gravidis se vestiet æquor aristis.' *Isid.* lib. VIII. cap. 81. in *Vesta*. Noster de bello *Getico*: 'Dulci vestit qua litus oliva,' &c. *Dempster.*

189 *Decrescit*] Donec plane abscondatur. *Barth.*

191 *Rore*] *Lacrymis* sponte fluentibus, præsagio venturi luctus. Lib. III. ipsa *Ceres* queritur *Cybelæ*: 'quoties flaventia sarta comarum Sponte cadunt, quoties exsudat ab ubere sanguis,' &c. *Idem.*

192 *Salve gratias*] *Thetis* apud *Statium*: 'Chara mihi tellus, magnæ cui pignora curæ, Depositumque ingens timido commissimus astu, Sis felix taceasque precor.' *Claver.*

195 *Nullas patiære ligones*] Ergo jam certa erat dandi mortalibus frumenti; nisi si per oblivionem dicas *Poëtæ* hoc excidisse, velut jam usu satiationis noto mortalibus, quæ tamen post, jam amissa et quæsitæ longe lateque *Proserpina*, demum data per *Triptole-mum*. *Barth.*

196 *Versabere comeris*] *Poëtica* arationis descriptio. *Idem.*

Versabere comeris ictu] *Versabere* prior *Petav.* ut sæpe noster: dictum alibi. *D. Heins.*

197 *Sponte*] Solo cultu divino placata tellus primis cultoribus fruges dedisse fingeatur.

Cessante juvenco] Hic errorem videas *Poëtæ* subesse: quomodo enim cessationem a re promittat, quæ eatenus non sit nota aut facta? *Barth.*

199 *Sic ait*] Simil aut hoc dixit. *Celeritatem* vecturæ intelligit. *Deorum* enim voluntatem solam omnia sequuntur.

Idem] Montem Phrygiæ. Unde Idmæ olim illa regio. *Barth.*

200 *Hic ædes angusta Deæ*] Ita Aldus et scripti meliores: alii *sedes angusta*; quod perperam arripuit vir doctus. Ovid. 'augusta vocantur Tempia sacerdotum rite dicata manu.' *Idem* alibi: 'Quis locus est templis augustior?' *D. Heins.*

Augusta] Cultu, non spatio; non ornamentis, sed religione. *Barth.*

201 *Quam pinus obumbrat*] *Opacat* cum melioribus scriptis legendum jam vidit Gronovius noster. Habes id verbum apud Virgilium, Val. Flacum, et alios. Silius, l. XIII. 'Cingit acuta comas et opacat tempora pinna.' Paulo post *coniferis modulatur carmina ramis* cum prima editione et quibusdam membranis scribimus: *coniferi modulantur rami* contra libros Raphaelengium. *D. Heins.*

Pinus] Sacra Deum matri. Vide doctissimi Turnebi *Adversariorum*, lib. XI. 23. *Barth.*

Pinus opacat] Alii leg. *obumbrat*. Cybeli matri Deum altissima arbor Pinus ex II. Georg. sacra, quia Atya in eam mutatus, *Metam.* x. Fab. 2. *Stat. lib.* II. Senec. *Troad. Choro.* 1. templum ejus in Luco Pineo. *Æn.* IX. 'Pinea sylva mihi multos dilecta per annos.' Cybele Jovem alloquitur, et mystæ pineam hastam vibrant, ut bacchantes thyrsum. Noster lib. I. in *Eutrop.* 'Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinu.' *Dempst.*

202 *Nulla agitante procella*] Deorum enim sedibus ventos et tempestates excludunt Poëtæ.

Lucos] Pleraque Idola veterum in lucis culta observamus alibi. *Barth.*

203 *Coniferi rami*] De sola pinu pato sermonem esse, qua constitit totus iste locus.

Carmina] Quæ in arborum ventis inspiratorum susurris agnoscunt Poëtæ. *Barth.*

204 *Thyas*] Chori matris Deum. notissima omnia. *Idem.*

205 *Gemunt*] Obscure et gravi sono. *Idem.*

206 *Gargara*] Vide Macrobius *Saturnalium* l. V. c. 20. Idæ est vertex fertilitate nobilis. *Idem.*

207 *Mugitum*] Qualis boatus taurorum. *Idem.*

208 *Corybas*] Corybas Jasonis et Cybeles filius *τὸν πατέρα εἰς Οὐδὴν μεταδίδωκεν*, in Asiam sacra Deum matris princeps intulit. Hinc perpetua successione Corybantes dieti ejus Divæ sacerdotes faribundi. Erat enim eorum officii simulato repentino furore in orbem currere et ferro sonora arma pulsare. *Idem.*

209 *Buxus*] Has inflabant his sacris operantes.

Æra sonant] Illi enses. Sono æris inesse voces Dæmonum opinabantur nonnulli *δοκίμοις* veteres. *Barth.*

Blandaque leones] Non blandique, codices. *D. Heins.*

211 *Intendit ad oscula turres*] Libri quidam *extendit*; ut infra: 'Extendunt socios ad pocula plena cerastas.' *Idem.*

212 *Arce*] Cælo. *Barth.*

213 *Mentis penetralia nudat*] Tres nostri *monstrat*: duo Pulmanni, *pandit*; quomodo supra: 'Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum.' De *nudandi* verbo tamen hac significatione videatur eruditissimus Gronovius *Notis ad Livium* libro XLIV. c. 38. *D. Heins.*

Nudat] Id est, indicat. *Clav.*

217 *Sic cecinit Themis*] Olim oraculum penes Themidem, lib. I. *Metam.* Fab. 7. *Interp. Juvenal.* ad Sat. I. *Lucan.* l. V. vs. 81. *Sidon. Carm.* V. 'Si denique verum Phœbe, Themis Dodona canis.' Et *Carm.* IX. 'responsa aut Themidis priora Delphis.' *Dempst.*

Cecinit] Vaticinata est. De Themidos vetustissimo oraculo notatum jam et aliis. *Barth.*

218 *Ram peragit tempus*] Si tempus *perageret rem*, quo pacto non sine

padere hortaretur ad effectum ejus in opportunitate alius alium? Omnino ita scribendum et hoc loco: *Rem peragi tempus*. Sic apud Maronem, lib. v. *Æneidos*: 'nunc tempus agi res.' *Idem*.

Rem peragit tempus] Aldus et Moreti codex *peragi*, ut Barthius conjecerat. Bello Gild. 'promissa minasque Tempus agi.' Virg. *Æn.* v. 'nunc tempus agi res.' Statius, *Theb.* v. 'dum tempus agi rem:' ut quidem illis locis videtur corrigendum. *D. Heins.*

219 *Ithudere campis*] *Ladere* in campis, eleganter. *Barth.*

220 *Crustina puniceos*] Toto versu crastinum edixit.

222 *Cur ultima regna quiescunt*] Ex Ovidii verbis, ubi *Venus Cupidinem* affatur, *Metamorph.* v. 'Tartara quid cessant? cur non matrisque, tuumque Imperium proferis?' *Barth.*

223 *Nullumque*] Neminem non mortalium subjacere regno *Veneris* arbitrabantur veteres. *Idem*.

224 *Pectus inaccessum*] Imo *inaccessum* cum melioribus: male vulgatum tacet *Claverius*. Apud *Silium* bene etiam lib. i. veteres libri, 'inaccessi flagrant altaribus ignes.' *D. Heins.*

225 *Ditæque severi*] Et hunc enim domuit amor. *Barth.*

226 *Mollescant*] Frangantur in delicias et res *Amoris*. *Glossæ*, *mollis malakôs, ἀπαλός*. Hinc *mollescere* effeminari. Et *mollis*, qui deliciis insepulti. *Idem*.

227 *Juvenique parentis*] Non aliter *Venerem* comitaturæ virgines. Et has latebat tamen machinatio. *Minnervam* autem et *Dianam* comites *Proserpinæ* dant et *Valerius Flaccus*, lib. v. et *Papinius* ii. *Achill.* *Idem*.

228 *Pallas et inflexo, &c.*] *Scaliger* carpit *Poëtam*, quod *Virgines* det *Veneri* comites: nescius id ingenio summo factum, 'ne *Veneris* dolos persentisceret rapiendo:' quod si

culpatur in nostro, falsi et alii, inter quos est *Flaccus Argon.* l. v. 'Aut *Sicula* sub rupe choros, hinc gressibus hærens *Pallados*, hinc caræ *Proserpinæ* juncta *Dianæ*; Altior, ac nulla comitum certante, priusquam *Palluit*.' *Diod.* l. vi. 2. ne tantum id existimasse putes *Poëtas*. *Dempst.*

Manala] Mons *Arcadiæ*. *Dianæ* sacer. *Barth.*

229 *Divino semita gressu Claruit*] Non ipsas *Divas* suas comparavit truci astro, sed semitam earum, per quam cælo se deportant. Sic *Lactæum transitum Deorum* in cælum iter facit *Ovidius Metamorphosi* prima. *Idem*.

230 *Claruit*] *Malo Canduit* cum *Isingrini* codice. Mox *augurium* tantum ex scriptis alii jam legendum viderunt. *D. Heins.*

231 *Præceps sanguine*] Omnes fere libri *præpes*; et *dilabitur* *Moreti* codex; recte: non enim delabitur cometa, sed scintillans dilabi ac disperi videtur: de stellis, quæ delabi quandoque videntur, alia res est; ut jam tutus sit a censura viri magni *Claudians*. *Idem*.

Dilabitur] *Poëticæ* id quidem, sed pulchre, mea sententia: ita enim sublimi aëris regioni adfixus est cometa, ut jam jam lapsurus videatur. *Claver.*

235 *Quæ tecta virebant*] Ita multi ex nostris; nec dubito, quin vere: vulgo *sitabant*; alii *manebant* vel *micabant*, vel *latebant*: sic *florere* infra lib. iii. 'florebat tranquilla domus:' quod ex illo *Statii* hausit: 'Florebant hilares inconcussique *Penates*.' *Ovidius Athenas* vocat, lib. ii. *Met.* 'Ingenuis opibus et festa pace virentes.' Apud nostrum libro ii. in *Rufinum*, 187. 'virent oppida,' ut libri veteres illic agnoscunt. *D. Heins.*

236 *Cyclopum armata manu*] *Deorum Dearumque sedes* ferro plerumque factæ finguntur.

Cyclopum armata manu] *Prim. Vatican. fabricata*: ut apud *Virgil. Æn.*

ix. 'mœnia Trojæ Neptuni fabricata manu:' et nostrum infra l. ii. 'Cur non torsisti manibus fabricata Cyclopum In nos tela, pater?' Quatuor scripti *formata*: ut vi. Cons. Hon. 'quæ terra metallo Nascentes informat equos?' Virgilius, *Æn.* viii. 'His informatum manibus jam parte polita Fulmen erat:' mox, 'Ingentem elypeum informant:' et apud Statium: 'Siculis an conformata caminis Effigies:' de quo verbo plura l. iiii. Parhasii codices *fundata*. D. Heins.

Stant] Horrent, permanent. *Barth.*

238 *Sudore Pyracmon*] Famuli Vulcani: *Brontes* a tonitru: *Steropes* a fulgetra: *Pyracmon* ab incendio: Serv. ad finem viii. *Æneid.* *Dempst.*

239 *Nec Steropes construxit opus*] Voessianus *committit* pro *commisit*; quod elegans verbum. Prudentius *Psychom.* 'Induerat thoraca humeris, squamosaque ferri Texta per inortos commiserat undique nervos.' Mox *flumine tanto* pro *flamine* cum scriptis legendum; quicquid alii obstant. Virgilius *Æn.* viii. ubi antrum Cyclopum describitur: 'fluit æs rivis anrique metallum, Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit.' Lib. iiii. in Stilich. 'Argenti potuere lacus et flumina mitti.' Silius, l. xii. 'summa liquefacta est cuspis in hasta, Et fluxit ceu correptus fornacibus ensis.' Rutilius Itinerario: 'Non Biturix largo potior strictura camino, Nec quæ Sardoo cespite massa fluit.' Vide notas l. ii. in Stilich. 177. *Lassa* etiam *fornace*, non *cervice*, cum Isingr. et Claverii libris legendum. Virgil. *Æn.* viii. 'atriduntque cavernis Stricturæ Chalybium, et fornacibus ignis anbebat.' Cæterum quod præcessit paulo ante, 'spiravere notis animæ,' pro ventis capiendum. Ita et Vulcanus de foliibus apud Maronem: 'Quicquid in arte mea possum promittere caræ, Quantum igne animæque valent:' hinc *exanimare folles*, pro ventum ex foliibus exprimere apud Seve-

rum in *Ætna*. D. Heins.

240 *Notis*] *Ingentibus* follium flatibus, quos possis ipsis *Notis* æquiparare. *Barth.*

Notis] Indiciis. ut Celsus: salutis et morbi notæ. *Claver.*

Anima] *Flamina* ventorum. *Animas*, pro ventis capi, ubertim notatum doctis.

Fulmine] At hand dubio vera est lectio *flumine*, quæ liquefacti vi follium inspiratorum metalli ingentem copiam indicat. *Barth.*

242 *Atria vestit ebur*] Sic Moreti codex, non *cingit*. Lucani hemistichium est l. x. 'ebur atria vestit, Et suffecta manu foribus testudinis Iadæ Terga sedent:' ita pro *suffixa* legendum ex antiquis codicibus; quomodo et Statius Equo Domitiani de marmore Lunensi, 'Lanaque portandis tantum suffecta columnis.' D. Heins.

244 *Mulcens cantu*] Inter opus, ut fiat facillor, hilaritate animi cantu excitata, labor. *Barth.*

245 *Irrita texebat*] Puellarum matronarumque laus in textrina et lanificiis: Tiraq. iæxi. connub. abundantissime. Adde Ovid. l. i. Amor. El. 13. l. xii. Metam. Fab. 5. Anson. parent. 5. et 13. nostrum de phaleris equi regii. Tull. vi. Verr. variis in locis. *Dempst.*

247 *Tumultum*] Confusum Chaos illud. *Barth.*

248 *Semina*] Elementa dicit. *Idem.*

Semina iustis] *Iussis* prim. Vatican. utrumque bene. Mox pro *egit* Claverius *legit*; quomodo et quintus Vaticanus: vulgatum de vertigine poli assidua intelligendum. Deinde pro *graviora cadunt*, Delrii codex et duo ex nostris *ruunt*: ut l. i. in Rufin. 'toluntur in altum, Ut lapsu graviore ruant.' D. Heins.

250 *Incanduit ather*] *Ætherem* pro aëre dixisse purissimo videtur. Et sane aëris regiones longe altiores, quam quibus avium volatus aut oculorum visus locis censetur. *Barth.*

[*Ether*] *Ær* legit Gronovius. quatuor enim elementa hic describuntur.

251 *Egit flamma polum*] Claverius 'Legit flamma polum' ex Ovid. 'Ignis Emicuit summaque locum sibi legit in arce.' Tamen nec altera lectio inepta, ad actum sive rotationem poli pertinens.

[*Egit*] Claver. legendum censet *legit*: ut Ovid. ignea vis 'Emicuit, summaque locum sibi legit in arce.'

252 *Nec color unus erat*] *Inest* scripti duo et vetustæ editiones. Ovid. 'Jam rebus color unus inest, tenebrisque teguntur Omnia.' Noster *lastra* l. II. 'nihilumne paternæ Mentis inest?' sic et alibi. *D. Heins.*

253 *Ostro fundit aquas*] Quia mare purpureum Poëtis, *ἄλα πορφυροειδέα* dixit Euripides Troadibus. *Barth.*

254 *Subter cœlantia fluctus*] Libri veteres jam jam *cœlantia*. Isingr. *cœlantia*: 'cœnvatæ undæ' apud Silium. Forte jam *jamque* *levantia*. *Levare fluctus* elegans et Latium. Merito locum suspectum habuit Barthius. Vulgata tamen scriptura ex illis Virgiliani Calicis defendi potest: 'Tmolia pampineo subter cona cœlat amicta.' *D. Heins.*

[*Subter cœlantia fluctus*] Quomodo *fina* cœlaverint fluctus, aut quomodo fluctus in mari cœlari possint, ego prorsus non adsequor: latere aliquid aliud semper suspicatus sum. Noster liber cum omnibus Belgicis: jam jam *cœlantia*: hoc est, quos modo extulerant, jam revocantia velut et reducantia. *Barth.*

256 *Raucum bibulis inserpere murmur arenis*] Artificiosissimus versus; qui mirifico in serpente arenis rivum exprimit ipso murmure literarum. *Idem.*

257 *Addit quinque plagas*] Plagæ terræ, *Zonæ* cœli dicuntur. *Isid.* l. I. c. 43. *circulos* vocat; *Plin.* l. II. c. 66. *partes*; Homerus in Achillia clypeo *πύχας* Iliad. XVIII.; eas ex Heracleide Pontico, lib. de Allegoriis Homericis

describit; Maro, l. Georg. Ovid. l. Metam. Tibull. l. IV. ad Messallam et alii: sed quod inhabitabiles aliquas credidit antiquitas, falsum est. *Dempst.*

258 *Squallebat adustus*] *Inustus*, et *tum sine* scripti. *D. Heins.*

261 *Viris*] Hominibus, quibus quandoque non accensentur famina. *Barth.*

263 *Constringit frigore telas*] *Contristat* recte Claverius et meliores nostri; quod verbum usitatum Poëtis. *Mimesis* Maroniana, Georg. III. de anatro: 'pluvio contristat frigore cœlum.' Lib. x. *Æneidos*: 'lævo contristat lumine cœlum.' *D. Heins.*

264 *Pingit sacraria ditius*] Isingr. et tertius Ambros. *flagit*; de quo verbo Cons. Olybrii diximus: sed *aus* *pingere* usitatum bonis scriptoribus. Mox *castaque*, non *castique*, scripti. *Idem.*

[*Sacraria*] Loca remota, et mage sacra cæteris. *Barth.*

266 *Subitis maduerunt fletibus*] Tamquam præsentientia luctum. *Idem.*

268 *Vitreis vadis*] A splendore et perspicuitate aquæ perpetuum Epitheton.

[*Cardines veras*] Veterum enim cardines ita facti erant, ut cum vertentur, januis apertis, ederent clarum sonitum. Metallo enim erant facti cardines, marmore limina. *Barth.*

269 *Sensit adesse deus*] Sic meliores, non *cernit*: quintus Vaticanus *sensit*; quod verum opinor. *Idem* mox *imperfectumque laborem Desinit*, non *deserit*: de quo loquendi modo copiose ad Nasonem egi Artis Am. l. II. 725. *D. Heins.*

270 *Purpura*] Colos purpureus. *Barth.*

273 *Quod famina tinxeris ostro*] Vatic. et Moreti codex aliique quidam *texuit*; sed frustra. Homerica comparatio, Iliad. Δ. 'Ὡς δ' ἔτε τίς τ' ἐδάφαττα γυρή πολυῖς μύσῃς ἡγούρις καὶ ἐδάφει. Tinctum etiam *ebur* Ovidio dic-

tum Met. iv. 'Hic color aprica pendentibus arbore pomis Aut ebori tincto est.' Apud eundem in Amorib. de Psittaco, 'Tincta gerens rubro punica rostra croco.' Sed apposite, idem in simili comparatione Amor. II. 'Quale rosæ fulgent inter ana lilia mixtæ, Aut ubi cantatis luna laborat equis; Aut quod, ne longis flavescere possit ab annis, Mæonis Assyrium fœmina tinxit ebur.' *Violare ebur ostro* dixerat Maro; *corrumpere* Statius in Achilleide. *D. Heins.*

274 *Diem*] Solem.

Nox humida] A rore nocturno. *Barth.*

275 *Ceruleis*] *Nigris*. Papinius: 'Et jam cœrula nox obibat Orbem.' *Idem.*

276 *Pluton*] Ultima litera non fuit adeo necessaria, ut in illo versu Virgillii: 'Odit et ipse pater Platon, odere sorores.' Sed fortius cadit, estque magis rotundum. *Claver.*

Superas molitur ad auras] Sic ex Claverii et Isingrini codice legendum: confirmant quatuor ex nostris. *Superas auras* pro cœlo frequenter ponunt Poëtæ; reliqui scripti cum Aldo *superas arces*: vulgo *Siculas arces*: supra 99. *superum lumen* ex vetustis codicibus habuimus. *D. Heins.*

277 *Torvos invis jugales*] Plutonis equi a natura terræ nomen habent: ipse enim nihil aliud est quam terra: *ἰσχυρὰς, tenebrosus*, moriendi necessi-

tatem potest significare; cæterorum nomina penas animarum: nam *αἰθρῶν, vim habens adurendi: ὀκνητός, nocturnus: ἄλδωρ, ultor*, qui punit *ἔλασται, non obliuiscenda*: pro dæmone malo legitur apud Plut. lib. de def. Orac. pro furia apud eundem in Cic. est et nomen ducis apud Homerum *Iliad.* XIII. 421. *Dempst.*

279 *Prætiæque Erebi nigrantibus erant*] *Spatii*que primæ editiones ac scripti aliquot placet. Apposite Seneca de inferis Herc. Fur. 'Hinc ampla vacuis spatia laxantur locis, In quæ omne mersum pereat humanum genus.' Silius, lib. III. 'medio tenduntur ab orbe Squallentes campi: tumulum natura negavit Immensis spatia.' Sic et *spatia campi* Virgilio Statioque: *spatia circi* apud Lampridium Heliogab. noster lib. II. in Rufin. 'Nec multo spatii distantibus æquore vallis:' quasi dixisset *campi æquore*: quod Barthius suspectum habere non debuit. *D. Heins.*

281 *Soporatis*] Tinctis vi quadam soporifera. *Barth.*

Spumant oblicia] *Spirant* quintus Vaticanus. *D. Heins.*

284 *Nola signatus Alastor*] Id est Π, litera Græca, quæ Plutona indicat. Priscos, ut hodie quoque moris, pecora notis insignivisse testis Festus in *Signare*. *Barth.*

286 *Spectantes*] Id est, Expectantes. *Claver.*

XXXIV.

DE RAPTU PROSERP. LIB. II. PRÆFAT.

PRÆFATIO hæc alieno loco inserta videtur: ad rem certe non facit, ut tollenda fortasse sit. Nam sic Regius ac Oxoniensis libri jubent, quorum margini hæc adscripta: 'Illud totum ab hoc versu, usque illum locum, Impulit Ionios, vitiosum insertum est. quia non est de hoc opere, sed Præfatio cujusdam alterius, ejusdem tamen auctoris.' *D. Heins.*

Præfatio hæc scripta est ad Florentinum, virum pacis bellicque artibus nobilem, ut discimus ex epistolis Symmachi. Fuit vero Præfectus Urbi, Anno 397. Cæsario et Attico Coas. quo tempore videtur Poëta opus intermissum ipsius hortatu persecutus esse. *Claver.*

1 *Orpheus*] Palmam Musicorum cantuum huic adscribit Antiquitas, effectu ipso eorum probanti præstantiam, formatione nimirum et institutione hominum ad meliorem vitam. *Barth.*

2 *Seposuisse opus*] Non *deposuisse*, Claverii codex: *ebur* etiam Vossianus alter. *D. Heins.*

Opus] Quo clarebat, quod ei erat velut proprium. *Barth.*

4 *Lugebant dulces*] Luctum fluminibus assignat, toti regioni communem attestari volens, ut sæpius Poëta. *Idem.*

Quærebant dulces] Ita Raphelengius cum scriptis nostris: vetustæ editiones *lugebant*; quæ repetitio non est ingrata. Male mox scripti *leonem*. *D. Heins.*

7 *Illius eduri*] Sic Claverii codex;

volgo et duri; quod non ausim mutare. *Idem.*

8 *Bistoniam*] Thraciam. *Bistonum* genti imperasse Orpheum, auctor est qui sub nomine ejus Argonauticon librum scripsit. Tyrannorum autem vecordia interruptos Orphei cantus, tandem, vindice malorum morum Hercule superveniente, restitutos ait Claudianus, tempora sua notans. *Barth.*

9 *Inachis*] Inacho conditis et rectis. Missus autem Junonis imperio a Rege Eurystheo. *Idem.*

Inachis ab Argis] Oris ex suo libro Delrius: ut apud Statium, Thebald. VIII. 'Externi Inachis huc adventamus ab oris: nostri quidam arvis. Frustra Virg. VII. 'Ecce autem Inachis sese referebat ab Argis.' Statius, Theb. I. 'Pallidus Inachis qui desuper imminet Argis.' Val. Flacrus, lib. I. 'Advolat Inachis ultro Tirythius Argis:' et lib. III. 'Atque iterum Inachis jam nuncius urget ab Argis.' Sic et alii Poëta. *D. Heins.*

10 *Pacifere*] Herculis enim omnis labor pacare orbem, subvenire per vim oppressis, monstrosa facinora ulcisci. *Barth.*

11 *Vertis*] Alii libri *venit*. Quod mihi quidem magis placet. Simili modo dictus Hercules Augiæ stabulum expurgasse.

12 *Gramine pavit equos*] In aliis codicibus *sanguine*: quod oscitanter nimis eruditi probant. Hunc errorem etiam castigatissima Raphelengii editio erravit. Veram lectionem vi-

dit Claverius. Mansuetafactos Diomedis equos gramine pavit Hercules, qui sanguine et humanis carnibus ante pascebantur. Ita Bacchi tigres introducit Statius, Theb. XII. 'Sanguinis oblitus atque Indum gramen olentes.' Video a Barthio veram quoque scripturam curis secundis deprehensam esse. Gebhardus *Diomedes sanguine*, ut ipse Diomedes equis suis obiectus designetur; sed veram scripturam nos exhibuimus. *D. Heins.*

Diomedæos sanguine pavit equos] Alii leg. *Diomedæos gramine pavit equos*. Nam adsuetos ante hominum cadaveribus pasci, vivos etiam pro pabulo habere, dicit ab Hercule redactos in pastum equinum, gramine nimirum vescendo. *Barth.*

14 *Demetæ repetit*] *Reparat* Isingrin. rectius: ut dictum bello Getico. 438. *D. Heins.*

15 *Et resides leni*] *Lavi* Aldus et ad Statium Gronovius, c. 9. qui sequentem etiam versum legit, ut a nobis expressus est, et in membranis præstantioribus exhibetur. Vulgo *festivo et nobile*. Petronius: 'Calculus in tabula mobile ducit opus.' *Idem.*

17 *Venti sternuntur et undæ*] *Frænantur* scripti fere omnes cum Raphaelengio; probe, quicquid obluetur vir doctus. Respexit illa: 'Luciantes ventos tempestatesque sonoras Imperio premit, ac vinculis et carcere frænât.' Sed et alibi idem: 'glacie cursus frænaret aquarum.' *Id.*

18 *Pigrior adstrictis*] *Adfectis* ex veteri editione Claverius, quam ego quidem quæ sit nescio; hoc acio, vulgatam lectionem non esse sollicitandam. Apposite Germanicus Cæsar in Epigrammate: 'Thrax puer adstricto glacie dum ludit in Hebro.' Ovidius: 'Et coit adstrictis barbarus Ister aquis.' Rutilius Itinerario: 'glacie riget horridus Ister, Grandiaque adstricto flumine plaustra vehit.'

Lucanus, lib. 1. 'Et qua bruma rigens ac nesciavere remitti Adstringit Scythicnm glaciali frigore pontum.' Lib. v. 'Sic stat iners Scythicas adstringens Bosporos undas.' Statius, Theb. ix. 'Protinus adstrictos didici reptare per amnes.' Quare cum in Hexamero Dracontii legatur: 'Non glacies districta damat, non grandinis ictus;' opinor legendum, *adstricta*. Naso, Met. l. 1. 'ventis glacies adstricta pependit.' Tristium lib. 11. 'Longius hac nihil est, nisi tantum frigus et hostis, et maris adstricto quæ coit unda gelu:' sic et alii. Noster bello Getico, 'flavescentes adstringit stiria ætas.' Sequenti versu *rupes non montes* cum scriptis fere omnibus legendum. Paulo post male Raphaelengius cum membranis quibusdam *Cirrhæique*. *Cirrhæas artes* tantum vocat. Idem mox bene *acta venit*; et confirmant veteres: vulgo *apta*. *Idem.*

Adstrictis] *Admiratione*. *Barth.*

22 *Pinus amica*] Quercui amicam dicit pinum silvestrem, propter conditionem eandem utriusque arboris, scilicet quia neutra amittit folia. *Idem.*

23 *Despexerit artes*] *Daphne*, antiquam lauru puella mutaretur. *Idem.*

29 *Actus Hercules*] Gesta magnifica et Heroica. *Idem.*

31 *Ostenderit angues*] Malim *ostenderis et riseris*; ut hinc incipiat apostrophe ad Herculem. *D. Heins.*

32 *Fero riserit ore puer*] *Feros* Barthius: angues videlicet. *Idem.*

Fero ore] Scribam *feros*; angues videlicet. *Barth.*

35 *Rediturus*] Venisse enim e Luna præcipitem in terras hunc leonem fabulabantur. *Idem.*

Leo rediturus] Quidam vir doctus *Rediturum* dici putat pro *iturum*, ut sit compositum pro simplici: sic apud Statium *regemunt* pro *gemunt*. Claver.

39 *Dejicis*] Magnum opus infert

hæc vox. Maro: 'Dejicit Herminalium.'

Numerosos dejicis artus] Vir summus in ora libri sui *numero tot*: codices quidam *nervosos* et *immemos*. frustra. Sic 'sæva Lernæ monstra numerosum malum,' hydra Senecæ dicta Hercule Furenti. *D. Heins.*

42 *Non cervam*] Alii *Nessum*; sed *Nessus* inter Herculis labores non numerandus. Pro *rubuit* mox cum membranis quibusdam *maduit* *Raphelengius*: mihi non inconcinna hæc visa repetitio, cui simile initio hujus *elogiæ* ex scriptis libris jam notavimus: aliter tamen *Barthius. Idem.*

44 *Maduit*] *Nubigenas Centauros* fictos notissima res, ut et eorum fabulæ. *Barth.*

45 *Te Libyci timuere sinus*] *Stupere* meliores membranæ. *Maxima Tethys* non *maximus Atlas* iisdem auctoribus legendam, quamvis utramque ferri possit; ut apud *Ovidium*, *Met. II.* 'Ne ferar in præceps *Tethys* solet ipsa vereri.' *Maxima* etiam *Tethys* *Statio*, *Theb. IV.* 'ubi primum *maxima Tethys* *Impulit Eoo* cunctantem *Hyperiona* ponto:' et *Achill.* 'Gurgite *Atlanteo* quos illi *maxima Tethys* *Nutrierat*:' ubi *Tethys* cum gurgite *Atlanteo* conjungitur, ut hic cum *Libyco* sinu. noster *Consul. Olybrii* pari modo, '*Tethyos ambages Atlanteosque recessus*,' dixit. *D. Heins.*

47 *Mundus*] *Cælum. Barth.*

50 *Tu mea plectra*] *Non nam, scripti*: et sic *curis secundis Barthius. D. Heins.*

52 *Placidos ducis in orbe choros*] Sic potiores; alii *placido*; vulgati *placidos ducis ab ore sonos*: unde *Claverius* et *Raphelengius placito ore* fecerunt; frustra. Similis locus est *Præfatione* in nuptias *Honor. ubi* '*Terpsichore molles ducit in antra choros.*' De *Musarum choris* passim *Poëtæ. Duccere choros* elegans. *Horat.* '*Jam Cytherea choros ducit Venus.*' *Ovid.* '*Et Niobe festos ducat ut orba choros*;' sic et alii: immerito hanc lectionem *curis secundis* damnavit *Barthius*, qui *placito ab ore*, vel *placitos ab ore* malit. *Avienus* descriptione orbis terrarum, '*Orgia ludentes et pectora nebride cincti Deduxere choros Nysæi ludicra ritus*;' et mox: '*Mæonis hic etiam deducit turba choreas.*' *Idem.*

Placito ducis ab ore] *Vulgo*, et *Cæmærs Aldusque, placidos ducis ab ore sonos*. Non inepta lectione, quam nescio an non præferam cæteris, *Poëtam leniter et suaviter commendantem. Barth.*

Placidos] *Claverius* ex antiquo libro legit *placito*: quasi indicaret, *Florentinum* a se, qui antea libro primo placuerit, alios libros effigiatæ vel allicere. *Clav.*

XXXV.

DE RAPTU PROSERPINÆ LIB. II.

1 *Impulsi*] Vivat quodam aperta die. Ductum a janua impulsus. Virgilius, lib. vii. 'morantes Impulsi ipsa manu portas.' *Barth.*

Impulsi] Excitavit. *Claver.*

Premisso] Nondum toto suo. *Barth.*

2 *Nondum pura dies*] Mixta adhuc nocte.

Vibravit in undis] Scripti *vibratur*; quod glossema est. Lucanus de mari, lib. v. 'Non horrore tremat, non Solis imagine vibrat.' Ita et Silius frequenter. *D. Heins.*

Vibravit] Vibrata est. *Barth.*

3 *Ludent*] Susciliendo velut. *Idem.*

4 *Audax animi*] Statianum Silvius: 'laudum festinus, et audax Ingenii.' *Idem.*

5 *Dionaea*] Veneris. Cum Dione tamen mater fuerit Veneris.

Riguos saltus] Locum ubi rapta Proserpina pulchre describit Julius Firmicus, lib. de Erroribus prof. Relig. *Barth.*

6 *Sic Parca jussere*] Alii æque bene *volvere*; unde Claverius *volvere*, ex illo Virgiliano, *Æneidos* primo, 'sic *volvere* Parcas;' argute magis quam vere. Statius, *Theb.* vi. 'Sic Jovis imperia et nigrae volvere sorores.' *Idem*: 'Lachesis sic dira jubebat.' Apud Nasonem Memnon: 'Occidit a forti (sic Di voluistis) Achille.' *D. Heins.*

Ter cardine verso] Tertii numeri in *prasagium* crebra observatio. *Barthius.*

7 *Prasaga cecinere fores*] Codices plerique *prasagium*. quatuor *prasa-*

gum. optime. Vide notas ad Cons. Olybr. 119. *D. Heins.*

Cecinere] Id est, sonnere. *Claver.*

8 *Mugitibus Henna*] Sic Oxoniensis et Regius: probe, ut libro primo dictum. Sic *Hannibal*, *Hamonia*, *Helice*, *Hiberia*, *Hebrus*, *Hammon*, *Hister*, *Hemus*, *Herebus*, et similia semper in vetustissimis libris. *D. Heins.*

Ætna] *Ætnæ* motus inter prodigia non proletaria. *Barth.*

9 *Nulloque movetur Prodigio*] *Tenetur* scripti et primæ edd. *D. Heins.*

11 *Et tanti callida voti*] Hæc Claverii lectio. Sic et infra: 'voto rediere peracto, Nec mansere Dem.' Vulgo *tanti conscia furti*. Scripti *tanto conscia voto*, vel *tanti voti*: sic 'arcani conscia voti' laude Serenæ. Sed *rd conscia* minus placet, quia præciserat: *callida voti*, ut *callidus temporum* et *rei militaris*, apud Tacitum. *Callida* quoque Venus infra dicitur, 'vicinos callida flores ingeminat.' Sed nondum sanatus locus: *cauti* enim *callida voti* scribendum, non *tanti*; sic iv. Cons. Hon. 'cautumque dabant exempla sequentem': ubi *tantumque* eodem modo legebatur; amat eam vocem noster, sed plerumque mendosa est. Infra lib. iii. 'cantique per atria ludi.' Bello Gild. 'Ah nimium segnes canta qui mente notatis.' Lib. iii. in Stilich. 'Non cauta latent, non mole resistunt Fortia': ita enim illis locis vetusti codices. Mox dirum *flexura chaos*, non *durum*, multi veteres. *Idem.*

Tanti conscia furti] Omnia quæ clam

sunt *furta* dicantur. *Barth.*

13 *Metimur*] Expendit, perpendit, metimat. Boëthius, III. 2. 'plurimi bonum fructum gaudio lætitiæque metiuntur.' *Idem.*

15 *Orbes*] Comarum rotulas spiras, in orbem flexas et acubus suffixas. Martialis: 'Unus de toto peccaverat orbe comarum Annulus, incerta non bene fixus acu.' *Idem.*

16 *Acu*] Quam comatoriam dicunt, vel discriminalem.

Marito] Vulcano. Notissimæ fabulæ. *Sudatus* ingeniosum et longum laborem nostro sæpiissime notat. *Barthius.*

18 *Parrhasii Lycæi*] *Lyceum* et *Parrhasius* montes Arcadiæ ob copiam ferarum Pani et Dianæ sacri. A *Parrhasio Parrhasia* dicta tota Arcadia. *Idem.*

19 *Pandionias*] Minervam dicit Athenarum conditricem et nutricem.

Cuspide] Sceptro. Nam veteribus hæc pro sceptris.

Arces] Peculiariter arx Athenarum Minervæ consecrata, infinitis testimoniis. Quin omnium civitatum arces hujus Divæ tutelæ imputabantur. *Barth.*

20 *Utraque*] Diodorus lib. v. ait, Dianam, Minervam, et Proserpinam socias in Sicilia flores legisse, atque ex iis vestem Jovi texuisse. Sed hujus loci ratio a me deprehensa, lib. III. nempe ejusmodi comites Veneri additas, ne suspecta foret. Statius, *Achill.* I. 'quales Siculæ sub rupibus Ætne Naiadas Enneas inter Diana feroxque Pallas.' *Claver.*

22 *Summa peremptus*] Summam partem. Sic Horat. 'cætera fulvus.' *Barthius.*

23 *Moriens et parte superstes*] Suspecta hæc sunt. Omnino ignavior quam pro Claudiano locutio. *Idem.*

Moriens et parte superstes] Hæc *Barthio* suspecta sunt: nonnulli codices in *parte*. Forte *partimque*. D. Heins.

24 *Gyre*] Hic est, rotunditas. Ple-

rique scripti libri *ferro*; nihil muto licet vulgatum. Idem enim ac si dixisset, *hastam* terribili orbe surgere. *Barth.*

25 *Silvæ*] Ingentis arboris. Nam et singulæ arbores silvæ perhibentur Poëtis. *Instar*, effigiem notat, eoque quid amplius, ipsam nimirum rei dignitatem. *Idem.*

26 *Gorgonis obtentu*] *Gorgonas* Petav. et mox innumbrant pro obumbrant fere omnes. Respexit illa Virgilio: 'Extractosque thoros obtentu frondis innumbrant.' D. Heins.

Fulgentis] Auro mero factæ ductæque. *Barth.*

27 *Multus in ore Frater*] Apollinis species. *Idem.*

29 *Sapientia dabat discrimina sexus*] Facit tres libri, ut apud Plin. Nat. Hist. XI. 51. 'Explanatio animi inter homines discrimen æque grande quam a bellis fecit.' Quintil. VII. 2. 'Ætas quoque ejus qui perierit discrimen facit.' Virgilius tamen I. X. 'discrimina costis Per medium qua spina dabat:' et mox; 'At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:' et deinde; 'haud anima una dabit discrimina tanta.' D. Heins.

30 *Auris*] Alii leg. *armis*, quod magis arridet: ut *Tisiphone* I. in *Rufinum*: 'et obstantes in tergum repulit angues, Perque humeros errare dedit.'

31 *Indociles*] Comas indociles dabat errare ventis. Non enim sunt indociles errare, quæ plerumque passæ erant, imo semper, ut vix coronatæ per luserunt.

Errare] Ut aura et motus corporis jubent. *Barth.*

33 *Gortynia*] Ad Cretensium morem habitumque formata. *Idem.*

34 *Delos Errat*] Alluditur fabula quæ ante Latonæ partum in ea Delum fingit errasse in mari, non fixam radicibus, instar aliarum insularum, a partu autem Latonæ constitisse ut cæteras. *Idem.*

36 *Cereris proles*] Columella, libro x. ubi hujus florum lectionis meminit suavissimis versibus, non tumidis, non ineptis: 'Et quæ Sicani flores legistis Halesi, Cum Cereris proles vestris intenta Choreis Æquoris Ennæi florentia lilia carpsit, Raptaque, Lethæi conjux mox facta tyranni,' &c. *Barth.*

39 *Pallas, si clypeum*] Sic Oxon. et Reg. cum uno Vaticano; concinne. Paulo post distinctionem etiam cum scriptis mutavimus. *D. Heins.*

40 *Iaspide*] Fibula ex ea gemma. Romanis talis crebro usu.' *Barth.*

42 *Nulli sic consona tela*] *Nulla* rectius libri: et *figuras* sequenti versu. *D. Heins.*

44 *Hyperionio*] Hyperion pater Solis. *Barth.*

45 *Forma sed dispere Lunam*] Ita sex scripti. Mox *Aurora noctisque vices*, non *duces*, in multis. *D. Heins.*

46 *Aurora*] Pro die Auroram dixit, aive Sole.

Cunabula Tethys] Omnium Deorum nutrix. *Barth.*

47 *Infantes gremio solatur anhelos*] *Anili* meus liber; et placet. Ovid. Met. x. 'gremio lacrymantem tollit anili.' Seneca Hercule Cætæo: 'Anili heu me cepit Alciden sinus!' Mox *signatur tempora* eleganti Græcismo quatuor codices; vulgo *signantur*. *D. Heins.*

49 *Titana*] Solem. Petronius de Eclipsi Solis: 'Deformi Titan vultus caligine texit.' *Barth.*

50 *Pubescentibus*] Elegantissime. Capilli enim simul fingeantur Apollinis, et radii erant Solis. *Idem.*

51 *Cristatum radiis*] Talis erat figura Solis in picturis et fictionibus priscorum. Aiebant duodecim esse radios, secundum menses anni, et horas diei. Radii autem isti ab effigie Solis venerunt postea ad statuas et imagines, imo ipsa capita Principum Romanorum nihil non divinitatis affectantium. *Idem.*

Delph. et Var. Clas.

53 *Vitæi libamina potat*] Lunam pasci rore seu humore Oceani ait. *Idem.*

54 *Cornu*] Cornuta enim Luna fingitur. *Idem.*

56 *Naiades*] Sic scribendum, a *Nais*. Naiades a Naias quadrisyllabum est. Mox *Crinise* cum membranis legimus, non *Crimnise*, aut *Erasine*, quod alii volunt. Græci quoque variant in hoc nomine: plerisque tamen *Κρινισος* est. Et sane Servius l. i. Æneid. Virgilium *Crinisum* pro *Crimiso* licentia poetica dixisse notat: nec aliter initio Æn. l. v. ubi locus quem respexit, extat, in optimis veterimisque membranis scribitur: etiam apud Hyginum Fab. 274. Vibio Sequestro *Crinisos* est, mendose, pro *Crimisos* vel *Crinisos*. Certe et in exemplaribus Diodori Siculi nonnullis *Κρινισος* legitur lib. xix. *Κρινισος* pro *Κρινισος* exstat apud Antigonum historię mirabilis c. 145. Mox *Camerina* non *Camarina* libri antiqui, tam hic quam apud Virgilium ac Ovidium: aliter apud Silium. Græcis quoque *Καμαρῖνα* est. *D. Heins.*

57 *Crimnise*] Verissime hujus fluvii nomen hic restituit vir suo ævo doctissimus Janus Parrhasius. *Barth.*

Crinise] Sic Virgil. Æneid. v. Accaten Siculum Criniso flumine dicit natum. Tamen veteres libri leg. *Crimnise*, qui et fluvius Sicilię est. *Claver.*

58 *Pantagiam*] Vide Servium, Æn. iii. *Barth.*

60 *Advena Alpheus*] Notissima fabula Alphei fluvii Arethasus Sicilię fontem amantis, et inde intemerato agmine mare perambulantis, ut misceatur undis asiaticę. *Idem.*

61 *Cyane*] Vide Ovidium, lib. v. 'Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nympha.' *Idem.*

62 *Qualis Amazonidum peltis exultat adeptis*, &c.] Frustra reponere tentat Jul. Scaliger: *Qualis Amazonidum positis agit agmina peltis*.

Peltis aduncis] Sic quatuor scripti

Cland.

5 M

cum Raphelengio. Claverius aliud agebat, qui *τὸ ἀδemptis* tuetur. 'Lunata peltæ' Virgilio, Silio 'Lunata arma.' *D. Heins.*

Peltis] Clypei Amazonum.

Ademptis] Sunt libri qui *aduncis* referunt. Sane non præter rem. Pallas enim et Diana, quibus componit Amazonas Claudianus, cum fuerint hic suis quæque armis instructæ, quid necesse est illas inermes statuere? *Aduncæ* autem reapse peltæ illæ Amazonicæ. Hinc *Lunatum agmen* vocat Papinius, l. v. *Barth.*

66 *Thermodontiacu*] Non *Thermodontica*, recte meliores libri, etiam apud alios Poëtæ. Periegetæ, *ἑρμῶος ὀφρύδακτωρ*. Ovidio, 'virgineus Thermodon,' Silio, 'Amazonius Thermodon' in fine versus. Carrio ad Val. Flaccum in contraria abit, sed fallitur. *D. Heins.*

68 *Hermus*] Hermus Lydiæ seu Mæonia fluvius. De auro ejus Poëtico omnia notissima. *Barth.*

69 *Percurrunt aurb madida*] *Circumant* Moreti liber: alii codices *auro gravida*; unde *gravidas* contra scriptos Raphelengius: nihil muta. Cons. Manlii: 'madidoque jubar aspergitur auro.' Ovid. Met. xi. 'Arva rigent auro madidis pallentia glebis.' *D. Heins.*

Auro madida] Verissima scriptura, quicquid variant libri. Hermi enim unda tota fingitur *ἑρμῶος*. Ut simul auro et aqua ejus fluminis Nymphæ madeant. *Barth.*

71 *Vulgus*] Nymphas cum Ducibus suis. *Vulgus* omnis turba, ut ista sine ordine incedit. *Idem.*

72 *Ætna*] Scribe *Enna*, quota enim pars *Ætnæ* florida? Et quo pacto tam horribilis maximam partem mons pater florum? Parrhasius etiam *Enna* probat. *Idem.*

Henna parens florum] Ita Oxon. quod et in aulis Parrhasius invenit; et curis secundis probat Barthius. Claverius *τὸ Ἄτνα* tuetur, quod *flori-*

coma Ausonio dicta sit. At Solinus: 'In Sicilia campus Ennensis in floribus semper et omni vernus die.' Arnobius, lib. v. 'In nemore Enneis flores Proserpina virago quondam lectitabat.' Jul. Firmicus de errore profan. Relig. 'Percus autem lacus in Ennæ civitatis finibus: cujus amœnitas ex florum varietatibus nascitur. Nam per omnem annum sibi vicissim succedentibus floribus coronatur.' Noster infra: 'Perpetui flores, quos nec tua protulit Henna:' et lib. iii. 'rosæ convallibus Hennæ,' ut legendum puto. *D. Heins.*

74 *Lasivo volatu*] Prim. Vatic. et tres alii cum vetustis editionibus *meatu*; optime: vulgata lectio meram glossemata est. Noster Idyllio de Phœnice: 'Obnubit vario late convexa meatu.' Lucan. ix. 'Persea Phœbeos converti jussit ad ortus Gorgonos averso sulcantem regna meatu,' sic vese vetus liber. Statius, Theb. iii. 'Amphiaraë vides, cursus ut nulla serenos Ales agat, liquidoque polum complexa meatu Pendeat?' Idem lib. ii. de Mercurio volante: 'Arva super populosque meat.' Silius, l. xii. de Dædalo: 'Hic pro nubivago gratus pia templa meatu Instituit Phœbo, atque audaces exsui alas.' Manilius, lib. v. 'Et medios inter volucrum pressare meatus.' Plinius, x. 38. 'aves vario meatu feruntur et in aëre et in terra.' Prudentius Hymno in Eulaliū: 'vidit et ipse satelles avem Fæminæ ab ore meare palam.' Marciannus Capella, l. i. 'Per aërios etiam tractus, quibus formare solitus et volucrum diversos meatus, et oscinum linguas, et præpetis omnia pennæ, frustra incassumque disquiritur:' et lib. ii. 'Ejus, meante penna Qui solus astra mundi Prætervolans per egit:' et mox: 'Non enim de humilitate aëris illius quæro qui volucris permeatur.' Symposius *Ænigmatē* lx. de Sagitta: 'Aëra per medium volucri contendo meatu.' Hæc

diffusius. *D. Heins.*

75 *Assiduus*] Locum enim eam semper floribus comitum credebant, nunquam deficiente successione. *Barth.*

79 *Pubescant*] Quam novo germine luxuriant *pubescere* dicuntur.

Pubescant virgulta velis, ut] Vaticanus unus melioris notæ: *Pubescant virgulta novo: nunc fertilis Hybla.* Idem mox *large blanditur, non longe.* *D. Heins.*

Hybla] Amoenissimus Siciliæ locus. *Barth.*

81 *Quicquid thuriferis*] Alter Vossianus *roriferis* vel *floriferis*, utramque vulgato nihilo deterius. *Ovid.* 'Non Arabo noster rore capillus olet.' Idem alibi: 'Thura ferat floresque alios Panchaia tellus.' quomodo et *Sabai flores* Statio Pietate Abascentii. *D. Heins.*

82 *Quicquid*] Quocunque. *Barth.*

83 *Externis*] Scribe cum Claverio aliisque mellioribus libris *extremis*; ultimos enim terræ colonos loquitur. Quidam et *Sabais* habent pro *Colonis*. *Idem.*

Alas longæva colonis] Isingrin. *Sabais*: placet. Unus Petav. et Med. *alas longævus arenis*, in quo veræ lectionis vestigia apparent. *D. Heins.*

84 *Optato repetens exordia sæclo*] Sic quidam codices: alii, *partu* vel *fato*: Isingr. *busto*; bene: ut alibi de Phœnice Noster: 'gaudetque mori festinus in ortum.' Vulgo, *optati referens exordia sæcli.* Oxoniens. non male *exacto repetens ex. sæclo.* Posset et *aptato busto* legi, vel *optato laïho.* *Idem.*

86 *Ut merear*] Meliores libri *ut* omittunt. *Idem.*

87 *Et nostris cupiant*] Petav. optimæ notæ *foveant*; puto pro *voceant* aut *foveant*: quomodo Ennius: 'Matronæ muros complent spectare faventes.' *Ovid. Epist. Hyps.* 'Adde quod adscribi factis procerumque tuisque Se favet.' ut in vetustioribus

membranis legitur. Valge *Se facit.* *Idem.*

88 *Madidantes*] Probum et rei præsentis aptissimum verbum. *Madidare* dicebant veteres quod madore continuo quopiam impletur. Sic *latitans* pro latente, et *viridans* pro virente. efferant *Lacr. et Virg. Barth.*

89 *Maritat*] Fœcundat, velut conjugio amabili homo masculus fœmelam. Horatius: 'adulta vitium propagine Altas maritat populos.' *Idem.*

90 *Vernus sequitur color*] Scripti *ruber*; ut *Nupt. Celerinæ*: 'tum vere rubentes Desuper invertunt calathos.' *D. Heins.*

91 *Medioque patent*] Totum quod inter cœlam et terram est serenari dicit. *Barth.*

Medioque patent convexa sereno] Argute Puteaneus *madidoque.* Noster de Nilo: 'Ægyptus sine nube ferax imbresque serenos Sola tenet.' Ennodius, Epigr. cxxlix. 'En sine nube pluit sub tectis imbre sereno, Et cœli facies pura ministrat aquas.' Statius Saturnalibus: 'Qualis per cuneos hyems Latinos Plebem grandine concutit serena.' sic omnino scribendum, non *serenam*: agit de sparsione theatri. ludunt in hisce poetæ. Idem Statius Lacrymis Etrusci: 'tu messes Cillicumque Arabumque superbis Merge rogis. ferat ignis opes hæredis, et alto Aggere missuri nitido pia nubila cœlo Stipentur cineres.' *D. Heins.*

92 *Vaccinia nigro Imbuat*] Induit unus Ambros. et vetustæ editiones; recta. Cons. Olybr. 'te messibus sætas Induat.' et lib. i. in Stillich. 'Cum floribus æquora vernis Boophoras indueret.' Pentadius de vere, 'foliis sese induit arbor.' Avienus Prognosticis: 'Induit immodicis cum semet floribus ilex,' quod ex illo Virgilii sumtum: 'cum se nux plurima silvis Indnet in florem.' Idem Georg. iv. 'Quotque in flore novo pomis se fertilis arbor Induerat, totidem an-

tumano matura tenebat.' Sic *inducere arenas* de fluctibus eleganter Statius, Theb. xii. ex antiquo codice: 'ceu gurgite cano Nunc reteggit bibulas nunc indudit æstus arenas:' ubi vulgo *obruit*. D. Heins.

94 *Cingula gemmis*] Parthorum cingula gemmis conspicua describit pulchre, ut solet, Tertullianus, c. 7. *Barth.*

95 *Regales junctura sinus*] Imo *viactura* cum scriptis. D. Heins.

96 *Spumis fucantur æni*] *Fucantur* lego. quod Parrhasii codices confirmant. Virgilius Georg. ii. 'Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.' Georg. iv. 'Milesia vellera nymphae Carpebant hyali saturo fucata colore.' Grætius: 'Interdum Libyco fucantur sandice pinnae.' Silius lib. viii. 'Stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon.' et lib. vi. 'Gætulisve magis fucaret vellus ahenis.' Statius Achill. 'Lactea Massagetæ veluti cum pocula fucant:' ita cuim legendum. Sidonius Epithalamio Polemii: 'Palla Jovis rutilat, cujus bis coctus aheni Serica Sidonius fucabat stamina murex.' Sed hæc jam nota. De fuco diximus plura lib. i. in Rufin. 'fucandæ purpure ministri' apud Ammianum Marcellinum libro xiv. *Idem.*

97 *Volucer Junonius*] Pro pavone. *Claver.*

98 *Arca*] Pluvio. *Barth.*

99 *Hycms*] Imminens imber, re ex densitate nubium perspicabili, quas discernit semita illa versicolor. *Idem.*
102 *Parvo planities*] Alter Junianus *prono*. Mox vivo de *pumice*, non *niveo*, Aldus et scripti quidam: bene. Ovid. Fast. 'Antra subit topis laqueataque pumice vivo.' Pro vulgata tamen scriptura stat Barthius curis secundis. D. Heins.

Mollibus edita clivis] Minutis, qui facili pressu scandi possunt. Virgilius, Eclog. ix. 'qua se subducere colles Incipiunt, mollique jugum de-

mittere clivo.' *Barth.*

103 *Niveo de pumice*] *Niveum pumicem* dat lætis fontibus, ut nigram spiraculis Ditis. *Idem.*

104 *Mobilibus*] Celeribus, præcipitibus. *Idem.*

105 *Torrentes soles*] Tam de rapiditate quam torrente aut adurente vi intelligere potes. *Idem.*

106 *Medico æstu*] *Medio* Isingr. et plerique nostri. iv. Cons. Hon. 'Qui medios Libyæ sub casside pertulit æstus.' Bello Gild. 'Solis medios objecerit æstus.' Epithal. Palladii: 'Quid medio tecum modularis in æstu?' D. Heins.

107 *Apta fretis abies*] *Abies* pro navi ii. Georg. princ. viii. Æneid. pr. Ovid. Epist. Cæones. Petron. 'Pulsumque marmor abiete imposita gemit.' Pontanus, lib. i. Uranies: 'Ioniumque abies versura profundum.' *Dempst.*

Cornus] Hastis aptissima. Virgil. ii. Georg. 'At myrtos validis hastilibus, et bona bello Cornus.' *Barth.*

108 *Tumulos tectura cupressus*] Proserpinæ consecrata speciatim arbor. *Idem.*

109 *Plena favis*] Imitatus est Ovid. lib. i. Metam. Fab. 3. 'Flavaque de viridi stillabant illice mella.'

Venturi præscia laurus] Hanc nimirum ab Apolline sortita virtutem, ut coronentur ea vaticinantes, ipsaque eos juvet. *Barth.*

111 *Pampinus induit ulmos*] Ulmis enim junguntur et eriguntur vites. Virgilius: 'ulmisque adjungere vites.' *Idem.*

114 *Pallescit*] Viridescit. *Idem.*

118 *Elapsa*] Elegantissime, ut aves ex custodia. *Idem.*

Elapsa cohors gaudet] *Gaudet* Putæana excerpta: sic mox 'cætera saltus Invasere cohors.' D. Heins.

120 *Præsudat*] Roris matutini descriptio. *Barth.*

121 *Mens*] Stella enim illa Veneri

sacra, cujus et titulum ipsum aliquando gerit. *Parrh.*

Meus Lucifer] Eadem stella Venus, mane est Lucifer, seu *φωσφορος*, noctu Hesperus seu Vesperugo. *Isid.* lib. III. c. 70. dubie tamen *Plin.* lib. II. cap. 8. *Silius* lib. XII. *ignem* vocat *Cythereium*: et tamen distinguit. lib. VII. 'renovatus Lucifer anda Laudatur Veneri.' Ut et *Flacc.* *Argon.* lib. VI. 'qualis roseis it Lucifer alis, Quem Venus illustri gaudet producere cœlo.' Noster in *Epithal.* *Hon.* 'Dilectus Veneri nascitur Hesperus.' *Dempst.*

122 *Roranti provectus equo*] *Prævectus* bene scripti. Frequenter id verbum in *Livio* occurrit, etsi quandoque corruptum. *Virgilius*, *Æn.* VII. 'Cum prævectus equo longævi Regis ad aures Nuncius ingentes ignota in veste reportat Advenisse viros.' Ita scripti omnes, quos ego ac *Pierius Valerianus* magno numero evolvimus. *Statius*, *Theb.* VII. de Marte: 'ut vero amentibus ipse Incidit, et sacræ circum fastigia vallis Turbine prævectus rapido ter instulit hastam, Ter contorsit equos.' *Silius*, lib. V. 'Hinc prævectus equo postquam inter prælia notam Accepit vocem.' Lib. VII. 'Ac prævectus equo nunc dextra provocat hostem.' Lib. IX. 'Nam prævectus equo stimulis majoribus ire.' Lib. XII. 'Dux Dardanus instat Attonito prægressus equo.' Lib. XVII. 'Ante omnes prævectus equo trahit agmina voce:' sic versus illi ex optimo codice scribendi. *Lucan.* lib. VII. 'totumque per agmen Sublimi prævectus equo:' ubi vulgo etiam peccatur. *D. Heins.*

Fata doloris Carpit signa sui] Alii codices *cruoris*. Minimum refert. Videantur hoc loco *Barthii* curæ secundæ. *Idem.*

Doloris Carpit signa sui] Alii libri habent *cruoris*. *Rosæ* sane de Veneris ordine noctæ finguntur colorem eum, qui plerumque nunc *Rosæus* appella-

tur. *Barth.*

Doloris sui] Alii leg. *cruoris*. De cruore Veneris in rosam mutato, fabulam lege, apud *Politian.* cap. 11. *Miscell.* *Dempst.*

127 *Mellifer electis*] Versus artificiosus. Sonus enim verborum apum herbis obstrepentium sonum imitatur. *Barth.*

129 *Hanc mollis, &c.*] Hos versus de Hyacintho et Narcisso, præsertim cum *Ovid.* IV. *Fast.* et V. *Metam.* confert *Scalig.* poet. lib. V. c. 16. sub finem: 'uterque,' ait, 'speciose; tamen laxior *Ovidius*, compositor *Claudian.* neque enim prata floribus, sed et flores pingit coloribus fabularum.' Fabulas pete ex *Ovid.* *Metam.* lib. III. Fab. 6. et lib. X. Fab. 5.

130 *Stellata*] *Fulgens*, radians, nitens. *Barth.*

132 *Germina vitis*] Non gramina, ex libris: et mox fronte retusa scribendam alibi jam dixi. *D. Heins.*

133 *Tu natus Amyctis*] Vide elegantissimum libellum *Coluthi* de Raptu *Helenæ*. *Barth.*

136 *Cephisus*] *Bæotia* fluvius *Delphos* præterlabens. *Idem.*

Cephisus] Codex *Bartholinianus* *Cephisos*. *D. Heins.*

137 *Ante alias*] *Ovidius*: 'quo dum Proserpina luce Ludit, et aut violas aut candida lilia carpit, Dumque puellari studio calathosque sinumque Implet, et æquales certat superare legendo, Pene simul visa est, dilectaque, raptaque Diti.' *Barth.*

138 *Vimine textos*] *Texto* scripti. bene. *D. Heins.*

139 *Spoliis agrestibus*] Et hoc scriptorum est. *Vulgati foliis*. *Prudent.* *Cathem.* *Hymn.* IV. 'Hic mihi nulla rosæ spolia.' Noster supra: 'Prætorum spoliatur honos;' quod hemistichium et apud *Corippum*, libro III. occurrit: sic et 'foliis spoliare nomen' *Luc.* VI. ita enim libri. *Idem.*

141 *Augurium fatale tori*] Novi enim nupti coronis solenni ritu orna-

bantur, nunc etiam superstitie nostris meritis. Claudianus thalami certa exinde vocat. Hinc Veneris conscia nuptialia. *Barth.*

Quin ipsa tubarum] Non quippe, libri cum Aldo: et mox qua mania unus Petav. *D. Heins.*

147 *Placato fulgure vernant*] *Pacato* Aldus et scripti: similiter apud Statium Achill. legendum, ubi de Pallade agit: 'exempta pacetur casside vultus.' Noster alibi: 'pudeat, Gradiue, secures Pacata gestare manu.' *Idem.*

148 *Parthenium canibus scrutatur odorem*] Revocavimus antiquam lectionem. Vulgati odoris. *Parthenium odorem* dixit, ut *pratium odoratum* Nemesianus: 'Namque et odorato noceant vestigia prato:' et *olidum cubile* Rutilius Itinerario: 'Instrumenta parat venandi villicus hospes, Atque olidum doctas nosse cubile canes.' Notum Lævii *μελοποιον*. 'Dirige odoris equos ad certa cubilia canes.' *Odores* in venatione etiam meminit Virgil. vii. 'canibus rabiem Cocytia virgo Objicit, et noto nares contingit odore.' Silius lib. x. 'conceptum secutatus odorem, Deprendit spissis arcana cubilia dumis.' Seneca Thyeste, act. iii. 'Sic cum feras vestigat et longo sagax Loro tenetur UMBER, ac presso vias Scrutatur ore, dum precul lento suum Odore sentit.' Maronianum illud 'odora canum vis' pro vulgata facere scriptura possit videri. sed vetustos codices hic sequor. *Idem.*

150 *Injecta tandem*] Imo tantum cum scriptis. *Idem.*

152 *Repens*] Subitus, improvisus. *Barth.*

163 *Vult occultus*] Cuniculum acutum subter moenia, et in obsessam urbem irrumpentem, describit. *Idem.*

Prodit in hostem] *Pergit* scripti; quomodo et Virgilius dixerat, 'pergere in hostem.' Mox *elusus* non *inclusus* recte iidem scripti: aliis jam visum. *D. Heins.*

168 *Saturis tenebros*] *Membræ tenebrosæ*. *Idem.*

171 *Duraque deum compage tenebant*] Multi *Siculaque*, perperam: nam *Sicula* sequitur. Isingr. *solitæque*; lego *Solidaque*. Lucan. lib. ix. 'Si solida Libye compage et pondere duro Clauderet exesis Austrum scopulosa cavernis.' *Idem.*

172 *Trabali*] Ingenti. *Barth.*

173 *Sioule sensere cavernæ*] Scripti nonnulli *tenere*; rectius. Virgil. *Æn.* iii. 'horrificis juxta tonat *Ætna* ruinis.' De eadem Silius xiv. 'per cæcos tonat irrequieta fragores.' Statius, Theb. iii. 'procul igneus antris Mons tonat, exundant apices: quod noster imitatus infra: 'Compresso mons igne tonat.' Val. Flaccus iv. 'Sic ubi prærupti tonit cum forte Vesuvi Hesperia lethalis apex.' *D. Heins.*

177 *Et qui te latius*] Duo Juniani et unus Ambros. *Latius*, ut puer olim conjeceram: sic *Latius triumphos* dixit vi. Cons. Hon. 'Candida qui Latius præbent armenta triumphis.' Pari modo peccatur apud Silium, libro xii. illo versu: 'resonare docebit Hic Latius Heliconæ modis:' frequentissime hic error a librariis supinis commissus. Vidit hoc curis secundis Barthius: similes naves Nasoni multis in locis deteramus. Sequentia ex illis Maronianis expressa sunt: 'audam levis innatat alnus Missa Pado.' *Idem.*

179 *Sic, cum, &c.*] Stagnavit olim Thessalia (ut ait Strabo) sed post terræ motum abrupti montes, atque datus aquis exitus. At Diodorus et Seneca id Herculi, non etiam Neptuno tribuunt. *Claver.*

180 *Peneo stagnante*] Alioquin grandis hic fluvius, utpote in cuius nomen veniant quatuor, aut duodecim adeo ipsi, alii. *Barth.*

Et mæra negaret Arva celi] *Negarent* septem libri pro *recusarent*, quod verum: lib. i. in Entrop. 'cadere ligna culinae Membra negant.' Silius,

lib. xvi. 'impinus ignis Dissiluit, cineresque simul jacuisse negarunt.' Statius, Theb. viii. de fluviis: 'sibi quisque superbus Ire cupit, pontoque negant descendere mixti:' sic et alii passim. *D. Heins.*

182 *Tunc forti saucius ictu*] *Ter* unus Med. et Puteana excerpta. *Idem.*

184 *Fractoque meatu*] Cave audias membranas, in quibus *facto*. Severus in *Ætna*: 'Quicquid in obliquum est, frangunt iter.' *Idem.*

185 *Redduntur fluviusque*] Non *fluviusque*, codices. *Idem.*

186 *Manu*] Vi, robore, potentia. *Barth.*

187 *Hiatu*] Cicero ait circa Ennam speluncam tradi infinita altitudine ad Aquilonem conversam, qua Ditem ferunt cum curru ascendisse, ita ut subito non longe a Syracusis sub terras penetrarit. *Claver.*

189 *Mutavere fidem: vetulo se proliis Arcios Equore*] Hoc est, tanta rerum mutatio facta, ut illa sidera polaria, quæ prius æquore tingi metuebant, affatim maris aqua se laverint. idem poëta in Serenæ laudatione Hispaniam *ἑννομήσω*: 'primo lavat æquore Solem India: tu fessos exacta luce jugales Proliis,' &c. India *lavat*, sed Hispania *proliis*, quod longe majus. *Cassub.*

190 *Pigrum*] A moribus planstrariorum. *Barth.*

193 *Caligine pasci*] *Ferrugine* unus Petav. *D. Heins.*

196 *Pugnant temone reverti*] Sic primæ edd. et meus liber: alii *certant* vel *tentant*. Ovid. Met. v. 'Nititur ille quidem pugnatque resurgere sæpe:' quæ vera lectio. Fast. ii. 'Et solida ramos figere pugnat humo.' Statius Theb. vi. 'pugnant exire paventque:' et apposite, Theb. iv. 'Ipse quidem mallet terras, pugnatque reverti.' *Idem.*

198 *Torrentius amne Hiberne*] Statius lib. vi. 'Annibus hibernis minor est, minor impetus igni.' *Barth.*

Torrentius amne] Conferam summos Poëtas de palma certantes in celeritate describenda. Stat. vi. Theb. 'quæ tantum nubila cælo, Quæ bello sic pila volant, quæ carbasa ponte? Annibus hibernis minor est, minor impetus igni, Tardius astra cadunt,' &c. Sed illum premit Ovid. Metam. x. Fab. 11. hunc Maro *Æneid.* vii. in fine, quem noster longis parasangis, etiam iisdem verbis exsuperat de iii. Honorii Consul. fine. Confer, et me impudentiæ argue, ni ita sit. *Dempster.*

201 *Sollicita mentis*] Cogitationum celeritatem rem omnium velocissimam scivit Thales, teste Laërtio lib. i. Idem Cland. 'Pro telo geritur quicquid saggesserit ira:' Apud Hom. sunt *ἑννα σπέρματα*. *Barth.*

Discurrit acumen] Malim *discurres*. *D. Heins.*

202 *Sanguine*] Quia reluctandum est impetuosis fræno, sanguineis spumis dicit fræna decolorata fuisse. *Barthius.*

204 *Diffugiunt Nympha*] Versus rem mirifice exprimens. *Idem.*

205 *Gorgonis*] *Gorgonos* scripti. *D. Heins.*

206 *Cornu*] Arcu. *Barth.*

209 *Ille velut*] Præ cæteris excel-
lens. *Idem.*

210 *Nudataque viscera*] *Pectora* vulgati: paulo ante frustra vetusti codices *telo* pro *cornu*; supra lib. i. 'Pallas et inflexo quæ terret Mænala cornu.' Ovid. Epist. Phædræ: 'Jam mihi prima dea est cornu præsignis adunco Delia:' sic vetus liber, non arcu. *D. Heins.*

213 *Viles iras*] Velut villiores, quam quas attendere possit. *Barth.*

Pastorum despiciit iras] Putean. *despuit*. iv. Cons. Hon. 'Torquati despue mores.' *Respue* et *despue* a Poëtis videntur confundi: sic *respue* preces et *despue*, simillaque. iv. Cons. Hon. 'alter præcepta vocantis *Respait*.' Cons. Manlii, 'quis inag-

nem tanto sub principe curam Re-
spuat; sic sæpe noster: diximus jam
nonnihil libro primo. *D. Heins.*

214 *Ignavi demitor mundi*] Vulgi edi-
tiones nonnullæ et plerique scripti:
sic supra, 'vacui famulantur Averni
Vulgus iners:' et apud Statium 'in-
ane vulgus,' 'vulgus cava sub nocte
repositum,' 'vulgus exsangue,' et si-
milia, pro inferis. *Idem.*

216 *Eschmenides movere*] Simillime
Jovenalis. Sat. vi. 'Dic qua Tisi-
phone, quibus exagitare colubris?'
Barth.

217 *Calum incestare*] Sic Statius,
lib. xi. 'Illas ut summo vidit Pater
altus Olympo Incestare diem.' *Idem.*

Calum incestare quadrigis] Alii mun-
dum; quod minus placet, quia mox
sequitur. Gyradius etiam cum Va-
ticano aliisque *infestare*; perperam.
Statius, Theb. xi. 'Illas ut summo
vidit pater altus Olympo Incestare
diem.' Noster ii. in Eutrop. 'cunc-
tas hoc ore laborant Incestare vias.'
Bello Get. 'patriis lunare venenis
Incestare jubar.' Cons. Manlii: 'La-
tios incestant nomina festos:' sic et
alii Poëtæ. *D. Heins.*

218 *Sunt altera Lethes Numina*] Ni-
hil verius hac scriptorum lectione,
quicquid vir doctus dissentit. *Lethes*
pro toto inferno posuit, ut Stygem,
Acherontem, Cocytum, Tænara Poëtæ
passim. *Lethæum Janitorem* ita Cer-
berum vocat Statius. Vulgo *Flumina*:
quod et Barthio improbatum. *Idem.*

Altera Lethes numina] Alia quæ apud
vos, in vestro illo egregio mundo, ha-
bentur pro numinibus. *Lethes* voca-
bulum generale est, et numina ejus
omnia inferorum denotant. *Barth.*

221 *Nocte tua*] Tna parte sortito
tibi oblata. Nox omne quod inter
vivos non est. *Idem.*

226 *Prætentasque aperit cristas*] Qui-
bus illam horrendam figuram dedita
opera contexerat. *Idem.*

Prætentasque operit crista] Hic denuo
vetusiam lectionem damus omnium

librorum, ut Claverium mirer in con-
traria enntem. Quid enim est *præ-
tentas aperire cristas*? *Velare* libro iii.
in Stilich. dixit, ut hic *operire*. 'Hanc
tota Tritonia Gorgone velat.' Si quid
mutandum, legam cum uno Florent.
et Putean. excerpt. *Prætentasque ope-
rit palla*; quomodo supra: 'tan-
tum stridentia colla Gorgonos ob-
tentu pallæ fulgentis inumbrat;' quod
ex illo Maroniano hausit: 'Exstruo-
tosque toros obtentu frondis inum-
brant.' *Obtentum togæ* habes apud
Gellium, xi. 18. Seneca, Hercule
Furenti: 'Namque ipsa triasti vestis
obtentu caput Velatur.' *D. Heins.*

227 *Nigros illuminat*] Splendore
hastæ. *Barth.*

229 *Ni Jupiter æthere summo*] Unus
jussu: alius lapsus: tertius celso. Mo-
reti codex *vulso*; quod placet. Sta-
tius, Theb. iii. 'Nubilaque et vulso
terrarum sordida fando Tempestas.'
Noster supra lib. i. 'nunc insula fun-
do Vellitur.' Seneca Phœnisiis: 'Non
si revulso Jupiter mundo tonet.' Mox
bene Raphaelengius *fulminis* pro *lu-
minis*, et *confessus socerum* pro *generum*;
quod scripti meliores confirmant. *D.
Heins.*

229 *Pacificus rubri torsisset fulminis
alem*] Non dubito ex disciplina fulmi-
num dignoscendorum hæc dicta, uti
nimirum rubrum illud consecratum
fuerit Paci, et hæc per illud cognita.
Sic Jovis autem jaculari rubra fulmi-
na. Sic ad congressum Didus et
Æneæ ait Virgilius lib. iv. 'fulsere
ignes et conscius æther Connubii.'
Fœdera fulminæ sanciri erat prosperi-
tatis indicium. Deorum conjugii
auctor erat Jupiter, suo quodam pri-
vilegio. *Barth.*

230 *Nimbis Hymenæus hiulcis*] Mi-
rum est Hymenæum intonare, et Jo-
vis τῶν θυορῶντος officio fungi: quare
Hymenæon legendum puto, ut ad Jo-
vem referatur. *Hymenæon* intonare,
ut tonare omina et similia; de quibus
Cons. Olybrii dictum. Apuleius, Met.

iv. 'Domus tota laaris obsita, tædis lucida, constrepebat Hymenæum.' Hesychius, *Ἰμηναιος, ἡμῶος, ἡ ἡμῶος ἐπι-ἡμῶος*. Nihil frequentius apud Poëtas occurrit hac Hymenæi significatione: *personare Hymenæon*, Statius Genethliaco Lucani: 'Et ventros Hymenæon ante postes Festis cantibus ipsa personabo.' *Canere Hymenæon* Naso Metam. xii. 'Ecce canunt Hymenæon, et ignibus atria fumant.' Senec. Troadib. 'Tritonum ab alto cecinit Hymenæum chorus.' *D. Heinsius.*

Nimbis, flamma] Duo hæc elementa dicit sœdus nuptiale confirmasse inter Proserpinam et Plutonium, respiciens ad ignem et aquam præferri solitos nubentibus priscis. *Barth.*

Hymenæus Intonat] Hoc contra vulgarem opinionem, nam sponsalia tonitru impediiebantur. Serv. ad iv. *Æneid.* 'Prima et Tellus et pronuba Juno Dant signum:' sed res etiam inusitata describitur. *Dempst.*

231 *Testes flamma*] Quia 'nuptiæ non fiebant, nisi aquam et ignem in limine conjunxissent.' Naso ii. de Arte: 'Quos faciunt justos ignis et unda viros.' Serv. ad iv. *Æn.* 'Fulserunt ignes et conscius æther Connubii.' Flaccus Argonaut. lib. viii. 'Ignem Pollux undamque jugalem Prætulit:' de nuptiis Medem et Jasonis. De Stellæ et Violantillæ nuptiis, Stat. lib. i. Silv. 2. princ. Hinc 'aqua et ignis comites Veneris,' ex Varrone, lib. iv. de ling. Lat. Turneb. xx. 26. et apud J. C. l. *Cælia*. 66. ff. de donat. inf. vir. et uxor. 'excipere conjugem aqua et igni,' hoc est, ducere. Cujac. lib. xi. Observ. cap. 2. rationes varias pete ex Plut. probl. cap. 1. *Idem.*

234 *Sis memor*] Valedicentium vox, miserabilem quodammodo absentiam insinuans. *Barth.*

236 *Imperio vinci majore*] Hic plane comperio Θεός βίαι, quæ major quam cui resisti possit. *Claver.*

239 *Æqualemque chorum*] Rectius

quam *Æqualesque choros* libri. Ovid. iv. Fast. in hac fabula: 'At chorus æqualis cumulat floribus canistris, Persephone, clamant:' ubi male nunc legitur *cumulata flore ministra*. *D. Heins.*

240 *Damnabit sidera luctu*] Meus liber *damnabit*, ex illorum opinione qui fata astris imputabant. Lacan. lib. v. 'et adhuc dubitantibus astris Pompeii damnare caput.' Mox *pharetras* non *pharetram* scripti. *Idem.*

243 *Savique fremant leones*] *Servumque* Moreti liber: optime. Supra lib. i. 'Stabant ante fores juncti, servumque fremebant.' Plura diximus Cons. Olybrii, vs. 119. Habuimus jam ante hoc libro ex potioribus membranæ: *Præagum cecinerunt fores*. *Idem.*

Fremant] Fremere proprium leonum. *Barth.*

244 *Posito*] Amisso. *Idem.*

246 *Delphica quin, &c.*] Oraculorum defectum insinuat, quem Christo nato accidisse Ecclesiastici scriptores produnt: nec ipse impietatis magister Symmachus negare audeat, lib. iv. Ep. 33. victus nempe a Prud. Apotheosi: ex quo 'hominis Deus induit artus, Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra, Non tripodes cortina tegit,' &c. Sane sub Nerone siluisse oracula habes ex Lacan. lib. v. princ. 'multosque obducta per annos Delphica fatidici reserat penetralia Phœbi.' Nec omiserim ex Eusebio id ultimum oraculorum censi: 'Me puer Hebræus divos Deus ipse gubernans Cedere sede jubet, tristementque redire sub orcum.' *Dempst.*

Detubra lacebunt] *Silebunt* prim. Vatic. *D. Heins.*

248 *Planctuque lacertos Verberat*] Peculiaris magni planctus et lugendi species, lacertos verberare. Virgilius libro vii. 'palmis percussa lacertos Auxillum vocat.' *Barth.*

249 *Questus ad nubila fundit inanes*] Tres tendit: unus tollit: plerique omnes rumpit; idque vere. Virgil. libro

rv. 'Tantos illa suo rumpebat pectore questus.' Val. Flaccus lib. i. 'meritos fas et mihi rumpere questus.' Lib. iv. 'Tum lacrymis, tum voce nequi, tam rumpere questus.' Virgilius tamen in Ciri: 'Has adeo voces atque hæc lamenta per auras fluctibus in mediis quæstusolvebat ianni.' D. Heins.

261 *Crudelibus ambis Traders*] Putat. credere; quod elegantius, ut dictum alibi: unus etiam Petav. *defendere mundo pro depellere*; venuste, quod memi lib. iiii. in Stilich. vs. 169. Mox *nihilumne poteras Mentis pro nullumne* tres nostri; quod ex suo codice Claverius jam occupavit. *Idem.*

265 *Non ego, cum rapido*] Lege rabido: sic 'rabidi clamores,' 'rabida holla,' et similia. *Idem.*

268 *Cujus conscia noxæ*] Sic duo Vatic. et quinque alii, *cujus glossema est vò culpa*, quod in vulgatis libris extat. Seneca Phœnissis: 'Non vides noxæ conscium nostrum diem.' *Idem.*

262 *Columque negatur*] Malo negantur. *Idem.*

263 *Eripitur cum luce pudor*] Vulgo *sole*; quod ferri non potest, quia præcesserat *communis sole fruantur*, ubi *communis* dixit, quia alius apud inferos sol. Virgilius vi. Æn. 'solemque suum, sua sidera norant.' Noster paulo post: 'lumenque videbis Purius, Elysiumque magis mirabero solem:' quomodo legendum et libri veteres et ratio postulant, non *Elysios campos*. Vetus Epitaphium in Catalectis Pithœi: 'Numina nunc inferna, precor, Patri date lucos, Quis est purpureus perpetuusque dies.' Pindarus Ode ii. Olymp. de inferis: 'Ἰσὺ δὲ πυρρὸν αἶα, Ἰσὺ δ' ἐν ἀμύρῃς ἄλιον ἔχοντες, ἀνδρότερον δὲ θεῶν νέμονται βίοντες.' *Idem.*

264 *Servitum ducor*] Sic Aldus, et membræ propemodum omnes: nisi quod in nonnullis *servitium*, corrupte: vulgati *Infelix ducor*. Virgil. 'Grauis

servitum matribus ibo.' Silias, lib. xvii. 'potui traducere captam Servitum gentem.' *Idem.*

267 *Mater, is*] Τὸ ἰὸ πλῆγῆς ἐτ ἐν πλᾶντι vociferantis est. Scitisime in solo matris auxilio omnem spem habet simplicissima virguncula. *Barth.*

271 *Exitio*] Extremis miseriis. *Idem.*

273 *Fletque decoro*] *Planctusque* Vossianus et secundus Vatic. ut supra, 'planctusque lacertos verberat.' Mox *detergit* scripti; et timorem pro *dolorum* Moreti codex: *pudorem* prim. Vatic. D. Heins.

Fletque decoro] In virgine. *Barth.*

276 *Lacrimas detergit amictu*] Officio subito, quod ferebat res præsens. *Idem.*

Lacrimas detergit] Claverius miratur Plutonem hic flere. Non certe Plutonis, sed Proserpinæ hæ lacrymæ erant: quare miror, ubi commentatoris mens fuerit, hæc cum scriberet; nam nulla flendi causa ei erat, sed potius ridendi et triumphandi.

278 *Vexare*] Turbare, affligere. *Barth.*

280 *Ille ego*] Gloriantis. *Idem.*

282 *Altera nobis Sidera*] Vide qui Elysios campos describunt, interque eos Trætæ Scholiis in Hesiodam.

286 *Aurea progenies habitat*] *Habitant* prim. Vatic. bene. D. Heins.

287 *Semel*] Aureum seculum dicit. *Barth.*

Nec molitia desunt Prata tibi] *Lege deerunt* vel sine scriptis. Virgil. ii. Georg. 'Non liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt:' sic optimus Medicus. Vulgo pari modo peccatur; ut et apud Lucan. libro i. illo versu: 'Omnia dat, qui iusta negat. nec numina deerunt:' ita enim duo codices ex præstantioribus quos vidi: neque aliter scribendum apud Statium, Theb. v. 'Inveni, promitto viam, (nec numina deerunt) Qua renovan-

da Venus: ubi pari modo peccatur. Valerius Flaccus, libro VII. 'nec semina deerunt Quæ prius ipse dabam.' Rursus Maro, *Æn.* VII. 'non vobis rege Latino Divitis uber agri Trojæve opulenta deerit.' *D. Heins.*

289 Quos] Quales. Barth.

Quos nec tua protulit Henna] Sic Bononiensis liber; quod et in suis videtur invenisse Parrhasius: dictum supra. *D. Heins.*

290 Lucis arbor prædices opacis] *Amaris* sec. Vatic. Isingr. *Averni*: logo, *Avernus*. Virgil. VI. 'nec te Nequicquam lucis Hecate præfecit Avernus.' Et mox: 'Sed me cum lucis Hecate præfecit Avernus.' Silius, lib. VI. 'Lethalem ripam et lucos habitabat Avernus.' Sic et 'tenebræ Avernæ,' 'valles Avernæ,' et similia passim apud poetas. *Averna Juno* eidem Silio, libro XIII. apud Virgilium, Georg. IV. ex optimis membranis, 'terque fragor stagnis auditus Avernus:' ubi *Averni* perperam est in vulgatis. *Averna loca* bis terve apud Lucretium, libro sexto occurrunt. *Idem.*

291 Fulgentes viridi] *Gravido* pri. Vaticanus: nil muta. *Viride metal-* lam ramum aureum vocat: sic lib. I. in veteri codice Moreti: 'pingant maculosa virentes Terga notæ, retillam squamis interviret aurum.' *Idem.*

292 Hæc tibi sacra datur] Sacer est ramus aureus Proserpinæ, quod avaritia in infernum ducat. Serv. ad illud VI. *Æneid.* ferri *Proserpina munus Instituit.* Seu quod sapientia mortem, ipsoque manes vincat: ideo *Æneas* ad sapientissimam *Dearum Proserpinam* penetravit hoc duce. Plato in *Cratyl.* *Dempst.*

293 Autumnum] Preventum autumnalem. Barth.

Detabere pomis] Janianus dotabere: sic lib. I. in Eutrop. 'juvenum flammis Ephyreia Lais Et gemino dotata mari:' quomodo vetus liber IV. Cons.

Honor. 'veniet urnas omnibus arvis Et toto dotata mari.' Laude Serenæ: 'Seque minus jactet Libycis dotata trophæis.' Nupt. Hon. 'toto pariter dotabere mundo.' *D. Heins.*

295 Salis æquora verrunt] Sic Claverii codex; non maris. *Idem.*

297 Animalia regnis] *Animantia* Janianus. *Idem.*

298 Septimus curas Ambis, et æternis] Vide Macrobius doctissimus Commentarii in somnium Scipionis. Barth.

300 Vestigia] Pedes. Inconcinrior tamen lectio, et suspicor *fastigia* Clavdianum scripisse potius, quo indicatur sublimitas regis, de qua hic sermo est.

Vestigia reges] *Fastigia* Barthius: sed vestigia pro pedibus posuit. Epist. ad Serenam: 'Sub pedibus regitur terra fretumque tuis:' ubi vide quæ notos *D. Heins.*

Purpurei Reges] Ovidius lib. VII. 'medio Rex ipse resedit Agmine purpureus.' Purpurei dicuntur Reges a purpura, colore eorum vestimentis dato, ad eminentiam præ omnibus aliis potestatibus, nisi quæ Regias æmulatæ sunt aut vicerunt. Sic purpureis utebantur cingulis, quale geatandi jus instar regii insignis datur Judæorum Principi a Romanis. Sic purpureis lidem calceis amiciebantur. Regum quoque filii purpureo utebantur habitu. Barth.

306 Sit fatum] Q. d. sit fixum et immutabile quod statueris. Inepte alii *factum*. Istud enim divinitatis est, cujus jam ante compos erat Proserpina. *Idem.*

Sit fatum, quodcumque voles] Ut in illo Lucani: 'Sive cecidit fatum, seu, quod jubet ille, canendo Fit fatum' duo scripti *atque ratum*, etiam non male. Claverius et quatuor e nostris *sit factum*. Forte *sanctum* vel *pacum*. nam *fata* paulo post sequuntur. *Voles* etiam non *velis* scripti. Forte, *atque ratum, quodcumque voles*. *D. Heins.*

311 *Stipantur*] Densantur, opplen-
tur. *Barth.*

Stipantur Tartara curis] *Sæcula* Al-
dus et plerique scripti. Glossa Oxon.
'*sæcula*, animas omnium sæculorum'
interpretatur; et recte. Statius Theb.
xi. similiter de inferis: 'Crescat
opus, totisque expectent sæcula ri-
pis.' Noster lib. ii. in Rufin. 'Huc
post emeritam mortalia sæcula vitam
Deveniunt.' Cicero Somnio Scipio-
nis: 'Ille vere vertens annus appella-
ri potest, in quo vix dicere audeo
quam multa sæcula hominum tenean-
tur.' Mox *Tamara* pro *Tartara* bene
cum scriptis Raphaelengius. *D. Heins.*

312 *Pasus mollescere*] Sese videlicet.
Barth.

314 *Disimilique sui*] Erat quippe
alioquin severus aspectu, torva fron-
te. *Idem.*

315 *Assurgit Phlegethon*] Assur-
gere est honore afficere: apud Plut.
in Pompeio, Sylla ei assurgebat.
Serv. in ii. Georg. 'assurgit quibus
et rex ipse Phænus.' Suet. Aug.
c. 86. Tiber. c. 31. Gell. i. vi. c. 9.
Valer. i. iii. c. 7. de Accio Poëta.
Auson. Ep. vi. 'Assurgit Musæ nos-
tra Camena tuæ.' Noster de laudib.
Stilichonis, lib. iii. princ. 'visoque
assurgere semper Pulvere.' *Dempt.*

316 *Fluxit incendia*] Igne namque
fluere hunc torrentem Stygiam fece-
rant Poëtæ. *Barth.*

317 *Occurrunt propere*] Non *propere*
libri. *D. Heins.*

Lacta de plebe] Huic officio desti-
nata. *Barth.*

320 *Aulæ tenent*] Ad ornandam
regiam nuptialem, quod fiebat intus
et foris: publicum præterea gau-
dium, ad quæ hæc usurpabantur.
Idem.

321 *Limina, et in thalamum*] Vulgo
thalamis. sec. Vatic. *thalamos* non ma-
le. *D. Heins.*

In thalamis vestes] Et hic mos
nuptialis. *Idem.*

323 *Teneroque levant sermone timo-*

rem] Sic Moreti liber: prim. Vati-
canus cum aliis plerisque *tenero timo-*
res: nonnulli cum Isingrino *teneros*
timores. Vulgo *teneros dolores*. Ex
illis Statii hæc adumbrata Theb. ii.
'Castæ matres cinxere corona Ar-
golides: pars virginibus circum un-
dique fusa Fœdera conciliant nova,
solanturque timorem.' Ovid. Met. x.
'Accipit obscæno genitor sua viscera
lecto, Virgineosque metus levat,
hortaturque timentem.' Noster su-
pra, ut idem Moreti codex: 'Et
placida mœstum solatur voce timo-
rem.' Isingrinianum illud *teneros do-*
lores non displicet. Pari modo apud
Statium habes Thebaïdis secundo de
Polynice: 'tenerumque dolorem
Conjugis amplexu solatur.' *D. Heins.*

324 *Vultibus addunt Flammæ*] Ne
a quoquam prius nupta conspiceretur
quam a marito, velato capite ad
eum ducebatur. Fast. iii. 'Anna te-
gens vultus ut nova nupta suos.' Ve-
lamen hoc flammeum, Martial. libro
xi. Ep. 79. lib. xii. Ep. 42. Sueton.
Neron. c. 27. Isid. i. ix. 8. Catull.
Epithal. 'Flammeum videor videre.'
Noster Epithal. Honorii: 'Jam pro-
dunt lacrimas flammea simplices.'
Gemmis ornabatur; idem de laudib.
Stilichon. Paneg. i. 'gravibus sub-
nectens flammea gemmis.' color ei
lutens: Lucan. l. ii. 'Lutea demis-
sos velarunt flammea vultus:' a lutea
herba, quam Græci *Isatidem*, Latini
Glastum vocant. Plin. lib. xxi. 8.

325 *Flammæ*] Vide Festum. *Velat-*
tura autem pudorem dicit inuens
colorem hujus veli, qui erat croceus,
ne pudor in vultu puellæ cerneretur
præ ejus splendore. *Barth.*

Prævelatura pudorem] *Prævellatura*
ed. Vicet. *prævallatura* Florent. S.
Marc. *D. Heins.*

326 *Coronati Manes*] Ex ritu Ro-
mano. Nuptiis enim Principum co-
ronas sumebat populus. Zosimus,
libro v. Faciebant hoc indicantiæ
hilaritatis gratia, cum coropatio sit

lætorum nunciorum indicium. *Barth.*

331 *Rarescere noctem*] Per facium nuptialium et genialium conviviorum splendorem. *Idem.*

332 *Urna*] More Atheniensium judicare inferorum Judices finguntur, sortibus in urnam acceptis. Virgilius: 'Quæsitur Minos urnam movet.' *Idem.*

Urna Minoia] In judiciis usus urnæ frequens, in quam nomina citandorum conjiciebantur. Noster lib. II. in Rufin. fine: 'nigrique trahunt ad judicis urnam.' Horat. lib. III. od. I. Stat. lib. II. Sylv. fine. Senec. Herc. Fur. act. III. scen. II. 'Judicia trepidis fera sortitur reis.' Serv. ad Æn. VI. Sortiri judicem. Plin. in Præfatione operis sui, I. *Judari*. C. de *Judaris*. I. *denunciassse*. ff. de *adult.* I. *quoties*. §. *ult.* C. de *privilegiis*. Schol. lib. XII. qui ritus ab Atheniensibus fluxit, ob idque reprehensus Solon apud Aristot. lib. II. Polit. c. 10. *Dempster.*

334 *Impia*] Crudelia, immania. *Barth.*

337 *Solvitur Ixion*] Versus hic ex duobus superioribus conflatus, ac proinde vel invitit libris expungendus est: quod eruditos interpretes fugisse miror. *Tantaleis* pro *Tantaliceis* paulo ante legendum: sic Pœtæ. Virgilius in Culice: 'Hic et Tantalei generis decus altus Atrides.' Stat. 'Tantaleis considerare tectis' Theb. I. ubi *considerare* perperam nunc legitur. *Idem* lib. XI. 'funera mensæ Tantaleæ.' Propert. II. El. I. 'Tantalea poterit radere poma manu' ita omnino scribendum, non *tradere*. Sic et 'radere litus,' 'radere metam,' et similia. *D. Heins.*

338 *Et Tityus*] *Tityos* duo; bene. *Idem.*

340 *Tantus erat*] Tantus in arma patet. *Barth.*

342 *Abreptasque fibras*] Malim *abruptasque*: ut apud Statium in Sylvis: 'abruptis debile venis Vultus hiat.' *D. Heins.*

343 *Formidatque furoris*] *Formidandique* excerpt. Put. cum duobus Vaticanis, et Bartholiniano: et mox *leta canentes non lens unus Petav.* *Idem.*

344 *Cratera parant*] Crater ingens vas erat vinarium, quod in medio stangebatur, unde haurirent minutioribus poculis circumagendum vinum. *Barth.*

347 *Festas ælio succedunt lumine tardas*] Magna in hoc etiam genere erat superstitio veterum, ne de igne funesto accenderentur faces nuptiales, quod omen tristissimum habebatur. *Idem.*

348 *Petiferi*] Unde morbi et clades ad superos ibant, cujus halitu decidebant aves. *Idem.*

Pacatum flumen Averni] Sic Aldus et scripti, non *limen*. Apud Virgilium eadem habes et Aristotelem *τὸν ἀνυμάρκην ἀνορύπτειν*: qui tamen de avibus falsum hoc affirmat, cum multi illic cygni inveniantur. *D. Heins.*

349 *Innocua*] Illæse, non obvio usu. Egeasippus, I. III. 32. 'Cum soli innocui fuerint qui prælia gererent.' *Barth.*

Innocua] Eleganter: sic bell. Get. 'Navis innocua,' id est, illæsa. *Clas.*

350 *Ameanctus*] Lacus Lucaniæ, cujus halitus aves necat. *Barth.*

351 *Mutato gurgite*] Qui alioquin lacrymis fluebat. *Idem.*

352 *Lacte*] Ex sacris literis. Ovidius de aureo Sæculo: 'Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant.' *Idem.*

353 *Undasse Lyæo*] Sic scripti; vulgo *stagnasse*: noster infra, 'Undaret neu silva favis.' Parum refert. Mox *stamina non rumpit*, pro *rupit* meliores. *D. Heins.*

357 *Moritur fluctu*] Pessimum genus mortis in undis perire censebat antiquitas; animam rata simul cum corpore interire eo modo. *Barth.*

358 *Oppida*] Civitatum incolæ. *Idem.*

359 *Impexoque senex*] Virgilius: 'Terribili squalore Charon cui plorima mento Canicies inculta jacet.' Auctor nuptiarum infelicitum, ut Jupiter prosperarum. *Barth.*

Impexam frontem] Ita libri fere omnes, nisi quod in quibusdam *implexam*; quod doctissimus Gronovius diatribis Statianæ cap. 17. amplexus est. Vulgo *impexos crines*. *impexam frontem* dixit, quomodo Virgilius 'Canitiem incultam' de eodem Charonte: cui et *impexam barbam* Seneca dedit Hercule Farente: 'Pavidosque manes squalidus vocat senex. Impexa pendet barba.' *D. Heins.*

361 *Processerat Hesperus*] Ante visum enim hoc sidus nefas putabant sponsum potiri sponsa. *Barth.*

Sus Hesperus] Noctu tantum nuptæ olim ducebantur ad maritum: hinc poetarum in Epithalamis preces, ut nox properet. Plutarch. probl. c. 66. ex Varrone Serv. ad Ecl. vii. *Dempst.*

362 *Ducitur*] Nuptiale verbum; nefas enim solam ire. *Barth.*

363 *Tungenæque cubile*] Nota morem non satis observatum. *Idem.*

364 *Omina perpetuo genitalia fodere sancit*] Quis enim nescit solemnia in nuptiis omnia adhibita? *Dempst.*

Fodere sancit] Non, *sancit*. *D. Heins.*

365 *Cum voce*] Supra etiam dixit, *cum carmine*. Quasi non satis fuerit numbris exultare, nisi et linguis faveant. In hanc rem Virgil. 'Pars pedibus plaudent, choreas et carmina dicunt.'

Pii] Felices. *Claver.*

366 *Talia exordia*] Intransem domum *nucibus jactis* salutabant sponsum pueri; quas, dum concederet cubitum, movebant cursus, *ne audirentur puella voces*, nec minus cantionem iterabant, quæ *Fescenninus* dictus, ex Catull. in Epithal. Mallii et Julii, et nostro in Odis ad Epithal. Honorii, et in Epithal. Palladii et Serenæ, sine. *Dempster.*

Sumunt exordia] Sic iidem scripti. *Vulgatum ducunt* minus placet. *III.* Cons. Hon. 'Tertia Romulei sumant exordia fasces.' *VI.* Cons. 'Grataque patris exordia sumere bellis.' *Lib. II.* Eutrop. 'aliis exordia sume rapinis.' Virgil. lib. *IV.* 'quæ primæ exordia sumat?' *D. Heins.*

Exordia] Cantus. *Barth.*

367 *Nostra parens*] *Potens* Aldus et membransæ potiores. For: *Nocte potens Juno*: quomodo Virgilius 'Hæcaten cæloque Ereboque potentem' dixit. *Mox consortia discite* Isingrius et quinque nostri; bene, non *ducite*. Sic Epithal. Celer. 'Vivite concordet et nostrum discite munus.' Et lib. *II.* in Stillich. 'Hinc fuit ut primos in conjugē disceret ignes.' Denique *vota pro colla* idem Isingrius et ex nostris plerique. *D. Heins.*

368 *Ducite*] Votum nuptiale aut matrimoniale, qualibus adornabantur Epithalamia. *Barth.*

372 *Proferre*] Producite, in æternum protendite. Hoc enim verbum longam seriē notat. Votum autem nuptialium summum productioni liberorum. *Idem.*

XXXVI.

DE RAPTU PROSERPINÆ LIB. III.

PRÆFATIONEM, quæ in nonnullis libris hoc loco legebatur, aucto Honorii Consulatui præfigendum jam alii monuerunt. *D. Heins.*

Describere concilium Deorum Poëtæ, Maro simpliciter x. *Æneid.* Ovid. 1. *Metam. Stat. lib. 1. Theb.* quibus præponit Claudianum Scaliger poet. lib. v. cap. 16. quod magis mirum est, eum versus elegantissimos voluisse mutare: viderint docti. *Dempst.*

Quæritur, an non sit proœmium in tertium librum? Imperiti quidam homines ausi fuerunt Præfationem inserere ex Manuscripto quidem; sed non bonæ fidei. *Claver.*

1 *Jupiter*] A quo consilium rapiendæ filiæ ducebatur. *Barth.*

Jupiter interea, &c.] Iris nuncia Junonis frequenter dicta, ix. *Æneid.* pr. 1. *Metam.* Fab. 7. noster Gygantom. tamen a Jove mitti aucta. ix. *Æneid.* fine, ad Junonem legatur, ut ad Palladem apud Silium Panisor. ix. idem fecit Homer. *Iliad.* ii. 786. *Iliad.* viii. 400. *Iliad.* xv. 158. utque Mercurius ad pacem conciliandam mittitur; ita hæc ad fœdera discutienda. *Thaumasias* autem a *Θαυμάσιω* admiror, ob admirandam colorum varietatem. *Plin.* lib. ii. cap. 59. *Senec.* lib. 1. nat. qu. cap. 3. et utroque posterior *Rhodig.* lib. xxii. cap. 24. ad 32. *Dempst.*

Cinctam nimbis] Indicium nimborum, et nonnisi nimboſis nubibus apparentem.

Thaumasida] Iris, quæ nuncia Deorum omnibus Poëtis. *Barth.*

2 *Totoque Deos*] Concilium Deorum, qualia describuntur a Marone et Homero, aliis. *Idem.*

3 *Zephyros prælapsa*] Sic unus Petavianus: alii *Zephyros illapsa, elapsa, prægressa, Zephyris illapsa, illata, et similia.* Vulgo *Zephyros transgressa.* Opinor veram scripturam esse, *Zephyros illapsa*: apud Statium, *Theb.* vii. Jupiter ad Mercurium pari modo: 'I, medium rapido Boream illabere saltu.' *Raphelengius Zephyris illapsa.* *D. Heins.*

10 *Proceres*] Dii majores, majoribus officiis præfecti. *Barth.*

11 *Lucida Phœrci Canities*] Ipse canis. *Idem.*

Cæcula Phœrci Canities] Isingrini lectionem expressimus. Moreti et Petavian. unus *lurida*; alter *tubrica*: duo *candida*: duo alii *reverendaque*: unus *pallida*. Vulgo *lucida*; quod Barthio probatur, non mihi. In *Epicidio Drusi*: 'Illi Cæruleum Panope matertera crinem Solvit, et immensis fletibus auxit aquas.' *D. Heins.*

13 *Manerum Protea*] Dæmonum mutabilitatem in alias atque alias formas intellexerunt hoc figmento Poëtæ. *Barth.*

14 *Senibus fluviiis*] Nam minutiores et juveniores illi non tangebant hoc honoris. *Idem.*

15 *Stat cætera more juvenis*] Lege *stant*: male etiam hæc distinguebantur. *D. Heins.*

Plebeio] Minores Deos dicit. *Barth.*

17 *Taciti Fauni*] Mirum Scalig. tantum virum velle reponere, *stupidum*:

quam *taciti* melius admirationem exprimat. Apul. Metam. lib. II. 'digitum a pollice proximum ori admovent, et in stuporem versus, Tace, tace, inquit, et sane taciturnitas admirationis comes est.' Ex Aristot. in Problem. *Dempot.*

Sidera] Claverius legit *numina*, quæ per excellentiam sic dicuntur, ut Poëta pro Homero. Sunt enim et Fanni numina, sed rustica, seu plebs Deorum. *Claver.*

18 *Gravis*] Venerabilis, qualis maiestatem habet. Maro: 'Pietate gravem et meritis si forte virum quem Conspxere.'

Alko] Præsidium enim talibus actibus sedes altiores cæteris. *Barth.*

19 *Abduzere*] Non *Adduzere* cum aliis. Lucan. VII. 'Dii quorum curas abduxit ab æthere tellus.' Cicero Tusculan. Quæst. lib. IV. 'Sic igitur adfecto hæc adhibenda curatio est. Abducendus etiam nonnunquam ad alia studia, sollicitudines, curas, negotia.' Mox *stimulis* pro *stimulus* recte veteres libri. *D. Heins.*

Abduzere] Id est, A curis cælestibus ad mortalia rursus attraxere. *Clav.*

20 *Saturnia Otia*] Sub Saturno rege, placido fuerant torpore omnia. *Barth.*

21 *Ignavi*] Nihil inhonestum infert ista vox, sed placidum et in se torpentem torporem, sive tu *quietem* dicere mavis, exsortem curarum omnium et mœroris. Jupiter autem inito imperio non amaverat illud otium patris Saturni.

Senium] Placidam et minime impetuosam ætatem. *Barth.*

22 *Sopitos*] Somnum et torporem ut excuterent, coacti rebus suis et victi parando invigilare. *Idem.*

24 *Seges grandæsceret arvis*] Plin. I. XVIII. 'Crescente Inna frumenta grandæscunt:' vide et Festum in *sementinis feriis*. Columella etiam sic frequenter: scripti tamen alii *grænaceret* vel *cænaceret*; ut apud Ovid.

'Nec renovatus ager gravidis cane-bat aristis.' *D. Heins.*

26 *Fremerent*] Hæc satis inflata videantur alicui; sed Poëtæ non deest ratio. supra dixit, *tumere vina*; figuram huc usque voluit producere. Neque *fluere* ab eo scriptum mihi quis facile persuaserit. *Claver.*

28 *Sed quod dissuasor honesti*] Quid recte unus Petavianus. Mox pro *provocet ut*, meus liber *aut*. Puto *hand segnes*. Deinceps atque artes Bononiensis. *D. Heins.*

29 *Oblimat*] Atterit, debilitat, impedit, attenuat: Virgilius: 'sulcos oblimat inertes.' Junius Pilargurus: 'obturet, et occudat.' *Barth.*

Oblimat mentes] Id est, transversas agit: vel deprimit seu affigit humo. Sublimare est contrarium Ennio. *Clav.*

30 *Rerum vias*] Modos aggrediundarum et expediundarum. *Barth.*

31 *Ingeniosa egestas*] Necessitate ipsa subacta ad invenienda et excogitanda quibus opus habeat homo. *Idem.*

32 *Nutriet usus*] Virgilius: 'Ut varias usus meditando extunderet artes.' *Idem.*

33 *Natura*] Monitrix Jovis, et ejus consilia facessens. *Idem.*

34 *Humanum relevare genus*] Melius absit totus hic versus. *Idem.*

Humanum relevare genus] Nescio quid sibi velit vir eruditus, qui verum hunc expungendum censet. *D. Heins.*

36 *Nullique exornem*] Ita scripti potiores. *Idem.*

40 *Mores novercæ*] Noti illi velut proverbio. *Barth.*

42 *Eraxisse caput*] Sapientium virorum argumentum, sequendam homini cælum intuentis capitis nobilitatem, quæ nihil moretur scilicet jacentium rerum sordes, sed cælum aspirare debent cognatum. *Idem.*

47 *Chaonio*] Epirum glandibus abundantem pro quercetis quibusvis dicunt Poëtæ. *Idem.*

48 *Atque adeo*] Non ideo meliores cum Aldo. *D. Heins.*

52 *Currusque feratur Avius*] Scripti magna ex parte *subibus*; et præstat. *Idem.*

54 *Actæa*] Attica. *Barth.*

56 *Imperii molem*] Parum circumspecte equidem hic fuit Claudianus noster: scilicet post factum jam vi Plutonis, et minis ejus extusum ipsi fatum, ipse sancit demum quid velit fieri, et cum Terrarum Orbis concusus fuerit, omnesque fluvii, Fauni etiam cum Nymphis in concilium terra, cœlo, marique convocati, indicium raptus vetat bonus Jupiter ad Cere rem deferri, quæ sola scilicet cum matre Deorum tam alte sterterit dum hæc fiunt, ut nihil eorum animadvertent. *Idem.*

59 *Se licet illa meo*] Nobilissimam omnium Dearum, utpote non alio loco patris, quam ex mediu illo ipso cerebri proditam, Palladem præ cæteris indicat, ne quæ alia possit amoris ejus confidere. *Idem.*

Se licet ille meo conceptum] Sic scribendum præcedentia sequentiaque jubent, et membranæ confirmant. Nimis manifeste Pallas tangatur, si cum vulgatis legas, *Se licet illa meo conceptam*. *D. Heins.*

60 *Sentiet iratum, procul ægide*] Vulgo *iratum procul ægida*, minus bene. Hoc vult, non profuturam Palladi ægida. Notum illud Virgilii: 'Ægidaque horrifera turbatæ Palladis arma.' Sic et Jupiter apud Silium l. ix. 'Ægide præcellant quantum horrida fulmina disces:' meliores scriptos secuti sumus. *Idem.*

61 *Genitum divina sorte pigebit*] Quasi possit in divinitatem cadere ulla mortalitatis cupiditas. *Barth.*

63 *Pæonius*] Id est, luiturus. Horat. 'Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.' eadem structura. *Claver.*

64 *An propria conspirent Tartara causæ*] Hoc est, sentiet non deesse in Delphi, et Var. *Clas.*

juris suæ ulciscendæ, et causæ vindicandæ Tartara. *Barth.*

66 *Concussit sidera*] Perpetuum documentum rei constitutæ apud Jovem. *Idem.*

Sidera motu] Vatic. melioris notæ, Bonon. et una Petav. *nutu*: placet. Naso Fast. de Jove: 'nutu tremefactus uterque Est polus:' et sic passim Poëtæ. *D. Heins.*

71 *Adversis invadit viscera telis*] Ita scripti; vulgo *immissis*. Mox *quæ quondam*, non olim *quæ*, iidem. *Idem.*

73 *Nigrescere*] Signum Luctus. *Barth.*

74 *Luco dilectior omni*] Unde translata erat. *Idem.*

75 *Virgineos Umbrabat thalamos*] Cum ipsa Ceres adhuc a Jove violata non esset. *Idem.*

76 *Ima stirpe recisam*] Sic Isingrinus; vulgati *imo stirpe cæcam*, quod frustra quidam tuerent. Virgil. 'ima destirpe recisum Matrecaret.' Noster lib. i. in Rufin. 'vitis a stirpe recisis.' Mox *querentique* idem Isingrinus bene: ex Statii ix. hæc adumbrata, ubi inter cætera: 'querenti Nympha cruentas Mænadas atque hostem dixit sævisse Lyænum.' *D. Heins.*

79 *Debellavisse*] Ad furorem Dirarum commodissimum verbum. *Barth.*

80 *Sed tunc ipsa sui*] Putean. *sed tamen*. Puto *sed tandem*. *D. Heins.*

81 *Inserta*] Cum ad eum talis non pertineret. Est pulchra de re Rustica aut arboraria, hortensive adeo, translatio, qua ad omnem rem utitur docta Antiquitas, quæ non ingenua est, sed diversæ naturæ, et aliunde ita insita. Sic *insititius somnus* Varroni lib. i. de R. R. est meridianus, de nocte translatus in diem, ad quam non pertinebat. *Barth.*

Inserta sopori] Aldus et meliores scripti *ingesta*. Lucan. vii. 'Quod Styga, quod Manes ingestæque Tartara somnis Pompeio vivente videt,' quemodo optimæ membranæ: utitur

5 N

Claud.

et eo verbo de somniis Macrobius sæpe. Corippus Africanus: 'Tempore quo dulcem nox intempesta quietem Ingerit.' Statius Theb. vii. ubi de nocte: 'bacchatur utrisque Tisiphone castris. fratrem hæc fratrem ingerit illi.' Pro vulgata scriptura pognat infeliceiter Barthius. *D. Heins.*

83 *Sævis Proserpina vincta catenis]* *Duris* Florent. S. Marci, quod perpetuum catenarum apud Poëtas epitheton. *Idem.*

86 *Pulchrior auro Casaries]* Flavum capillitium commendatissimum veteribus. *Barth.*

87 *Ignes]* Facies oculorum. *Idem.*

88 *Exhaustusque gelu pallet rubor]* *Exustusque* Claudianum puto scripsisse: *uri gelu* aut frigore eleganter dicitur. *D. Heins.*

91 *Agnoscere vim]* Non vultu scripti: sic sæpe noster. *Idem.*

93 *Cui tanta potestas]* Rectius *Delirii* codex *facultas*: deinde *sævitia*, non *sævitia* est potiores scripti. *Idem.*

97 *Dura parens]* *Dura* potiores scripti. *Idem.*

Nataque perempta] Signat extremam calamitatem, licet citra interitum. *Barth.*

100 *Unica despicio]* Unica, et ob id magis diligenda. Tull. Philipp. ix. 'ut nemo unquam unici filii mortem magis doluerit, quam ille sit mœror patris.' Pro Sexto Roscio Amerino: 'Quæ tamen vitia fuerunt in unico filio, cur is patri displicuerit.' Plant. Asin. princ. noster i. de Raptu: 'proles optata virebat Unica.' Homer. Odyss. xvi. princ. et Phoenix Iliad ix. *Καί με φίλος, ὅσει τε πατήρ δυ παῖδα φίλος, Μοῦνον, τηλόγερον: et me dilexit, ut pater suum filium diligit, solum, unicum.* Dempst.

102 *Supplicii inclusa feror]* *Teror* Aldus et meliores scripti. *Teri* dicitur recte, quia ferreis catenis vincta. Sic digitus puellæ annulo teri Ovidio dictus, Statius Theb. iv. 'latus om-

ne sub armis Ferrea scuta terunt.' Theb. vii. 'Invisamque teris ferrato pectore matrem.' Ibid. 'ferro atra teruntur Limina' *D. Heins.*

Feror] Ferri enim inviti est quem sanum credebant omnes, suique compotem. *Barth.*

104 *Si te non]* Alii *me non*. Inepte: quid enim hoc ad luctum movendum matri, aut auxilium quærendum?

Matrem] Maternum affectum. *Barth.*

105 *Si tu nota Ceres, et non me]* Hoc quoque scriptis debetur. Unus Ambros. *Si tua nata, Ceres*. Vulgo, *Si tu sancta Ceres, et non te*. Mox *cæternis* pro *catenis* iidem: 'Recessum tenebrosi carceris' et 'hiatum' supra vocat, quod hic *cæternis*. *Cæternæ* mox sequuntur. *D. Heins.*

Caspia tigris Edidit] Ex Virgiliano illo: 'sed duris genuit te in cauitibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admo- runt ubera tigres.' *Barth.*

109 *Tendere conatur palmas]* More supplicum. Virgilius: 'Ad cælum infelix ardentia lumina tollens: Lumina; nam teneras arcebant vincula palmas.' Cæterum in manu Antiquis fidei sedes. Ovidius l. vi. 'Et pignus fidei dextras utrasque poposcit.' Hinc dextra manus ipsa fides. Hostitii insigne dexteram vocat Tacitus Hist. i. Abhinc descendit vetustissima religio jurandi, manu alicujus tacta. *Idem.*

116 *Cunctis objecti fraudibus anni]* *Certis* duo Ambrosiani; de qua voce Cons. Olybrii dictum: unus Petav. *cantis*; ut auctor Herculii Cetei, 'Intrant fraudes cautique doli:' amat et eam vocem noster, ut alibi notamus. *D. Heins.*

120 *Depositum]* Imitatio Papinii, apud quem Achilles deponi dicitur, quem mater Thetis virgineo habitu abscondit. Achilleide i. et l. ii. 'Et Thetidis mandata movent, prodique veretur Depositum tam grande Dem.' *Barth.*

125 *Sæpe monent]* Perperam alii

movent: noster alibi; 'Aut monitos certa dignantur imagine somnos.' Plura de eo verbo ad Nasonem Metam. lib. XIII. *D. Heins.*

127 *Exundat ab ubere sanguis*] Melius sic scripti, quam quod in vulgatis *exundat*. Silius lib. v. 'Pulmone exundat per hiantia vulnera sanguis.' Lib. IX. 'Sanguinis exundat torrens:' sic et 'undare sanguine' et 'unda sanguinis' passim apud Poëtas. *Idem.*

129 *Mirantia*] Vet. lectio non reprobata, quamvis etiam legatur *marrentia*; sed minus argute: mœstum quidem pectus dici queat. At animus miratur qui fiat ut manus, se inconsulto vel inopino, pectus concutiant. *Claver.*

130 *Si buxos*] Instrumentum quale fuerit notat Lutatius ad Theb. VII. Buxa, 'tibia vel scabellum, quod in sacris tibicines pede sonare consueverunt.' Buxos tamen aliud puto. *Barth.*

133 *Hec longa*] Scripti plerique *Ne. Forte Ne.* *D. Heins.*

Procul irrita venti] Hoc est, oblitterentur, et ex memoria omni penitus auferantur. *Barth.*

134 *Subicit Cybele*] Septem subiit: sic alibi; 'dicturum plura parentem Voce subit.' *D. Heins.*

136 *I tamen, et nullo*] Formula venturum felix iter. *Barth.*

137 *Sed nulla ruenti Mobilitas*] Ita et veteres: opinor tamen *sat nulla ruenti Mobilitas*. Nulla satis est mobilitas, utcumque multum festinanti. Superiori versu pro *turbata* membrana nonnullæ *tardata*. *D. Heins.*

140 *Absonderit*] Decrescentem per longinquitatem spatii crescentem. *Barth.*

Absonderit] Sic in Vet. libro et figurate dicitur: sic apud Virgilium: 'terræque urbesque recedunt.' Sic quasi diceret, se abscondunt, vel oculos effugiunt: qui enim Idam ascendat Ceres, cum jam ex Idæ fastigio evaserit? In alio codice est, *ascende-*

rit, quod non est a fide veri alienum nimis. *Claver.*

Absonderit Idem] Pro abscondiderit; quomodo veteres locutos testis Nonius. Vulgo *adsonderit Idam*: meliores scriptos secutus sum. Virgil. III. *Æneid.* 'Protinus ærias Phæacum abscondimus oras, Littoræque Epiri legimus.' *D. Heins.*

141 *Sic æstuat ales*] Horatius Epodo I. *Barth.*

144 *Ne gracilem ventus*] Pulmanni codex, et ex nostris Reginus cum Oxoniensi *fragilem*; eleganter: de qua voce amicissimus noster Gronovius ad Statium. Mox *decusserit* etiam rectius excerpta Puteana, quam *discusserit*: sic supra: 'violentior Auste Decntit arboribus frondes.' *fragilis culcitra* Martialis Apophoreti, Epig. 160. 'Fraudata tumeat fragilis tibi culcitra mula.' Ita veterrimæ membranæ: vulgo *facilis tibi culcitra pluma*, sine sensu; culcitram stramineam innuit. Nam in plumea culcitra dormire divitum erat et delicatorum. Cicero Tuscul. Quæst. I. III. 'Eriplamns huic ægritudinem. quomodo? Collocemus in culcitra plumea, psalteriam adducamus, cedrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis, aliquid provideamus et cibi.' *D. Heins.*

146 *Excubiis*] Virginalibus excubiis. *Barth.*

148 *Aula*] Omnis Regia domus *aula*. *Idem.*

149 *Non expectato*] Malim *expectata*: quomodo editio Claverii, haud dubie ex vetustis membranæ. *D. Heins.*

Amictus Conscidit] In vestimento conscisso significatio est luctus. *Barthius.*

151 *Hæserunt lacrimæ*] Quod solent in enormi luctu.

Nec vox] Indicium summæ confusionis apud animam. *Barth.*

Non vox, aut spiritus oris] *Non spiritus* Florent. S. Marci et Pulmanni

unus; ori etiam Regius: utrumque placet. *D. Heins.*

153 *Succidui*] *Succiduus*, jamjam in casam pronus. Ovidius: 'Poplite succiduo genus intremuere.' Tremor autem ante omnia aiunt *genus infatigare*, et proinde gressui esse inimicum. *Barth.*

158 *Sacrilego*] *Impio*. Diu autem post raptum venisse eo Cererem, indicat aranæ textus. *Idem.*

159 *Tamen oscula tela*] *Tantum* Isingr. et tres ex nostris. *D. Heins.*

162 *Virgineo ludo*] Ludus gratus annis tenerioribus. Senec. Epist. 115. Tull. Orat. pro Cluentio. Sidon. l. vii. Ep. 2. 'Nunc ludo apta virgineo scruta donaret.' Lactant. l. ii. c. 4. 'non a virginibus, quarum venia lusus dari potest.' Plin. Jun. l. ix. Ep. 33. 'maxime pueri, quos otium lususque sollicitant.' *Dempst.*

164 *Sicubi arderat olim*] Non potest enarrari emphasis hujus tanti doloris. *Barth.*

170 *Atque ibi*] Forsan rectius ubi. *D. Heins.*

172 *Priscas*] *Senes, seniores*. *Barthius.*

175 *Paternis*] Jovia, cujus ex Cerere filia erat. *Idem.*

176 *Hæc comes*] Comes seu custos in re Romana idem nobilibus et patriciis ex J. C. l. 15. §. *comitem. ff. de injur. et lib. fam.* Valer. l. viii. c. 12. de Alexandro, et aperte utrumque conjunxit. Martial. l. xi. Epig. 40. 'Cunarum fueras motor, Charideme, mearum, Et pueri custos assiduusque comes.' At custos pro *ministra*, Macrobi. l. iii. Sat. c. 6. *Dempst.*

Proxima mater] Partu remoto. *Barthius.*

Proxima mater haberi] *Proxima semper* tertius Vaticanus. *D. Heins.*

177 *Tum lacrus effusa comas*] *Diffusa* duo Pulmanniani; ut supra l. ii. 'dederatque comam diffundere ventis:' et de Proserpina: 'Cæsariem diffusa uoto.' Alcimus Avitus l. iii.

de seu: 'Frondentes diffusa comas.' Isingr. tamen et plerique nostri *effusa genas*: ut *effusa* legendum videatur aut *suffusa*, pulvere scilicet: vel etiam *lacrymis effusa genas*; nam in secundo Vaticano, *lacrymas effusa genas*. De *effundendi* verbo pluribus ad Val. Flacci lib. iv. 48. egimus. Pro *canos sordida* perperam *cano* Claverius: quia noster *canum pulverem* ante jam dixerat; quod et perperam Raphaelengius secutus. Virgil. l. x. 'Canitiem immundam deformat pulvere.' Et l. xii. 'Canitiem immundo perfusam pulvere turpans:' quæ D. Hieronymus respexit Epist. ad Innocentium: 'Canitiem immundam perfuso pulvere deturpans.' Ovid. l. viii. Met. 'Pulvere canitiem genitor sedatus.' Prudent. Psychomach. 'fertur resupina reductis Nequicquam loris auriga, comamque madentem Pulvere sedatur:' sic optimus liber. Silius x. 'Pulvere canities atro squallebat:' quibus vulgata lectio abunde confirmatur. *Idem.*

Pulcere cano] Scribendum *canos*. Anget enim hoc spectaculi miseriam. *Barth.*

181 *Maritus*] Non enim hoc regnante tale aliquid timerim. Maritum appellat Jovem: 'hoc prævelans nomine culpam.' *Idem.*

184 *Inarimen*] Antiquiores videntur legisse apud Homerum, Iliad. B. γαῖαν Ἐβραπλυνε, non εἰς Ἀπλοῖς. Quis enim ignorantiae aut oscitantiae arguat divinos illos Musarum interpretes? Sic forte *παράδοξα*, et *παράξαι*, ex duabus dictionibus in unam coaluere. *Claver.*

185 *Alcioneus*] Gigas quem sub Voesevo latere memorant. *Barth.*

188 *Appetitiis*] Alter Vossianus *avipuit*: quomodo et pro diversa lectione secundus Vatic. *D. Heins.*

189 *Hec ubi nunc, ubi, nata, mihi*] Sic venuste Florent. S. Marci. Vulgo *ubi nunc est nata*. Unde *ubi nunc* eo olim legebam; quod unus Pottav.

cum Regio et Oxoniensi adstruunt. Ovid. iv. Fast. in hac fabula: 'Nec mora: me miseram, filia, dixit, ubi es?' D. Heins.

192 *Merorque timori cecidit*] *Pudori cecidit* in scriptis nonnullis. *Idem.*

194 *Emptum morte, &c.*] Imitatur Maronem x. *Æneid.* 'magno cum optaverit emptum Intactum Pallanta.' *Æneid.* ii. 'magno mercentur Atreidæ.' Sidon. lib. vii. Ep. 14. 'Emptum maximo velim.' Atque ita loquitur J. C. Paulus, l. si *servus*. 33. ff. *ad leg. Aquil.* 'veluti filium naturalem occiderit, quem tu magno emptum velles.' *Dempt.*

195 *Funus*] Luctum funebrem. *Barth.*

197 *Levius communia tangunt*] Puto *tangant.* D. Heins.

Levius communia tangunt] Siquidem clades hæc fuerit ea ratione nobis cum Divis cæteris communis. Seneca: 'Ferre quam sortem patiuntur omnes Nemo recusat.' *Barth.*

200 *Cognataque vulnera*] *Cognata* Putean. et Florent. S. Marci; bene. Mox *insensior* cum scriptis legendum; vulgo *incensior*: quod Latinum non est. Noster ii. in Eutrop. 'Inensos tandem superos et consulis omen Agnovere sui.' Val. Placc. v. 'quid tantum infensa repente Numina.' Ovid. i. Fast. 'inlenso pulvis es urbe Deo.' Vidit et veram scripturam curis secundis *Barthius.* D. Heins.

206 *Castique per atria ludi*] *Cantique* Aldus, Vat. et plerique alii; quod rectum alibi diximus. Quamquam et Cicero de Aruspicio Responsis: 'Quominus castissimos ludos omni flagitio pollueres.' *Idem.*

207 *Latebras Rescieri*] Non *tenebras præcieri* scripti. *Idem.*

209 *Hinc Phæben comites, hinc Palлада junxit*] An *duxit*? quod in nonnullis repperi. *Idem.*

213 *Vetistamque dearum Colloquio*] *Vetitoque* malim, ut *Isingrinus* et *Pe-*

tavianus unus. *Idem.*

214 *Patriisque procul mandaverit astris*] Aldus secutus sumus et sex scriptos. Claverii liber *patriis procul mandaverit*: quomodo et *Isingrin.* cum Vaticano aliisque; etiam editiones quedam, approbante *Barthio*: qui tamen videtur malle, *procul a patriis damnaverit astris*, oblitus id verbi versu proximo præcesisse. Vulgo *absentaverit*: quod Latinum esse non persuadent nobis interpretes. *Mandare* pro *amandare*: sic Cicero pro Sulla, 'in extremas oras mandare:' et pro Quint. 'infra mortuos mandari.' *Idem.*

220 *Hennæaque rura maligno*] Sic *Parrhasii* editio, non *Ætnæaque*: Mox *affatu* pro *affatu* scripti fere omnes: *affatum* pro instinctu ponit. *Idem.*

222 *Meritumque loci*] Dignitatem, virtutem, gloriam. *Barth.*

224 *Alieno gramine menses*] Codices vetusti *germine*; idque bene: de floribus enim sermo est; quibus semper abundat campus *Hennensis*. *Gramina rubere* inepte dicuntur: ut supra quoque scribendum videatur: 'Itur in æterno vestitos germine campos.' D. Heins.

226 *Dum flagrat cundi*] Distinguendum puto: *studio dum flagrat cundi*, *Persuadet: teneris, heu, lubrica moribus atas!* ut *rd persuadet* ad Venerem referatur: neque aliter curis secundis *Barthius*. Pro campos mox *colles* meliores scripti: sic et *vallium Hennensium* subinde meminit. *Idem.*

227 *Persuadet*] Interpunge post hanc vocem: *Persuadet: teneris, heu, lubrica moribus atas!* *Ætatem* autem pro *juventa* dixit. *Barth.*

233 *Albet ager*] Sic Horat. 'Nec prata canis albicant pruinis.' *Claver.*

Albet ager] Sic ex suo codice et Horatio Claverius, cui *prata pruinis albicare* dicuntur. Val. Flaccus libro ii. 'Jamque sub Eoæ dubios Athlantis ignes Albet ager.' Alii *Alget*:

quod Raphelengius et Barthius sequuntur. *D. Heins.*

232 *Solinitit altior ari]* Hæc Isingriniana lectio est: quomodo et Gyrard. et prim. Vatic. et ex nostris plerique. Moreti *altius inistit*; non male: alii *extitit axe*: vulgo *adistit orbe*. Ovid. Epist. Hermiones: 'Cum tamen altus equis Titan radiantibus iostat.' Mox legendum cum Aldo et potioribus membranarum, *nox feda: alta ferri non potest*, quia *altior* præcessit. *D. Heins.*

236 *Cornipedum strepitu, pulsuque rotarum]* Sic editiones nonnullæ et scripti plerique: malim tamen *cornipedum pulsu strepituque*; ut apud Martialis. 'Et angularum pulsibus calens Ister.' Statius, Theb. vii. 'Auget et arma virum, pulsusque imitatur equeorum': ubi vulgo *cursumque*. Plura ad Maronianæ *Æneidos* librum sextum, vs. 591. Sequenti versu *mortifer ætus* pro *ille* ex libro Claverii est. Lucret. lib. vi. 'Hæc ratio quondam morborum et mortifer æstus Finibus Cæcropiis funestos reddidit agros:' quibus in versibus nihil mutandum: noster *lethiferum spiritum* paulo ante appellarat. Ovid. Met. vii. 'Lethiferis calidi spirarunt æstibus Austri.' Barthius tamen vulgatam amplectitur. *Idem.*

237 *Seu mortifer ætus]* Pro pestilitate. Vel quomodo potest putare æstum solum fuisse, cum viderit Aurigam? Scribe *seu mortifer ille, Seu mors ipsa fuit*. Sane nihil potest dici aptius simul et facilius. *Barth.*

238 *Livor permanet in herbis]* Hæc scriptorum præstantiorum lectio est: vulgo *livor permansit in herbis*; quod nollem defenderet Barthius. *Lator* Raphelengii est, contra auctoritatem veterum librorum. *D. Heins.*

Livor permansit in herbis] *Livor* ille venenatus. *Barth.*

240 *Adflatum]* Quod vel aura ejus tangere potuit. *Idem.*

241 *Exspirare roas]* Omnem amittere odorem. Sic pubescere, senescere, interire roas dicit Ausonius. *Idem.*

Decrescere liba vidi] Codex regius *livacere*: ipse olim *aracere* legebam. *D. Heins.*

242 *Rauce]* Inamabili, absono. *Barthius.*

244 *Persephone nusquam]* Ita nostri libri constanter; nisi quod nonnulli verbum substantivum addunt. Claverianum *Persephone nulla est*, a Raphelengio et Barthio probatum, minus ad rem facit: nam illud comicum, *nullus sum* Propertii, minus hic ad rem facit. *Persephone* nusquam: subintellige, *comparuit*. Martialis: 'Dic ubi sit decies, mater quod avara reliquit? Nusquam est: fecisti rem, Line, difficilem.' *D. Heins.*

Persephone nulla est] Hoc est, amissa nobis, periit, ut Comici sapins.

Voto] Omnibus simul tribuit injuriam suam; enormitas enim tanta est doloris, ut dispicere non possit. *Barthius.*

245 *Invenimus arcis]* *Undis* Moreti et Vossii liber. rectius. Ovid. v. Metam. de Cyane: 'Gurgite quæ medio summa tenus extitit alvo Agnovitque Deam.' *D. Heins.*

248 *Aggredimur subita]* Non subito: Vossiano libro debetur. Mox et *casus scitatur* Claverianum est: in plerisque scriptis hæc inquinatissima sunt. *Idem.*

Scitatur] Sic opt. liber. Magnam vero huic loco inflixit plagam vel scriptorum incuria, aut perfidia; dum ab iis prima hujus verbi syllaba corripitur. Nam invenias ubique fere: *Casusque scitatur heriles*. Claver.

250 *Tacito sed lapsa veneno]* *Lava* Aldus cum scriptis plerique; bene. Statius, Theb. i. 'Atque aliquis cui mens humili læsisse veneno Summa.' Silius lib. xiii. 'frandum illæsa veneno.' Barthius frustra vulgatum

tuetur. *D. Heins.*

Lapa] Inter manus velot. *Veneno* dicit velut infectione quadam. *Barth.*

Veneno] Dictio hæc mediæ significationis; ita ut addi oporteat sitne bonum an malum: quare bello *Gild. Nexia venena* dixit: sed hic non opus fuit. *Claver.*

254 *Discedunt alia]* Ministræ scilicet: ita hæc et sequentia distinguenda. *D. Heins.*

256 *Accensaque malis]* In vindictam. Mira autem res unde anus ista harum historiam et morem resciverit. *Barth.*

259 *Tractura]* Velut in pœnam mihi. *Idem.*

260 *Demens]* Externata animi. *Idem.*

262 *Vultu ad cælicolas]* Lege: *Ultrō ad cælicolas furioso pectore fertur.* Tò *ultrō* inconsultum aliquid sinu perit. *Idem.*

Ultrō ad cælicolas] Ita Delrii liber: quod et in suis invenisse Claverius videtur. Ex nostris Vaticanus unus melioris notæ et Bartholinianus pari modo agnoscunt, probavitque Barthius curis secundis. Vulgo *vultu*. Infra, 'accenditur *ultrō* Relligione loci:' et mox, 'solamque instantibus *ultrō* Hostibus exposui;' atque ita passim. Virgilius *Æneid. iv.* 'Tandem his *Ænean* compellat vocibus *ultrō.*' In *cælicolas* etiam Isingrinus; quod placet: sic *ferri in hostem* sæpe apud poëtas. Pro *ultrō* Isingrinus et quidam ex nostris *multum*, non male: alii *vultum*. ut legendum forte sit: *Vultu in cælicolas furioso et pectore fertur:* præterea *ferri* in uno Mediceo pro *fertur*; venuste: quomodo noster non raro. *D. Heins.*

263 *Hyrcana]* Tigres ab Hyrcania. *Barth.*

Hyrcana matre] Maximus furor tigris rapto fœtu: noster lib. i. in *Rufin.* 'Aut *Hyrcana* premens raptorem bellua partus.' Rapitur autem equo maxime veloci, sæpiusque mutato, ne mater consequi possit. *Plin. viii. 18.* cui adstipulatur *Flaccus Ar-*

gon. lib. i. 'Venator quum lustra fugit, dominoque timentem Urget equum, teneras complexus pectore tigris.' *Martial. lib. viii. Ep. 26.* quod de globo vitreo objecto matri, in quo depicti catuli ad eam remorandam, petitus est ex *Æliano* in *hist. nat. Addit Solin. cap. 81.* tantam ejus esse rabiem, 'ut navi impositum prædatorem, etiam per fluctus consequatur, donec mergatur:' quod mirum materni animi affectum in *Cerere* potest exprimere. *Dempt.*

264 *Achamento]* Persico, Partho, quæ tum temporis nomina idem valuerunt. *Barth.*

265 *Fremis illa marito]* Fremere ad velocitatem nihil facit: malim igitur *premit*; ut alibi: 'Aut *Hyrcana* premens raptorem bellua Parthum.' Præterea pro *avexit* codex *V. C. Thomæ Bartholini, avertit:* eleganter. *D. Heins.*

266 *Mobilior Zephyro]* Hujus animalis tanta est pernecitas, ut e *Zephyro* marito concipere dicatur. *Claver.*

Virentibus Dispersit maculis] Ut eferatam cognoscere possis ex ipsis maculis, velut horrentibus aut flagrantibus iracundia. *Viridem* pariter noster alibi *Pardum* appellat. Dispergit autem iram maculis cum crinea varii coloris subriguntur. *Barth.*

267 *Jamjamque haustura profundo]* Sic Claverius. Vulgo *nimumque*. Isingrin. *inhialque:* quomodo apud *Virgil.* 'tenuitque inhians tria *Cerberus* ora.' Vir doctus, qui *nimumque* scribit, *mimum* agebat: in secundo Vaticano *vivumque*; non male: ut apud *Statium:* 'natis alimenta erantis *Spirantem* fert ore virum:' atque ita conjecerat *Barthius* curis secundis; vel, *primumque:* sed *Claveriana* lectio vehementer arripit. Sic libro primo: 'Filaque cæruleos *jamjamque* levantia fluctus *Arte* tuament:' ut illic conjecimus. *D. Heins.*

Haustura profundo Ore virum] Cui

celeritate sua supervenit. *Barth.*

268 *Vitræ tardatur imagine formæ*] *Ambrosius Hexaëmeron lib. vi. cap. 4.* 'Ubi Tigris vacuum raptæ sobolis cubile reperit, vestigiis raptoris insistit. At ille, quamvis equo vectus fugaci, videns tamen velocitate feræ se posse præverti, nec evadendi sibi ullum suppetere posse subsidium, technam hujusmodi fraude molitur; ubi se contiguum viderit, sphaeram de vitro projicit; at illa imagine sui luditur, et sobolem putat, revocat impetum, colligere fetum desiderans.' &c. Alii non vitreum talem globum, sed ipsum ex catulis raptis aliquem projici, &c. *Idem.*

270 *Reddite*] Vox juri accommoda.

Non me vagus, &c.] Sensus est; naturales non tam obscuri mihi, quam aut Dianæ, quæ Latones rusticæ filia est; aut Veneri, quæ mari nata est. quod lege apud Tiraq. in ii. connub. *Dempster.*

273 *Quo leges cecidere poli*] *Abiere* malim cum prim. Vaticano, meo, et Parrhasii editione. *Epist. ad Hadrian.* 'Quo sensus abiere pii?' *Lucan. vii.* 'Quo tibi fervor abit?' *Statius Theb. vii.* 'quo sacra tamen ritusque peremptæ Mater abire jubes?' Sic apud *Homer. Iliad. θ. πῆϊβαν εὐχόμεθα, θεὸς δὲ φάμεν εἶναι κρείοντες*; Posset et legi, *Quo leges recidere poli?* de qua locutione supra egimus bello Gildon. vs. 44. vel, quia in *recidere* prima syllaba plerumque producitur, *Quo leges cessere?* ut in *Virgiliano*, 'fiducia cessit Quo tibi, Diva, mei?' *D. Heins.*

Cecidere] Omnia quæ ab ordine et constantia vacillant aut nutant, *cadere* dicuntur. *Barth.*

274 *Noti pudoris*] Quippe auxtrix prostituendi corporis. *Idem.*

275 *Lemnæ vincula*] Amor indomita quæque subdit sibi, et ferociore animos mollit; inde data fabulæ occasio, ut. 'Venerem Marti concubasse feratur.' *Ovid. Metam. lib. iv.*

Fab. 5. et Narcexylas lib. ii. Martialis lib. v. Ep. 7. Prudent. in Rom. 'Deos catenæ colligant adulteros.' *Stat. lib. ii. Thebaid.* 'ultrices castigavere catenæ.' *Lemnæ vincula*, quod *Vulcanus* ea parasset, qui in *Lemno* insula colitur. *Plin. lib. iv. cap. 12. nos* ter in *Epithal.* 'Lemnus hæc etiam gemmis exstruxit et auro:' hoc fictum, quod *crebra fulmina in Lemno cadant*, quorum ignis est *Vulcanus*. *Serv. ad viii. Æneid. vs. 454. et Stat. iii. Theb.* Sic *Venus* ad *Martem*: 'Hoc mihi *Lemnæ* de te meruere catenæ.' *Dempster.*

276 *Sopor*] Somnum veteres quandoque pro concubitu dixisse, locis vulgo non animadversis docemus alibi. *Barth.*

282 *Hominem sitientibus aris*] *Hominum* *Claudianus* scripserat, quicquid libri obstant. *Cons. Manlii*: 'cædis sitientem differat arcum.' *Ovidius* libro primo *Trist. El. 5.* ex veteri codice: 'Utque rapax stimulantem fame, sitiensque cruoris Incus-toditum captat ovile lupus.' In vulgatis illic libris *cupidiisque cruoris*. *Silinus lib. iii.* 'Atque ille haud unquam parcus pro laude cruoris, Et semper famæ sitiens.' *D. Heins.*

Hominem sitientibus aris] Notæ aræ *Dianæ Tauricæ*, ubi immolabantur homines; notæ et *Busiridis* hospitum mactatrices. *Barth.*

289 *Esset oneri*] *Molestiæ. Idem.*
291 *Nulla potest placare dies*] Imo *quies* cum melioribus; quod vidit *caris secundis Barthius*: et paulo ante aut *caris*, non *hæc* cum melioribus. *D. Heins.*

Nulla potest placare dies] Ineptæ lectio; non enim de tempore aut die loquitur, sed de quiete, et latibulo, et modestia filix suæ *Ceres*. Quare cum libris aliquot Belgicis scribendum: *Nulla potest placare quies*. *Nulla*, inquit, solitudo, nulla latebra, nulla tumultum et turbarum fuga potest a nocendi proposito invidiam aver-

tare. *Barth.*

292 *Prohibet reverentia patriæ*] Al-
dus et Isingr. *sententia*; quomodo et
ex suo legit Delrius; nec aliter quin-
que nostri: frustra; supra lib. II.
'reverentia patris Obstatit auxilio.'
Jupiter apud Statium Theb. I. 'nos-
tri reverentia ponderis obstat.' *D.*
Heins.

293 *Matris*] Maternos dolores ejus
miseratæ. *Barth.*

296 *Intumuit*] Iracundia aut vehe-
mentia alia. *Idem.*

297 *Supplex arctaque vestris*] Vul-
go miserandaque; quod cum misera uno
eodemque versu ferri non potest. Cla-
verii et Isingrini codices secutus sum.
Noster lib. I. in Rufin. 'dejecerat
omnes Oecultis odiis terror.' *D.*
Heins.

301 *Si nota*] Alii *sit rapta*; forte
sit nota: malim etiam, si per mem-
branas liceat, *quancumque daturæ For-*
tuam, si nota, feram; vel, *quodcumque*
dedistis Fortunæ: nam *Fortunæ* est in
secundo Vaticano: *quantamque* quin-
tus præstantis notæ in eadem biblio-
theca. *Idem.*

303 *Non repetam: securo manu*] Dis-
tinctione locum juvinus, qui Bar-
thium valde exercuit. *Idem.*

Non repetam quævis manu] Incon-
cinna hæc sunt. Si sic leg. *Non re-*
petam, quin visa manet: manus potest
violentiam designare. Sed omnino
ulcus subest. *Barth.*

304 *Affirmo prædam*] Consentio illi,
teneat instar prædæ, non reddat meo
juri, quam tenet ut suo. *Adfirmatores*
Tertulliano eadem vi, qui testimonio
suo negotium ratum habent, et certi-
ficant. *Idem.*

Affirmo] Ulpiano *Affirmator* quasi
fidejussor est, cum idoneum tutorem
dixit: hic vero Ceres adfirmat præ-
dam, ita ut idoneum raptorem præ-
stet. Ovidius: 'decepit idoneus
auctor.' *Claver.*

305 *Quod si nos*] Non vos, probe
unus Medicæus. Deinde *fandere* pro

munere potiores scripti: et hoc probe.
D. Heins.

307 *Quid horror*] Sic quatuor scrip-
ti: alii plerique *quis horror*: vulgati
timorque. Valerius Cato in Diris:
'Luna, dolor nosti quid sit, misere
dolentis.' *Idem.*

309 *Crine fruaris Semper Apollineo*] Perpetua juvenus Apollinis hoc mo-
do depingitur; sic enim gaudet inson-
sa ille coma. *Barth.*

311 *Imbribus*] Lacrimis densa.
Idem.

312 *Quid tantum dignum fieri*] Ma-
lim *quid tandem*: sed cum Claverius
testetur in optimo codice non compa-
ruisse, per me licet pro spurio habeat-
ur hic versus. Mox nam *bella palam*
pro non prim. Vatic. *D. Heins.*

313 *Vana*] Decepta, elusa. *Barth.*

314 *Bella caelestia*] Totius cæli in
te conspirationem. *Idem.*

316 *Diem*] Quacumque Sol lucet.
Amor vero maternus etiam ipsum
Orcum penetrat. *Idem.*

322 *Cunctabitur*] A nobis. Nulla
nobis cunctatio erit, etiam objectam
Syrtem videntibus. *Idem.*

323 *Fines noti*] Omnem terrarum
orbem peragrasse invenientes Prose-
pinæ fabulati sunt Cererem. *Idem.*

324 *Primo*] Supremo. *Idem.*

327 *Exstincta*] Imprudenter; quam
immortalis sit Dea, et *diu sedas*. Sed
Poëtis *extingui* summum mororem,
etiam citra mortem, denotat. *Idem.*

331 *Noctivago*] Nec noctu enim
famosissima ista quæsitio interrupta
est. *Idem.*

Inflammatu labori] *Informatura*
Isingrinus, et septem nostri; non dis-
plicet: ut apud Virgil. 'His infor-
matum manibus jam parte polita Ful-
men erat.' Et mox: 'Iugentem in-
formant clypeum.' Prudentius Psy-
chomach. 'Ærea sed cassis cocto in-
formata metallo:' sic veterimus li-
ber, nisi quod transpositis vocibus
oculo cassis exhiberet: plura lib. I.
vers. 237. diximus; hic tamen loci

nihil mutandum. Cicero Verrina vi. 'Quam cum investigare et conquirere Cores vellet, dicitur inflammasse tædas iis ignibus qui ex Ætnæ vertice erumpunt.' apposite. *D. Heins.*

333 *Lucus erat prope flumen Acin*] Claverius in antiquissimo codice *fluvium Acin* legi notat, quod miror ab eo non receptum; nam vulgata lectio contra prosodice leges manifeste pugnat: etsi priorem in *Acin* syllabam vetus epigramma necdum editum corripit, cujus tamen auctoritas non est magna. De Galatea: 'Diffugientia pontum silvas Galatea peragrat; Custodem ut pecorum cernere possit Acin. Nam teneros gressus infigit sentibus ardens, Nec tamen alta pedum vulnera sentit amor. Ipsa Cupidinæ cedunt elementa pharetræ, Cujus et in mediis flamma suburit aquis.' *Flavos* Poëta fluvios dici quis nescit? Sic *flavus Tyberis, Lycormas, Alphæus, Simæthus*, alii. Simile mendum infra Eidyllio de Phœnice sustulimus, 'Talis barbaricas flavio de Tygride trinas Ductor Parthus agit; ubi *flavo* legendum: ut et apud Propertium lib. ii. El. 9. loco vexatissimo: 'Et dominum lavit mœrens captiva cruentum Appositum flavis in Simoënta vadis:' ita enim conjicio corrigendum: vulgo *fluvius vadis*, quod adjective sumi Passeratius contendit, ut *fluvius Auster*; sed non persuadet. Frustra etiam vir maximus distichon hoc, ut spurium, delendum censet.

Idem.

Acin] *Acis* fluvius Ætnæorum camporum. *Barth.*

334 *Innexis ramis*] Sibi implicatis. *Idem.*

335 *Qua libet usque premens*] *Quamlibet* opinor scribendum: de qua voce pluribus egi ad Nasonem. *D. Heins.*

337 *Datur*] Narratur, traditur, simplex pro composito. *Barth.*

342 *Tumulis exanguibus albert*] *Cumulis* lege vel contra scriptos, quod et Scaliger vidit. Noster Cons. Olybrii:

'Crescunt in cumulum strages vallem: que profundam Equavere jugo.' Bello Gild. 'Quid referam morbove luem cumuloave repletos Stragibus?' sic et alibi. *D. Heins.*

343 *Suspirant*] Proprie loquitur: *sarum* spiritu fulminis inflatæurgent. *Barth.*

345 *Strictos Egeonis enses*] *Fractos* malit ex suis libris Parrhasius: quod et mihi placet. Mimesis Statiana est, Theb. ii. 'Quercus erat teneræ jam longum oblita juventæ: Huic læves galeas perfossæque vulnere crebro Inserit arma ferens: hinc truncos ictibus enses Subligat, et fractas membris spirantibus hastas:' quam fortasse rectius illic libri *tractas*; et mox: 'Nunc tibi fracta virum spolia informesque dicamus Exuvias.' *D. Heins.*

Egeonis enses] Alludit ad trophæum Romanorum, de quibus Serv. ad ii. Æneid. princip. et noster de vi. Honorii Consulatu. De Gigantib. lege Gigantom. et de Ægeone Hom. lib. i. Iliad. 403. *Dempst.*

346 *Curvata vix fronde levat*] *Fronte* priscæ editiones; rectius. Arboribus apud Poëtas sua capita, frontes, comæ, brachia; nihil magis obvium. Infra quoque legendum, *frontibus a-*quis *Adstant*. *D. Heins.*

Fronte] Claverius ex Vet. Cod. legendum censet *fronde*: agit enim de arbore, atque ramos nimium apollis onustos indicat.

347 *Exsultat Cæi spoliis*] *Caci* in plerisque scriptis: alii alia monstra lectionum suggerunt. Vulgata scriptura optime sese habet nisi *Rhati* navis: nam in duobus antiquis est *ratii*. Facessat Barthius cum suo *Zancla*, qui nullus inter gigantes fuit. *D. Heins.*

Cæi spoliis] *Zancli* libri optimi. Et sane ille Gigas, licet nobis ignotior.

Mimantis] Gigantis nomen. Horat. 'et validus Mimas.' *Barth.*

350 *Opima*] Spolia a victore Duce ipsi detracta. *Barth.*

351 *Terrigenum*] Gigantum. *Idem.*

352 *Ni lapsum fulciret proxima querens*] Alii *lapsam*: sed si lapsa jam erat, non video quo modo fulciri poterit. Lege igitur *lassam* cum Delrii et Isingrini codice, ac sex nostris. Idyllio de Phœnice: 'ceu *lassa* procellis Ardua Cancasio nutat de vertice pinus.' Statius Theb. i. 'in plana Cithæron Porrigitur, *lassumque* inclinat in æquora montem' sic optime membranae. Sic libro primo in Rufinum v. 276. '*lassa* ratis procellis:' et '*lassi* pontes' Consulatū Manlii Theodori vs. 237. quomodo castigavimus utrumque locum. *D. Heins.*

353 *Inde timor*] Petronius e Statio: 'Primus in orbe Deos fecit timor.'

Numenque loco] Luci habebant miseris instar quoddam numinum. *Barth.*

355 *Robora lædere*] Religio luci vetat vel sceleratos et immites offendere arbores: tales finxit vetustas Cyclopes. Gell. xxv. cap. 21. De loco natali eorum certamen est; nam continentis terræ, non insulæ fuisse incolæ docet Turneb. lib. xxiv. cap. 10. et lib. xxix. cap. 32. Ex Hom. vi. Odyss. princ. At receptam sententiam sequens noster, ponit eos in Sicilia, i. de Raptu: assentiente Virg. iii. *Æn.* 'Ætææos fratres cælo capita alta ferentes.' *Dempst.*

358 *Vibratque incerta securim*] Aldus et scripti quidam *infesta*: non probō. Virgil. ii. *Æn.* de tauro: 'incertam excussit cervicē securim.' Silius lib. v. 'pressamque ad colla bipennem Incerta cervicē ferens altaria liquit.' Prudent. Apotheos. 'incertum frustratur victima ferrum.' Seneca Medea: 'Incerta, vecors, mente non sana feror Partes in omnes:' et mox: 'Incerta qualis entheos cursus tulit, Cum jam recepto Mænas insanit Deo:' et deinde: 'anceps æstus incertam rapit.' *D. Heins.*

Incerta] Ipsa iracundia. *Barth.*

359 *Ipsam etiam per itura Jovem*] Claveriani codicis scripturam expressimus, quam et Raphelengius secutus: nam sive *petitura* cum vulgatis legas, sive *feritura* cum scriptis nonnullis, claudicabit versus. Barthius *petat ira Jovem*. non male. *D. Heins.*

Per itura Jovem] Nobis illud *per Jovem ire* longius abire a Claudiano videtur. Scribam: *petat ira Jovem*. Quod dignum Genio auctoris et re ipsius momentis. *Barth.*

362 *Certo prætentat brachia nixu*] *Percenset* decem libri: tres *præcenset*; quod tantundem noster alibi: 'Reliquias numerare breves parvamque juvabit Percensere manum.' 'Percensere ævi senium' dixit Statius Thebaid. i. Niobe apud eundem lib. iv. 'tumido percenset funera luctu.' Silius lib. xv. 'Dumque ea confuso percenset murmure vulgus.' Gratius: 'tum deinde monebo, Ne matrem indocilis natorum turba fatiget Percensere notis, jamque inde excernere parvos.' Pro *vix* etiam *nixu* lege cum scriptis Raphelengioque, et *malo* pro *clavo*, paulo post. *D. Heins.*

Brachia] Ramos extensiores arborum. *Barth.*

363 *Sic, qui vecturam*] Ita Regius et unus Mediceus: vulgo *vectorus*. Mox *cupressi* meliores: et *Miretur* unus ex Mediceis. *D. Heins.*

366 *Rudibus silvis*] Arboribus ut terra prosatæ sunt. *Barth.*

370 *Cupressus*] Tædæ Cereris apud Ovidium sunt pinæ. *Claver.*

373 *Apollinei nemoris nutritor Orontes*] Celeberrimum nemus in suburbii Antiochiæ, Oronte fluvio prælabente, *Daphnos* nuncupatum a lauro-rum frequentia. *Barth.*

374 *Frondebis æquis*] *Frontibus* Parhasii editio, et septem ex scriptis nostris. *Socio vertice* mox pari modo dicit: pluribus supra. *Extant* etiam scripti nonnulli: et *alternansque* tres Florentini cum Palatino. *D. Heins.*

376 *Hæ placuere facies*] Sæviti hic

quoque more suo Scaliger in Poëtam, quem tamen damnare non audet: at 'infeliceiter,' inquit, 'Cupressi naturam expressit, nam ea tædas non dat.' Quæro te, Vir magne, quis nescit funebri officio hanc addi solitam? Serv. ad III. et VI. *Æneid.* Plin. l. XVI. cap. 33. Ovid. x. *Metam.* Fab. 3. quam Horat. lib. II. Od. 14. *iniviam* vocat, et Epod. Od. 5. *funebrem*. Silius l. x. *maxtam*. Quid? quod ante templum Cereris crescebat frequentius ea arbor. Serv. ad II. *Æneid.* fine, ad illud: 'juxtaque antiqua cupressus.' Imo et sacra huic Dææ. Stat. IV. *Thebaid.* 'minor ara profundæ Erigitur Cereri.' Id est, Proserpinæ: nil mirum ergo si præsaga funeris Ceres, et funebrem arborem, et suam, ad illos usus accommodarit. Communiter tamen tædæ nuptiales non ex cupresso, sed ex spina pinæve, Plin. l. XVI. c. 18. ex Massurio. Maro in Cyri: 'Pronuba nec castos accendet pinus odores.' Varro apud Nonium in didasculo, de numero facium, gestatione, aliisque ritibus. Tiraq. in Alex. lib. II. cap. 5. adde Senec. Octav. act. II. scen. 2. act. III. scen. 1. Plaut. *Casina*, act. 1. scen. 1. Nota apud Romanos pueros *patrimas* faces præferre solitos. Plin. *Probl.* cap. 2. At apud Græcos matrem, ut hic habetur, et accedit Eurip. *Phen.* 'Ego autem neque tibi lumen accendi legitimum in nuptiis, sicut decet matrem.' *Dempeter*.

380 *Pocueris comas*] *Comam* libri. *D. Heins.*

386 *Animare ad limina tazos*] *Armare* prim. Vaticanus: quomodo apud Silium l. XIV. 'Armatam hinc igni pinum et devolvere saxa Certabant.' *Pinum* pro facibus pineis ponit: sic enim liber optimus: vulgo *malem* minus bene. Oxoniensis *animarum*: quomodo et Claverii codex, quod illi placet, ut ruere pro eruere sumatur: subscripsit Claverio Barthius. Vulgata lectio proba est et elegans: ani-

mandi verbo frequenter utitur Claudianus; libro II. in Rufin. 'Flexilibus inductis animatur lamina membris:' ubi perperam cum scriptis nonnullis *hamatur* legunt. Nupt. Honorii: 'subitis animantur frondibus hastæ:' et alibi; 'juga deserit Hæmi Orpheis animata modis:' quod ex Statio imitatus Theb. VIII. 'Tyriam reptantia saxa Ad chelyn, et subitas animantem Amphiona cautes.' Idem Surrentino Pollii: 'Si quid Apellei gaudent animasse liquores.' Idem Pietate Abascanti: 'Si manus aut similes docilis mihi fingere ceras, Aut ebar impressis aurumve animare figuris.' Theb. VI. 'Exin magnanimum series antiqua parentum Invehit miris in vultum animata figuris.' In *vultum animata* ut Sylvarum tertio, Lacrymis Etrusci: 'Quæ divum in vultus igni formata liquescat Machina.' Pentadius de adventu veris ex optimo codice: 'Sentio, fugit hyems, Zephyrisque animantibus orbem Jam tepet Eurus aquis. Sentio, fugit hyems:' vulgo *moventibus orbem*. *Animari* igitur *faces* dictæ quæ accenduntur: sic *lucerna animam* Varro dixit Bimarco, 'Noctilucam tolle, ad focum fero, inflo: anima reviviscit:' plura hoc loco secundis curis Barthius. Pari modo et 'vivas lucernas' Horatius dixit. Plautus Aulularia, act. I. sc. 2. 'Si vivet ignis, tu extinguere extempulo.' Ovidius VI. *Met.* 'Cum videt Æsoniden extinctaque flamma revixit:' ita ex membranis scribendum, non *revixit*: plura ad illum locum. Cæterum *ruit animare* nostro dictum, ut *ruit dicere* Propertio l. IV. El. 1. 'Quo ruis imprudens vaga dicere facta, Properti?' *ruunt odore* Lucano lib. VII. 'Scire ruunt quanta fuerint mercede nocentes:' ut illic optimæ membranæ. Perperam *volunt* in vulgata. Statius Theb. VI. 'ruit Hæmonium, dum fervidus instat Admetum superare Thoas:' lib. VII. 'novercales ruimus ditare

Mycenæ. Denique totus hic Claudiani locus ex eodem Statio adumbratus Theb. iv. initio, ubi inter alia: 'Sævus honos fluvio, Stygiæ lustrare severis Eumenidas perhibetur aquis: huc mergere suæ Ora, et anhelantes poto Phlegethonte cerastas: Seu Thracum vertere domos, seu tecta Mycenæ, Cadmeumve larem.' ita illic lege pro tuto *Phlegethonte* cum antiquis membranis. *Idem.*

Animare] Accendere. Ignem enim vivere, spirare, mori, exstingui, alunt. *Barth.*

387 *Cadmi*] Tragicis decantatas fabulas. *Idem.*

Cadmi seu maris] Moreti liber cum tribus aliis, limina, ut Statius 'Cadmeumve larem.' *D. Heins.*

390 *Phlegethonte ad undam*] Non in unda tres scripti. Mox *exceptis* pro *acceptis* plerique. Florent. S. Marci *suscepit*. Pro *plantis ferratis* Regius *palmis vel portis*. *Idem.*

398 *Adversa fronte*] Sic plerique veterum, non *aversa*; ut apud Silium: 'sed et obvius hostis Adversa fronte.' Ovidius II. Met. 'adversa prœnsa a fronte capillis.' quanquam de cupressorum fronte intelligi hoc loco malim. *Idem.*

396 *Compresso mons igne tonat*] Non placent ista. *Barth.*

397 *Nequeunt exire vapores*] *Harere* meliores scripti: et mox *stridunt* pro *strident*; ut initio libri primi, 'Angues Triptolemi stridunt:' et alibi passim apud Poetas; præsertim apud Maronem in vetustissimis exemplaribus. Opinor tamen a Claudiani manu esse, obductique negant *harere vapores*: sic Statius frequenter. *D. Heins.*

403 *Quo Luna juvenco*] Petaviani duo *jugales: juvenco* Claverius ex suo libro, et illo Ansoniano, 'revocavit Luna juvencoas;' sed nulla opus mutatione. Idyllio de Phœnice noster: 'mitidos stupefacta juvencoas Luna premit.' Thæreo etiam Læne tri-

bunnt mythologi veteres. *Idem.*

407 *Non tales*] More Græcorum Heroum vetustissimo, quo filiabus sponis præferebant faces matres. Hæc autem hactenus imperfecti operis duriora sunt, et utique post obitum Scriptoris edita, in quibus laborare etiam velle inanis sit operæ. *Barth.*

409 *Sed thalami*] Ita Oxoniensis, non *et*; quæ repetitio efficax admodum est. iv. Cona. Honorii: 'Marte sed ancipiti, sed multis cladibus empta.' Nupt. Honorii: 'Sed certe meritor princeps, sed princeps natus:' quomodo vetus liber. Ovid. vi. Met. 'non est lacrymis hic, inquit, agendum, Sed ferro, sed si quid habes quod vincere ferrum Possit:' ut cum scriptis legendum. *D. Heins.*

417 *Qua sospite nusquam*] Vulgo *numquam*. *Idem.*

418 *Squalida, vilis*] Puto *squalida visus*; qui Claudiano non novus est Græcismus. Petavianus certe *vultus*. *Idem.*

420 *Ademi*] Id est, perdi, exilio seu relegatione.

421 *Solamque instantibus ultro*] Ita scripti; non *solum quæ*: malim tamen *quæ solam*. *D. Heins.*

423 *Lata sonantibus arvis*] Non *armis* Reg. et Petav. *Idem.*

428 *Qua te parte poli*] Lucani hemistichium est, l. ix. 'Qua te parte poli, qua te tellure reliqui, Africa?' Mox *ferus ipse* non ille scripti. *Idem.*

434 *Efficietne labor*] *Proficietne* Regius et Ambros. Mox *tandem fortasse*, non *talem* primæ edd. cum uno Petaviano. *Idem.*

441 *Pleno rimatur lumine campos*] Hinc natum morem filifamilias per egre mortui corpus nocta prælucentibus facibus in Cereris fanum inferendi. *Barth.*

Pleno rimatur lumine campos] Id est toto. Livineius tamen ad Proportium *præno* legit; sed perperam. Vulgatam lectionem libri veteres con-

stanter tuentur: noster lib. i. in Eutrop. 'quid fertile terris, Quid plenam sterili possit sub consule nasci?' Trebonius apud Ciceron. lib. xii. Epist. 16. 'Ingressum pleno gradu cohortari non intermitteremus.' Statius ad Claudiam Uxorem: 'Sed venient, plenis venient conubia tædis.' Ovid. de Pont. l. ii. Ep. vii. 'Sustineas ut onus, nitendum vertice pleno est:' ut recte veterrimus Amplissimi viri Claudii Sarravii liber: vulgo *vertices recto*. D. Heins.

443 *Omnis madet orbita fletu*] *Perit* Vossianus nuns; quod malo. Statius, Theb. vi. 'delet sulcos iterata priores Orbita.' Mox pro *Omnibus admugit*, *quacunque it in æquore siccis*, multi veteres *fulcis*: quintus Vaticanus optimæ notæ *sulcis*; recte: quomodo et curis secundis coniecit Barthius. Cætera inquinatissima sunt, et quibus manum non temere, qui sapit, admoverit. Errores Cereris descripturus cum finiat, facile apparet, quam multa in hoc poematio desiderantur. Nonnullis certe codicibus subscripta hæc offendi, 'Finis Clau-

dii Claudiani de raptu Proserpinæ, ejus quod invenitur: nam alterum volumen apud nos non exstat.' *Idem*.

443 *In æthere siccis*] Omnino vitiosa est hæc scriptura. Ait Claudianus ætherem clamore, terram et mare luce funebrium suarum faciem Cererem implere. Quare haud dubio vera est lectio, licet intricatior ab auctore ipso relicta: *omnis madet orbita fletu*. *Omnibus admugit*, *quacunque it in æthere, sulcis*. Rotarum videlicet, non enim de alio quoquam loquitur. *Barth*.

447 *Scyllæa petit*] Flammæ videlicet fulgor. Porro deesse quartam hujus operis librum possis scire, si Claveriani Codicis Catalogum contemplare, ubi iam tamen amissus desiderari notatur. *Idem*.

Canibusque reductis] Scylla scopulus, a longe formam humanam capite canino refert, inde fabula nata. Isid. lib. xiii. cap. 18. et xi. cap. 3. Serv. ad iii. *Æneid.* fine: 'Prima hominis facies et pulchro pectore virgo.' Lege Fab. plenissime lib. xiv. Metam. Fab. 1. *Dempet*.

XXXVII.

GIGANTOMACHIA.

POEMATIIUM hoc, quod mutilum ad nos pervenit, ex Græco Claudiani Latinitate donatum aut ab ipso Claudiano aut ab alio temporum istorum scriptore existimo. Idem quoque mihi persuadeo de Epistola ad Hadrianum, deque Idyllis nonnullis, qualia Phœnix, Hystrix, Torpedo, Nilus, et Magnes: ut enim aliquid Claudia-

neum in iis facile agnoscas, ita languent numeri plerumque, et raro ad Poëtæ nostri hac in parte felicitatem adsurgunt; nec accesserim iis, qui seni et effæto ista excidisse opinantur. A D. Hieronymo ex Gigantomachia incerti hæc citantur: 'Quo fugis, Encelade? quascunque accesseris oras, Sub Jove semper eris.'

quæ huic poematio non vana conjectura accenseri possint. Græce quidem Gigantomachiam scripsisse Claudianum testis omni exceptione major Arsenius in Apophthegmatis, ex quo fragmentum primi edendum curavimus. Noster ipse Præfatione vi. Cons. Hon. 'Enceladus mihi carmen erat victusque Typhoeus.' Ejus Gigantomachiam partem in Sicilia suo tempore inventam vir summus Petrus Bembus affirmat Epistola ad Angelum Politianum. Verba ejus apponam: 'Reddidere mihi Sicilienses negotiatores codicillos tuos, quibus petebas, ut Constantinum convenirem, atque ab eo tibi Claudiani Gigantomachiam, quam habere illum audieras, impetrarem.' Et mox: 'Verum quam habet Constantinus Gigantomachiam, ea potius blattomachia est. Etenim annis superioribus, dum inter vetustos ac jam prope defictos libros, quos ei non doctus homo quidam dono dederat, singula ipse (ut sui moris est) diligenter inspiceret, cum Hesiodi fragmentis in charta extremæ paginæ proxima, Claudiani Gigantomachiam titulum reperit, et pauculos tantummodo hexametros; tum alteram iterum chartam, in qua opus desinebat. cætera tinea depopulaverant, ita ut legi non possent: hæc quoque ipsa corrupta et infida satis, ut quæ ab indoctis librariis describuntur. Igitur quæ habui, ita ut erant, huic epistolæ subtexui: quamquam in illis ipsis, quæ desiderantur, non valde multum amissimus. Nam ex versuum numero, quem eo in libro eique operi librarius supputavit, Gigantomachiam omnem carminibus CXLV. constare tumet videbis: ut credibile plane sit, Cladianum eo in poemate conscribendo luisse potius, quam ullum Poëtæ sibi nomen quævisse.' Hæc Bembus. quæ curis quoque secundis a Barthio observata, uti et de fragmento Gigantomachiam apud

Arsenium exstante, serus deprehendi. *D. Heins.*

Politum satis Carmen, dignumque feliciore exitu, sed materia vulgaris. Ideoque nulla diligentia comparabilis cæteris.

1 *Terra parens*] Πηληγεῖος Gigantes.

Cælestibus invida regnis] Ex Terra et Tartaro natos Gigantas notat Hyginus, consensu nostri. Gigantum autem bellum, minime Diis facile profligari, ut etiam præcipuorum inter eos aliqui interierint. *Barth.*

2 *Titanumque simul*] Jam enim victi erant apud inferos. Ubi perpetuo servariungebantur. *Idem.*

Miserata dolores] *Labores* Rottendorphianus pro diversa lectione. *D. Heins.*

3 *Tartara facta*] Non *cætu* meliores scripti: vidit Raphaelengius, in contraria eunte Barthio. *Idem.*

Cætu] *Cæsus*, concubitus, quem dextre hic poni docet vox *genitura* quæ statim imminet, absurde enim *genitura* dicitur mater, factu jam, eoque tam vario, nominato. Sententia est, per totum Tartarum monstris gignundis conditiones quæsisisse Tellurem. *Barth.*

4 *Nefas*] Impiam sobolem in Deos. *Phlegramque retexit*] Imo fundamine eruit, producendis Gigantibus. *Barth.*

5 *Hostes*] Ætheris, in quem profecebantur. *Idem.*

6 *Fit sonus*] Repentini tumultus indicium.

Eruptum Crebri] Adrianus Behotius legere mavult *erumpunt Erebo*: minime male, cum paullo ante *crebri* vox usurpata sit. *Eruptio* autem congrua tumulti monstrorum. *Barth.*

Eruptum crebri] *Crebro* veteres nonnulli, cum primo Vaticano; lege *Erebo*; nam in Buslidiano *Erebi*; quomodo in Apophoretis Behotium castigassee serus agnovi. Deinde *secundum*

que creati meliores. D. Heins.

8 *Gemino lapsu*] Singuli enim angues pro singulis pedibus erant. Barth.

9 *Pallescunt subito stellæ*] Ut solent contuitu inferarum rerum. Idem.

10 *Docuitque timor*] Nunquam alias docilem aut volentem. Idem.

Docuitque timor revocare mentes] Forte cogitque. D. Heins.

12 *Occasum volvere pati*] Didicere prim. Vatic. et sex alii; recte: ut infra; 'Et didicit cum morte Deam.' Barthius *Occasum optavere pati*, ex membranis: nescio autem quas designet membranas; nam Palatinus et Pulmanniani pro vulgata stant scriptura. Deinde multi veteres *cum servida*, non *sum*. Idem.

14 *Pubes demitura Deos*] Omen belli prosperi arripit. Barth.

15 *Mundum*] Cælum, terram, ærem. *Mundus* vò nûr. Idem.

16 *Sentiat*] *Sentiat* prim. Vatic. idem mox pro *agnoscat* cum aliis ple-risque *cognoscat*: nonnulli *cognoscat*: Barthius *cognoscat quod terra potest*. D. Heins.

Ille] Quem dicere detestor. Nec dicendus; quod extremi odii. Barth.

17 *Agnoscat, quid Terra*] Lege: *Cognoscat, quod terra potest, sic viribus ullis Vinco?* cur nobis *Cybele meliora creavit?* Idem.

Si viribus ullis] Opt. Ambros. et quatuor alii, *si curribus illis: si curribus ullis* tert. Vatic. et Rottendorph. Puto *cur viribus illi Vinco?* Barthius *sic viribus ullis Vinco?* Mox pro nobis, Florent. S. Marci vobis; quod præstat. D. Heins.

19 *Qui semper acerbis*] Cur Lucens. et prior Moreti; bene: plurimi alii quæ. Forte ut. Paulo ante *Cui nullus telluris honos* prim. Vatic. non Cur. Idem.

21 *Vivo sub pectore pascit*] Nullo Palatinus: cæteri pro vulgata stant scriptura. Barthius *volucrum recidivo*

pectore pascit, quæ conjectura utcumque arridet: ut *recidivum pectus* dicat pro eo quod assidue repullulat. Addeatur quæ notamus ad Idyllium de Phœnice, vs. 66. Putabam aliquando, *Volucrum fibroso pectore pascit*: ut illa Virgiliana respexerit de Tityo, 'nec fibris requies datur ulla renatis:' *fibroso* vel *viresco* primo exaratam fuerat; *fibrosus*, ut *venosus* a venis: ita 'venosum librum' dixit Persius. Idem.

22 *Prometheus*] Titanes suos loquitur, quos vinculis solvere studet. Barth.

23 *Atlantis apex*] Dux Titanum eam pœnam sceleris retulit, ut immensum cœli onus semper portaret. Ita vero Typhœus contra Jovem prælium initurus Atlantem se liberatrum clamat, ut Dii cogantur sua opera cælum sustinere, in Dionys. II.

Flammantia pondera] Cum laberentur sidera, malleo ea refrigere dicebatur. Barth.

24 *Et per canitiem*] Aberat hic versus ab opt. Ambros. et sine dubio mendosus est: *flammantia* quoque sidera, non *pondera* Rottendorph. D. Heins.

Glacies asperrima] Descriptionem Atlantis plenam habes in Africa Joannis Leonis Afri. Barth.

25 *Tityon*] Fabulæ notissimæ. Idem.

26 *Solvite Titanas vinculis*] Sane vero si cruciabiliter extincti morte solvi poterunt. Idem.

Defendite matrem] Post hæc in Lucensi hiatus unius versus. Paulo ante *exercitus ultro*, non *ullor* in prim. Vat. D. Heins.

29 *Vestris nec parcite membris*] *Nostris ne scripti*; et placet. Freta et montes membra sua vocat eleganter: sic mox 'tellus In natos divisa suos.' Idem.

Vestris nec parcite membris] Veram lectionem defendunt membrana. *nostris ne parc.* m. Terræ enim membra,

non gigantum. *Barth.*

31 *Miscete polum*] Agite, ferte.

Rescindite turres] *Restinguite turbas* prim. Vat. et duo alii; male. Virgil. 'magnum manibus rescindere cælum Aggressi.' *D. Heins.*

Turres Sideræas] Munimenta. Turres enim amplæ etiam arces dicuntur. *Barth.*

33 *Alter habenas*] Dicas in voce alter, nomen latere. *Idem.*

35 *Porphyrion*] Celebris inter Gigantes. *Idem.*

Cirrhæaque templa tenebis] Alii *tenebis*, vel *tenebit*, vel *tenebo*. *Lege teneto* cum sex scriptis aliis et quatuor Vaticanis: *tenebunt Barthius. Porfurio* etiam prim. Vatie. Et mox Viennensis, *Neptunum traxisse vadis*, non *fretis*. *D. Heins.*

39 *Devellere crines*] *Divellere* cum libris. *Idem.*

40 *Speratque Diana conjugium*] *Spiratque* prim. Vatic. a manu prima; eleganter: de quo verbo plura curis secundis ad librum v. Met. Nasonis, 348. et supra: IV. Cons. Honorii August. 563. Noster VI. Cons. Honor. 'Et ruptas animis spirans immanibus Alpes.' *Idem.*

41 *Violare Minervam*] Contemnerare. *Barth.*

43 *Prenuncia Iris*] Superos convocat, quia superi Nationibus aër, æther, cælum, sol, sidera: hæc descendere numina dicebant in terram, cum plueret, tempestates, fulmina, fulgura ferrentur. Ista autem pleraque prænunciat Iris, itaque Deos convocare, Deorum nuncia esse dicitur. *Idem.*

43 *Qui stagna colunt*] Incaute. Non enim hi superi, quamvis numinum loco, quamvis Dii, non tamen superi. *Cinguntur*] In Militiam prodeunt. *Barth.*

45 *Rex ille silentium*] *Ipsæ* malit Barthius: sed obstant libri nostri, et jam præcesserat *ipsi manes*. Adeuntur notata nostra ad *Æneidos* septimum, 110. Mox malim *Lethæo invo-*

Delph. et Var. Clus.

hitur curru, pro *vehitur*, si liceat per membranas. *D. Heins.*

46 *Lethæo vehitur*] Membranas *Lethæo vehitur*. Transvehitur nimirum, quem fluvium alioquin non transibat. *Barth.*

49 *Machina terruit urbem*] Fortæ *prorail*, vel *verberat*: ut de Magnete, 'Mavors sanguinea qui cuspidē verberat urbes' *terrui* enim non videtur sufficere. *D. Heins.*

51 *Numina turmis*] *Formis* Gyrald. et Lucena. vere: notum enim Deos contra Gigantas pugnatos variis formis processisse spectandos. *Idem.*

52 *Ad patrius*] *Πατρωνίους*. Unum enim numen statuit, ex quo origo omnibus cæteris. *Barth.*

53 *Numquam peritura cohors*] *Conailis* Regis Jovis. *Idem.*

54 *Nulhis obnoxia fati*] Id est, abætionibus; nam alioquin Jupiter ipse communi Poëtarum sententia subiectus fati. *Idem.*

55 *Nostrum orbem*] Tres Orbes statuunt Poëtæ: Cælestem, Terrenum, Plutonium. *Idem.*

57 *Dederit*] Pepererit. *Idem.*

58 *Per singula luctu*] *Per sæcula* cum membranis scribendum viderat Raphaelengius, quem frustra carpit Barthius curis primis. Prim. Vatic. *per sæcula ductu: secundus curæ*. *D. Heins.*

60 *Jam tuba nimborum sonuit*] Jovis classica, tempestatum fragores, unde *sonorus* vocat Maro. *Barth.*

61 *Bis æther, bis terra dedit*] *Peccat* in prosodiam versus. *Lege* igitur cum prim. Vatic. et decem aliis, *his æther, his terra*. Diis scilicet et gigantibus. *D. Heins.*

Confusæque rursus] Animi dubia, mœsta atque perculsa. *Barth.*

62 *Natura*] Ordo rerum, quem Jovem mundo imposuisse dicit Sidonius. *Idem.*

63 *Miscet*] Conturbat rerum ordinem. *Idem.*

64 *Nunc scopuli latuere mari*] Pute

Clusd.

5 O

nos scopuli. Sequenti versu terras pro
ripas prim. Vatican. et Ambros. D.
Heins.

Littora Nuda] Scopulis et muralimen-
tis naturalibus. Potest et flumina
intelligere, quæ cum scopulis et mon-
tibus evulsa mox ait. Barth.

66 *Æmenium pradaris viribus Ceten*]
Rapibus Buslid. bene. *Æmenium* prim.
Vatican. et alii nonnulli; quod per-
peram secutus Raphaelengius. Græcis
enim tam *Οἱ ἄνθρωποι* quam *Οἱ ἄνθρωποι*. Step-
hanus, *Οἱ ἄνθρωποι ἄνθρωποι τῶν πρῶτων*. Ovid.
Met. ix. 'Implevitque suis nemoro-
sum vocibus Ceten' et mox: 'per-
que altum saucius Ceten Haud aliter
graditur.' Sic enim utroque loco an-
tiquissimus codex. Seneca Hercule
Furente: 'Titan summum prospicit
Cetan.' Ubi Mogantinus codex: *sum-
mo prospicit Ceta*. D. Heins.

67 *Hic juga connixis*] Rectius alii
connexis: connixus prim. Vatican. non-
nulli convexis. Idem.

69 *Hebri cum fonte*] Nomina loco-
rum fluviorumque nemini sunt ignota.
Barth.

Cum ponte revellit] Bene Palman-
nus *fonte*. Palatinus *sponsa*: in Oie-
liano a manu secunda cum *parte*. D.
Heins.

70 *Socias*] Uno amne defluentes in-
terrupit, evulso medio loco. Barth.

Summaque levatus] *Volatus* cum Pa-
tavino malim. D. Heins.

72 *Subsedis*] *Subsidit* cum Aldo et
scriptis quibusdam. Idem.

Sine culmine] Montibus nundique
vorsis, evulsis, et abstractis. Barth.

74 *It fragor*] *Lego fit*: sic supra
'fit sonus.' Ovid. Met. i. 'Fit fra-
gor, et densi funduntur ab æthere
nimbi.' Val. Flaccus lib. i. 'Fit fra-
gor. irrumpunt sonitu qui sacra fere-
bant Imperia.' Lib. v. 'Fit fragor,
æthereas ceu Jupiter arduus arces
Impulerit.' Mox malim *discriminat*
aër, pro *discriminat*. D. Heins.

Pugna spacium discriminat aër]
Dicat, puto, non tangere Gigantes

Deorum sedes, ob interfusum aërem.
Barth.

80 *Qua parte volutus*] *Lege sine* cum
Aldo et melioribus scriptis: et ad-
quæ curis secundis ad Nasonis Me-
tamorphoses notamus, x. 536. Pro
ternas mox *trinas* aliquot antiqui. D.
Heins.

82 *Ternas animas*] Duorum angui-
um: unius gigantis. Barth.

83 *Tunc puer insultans*] Concinnius
modo legam: *Tunc superinsultans avi-
do languentia curru Membra terit*. *Ach-
des* dicit Martis equos, ut presagos
Plutonis, in Raptu. Idem.

*Tunc superinsultans avidus languen-
tia curru Membra terit*] Legam, si per
libros veteres liceat, *Dum superinsul-
tans rapido curru*: prim. Vatic. curru:
Barthius, *Dum superinsultans avido
curru*, ut referatur ad subsequens,
'occurrit pro fratre Mimas:' ubi
malim *Accurrit*. D. Heins.

84 *Multumque rota sparsere cruoris*]
Sic prim. Vaticanus: *cruorem* ceteri;
frustra. Lucan. iv. 'multumque
cruoris Infudere mari:' posset et legi:
sulcumque rota sparsere cruoris.
Idem.

85 *Mimas*] *Gigas* non incelebris
Poëtis. Barth.

Lemnūque calentem] *Cadentem* La-
cens. et prim. Vatic. D. Heins.

86 *Lare Volcani*] Aliquot ejus offi-
cinas notavimus supra. Relevatum
os dicit vultum Gigantis, nudatum
elevatione in jactum insulæ. Fluvios,
insulas, montes, jactabant anguipe-
des isti. Barth.

88 *Ante revelato*] Alii *revelato* cum
Aldo et Lacens. duo *revelatum*: prim
Vatic. *velut tuto*: duo alii ejusdem
bibliothecæ, *relature*: unus *Mediceus*
celebrato. *Lego terebrato*. Virgil. 'telo
lumen terebramus acuto.' Buslid. *fu-
disset ab ore cerebrum*: rectius. D. Heins.

91 *Victorem post fata petit*] *Ferit*
prim. Vat. Ambr. et Patav. Idem.

92 *Ostendens rutila cum Gorgone*
pectus] *Scribe obtendens*: sic et Pal-

las Raptu Proserpinæ: 'clypeique retardat Objice, Gorgoneisque premens assibilat hydrys, Prætentaque operit crista.' Et paulo ante: 'tantum stridentia colla Gorgonos obtentu pallæ fulgentis inumbrat.' Vide quæ notamus vs. 226. libri secundi de Raptu. *D. Heins.*

94 *Furentem Longius*] Puto *ruentem*; vel *furentem Cominus*: multi veteres *forentem*: sec. Vatican. *fremmentem*. Forte *fremmentem Anguibus*. Deinde *formam* pro *faciem* plerique scripti. *Idem.*

96 *Nodis*] Saxea induratione: induratione in saxum. *Barth.*

99 *Qui serpit per membra silex*] *Quæ* prim. Vatic. Lucens. et multi alii. Infra de crystallo, 'Torpuit et maduit prodigiosa silex:' et mox, 'Mira silex mirusque latex:' de Apono, 'Luxuriat gramine cocta silex:' de magnete, 'Flagrat anhela silex:' de quadriga, 'Una silex tot membra ligat.' *D. Heins.*

101 *Sævusque Damastor*] *Adamastor* est Sidonio Apollinari, qui multa imitatur hujus Gigantomachię carm. xv. In scriptis nonnullis *Jamastor* vel *Jemaster*: *sævusque* etiam pro *sævusque* in primo Vaticano. *Idem.*

104 *Miratur Echion*] *Lege miratus*: et sic opt. Ambros. neque aliter curis sec. Barth. *Idem.*

106 *Te, Dea, respexit*] *Malim Egi-da respexit*. *Idem.*

Nulli Bis licuit] *Noster* ad saxificum clypeum respicit. *Barth.*

107 *Sublata audacia*] *Una* cum auctore suo, dicere vult. *Idem.*

108 *Et didicit cum morte Deam*] *Agno*vit divinam numinis intemerebilemque majestatem.

Sed turbidus Idam] *Scribe, turbidus ira*. *Barth.*

Sed turbidus Idam Palleneus] *Alii Ida* vel *Idas* vel *Idan*. *Scribe ira* cum Gyrالد. quomodo et Barthius curis secundis reponendum censuit.

Iram prim. Vatic. in nonnullis *Idam*: et *Palladiis* pro *Palleneus* plerique: prim. Vatic. *Pallaneus*. *D. Heins.*

109 *Pallaneus*] *Notus Gigas*. *Barth.*

110 *Ingreditur*] *Malo Aggreditur*.

114 *Spiris*] *Anguibus*, quibus ibat loco pedum. *Barth.*

115 *Porphyryon*] *Immanis* inter Gigantes, et ductor velut cæterorum. *Idem.*

Conatur vellere Delon] *Vinoere* prior Moreti: *rumpere* Lucens. Isingr. prim. Vatic. et cæteri omnes. *D. Heins.*

117 *Ægeus*] *Mare Ægeum*. Ab Ægeo, Neptuni filio, patre Thesoi, dictum. *Barth.*

118 *Longævo cum patre Thetis*] *Oceano*, qui Deorum hominumque Pater. *Idem.*

120 *Placida cuncta de vertice Nymphæ*] *Alii placida cuncto*: unus *placida cuncta*. *Lege placida Cynthi* cum duobus opt. Ambros. et Rhemensi libro. *D. Heins.*

Vertice] *Vortice*, pelago nimirum. Vel verticem Deli innuit, Cynthum nimirum. *Barth.*

122 *Primumque gementi*] *Puerperio* vicino. In Delo enim peperit geminos snos Latona. *Idem.*

123 *Lumina cæli*] *Solem et Lunam*. *Idem.*

125 *Implorat*] *Abe*nt hic versus a Gyrالد. Lucens. et duobus aliis. *D. Heins.*

Pæana] *Quod monstribus domitis nomen est nactus*; ad quæ domanda et natus. *Barth.*

126 *Auxiliumque rogat*] *Rogant* scripti aliquot. *Lege ragans*. Mox *nostro sinu* prim. Vatic. et Ambros. *D. Heins.*

128 *En iterum convulsa feror*] *Cætera* hujus poemati in scriptis desiderantur: quod vulgati addant *succurre roganti*, ex superiori versu inausule repetitum. *Idem.*

XXXIX.

EPISTOLÆ.

1. *Deprecatio ad Hadrianum, Præfectum Prætorio.*

[*Ad Hadrianum*] *Deprecatio ad Hadrianum* Lucens. antiquæ editiones *Ad Hadrianum Præf. Prætor.* recte. Nam in Codice Theodosiano *Hadriani Præfecti Prætorio* mentio fit. In primo Vaticano et Oisiliano sub finem hujus Epistolæ legebatur, *Cl. Claudiani satisfactio pro se apud Stilichonem*: et initio epistolæ, *Incipit executio pro se*; quomodo et Viennensis. *D. Heins.*

In veteribus editis titulus est: *Epigramma satisfactionis apud Hadrianum Prætorio Præfectum*. Nonnemo Præfationem; Epistolam major pars inscripsit. Quos merito sequimur, cum in nostro Codice nullus exstet apex inscriptionis; compellat enim hominem, ut ignorecat iracundia ipsius afflictio. *Barth.*

1 *Usque adeone tuæ*] Delictum fatetur, ut eliciat clementiam.

Impetus iræ] Nihil crudelius quam impetum, quæ summa est violentia, producere; rationem scilicet audire nolentem. Tacitus l. III. Histor. 'Omnia inconsulti impetus cæpta, initia valida, spatio languescunt.' *Barth.*

2 *Nullus erit*] *Erat* Lucens. Patavin. *Nullus tot finis lacrymis*; probe: nisi quod opinor a Claudiani manu esse, *Nullane tot finis lacrymis?* ut numeri nonnihil erigantur. Mox *subitane* cum Barthio. Pro *permutas* octo scripti *permittas*. *D. Heins.*

Subitane] Subita autem odia, ex improvise casuque incidentia. *Barth.*

3 *Mens ignara nocendi*] Heroica

plane in summa fortuna. *Idem.*

4 *Quo sensus abiere piis*] Ingenium dicat. At melior meo animo scripti nostri Codicis lectio: *Quo sensus abiere tui?* Ut mentem nocendi ignaram, et mite ingenium natura viro datum intelligat. *Idem.*

5 *Invidia*] Calumniam dicit: per quam sibi amicum abalienatum clare testatur infra.

Strepitus maligni] Rumores. Ita excusat sese homo ingeniosus. Utique enim malorum horum causa ipsi fuit Epigramma virulentum in Adrianum istum, quem Alexandrinum secum facit hac Epistola. Pharis autem nomine sacrilegum latronemque incesti, inscripto insuper titulo Epigr. 86. cujus hæc verba sunt: *DE THEODORO ET HADRIANO*: 'Mallius indulget somno noctesque diesque, Insomnis Pharius, sacra, profana, rapit. Omnibus hoc, Itala gentes, exposcite votis, Mallius ut vigilet, dormiat ut Pharius.' Nihil verius quam hos rumores istic dicere. Quia et sub finem carminis ipsemet causam infortuniorum adscribit Musis infelicibus, cum ait: 'Eripe calcatis non prospera cingula Musis, Scilicet insigni de paupere vate triumpho.' Est autem pulchra satisfactio per confessionem, qua ulterior et melior nec sperari poterat. *Barth.*

6 *Me dolor incantus*] Unus Med. *decor*. *Incantum* excerpta Put. Forte *calor incantum*. *D. Heins.*

Dolor incantus] Ob raptas res sa-

cras et profanas. Crudelitatem A-
driani hujus indicant sequentes Pœ-
tæ illatæ pœnæ: 'Gratia defluxit,
sequitur feralis egestas, Desolata do-
mus, caris spoliatur amicis:' et finis
Epistolæ.

Lubrica ætas] Juvenilis utique; va-
te nostro nondum Stillicboni, Hono-
rio, Serenæ, tantopere commendato.
Errant ergo qui in *senecta ætate* eges-
tate preassum Claudianum hinc colli-
gere voluisse videntur. *Barth.*

7 Me timor impulerit] Tumor octo
scripti; optime; nam tumor idem
quod ira: utrumque conjunxit lib. II.
in Rufinum: 'Et quamvis præsens
tumor et civilia nuper Classica, bella-
tiffique etiam nunc ira caleret.' Infra
de Hystrice: 'additur armis Calli-
didas, parcusque sui tumor iraque
nunquam Prodigia telorum:' sic le-
gendum. Virgil. VIII. 'tumor iraque
longe Concessere Deum:' quæ ibi
vera lectio. Capitolini in Pertinace,
'sed cum Tausius quidam in iram et
tumorem milites adduxisset.' Seneca
Thyeste: 'Ponatur omnis ira, et ex
animo tumor Erasus abeat:' hinc et
tumida ira Nasoni libro VIII. Met.
'tumida frendens Mavortius ira,' de
Meleagro. Et apud Maronem: 'tu-
mida ex ira tunc corda residunt.'
'Tumet animus ira' in Senecæ Tra-
gediis non semel. Pro ardor Patav.
error. D. Heins.

Timor impulerit] Ne et mea cum
cæteris raperentur.

Devius egerit ardor] Iracundam di-
cit arrogantiam. Ira temeraria ar-
doris. *Barth.*

8 Te tamen haud decuit] Ex Eun-
cho Terentiana: 'non te dignum,
Chærea, Fecisti; nam si ego digna
hac contumelia, Sum maxime; at tu
indignus, qui faceres tamen.'

Concurrere telis] Majorem nempe.
Barth.

9 Humana Superos] Imperturba-
bilem animum, clementiamque suadet
homini exemplo Deorum, qui convi-

cia mortalium irrideant potius, quam
ut iis percellantur. *Idem.*

10 Securus cæsum] Licet, ait, occi-
nant superis mortales pessima verba;
ipsi tamen securi, quod volunt facere,
sunt, neque curant miserorum iracun-
diam. *Idem.*

11 Concede jacenti] Summum enim
pœnæ genus, quod alibi ait, vidisse
precantem. *Concedere*, ignoscere. *Id.*

12 En adsum] Oblatio sui est ex
Marone: 'Me, me, adsum qui feci,'
&c. *Idem.*

Et veniam] Raphelengius et scripti
delent *et* et præter prim. Vatican.
Palatinus *adsum en*: leg. *adsum en*, *en*
veniam, &c. D. Heins.

13 Manibus] Heroum exempla pro-
ponit, mox Deorum subditurus. A-
chillem quamlibet iracundiæ pertina-
cem, ignovisse tamen jacenti hosti.

Atræx Achilles] Ante inexorabilis.
Horatius: 'forte reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, a-
cer.' *Barth.*

14 Victrices Furias] Imo *Ultrices*
cum Aldo et scriptis: sic 'Diræ
ultrices' apud Virgilium et Statium.
D. Heins.

Ultrices Furias matris] Matrici-
dis imminentes. Interfecta matre
sceleris conscientiam ferre non po-
tuit: sæpe confessus exagitari se
materna specie, verberibus Furiarum
ac tædiis ardentibus.

Orestes] Matris occisæ Furiis Cli-
temnestræ per omnes scenas exagi-
tatus. *Barth.*

15 Reddidit Alcides Priam] Prior
enim Agamemnone et Menelao Her-
cules cepit Trojam. *Idem.*

16 Pelleum juvenem] Alexandri hu-
manitatem laudat. *Idem.*

17 Darium] De sepulchro regali
Darii, ab hoste dato, Arrianus I. III.
Idem.

Darium famulis manibus] Et *Darium*
Gyræ. Lucens. et unus Petav. Cæ-
terum frustra Raphelengius ex con-
jectura viri maximi reponit *famuli*.

Silius l. x. 'pro Libertatis honore Vel famulas armare manus.' Noster Laude Soronæ: 'famulas exercet læta choræas:' ubi *choræis* male quidam reponunt. Eidylio de Phœnice: 'Celsa per famulas acies ditione superbit:' quomodo ex scriptis legendum. Sic *famulos greges, famulos catus, famulam cohortem* Statius. Noster *famulos reges, famulam Carthaginiem, famulum Araxem et Hydaspem, et famulas Gangis ripas:* quomodo *famulum Rhenum* Ovid. l. i. Fast. 'Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas:' sic enim scripti constanter; ubi plura dicimus. *D. Heins.*

18 *Solatus fata*] Mortis solatium scriptoribus ultimum, quod morienti aut mortuo aliquis gratificatur. *Barthius.*

20 *Conditor hic patriæ*] Alexandria, unde oriundus uterque; supplex Poëta, et ultor nimis Poëtarum injuriarum, Adrianus. *Idem.*

21 *Virtus tua digna sequi*] Ultione Diis relinquenda. Ita enim magnanimi principes castigabant noxios, ne sanguine pœniæ eorum pasci viderentur, sed leniter punitorum delictorum ultionem diis rescribebant. *Idem.*

22 *Lasimus*] Occulta et ingeniosa ad veritatem provocatio.

Pescatque] Mali, inquit, vindiceque Dæmones, si merui, exeracient me; tu modo manum abstineto. *Barthius.*

23 *Gratia defluxit*] Malim *diffuxit*: ut apud Ennodium Epig. 118. 'In tantum prisici diffuxit fama Maronis.' 'In rugas totus diffuxit aniles' libro primo in Eutropium: quomodo et illic scribendum. *D. Heins.*

Gratia defluxit] Dum tibi fuimus accepti, grati fuimus omnibus. Te adversario nemo nos non prosequitur odio. Damnaare omnes, qui Principibus viris jam non sit acceptus, infinita seges exemplorum docet.

Egestas] Omnibus velut sacrum fu-

gientibus, omnium ope retro relata. *Barth.*

24 *Spoliatur amicis*] In quibus fortunarum magna portio. *Idem.*

25 *Hunc tormenta necant*] Insanis igitur modis insaniti iathic peculator. Patet fugitivam, aut alicubi latitantem scripsisse Epistolam Claudianam.

Truditur exsul] Trudendi verbum peculiare ei rei. *Barth.*

26 *Quæ ævæ pericula restant*] Opinor *piacula*. *D. Heins.*

27 *Prætereant subjecta fera*] Generosæ nempe. Deorum hominumque inductioni subijcit meliorum ferarum exemplum, ut immitte pectus vel sic persuadeat. Ait generosas etiam feræ animi victoria contentas, hostilibus corporibus nihil damni dare. Muliebres est furere in ira: ferarum vero, nec generosarum quidem, præmordere et urgere projectos. *Barth.*

28 *Emollit rabiem prædæ*] Ex Clavariano codice hæc transposuimus, cui et Barthius subscribit curis secundis. *D. Heins.*

29 *Qua stravisse valent*] Prim. Vatic. et quatuor alii *valent*; quomodo et in Palatino codice legi, testis in Adversariis Barthius. Nuptiis Honorii: 'calet obivus ire Jam Princeps.' Statius Thebaidos quarto: 'Arma, tabas audire valens, et pulvere belli Flaventem sordere comam.' Sic *ardet, flagrat, æstuat*, et similia passim apud nostrum; de quibus alibi. Paulo post *eadem prostrata*, non *ea* mox libri meliores præter prim. Vatic. et Palat. et Oisel. *Idem.*

Quæ stravisse valent] Fervor enim iugens contra repugnantes, subsidit in subditos. *Barth.*

30 *Gaudet cervice juveni Nobiliore fames*] Ita ex novem libris legendum. Statius in simili comparatione Theb. II. 'ubi sanguine multo Luxuriata fames:' et l. VII. 'Quippe nihil grassata fames,' de tigribus. *D. Heins.*

31 *Nobiliore fames*] Quam ut pas-

catar subjicientibus sese.

Secut] Interruptit, irrupit.

Nascentia vota] Vota sunt votivæ dignitates, optata gaudia. *Barth.*

Nascentia vota] Fata quatuor scripti, pro nascenti fortuna. Infra: 'Quæ per te cecidit, per te fortuna resurgat.' *D. Heins.*

33 Serenus Respice] Ut Sol videlicet, in tenebris enim afflicti et mœsti. *Serenus*, clemens. *Valerius Flaccus* ad *Domitianum*: 'nunc nostra serenus Orsa juves.' *Barth.*

34 Quid tanta dignaris morte clientem] Mole Lucens. et quatuor alii cum *Aldo*, Optime: dictum l. ii. in *Eutrop.* 101. Pro *Jam jam supplicij*, unus *Med. Læmina supplicij*. Pro *Despice*, Lucens. et octo alii ex melioribus *Respice* præter *prim. Vatic.* duo *Aspice*. Puto: *Lumine supplicij fessos humilesque sereno Respice.* *D. Heins.*

Tanta morte] Tam ambitiosa: Morte aut eversione tot circumstantiis quesita. Clientem se vocat, prisco usu. Patronorum enim amplum jus, et imperium imperiorum in clientes. Medio ævo *Vasallos* hodiernos ita dictos observamus. *Barth.*

35 In brevibus] Magnificis *Herobis* magnos hostes deligendos, quibus suam insuam iracundiam autumat, exemplo ventorum, eorumque moderatoris.

Sese probat] Vires suas experitur. *Barth.*

Æolus undis] Antris *Aldus* et excerpta *Puteanea*; bene: ut apud *Juvenal.* 'Æoliis inclusum rupibus antrum.' *Statius Theb.* x. 'Non aliter moto quam si pater Æolus antro Claudat iter.' Antri Æolii luculenta descriptio apud *Homerum* in *Odyss.* *D. Heins.*

36 Borea certamina] Configere enim ventos, parentibus tempestatibus, aiunt Poëta. *Barth.*

37 Culmina quassat] Lucenis et tredecim alii *lassat*; bene: vide notas l. i. in *Rabin.* 276. *D. Heins.*

38 Cælestis flamma] Fulmini viâ potentis viri comparat. *Barth.*

41 Ramis fronde] Frondosum olivæ ramum intelligit a supplicibus prætendi consuetum.

Fronde Minervæ] Qua oblata Dea belligerans leniebatur. Et bellum enim ideo et olea in tutela ejusdem *Divæ. Barth.*

42 Pro ture damus] Cultum divinum homini offert, quo ampliorem non possit. *Idem.*

43 Me redde mihi] Omnibus spoliatus, nec se ipsum habere dicit. Sibi odiasse se ipsos dicuntur, qui in summo sunt mœrore. *Idem.*

44 Vulneribus] Læsionibus quibuscunque.

Vitamque jube famamque reverti] Patria enim hæc, imo potior etiam fama. *Barth.*

46 Sanus Achilleis remeavit Telephus herbis] *Achillea hasta* *Gyraldinus*; probe: unus *Mediceus Achilleis hastis*; proxime verum. Ferragine *Achilleæ* hastæ sanatum *Telephum* veteres prodiderunt. *Apuleius* de herbis fere æolus pro vulgata stat lectione: 'Achilleam herbam Achilles invenit. Unde vulnera ferro facta sanabat: hæc sanasse *Telephum* dicitur.' De hasta *Ovidius* non uno loco, *Propertius*, *Hyginus*, alii. *Pentadius* in *Catalectis Pithæi* et *Scaligeri*: 'Pelias hasta fuit, vulnus grave quæ dedit hosti, Et quæ sanavit, Pelias hasta fuit.' Ipse *Achilles* apud *Nasonem*: 'ego *Telephon* hasta *Pugnantem* domui, victum orantemque refeci.' *Serenus Sammonicus* c. 47. de *Serpente*: 'sanat, quem sauciat ipsa. Ut *Larissæa* curatus *Telephus* hasta.' *Perperam*, et contra legem metricam atque ibi legitur. *D. Heins.*

Remeavit Telephus herbis] Oraculum *Telepho* suaserat, cum de vulnere ab *Achille* in *Mysia* indicto convalescere non posset, ipsum *Achillem* adiret; si ille obtemperans navigat *Argos*, et ab *Achille*, tum ibi rem gerente, cu-

ratur. *Amf* immissa in vulnus hasta, qua factum id erat, curatam scripsere. *Barth.*

48 *Placidamque*] Mitem, qualis Medicorum. *Idem.*

49 *Pepulit, quos fecerat ipse*] Mirum noli vera lectio unius codicis Belgæ *quos fecerat hasta*. Hac enim curatam vulnus, scriptorum consensus habet.

50 *Flecteris ullo*] *Prim. Vatic. et Ambros. frangeris*, cum editione Parmensi: sic supra laude Serenæ: 'tu sola frementem Frangere, tu blando poterat sermone morari.' *Cons. Manlii*: 'quæ dissona ritu Barbaries, medil quem non reverentia frangat.' *Ovid. l. ii. Amor. El. 18.* 'Frangor, et ingenium sumptis revocatur ab armis:' sic vetus liber, non *Vincor*. *Epist. Penelop.* 'Ille tamen pietate mea precibusque pudicis Frangitur:' ita et *Statius sæpe. D. Heins.*

51 *Calcatis Musis*] Extremo modo adductis, pedibus subjectis.

Non prospera cingula Musis] Militaria omnia privilegia, ipsamque dignitatem. Militiam vero notat, ut dictum, speciatim, quia milites accincti semper. Cingulum autem sumtum cum aliqua solemnitate, invexit morem nunc Nobilitati nostræ usitatum, ensis jussu accinzione alienjus Principis aut Magnatis. *Barth.*

52 *Comitem me pelle sodali*] *Sodalis*

Raphelengius contra veteres librea. D. Heins.

53 *Insigni de paupere vate triumpho*] *Insignes triumphos* Lucensis et decem alii cum Parmensi editione; recte; abruptum dicendi genus. Sic alibi: 'Quam similes hæc aula viros?' ubi verbum aliquod subintelligitur: sic et 'Quo mihi fortunam?' et 'Unde tam faciles Deos?' similique apud *Ovidium*; de quibus suo loco. *Buslidianus, egregies triumphos*: prior *Moretii ingentes*: excerpta *Put. insignis triumphus*: *Scalig. insignis triumphus*. *Idem.*

54 *Scilicet egregiis*] *Et spoliis* Lucens. *Idem.*

Optimis] Congressus velut ipsi, ita magnam rem molitus. *Barth.*

55 *Serviat in miseros*] *Irruat prim. Vatic. et sex alii. Serviat sec. Vatic. pro Audiat hoc, meliores hæc. Longique carinis prim. Vatic. et alii nonnulli, non longeque. D. Heins.*

56 *Longeque carinis Nota Pharus*] *In eos usus exstructa turris. Barth.*

57 *Flentemque vultum*] Ob vatis periculum atque infortunium. *Ægyptii* enim omnis census eo tempore *Poëseos* studiosissimi, et tantum non insanientes in eam. *Idem.*

58 *Nostra gemat Nilus*] *Fluminibus* luctus adscribitur, illustri aliquo homine oris ejus afflictato. *Idem.*

XL.

2. Ad Serenam.

Hæc Epistola in nostro codice præfixa visitur libro de Laudibus Serenæ, ut et in editione Aldina; cum tamen ad eam laudandam parum faciat. In uno Belgarum inscriptio fuit: EPISTOLA AD SERENAM REGINAM, UXOREM DUCIS STILICONIS. *Barth.*

1 *Orpheus cum primæ sociarent lumina tædæ*] At ubi secundæ tædæ Orphei? Nos vulgatam scripturam cum *Bentini, Belgis, nostro codice, Aldo, aliisque* mordicus tuemur: *Orpheus cum primæ sociarent numina tædæ*. Hoc est, cum primum rumor increbuisset aspiciis Deorum immortalium conjugio

sese commissuram vatem. Nihil plinius meliusque hac lectione. *Barth.*

Orphea cum primum sociarent numina tædæ, Ruraque compleret Thracia Festus Hymen] Sic enim legendum, non *tertia*, ut vulgo. *Ἐρσην* enim et *Ἐρσην* dicunt Græci. *Torrent.*

Prima sociarent lumina tædæ] Sic ex veteri libro Claverius, quod secutus Raphælegius; amplexus quoque Dlatribes Statianæ cap. 45. Gronovius. *prima numina tædæ* Lucens. Patav. et editio Parmensis, et prim. Vat. quod verum est: vulgo *primum numina tædæ*: scripti alii *primo numine*, vel *primum munere*. Barthius negat *rd prima tædæ* posse ferri, quod non nisi unicam Eurydicen daxisse Orpheus legatur: atqui *sociarent numina prima tædæ Orphea*, dictum pro *primum sociarent*: sic passim loquuntur poëtæ præstantiores. *D. Heins.*

2 Festus Hymen] Fausti omnis ergo, ut felix adesset invocatus, licet non advenerit propitius, vel favere potens, ut fatis arcentibus. *Barth.*

4 Dóna suo valis] Delectatus enim silvis fuerat Orpheus. Mythiogiæ, quod homines ferino victu et contubernio abstraxerit, habes apud Horatium. Potuit tamen et ea esse, quod de visceribus ferarum futura prædicere instituit. *Idem.*

5 Quippe antri memores, cantus] Ipsas enim cautes sive petras adauxerat Orpheus, ut scenam quandam facerent, umbramque præstarent cantaturo. Ergo umbram sive antrum umbrosam canere exorsus, sibi feciase canendo Orpheus perhibetur. Et paulo post in medio nemore comedisæ ait, quod ipse fecisset. *Sonores cautes* dixit, quod paradoxum corumpendo loco fuit, ob redditam vocem. *Idem.*

Cantus ubi sæpe sonora] Alii *sonore*: amore Moreti liber: a quibusdam absunt illa *sæpe sonora* hiatu relicto: *sæpe sonore Præbuerat dulcis ex manu-*

scripto Claverius: Lacens. cantu subis. Excerpta Pat. *cantus subisse feruntur*: Buslid. *cantus ubique ante sonore*. Amplius. Gevartius ex conjectura, ut mihi quidem videtur, certa, *cautes ubi sæpe sonora*; et sic in Apophoretis. Behotius: aliter curis prioribus Barthius. *D. Heins.*

6 Mira theatra] Naturalia, constipata silva, coacta rupibus, in modum formamque theatri. *Barth.*

7 Caucasus crytalla] Eorum enim incunabula in præaltis perpetuique frigoris montibus, qualis Caucasus. *Idem.*

8 Gryphes hyperborci pondera fulca soli] Aurum quod custodire finguntur illa dubiæ fidei animantia. *Idem.*

9 Furata Veneris prato] Furato prata tertius Vatic. *Purgato* Rottendorph. Forte *Pastano*. *D. Heins.*

Veneris prato] Quod describitur Epithalamio Honorii: 'Intus prata micant, manibus quæ subdita nullis Perpetuum florent, Zephyro contenta colono.' Columbas ei Deæ sacras non attinet ostendere, et Mythologiam ipsæ ostendunt. *Barth.*

11 Fractaque nobilium ramis electra sororum] *Mobilium* Buslid. Forte *Lapsaque flebilium sororum*; vel, *Fletaque nobilium*: ut apud Martialem libro iv. Ep. 59. 'Fletibus Heliadam ramis dum vipera repit.' Statius, Theb. xii. 'Sic Hyperionium tepido Phaëthonta sorores Fumantem lavere Pado. vixdum ille sepulchro Conditus, et flentes stant circum flumina silvæ.' Val. Flaccus, libro i. 'veteris sat conaciæ luctus Silva Padi, et visoflentes geniture sorores:' sic, 'Fletifer truncus Myrrhæ' apud Ausonium Cupidine crucifixo, loco non satis integro, ubi tamen *lacrymis lucentibus* malim, quam *lugentibus*. *D. Heins.*

Nobilium sororum] Quippe de progenie Solis, qui in omnium oculis. *Barth.*

14 Germina cura maris] Quidquid, ait, pretiosum, in rubro mari nasci-

tur. Ejus gemmas commendavit Pannegoricorum supra non uno loco Barth.

Germine cura maris] Cana pri. Vatie. et quatuor alii cum editione Parmensi. ut uniones intelligat. Cana germine rubro mari argute respondent; nihil tamen muto: vide notas Nupt. Honor. vers. 165. Noster alibi: 'baccis onerat candentibus aures.' D. Heins.

16 *Cinnama rura*] Sic castigatores membranz: alii magno numero cinnama mira. Martialis lib. iv. Epigramm. 13. 'Tam bene rara suo miscetur cinnama nardo.' Prudentius Cathemerin. hymno v. 'Illic et gracili balsama surculo Desudata fluant, raraque cinnama.' Statius libro iv. Sylv. ad Severum: 'jam feret Indicas Messes, odoratique rara Cinnama præripit Sabæia.' Et Epiœdio Patris: 'dites non si tibi rara Sabæi Cinnama, odoratas nec Arabas decerpit aristas.' Idem.

Cinnama rara] Non qualia ad nos veniunt, nobisque, ait, nota sunt. Barth.

18 *Vectigal connubiale*] Donum debitum. Vectigal alioquin quod debetur, quo non soluto, merx ipsa aut possessio perdebat antiquissimo more. Idem.

19 *Heliconis regno*] Ut pronuba sorus. Ornamentorum talium novæ nuptæ collatorum mentio in Epithalamis Honori et Palladii. *Heliconis regnum*, ipseque Helicon, immortalitatem memoriamque perennem meritorem denotat. Idem.

20 *Propriam*] Suam sibi. Horatius: 'Archilochum proprio rabies armavit iambo,' &c. Idem.

21 *Dominam Olympi*] Magni matronam tonantis: Junonis peculiaris titulus. Dominam peculiari titulo Dianam Græci dixisse videntur ex Pausaniæ Arcadicis. Idem.

22 *Nec speravit Regina Deum*] Conclamans leges Deum; Calliopeam nomi-

pe. Barth.

24 *Ducta favore pii*] Victa Patav. et pro honore unus Med. amore. D. Heins.

25 *Carminibus toties lustraverat aras*] Chorum cantans circa aram Junonis duxerat. *Lustrare*, celeriter oblire, aut præterire notat. Vel ad lustrationes pertinet, quas carmine peregerit Orpheus, ambiens aut emundans aras Junonis, numenque propitiâs, talium artifex. Barth.

26 *Titanum fractas*] Malim fractis minia. D. Heins.

29 *Noctem dignata jugalem*] Montem Oxou. Idem.

30 *Augendis toris*] Ditandis, honestandis. Barth.

32 *Solos fas habuisse Deos*] Et hic malim solos Deos. D. Heins.

33 *Placabilis Orpheo*] Orphæi rectius Aldus et opt. Ambros. cum duobus Vaticanis et Rottendorph. et Oisel. ut apud Virgil. 'Orphæi Calliopea, Lino formosus Apollo.' Idem.

35 *Illius expectant*] Expectant illius quindecim: tres illius expectant: Lacena. et prim. Vatic. illius expectant; bene: Moreti illius expectant, proxime verum. Idem.

36 *Sub pedibus tegitur*] Regitur Lacena. prim. Vatican. et sedecim alii cum Aldo: unus Petav. *tegitur*: sed regitur probum est. Apud Maronem *Æneïdes* septimo: 'Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum Nomen in astra ferant, quorumque ab stirpe nepotes Omnia sub pedibus, qua sol utrumque recurrens Aspicit Oceanum, vertique regique videbunt.' Corippus: 'Augustis solis hoc cultu competit uti, Sub quorum pedibus regum cruor.' Idem Præfatione operis: 'Deus omnia regna Sub pedibus dedit esse tuis.' Ibidem: 'Regnaque sub vstris venient fortissima plantis.' Raptu Proserp. libro ii. 'Sub tua purpurei venient vestigia reges:' ubi perperam Barthius fastigia reponi jubet. Idem.

Sub pedibus tegitur] Immensitatem summo proximi conjunctissimique numinis terreni prædicat. *Barth.*

38 *Gregibus pascua plena meis*] *Lata* sec. Vatic. et *tuis* Rottendorph. Puto, *gregibus pascua plena suis*. D. Heins.

42 *Aurataque trabes*] Splendida ædificia, *auratis trabibus*, circumloquitur. *Barth.*

43 *Sufficit mandasse Deam*] Scripsit ad puellæ parentes pro Claudiano Serena. Non opus fuit ultra ambiri puellam, quam amabat. Cesserunt parentes, consensit ipsa. Matrimonium confectum est.

Mandasse Deam] Blando imperio, cujus vis tamen præsens erat. *Barth.*

44 *Et pecus*] Excerpta, quæ V. Cl. Isaacus Vossius mecum communicavit, *pecus*; quomodo et tertius Vaticanus: codex Rottendorph. *nemus*. D. Heins.

46 *Nominis umbra tui*] Palat. *numinis*; ut a Barthio jam monitum. *Idem.*

47 *Quid non perfecerit*] *Perfecit* duodecim libri: duo Florentini totidemque alii *sufficit*: Thuan. *sed quid non faceret*: Lucens. *sed quid non perfert*: puto, *præstet*: unus Vatic. *perficiet*: Palat. *proficeret*. *Idem.*

48 *Genius regni*] Principis felicitatem, Imperique totius Divinitatem dicit, cujus particeps erat Serena, tantis vinculis Augustæ domui in-nexa.

Vel pietatis amor] Pietas clementiam, amor favorem in Poëtam denotat. *Barth.*

49 *Sub luce tui oris*] Divinam omnino facit, ut quæ vultu lucem exspiret. *Idem.*

50 *Conjugis in castris*] *Et castris* nonnulli: rectius. D. Heins.

Conjugis in castris] Scripti omnes et editi *et solio generi*: Imperatorem enim dicit Honorium; Magistrum militiæ Stilichonem. Scitius

etiam videntur membranæ scribere *Conjugis et castris, et solio generi*. Ut vocula sub ista omnia respiciat. Et dura alioquin locutio; in solio generi celebrare diem optatum. *Barth.*

51 *Auspex Purpura*] Summa honorati nominis felicissimo omine. Auspices adhibitos veterum nuptiis docuerunt pridem viri eruditissimi. Vide nos ad Sat. x. Juvenalis in *ænem*. *Idem.*

52 *Sancto cingeret aula toro*] *Choro* legendum cum opt. Ambros. quod et Scaliger vidit; malim et *sacro*: nam Bualid. et sec. Vatic. *socero*; mendosse. Præfat. in vi. Cons. Hon. 'plaudabant nomina dictæ Et circumfusi sacra corona chori:' nisi *socio choro* mavis. D. Heins.

53 *Desponderat ante*] Despondori fecerat. Serenam suam dicit. *Barth.*

54 *Conjugis ejusdem*] *Conjugis eadem* sex scripti: *Conjugis hæc eadem* quinque. Gyrald. Lucens. prim. Vallæ. et duodecim alii, *Conjugis eadem*; bene. Scaliger *Conjugio ejusdem*. Barthius *Augustæ pronuba dextra daret*: sed non persuadet Augustam posse dici Serenam, quanquam patre Augusto natam. D. Heins.

Conjugis ejusdem] In Belgico *Conjugis eadem*. Scripsisse arbitror: *Ut mihi quam scriptis desponderat ante puellam Conjugis, Augustæ pronuba dextra daret*. Augustam dicit Serenam, quam toties ante et postea Reginam, eodem sensu. Scripto et intercessionem conjugis Stilichonis desponderat Claudiano puellam Serena. Vovet nunc sponsus, ipsius ejusdem manû Reginæ, quod pronubæ faciebant, sibi eandem in matrimonium tradi. *Barth.*

55 *Libycæ dissidet ora plagæ*] *Libyæ* quindecim: ut *Africa terra* et similia, de quibus supra. D. Heins.

56 *Sideres supercilio*] Exemplo Jovis Homericæ. *Barth.*

XLI.

3. *Ad Olybrium.*

1 *Afatus*] Epistolas, quibus misistandis solemne verbum dirigere abusus sequentium seculorum corruptum est. *Barth.*

2 *Nec redit*] Mutuam vicem loquitur. Res vero clara familiarissimum his summæ et Nobilitatis et dignitatis inter proceres Romanos viris fuisse Claudianum, quare admiranda res de paupertate adeo queri. Sed scitum illud observasse magnates videntur isti, *verba rās rāyas dylpei.* ne locupletatus obverteret Musis cornua.

Alterno pollice] Poëticum; cum pollice nemo scribat, manum intelligit.

Salus] Caput Epistolæ *Salutatio* omni ævo, quam pro ipsa posuit, vertunt tamen mores hodierni et istum Antiquitatis. *Barth.*

3 *Sed quæ tam prona facultas*] Lego cui tam prona: lib. III. de Rapt. 'cui tanta facultas In me sævitæ?' Primus quoque Vaticanus, *scribendi labor est:* forte scribendi an labor est? sed nil mutandum temere. *D. Heins.*

4 *Seu Cicerone tonas*] Consulatu Olybrii 208. Cicerone videri scribendum dixi: et sic Lucensis. Sic *Platonem* dixit Petronius initio *Satyrici.* *Idem.*

Seu Cicerone tonas] Fulmen eloquentiæ illud incomparabile dicit. Sidonius non semel expressit. *Idem* sensit Petronius: 'Grandiaque indomiti Ciceronis verba minentur.' Ductum a Pericle, qui concionans fulgurare et tonare dicebatur. Sic torrenti æquatur Demosthenes. *Barth.*

5 *Dicitis animi*] Opulentia eloquentiæ artiumque instructi. *Idem.*

7 *Qui scripta ferat*] Ferri autem

peculiariter epistolis addicitur, et est perferri isthic: ut *perlatores* latere Sidonio et aliis. *Idem.*

8 *Pulcerulenta*] Nunquam, ait, pulvis sedatur, tanta comitantium turba est. *Idem.*

9 *Fluat ingenium*] Uberet, quomodo *abundantiam* Tullianam idem Sidonius dixit.

Reportet] Sollicitatum jam non rescribere queritur. *Barth.*

12 *Spatio debilitatur amor*] Quo crescere debebat atque augeri. *Idem.*

13 *Lucem jam condat Hydaspes*] Exclamatio admirationis et obtestationis ab rebus impossibilibus Ovidio usitatissima. *Idem.*

Condat Hydaspes] *Condet* prim. Vatican. Lucena. et plerique alii. *Idem* mox *oriere, candescet, et proluet.* *D. Heins.*

15 *Candescet Goticis Merodæ conversæ pruinis*] Malim canescet: cana enim pruina passim Poëtis dicitur. *Raphelegianum* *conspersa* contra libros veteres est. *Idem.*

19 *Remoraturusque sodalem*] *Moraturusque* Lucena. et quinque alii. *Claverii* codex et sex ex nostris *remoraturusque*: alter ejusdem cum prim. Vaticano et tredecim aliis *soluturusque*, commodo sensu. Forte tamen legendum *resolutatumque sodalem*: unus Medic. *memoraturusque*: opt. Ambros. *miraturusque*: Barthius, *recreaturusque*. Familiaris cum Olybrio agit, qui se sodalem ejus appellet. Putabam olim scribendum *exoratusque salutem*. Si *soluturusque sodalem* retinemus, sequenti versu forte pro *doce* legendum videtur: atque ita opinor a Claudiano relictum. *Idem.*

21 *Crebraque secundo*] *Facundo tres libri*: opt. Ambros. *facundos cursus*, quod placet: sic 'festinare fugam' apud Virgil. et 'festinare vestes' Ovidio. *Facundos cursus*, ut *fertilius aliquid* superiori versu. D. Heins.

22 *Digna tuis animis*] *Libris atque animis* prim. Vatican. et tredecim alii; recte, nisi quod *labris* malim: et sane *digna tuis* ex *dignatus*, quod sequitur, videtur promanasse: opinor tamen a Claudiani manu esse: *Auribus atque animis* insinuanda mea. Barthius conjectando operam hic perdidit. Idem.

Digna tuis animis] Etiam istuc non esse sanum, quoniam licet Cuiacianis, libri, noster et Belgæ, autnant. Simpliciter scribas: *Digna tuis animis* insinuando meos. Ipso studio tibi gratificandi dignos ait animos suos qui insinuantur Olybrianis. Barth.

23 *Cæsar scripserat Maroni*] Existerunt ergo Epistolæ tum quoque, quas laudat auctor Dialogi de cor-

rupta Eloquentia. Idem.

24 *Et tibi dedecori*] Variant etiam hic libri. Citra controversiam vera est Scriptura conservata a nostro: *Et tibi dedecori jam mea Musa? Vale*. Et tibi jam, inquit, post tot experimenta Poëseos nostræ, dedecori sit celeberrima illa, et Principibus commendatissima nostra Musa? Vale. Idem.

Et tibi dedecori scribere? Musam vale] Tò scribere in tribus omissum erat: prim. Vatican. et duo ex nostris cum Claverii libro: *Nec tibi dedecori Musa futura. vale*: quomodo et Lucens: cum Gyraldino, nisi quod in his et tibi: alii vnderim, *Et tibi dedecori non mea Musa; vale*: prior Moreti jam mea: opt. Ambros. *ni mea*. Puto, *Et tibi dedecori nil mea Musa; vale*: quomodo Helmstädiensis a secunda manu. Faceti sunt, qui Olybrium Musam dictum arbitrantur. D. Heins.

XLII.

4. Ad Probinum.

1 *Quem, precor, inter nos habitura*] Opt. Ambros. *Quem, precor, hæc, quem sunt*: quod efficacius. D. Heins.

2 *Gratas litera nostra vices*] *Caras litera grata* Aldus et scripti meliores: alii *gratas litera grata*. Idem.

4 *Utrumque tenet*] Reum nempe. Barth.

5 *Transfluxere dies*] Præstituti nimirum. Vel quia affectio mutua eis paucos venturas Epistolas sibi spondebat, etiam non consponsas. Idem.

Transfluxere dies] *Ter fluxere duo* Vatican. *Lego tot fluxere dies*; quod Barthius in membranæ a se inventum affirmat: sed nec Pulmanniani libri nec Palatinus tale quid agnoscunt.

Posset et refingi, tres fluxere dies. D. Heins.

6 *Panisset*] Piget. Horatius Epodo xi. 'conviviorum et pœnitet,' &c. Hoc est, piget pudetque. Barth.

9 *Prisci sententia vatis*] Scalligero visum *Cei sententia vatis*. Ea enim insula patria Simonidis. Horatius: 'Cem retractes munera Næniæ. Idem.

Chii sententia vatis] Aldus et alii nonnulli cum Isingr. et prim. Vatic. *prisci*; quomodo et Claverius: quod de Eonio intelligi volunt. Lucens. *socii*: opt. Ambros. *Cei*: quod et Scalligero in mentem venerat, secutusque est Raphaelengius. Vir. Cl. Leo Allatius vulgatam lectionem tuetur, et

Homerum intelligi contendit. Sed cum illum noster lande Seronæ Smyrnæum faciat, cur Chiam hic ei patriam assignet non video. Posset et Cui reponi, ut Philetas subintelligatur: *Chium Mæoniumque vatem* Homerum appellavit Constantinus Maximus epistola ad P. Optatianum Porphyrium: 'Si tantum pondus et gravitas expectarentur in carmine Græco post Chium Mæoniumque vatem, et Latina post rusticum Mantuanum eloquentia vilosceret.' *D. Heins.*

11 *Audax, aut si quid penitus*] In Manuscriptis Cujacianis fuit: *Audax ut, si quid vates peccasse videtur, &c.* Si vates, inquit ille, quem sequor, peccasse videtur, audax ut arguar, minime ingratitude probam subturno. *Barth.*

Audax, aut si quid penitus peccasse videbor] Tò *videbor* Raphelengianæ conjecturæ est, quod opt. Ambros. et quatuor alii confirmant; ut et Aldus: sex cum prim. Vaticano *audax, aut si quid vates: ut si quid ex Ms. Claverius*, et ex conjectura Barthius, quomodo et editio Parmensis. *Pro videbor* unus Ambr. *fatebor.* Buslid. *aut siquidem.* Barthius τὸ *videbor* censet non esse sollicitandum, ut ad verum superiorem de *vate* Cui referatur. *D. Heins.*

14 *Et Latia cessit*] *Accessit* prim. Vatic. et opt. Ambros. *Idem.*

15 *Afastibus omnia cepi*] *A fastibus omnia cepi* felici conjectura Raphelengius. Aldus sane et quatuor scripti manifeste *fastibus* cum prim. Vatic. et Palatino; de qua voce alibi dictum a nobis: et hoc loco videndus Barthius. Lucens. et unus Medicus, *fascibus omnia.* Recte Ovidius 1. *Fast.* 'Omina principiis, inquit, inesse solent.' Silius lib. 1. 'Nonne pudet cepti? pudet omnis? en bona virtus Primitivæque ducis?' sic enim ex veterrima editione scribendam: vulgo omnes. *Idem.*

16 *Fataque debebo posteriora tibi*] Male contra scriptos meliores *delebo* ante legebatur: sed scriptum a Claudiano ipso arbitrator: *Fataque se debent prosperiora tibi.* Tò se exciderat omisum a supinis librariorum ob cognitionem præcedentis proxime ac subsequenti syllabarum. *Fata prosperiora:* vide notas in Aponum, 94. et bello Gild. 103. Barthius: *Votaque debebo posteriora tibi.* *Idem.*

18 *Et patria florens sorte, Probine, vale*] *Opinor patria florens arte* a Claudiano relictum esse. Nam et Probinus egregie literatus fuit, et facundus. Apud Nasonem Penelope: 'Est tibi, sitque precor, natus; qui mollibus armis In patrias artes erudiendus erat.' Barthius hic se frustra fatigavit. *Idem.*

XLIII.

5. *Ad Gennadium ex Proconsule.*

Ad Gennadium Proconsulem] *Exproconsulem* Gyrardin. *ex proconsule* Lucens. et tres alii; idque vere: quomodo et Cujacianus. Auson. 'Hujus ego et natum et generum ex proconsule vidi.' Rutilius lib. 1. Itiner. 'Revererat ante puer populos proconsule

Pænos:' sic *pro milite* apud Sallustium, citante Servio ad 157. libri 11. *Æneid.* 'Neu quis miles, neve pro milite,' hoc est, vicem militis gerens. *D. Heins.*

1 *Rubiconis amani Incola*] Barthius *Acicola*, me non ebantante. *Idem* versa

7. *pinnis pro pennis* ex Aldino codice et membranais. *D. Heins.*

2 *Fama secunda*] Sic de nobilissimis loquebantur, unum aliquem dementes. Martialis lib. vii. Ep. 26. 'Tuscæ glandis, aper, populator, et illice multa Jam piger, Ætolæ fama secunda feræ.' *Barth.*

4 *Horret, amatque*] Metuit et diligit, quæ sunt Gubernatoris summi. *Idem.*

7 *Pennis confusa*] Eadem *pinnis* optime. Ut primum *pinnæ* enatæ, non expectantes pennarum perfectionem. Eandem lectionem edidit Aldus. Indicat autem hic simul Claudianus ingenium suum promptum atque alacre odisse curam: Poëmata sibi nasci, non excladi: naturam vatem esse se, non curam. *Idem.*

XLIV.

EIDYLLIA.

1. *Phoenix*.

Phoenix] Nomen cum palma commune habet ales omnium Princeps, nec superabilis tempore, aut ullo casu, indicium vincentis omnia cælestis animi, sese per virtutem propriam, divinumque aspectum, omni caducitate vindicantis. Plinius xiii. 12. *Barth.*

1 *Oceani summo circumfluus æquore lucus*] Qua ipse, inquit, Oceanus finem habet; ut removeat habitationem Phœnicis omni contubernio humanitatis: nemo enim tum in illo Orientis Oceano quicquam cognitum, necdum ut fines ejus fuerint. Ignotum ejus habitaculum sentit Antiquitas; nec enim cognitum cuiquam unde veniat, cum in Ægyptum venit. Orientis avem alii appellant: Assyriæ Martialis lib. v. Epigr. 7. Sunt tamen, qui ut Arabem, ita de busto renatum in Arabiam redire autumant plures. Cautius Claudianus loco, ut dictum, non nominato, Philostratum secutus qui ipsam Indiam supervolare in

Ægyptum contendentem dicit, in. 14.

Oceani æquore] Ipso Oceano, vel *Oceani lucum* intelligas ut sacer sit illi omnium Deorum hominumque, secundum Homerum, prosatori.

Circumfluus] Περίπλους. Aliter Ovidius circumfluum humorem, qui Orbem circumambiat. *Barth.*

2 *Trans Indos Eurumque*] Quid. 'Eurus ad Auroram Nabathæaque regna recessit.' *Idem.*

3 *Sollicitatur*] Tangitur, quovis modo attingitur, tentatur.

Verbera sentit] Scita fictio. Verberat, quicquid etiam jucunde tangit, præcipue cum flagello aut ferulæ res adsimilatur. *Barth.*

4 *Humida rorenti*] Oiselianus vici-da, id est, acida. *D. Heins.*

Cum limina curru] Prodeunte Solis quadriga. *Barth.*

5 *Umle rubet ventura dies*] Flamma nimirum rore suo aut noctis abactæ pasta: oriens Sol ardet, currem ra-

diat. *Barth.*

6 *Afflata rotis*] Percussa velut venti, nam ea vis et Solis. Virgilius: 'Sed me savas equis Oriens afflavit anhelis.'

Refuge amictu] Quem super omnia extendere Poëtis nox perhibetur. Eodem respexit Maro cum de nocte cecinit: 'Involvens umbra magna terramque polumque.' Ab amplexu videlicet et circumitu. *Barth.*

7 *Fortunatus nimium*] Ad miraculum usque.

Titanus ales] Soli sacer Phoenix. Plinius x. 2. ex Manilio Senatore: Sacrum in Arabia Soli esse, vivere annis 660. *Barth.*

8 *Regna colis*] Regna cujusque ubi ei bene propriumque vivitur. Virgilius: 'Post aliquot (mea regna) videns,' &c.

Solusque plagu defensus iniquus] Alii, quos inter Lucensis, rectius *Solusque*. Proximo versus *agris* animantibus, non animalibus, tres codices; etiam probe. *D. Heins.*

Defensus] Servatus ab ea, assertus, ne illi se committere opus habuerit.

Plaga iniqua] Humani laboris, qui noctu diuque universos mortales agit, iniquitate Fortunæ omnia volvente. *Barth.*

9 *Intactus agris animalibus*] Venit tamen in humanum mundum, consensu scriptorum, velut cum Saresburiensis supra positis verbis exscripsit visum cum Byzantium fieret Constantinopolis, idque bono omine. Contra, malum ejus conspectus fuit, Tiberio morituro, ut eum inter alia portenta connumeravit Dio Cassius libro LVIII. *Idem.*

11 *Par Superis*] Ultra hominum genus, quod cum maxime laudat, Dils proximum commendat doctissimos vates.

Stellas] Omnia corpora ultra Lunam vixit immortalia: mors enim infra Lunam. *Barth.*

12 *Durando*] Verbum quod summum robur et velut extraordinarium notat.

Terit ævum] Quod omnia ipsum sollet. Translatio a sæculo aut alia re attrita tempore et usu.

Redemitibus] E morte in vitam. *Barth.*

13 *Non epulis saturare famem*] Nemo edentem vidit Phœnicem. Plinius x. 2. *Idem.*

14 *Purior Solis fervor*] Non ille qui humano orbi necessarius; in mortis enim regnum tum primum venit Phoenix, cum senectutem positurus. *Idem.*

15 *Pabula libat*] Potat Aldus, Lucens. et plurimi alii. nihil mutato. primus Vaticanus pro vulgata scriptura stat, et Oiselianus. *D. Heins.*

17 *Arcanum radiant oculi jubar*] Radios emitte totum Phœnicem scribit Philostratus. Noster oculos soli suo æmulos cautius proponit. *Barth.*

Ignis ora Cingit honos] Plinius x. 2. 'Aquilæ narratur magnitudinæ, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam rosels caudam peninis distinguentibus, cristis faciem caputque plumbeo apice cohonestante.' *Idem.*

18 *Hænos*] Gravis quidem et maculosus decor. *Idem.*

19 *Cristatus apex*] Perperam nonnulli codices *crispatus*: de hac crista Phœnicis Dracontius Hexamero: 'Igne vago rutulatur apex: fax æthera lambit, et cælum repetens erecto crine vagatur:' ubi perperam cætera lambit legebatur: male etiam fax cæres Barthius. In Epicedio Drusi: 'Æthera subrectis lambit et astra comis.' *D. Heins.*

Cristatus apex] Talem Phœnici adscribunt. *Barth.*

20 *Luce secat*] Radix inter solarium.

Tyris pinguntur crura vœrens] Purpureos pedes dat Phœnici suo. *Barth.*

21 *Antecolant Zephyros penna*] Sum-

ma velocitas Phœnicis. Nec decebat aliter regem volucrum.

Quas cœrulus ambit Rore color] Ore in nonnullis. Barthius emendat, *quas circulus ambit Floricolor*: cui castigationi subscribo. *Flores colorum* habes in Epigrammatis: 'te zona liget variata colorum Floribus.' Mox *sparsoque simul*, non *super pri*. Vaticanus et Oiselianus. *D. Heins.*

Carulus ambit Flore] Scripsit Claudianus: *Antecolant Zephyros penna, quos circulus ambit Floricolor, sparsoque super ditiescit in auro*. Circulus floricolor alas Phœnicis ambit. *Barth.*

22 *Ditescit*] A pretio metalli cuius color inest. *Idem.*

23 *Hic neque concepto factu*] Concipitur Barthius. Forte *conceptus*. *D. Heins.*

Hic neque concepto factu] Nullo parente alio, nisi qui ex busto fiat superstes in novam avem, sic plerique. Aliter tamen alii, nam et nasci in Arabia Phœnicem ait Solinus, et Herodotum secuti alii. In Claudiano etiam nœvus est. Scribe: *Hic neque concipitur factu, nec semine surgit; Sed pater est prolesque sui*. *Surgere*, oriri, ultimam originem denotat. *Barth.*

24 *Pater est prolesque sui*] *Sibi* Ald. et multi ex scriptis, quod probatur Barthio: aliter tamen prim. Vatic. *D. Heins.*

Prolesque sui] Scitius scripsisset *sibi*.

Nulloque creante] Generante. *Barth.*

27 *Namque ubi mille vias*] Ætas Phœnici unius curriculi constituta dubia est in scriptoribus. Mille asserit Claudianus. Cum eo non pauci sentiunt. Martial. lib. v. Epig. 7. 'Qualiter Assyrios renovant incendia nidos Una decem quoties secula vixit avis.' Pomponius Mela; ubi 'quingentorum annorum ævo perpetua duravit, sibi ipsa incubat, solviturque.' Auctor Epistolæ ad Præsidiam: 'Phœnix avis est Indiæ, et per quingentos annos de Libano se

Delph. et Var. Clas.

implet aromatibus, post accenditur.' Ovidius: 'Hæc ubi quinque sæs complevit secula vitæ, Unguibz et duro nidum sibi construit ore.' Isidorus Origin. libro xii. 'Hæc quingentis ultra annis vivens, iterum de cineribus resurgit.' *Idem.*

Namque ubi mille vias longinqua retorserit ætas] *Longæva* Vaticanus chartaceus: *atqz* etiam primus ejusdem bibliothecæ; sed frustra utrumque. quanquam Orientius in Communitorio: 'Et quod nunc ætas sensim longæva resolvit.' Scribe: *Namque ubi mille vias longinqua retorserit ætas: longinqua pro longæva*; ut in illo Virgiliano Æneidos iii. 'Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.' *D. Heins.*

28 *Tot fuerint hyemes*] *Torruerint* decem codices. *Corruerint* Putean. Florent. S. Marci, et duo Vatt. *Horruerint*. Lege *tot ruerint* cum Aldo, Lucensi, Vaticano chartaceo, qui ex veterrimo descriptus est, et quatuor aliis. *mox totidem* quam *toties* malo. *Idem.*

30 *Tandem subjungitur*] Subditur, vincitur, quasi perpetuo cum ætate certamine, eatenus indomabilis. *Barthius.*

Subjungitur annis] Ita scripti constanter, quamquam mendose, uti Scaligero visum: nisi quod Vaticanus chartaceus *subducitur*, quod verum opinor. Vulgatum ex illo Maroniano tnetur Barthius: 'Nulli fas Italo tantam subungere gentem.' *D. Heins.*

31 *Lustrorum numero victus*] Non domitus in universum in abolitionem, sed superatus, ut decederet statione et repararetur. Sic senectam vincere Phœnicem scriptores aiunt. *Barth.*

32 *Vertice pinus*] *Culmine* Ald. Lucens. et sedecim alii. *D. Heins.*

36 *Jam brevis*] *Namque ubi* Gyrard. et Lucens. cum Vaticano chartaceo: forte *jam sibi*. Pro *stilla* mox *stella* quidam libri; ut stellam oculos vocet: chartaceus Hafniensis *stela*; sed *stel-*

Claud.

5 P

in etiam Barthio curis secundis probatum. *D. Heins.*

Languetque senili Seguis stella getu]

Ita libri Cujaciani et Belgici. Stellam intelligit vigorem Sole oriendum, nam cognatum sidus in vorticem volucris etiam ante collocavit: 'rutilo cognatum vertice sidus Attollit cristatus Apex.' Hunc cum sidere suo apicem senio paulatim consensescere dicit. Poteat et oculorum fulgorem ipsam intelligere. *Barth.*

40 *Conacius avi]* Exacte enim novit tempus suum effluxisse, adeoque ut nemo Sacerdotum Ægyptiorum æque, excepto uno, quem in eam rem affatu divino instrui tradebatur. Ælianus pulchre lib. vi. Animal. cap. 58. *Idem.*

41 *Exordia forma]* Vita Petav. *D. Heins.*

43 *Cumulum texens]* Struem vocat Mela III. 9. 'super exaggeratam varilis odoribus struem sibi ipsa incubat.' *Barth.*

44 *Bustumque sibi partumque]* Omnia hac congruunt eorum scita qui ipsum se Phœnicem exurere dicunt. *Idem.*

45 *Hic sedet]* Incubat sibi. *Idem.*

Blando Solem] Magno solem Lucens, et plerique alii: vulgatam lectionem prim. Vatic. recte tætur. *D. Heins.*

Clangore salutat] Quod singulis horis facere auctor Elegiæ convenienti figmento comminiscitur. *Barth.*

46 *Ex supplice cantu]* Clemens Constit. Apost. v. 8. 'Ibique conversam ad aspectum Solis, ei, ut aiunt, supplicem, sponte conflagrare.' *Idem.*

47 *Præstatura]* Præstituta ex usu et regula erat. Sic *constatura* legimus apud Lucanum. *Idem.*

48 *Phœbus habentis]* Primo ortu Solis res geritur. *Idem.*

49 *Stat subito]* Sensus est: Quem cum procul vidit Phœbus, subito stat adductis habentis.

Alumnus] Alumnus Solis, avis Solis Phœnix. *Barth.*

50 *Pulsique sepulchris]* Inefficaci busto. Nihil enim ad Phœnicem sepultura. *Idem.*

51 *Natusque habitare vices]* Reparabilis ex ipsa morte. Reparabilis ales Ausonio Eldyl. XVIII. *Idem.*

52 *Proprioque solis]* Males patrias: ut infra: 'patriam de more reponit Congeriem.' Lib. II. in Stilich. 'Et patrios idem cineres collectaque portat Unguis ossa pia.' Ovid. xv. Met. 'Corpore de patrio memorant Phœnica renasci.' Pari modo Herodotus, Achilles Tatius, alii, quos piget describere. *D. Heins.*

53 *Corpusque coactum]* Natura cogente id secedere et renovari. *Barth.*

Corpusque coactum Desere] Corpusque caducum opinor. *D. Heins.*

54 *Mutata melior procede figura]* Mutatam figuram prim. Vaticanus, non ineleganti Græcismo. *Idem.*

55 *Flavis e crinibus]* Mythologia radiorum Solis. Macrobius lib. I. Saturnal. c. 17. *Barth.*

57 *Vitali fulgore ferit]* Soli hunc tribuit Claudianus. Ipsi avi, occulta vi Naturæ, alii. *Idem.*

Nam sponte crematur] Jam opt. Ambros. et Moreti. *D. Heins.*

59 *Telis celestibus]* Vera hæc lectio, et quis sagittas Apollinis nescit, quisque eas ignorat tela Diei?

Stellis celestibus agger] Telis bene Raphaelengius ex Isingrini libro; et sic prim. Vatic. et unus Medicæ ac Ambros. quomodo radios solis 'lucida tela diei' Lucretius vocat. Frequenter in antiquis membranis hunc errorem commissum deprehendi, ut *stellis pro telis* legatur. *D. Heins.*

Agger] Struem Mela dixit: noster supra cumulum. *Barth.*

60 *Juvenco Lana premit]* Ne qua in re officiator videlicet tanto operi. *Idem.*

62 *Parturiente rogo]* Quod miraculum summum maximumque. *Idem.*

Parturiente rogo curis] Aut fallor, aut curas legendum. Ovid. de Phœ-

nice: 'Fertque pius cunaeque suas patriamque sepulchrum.' Soboluit et idem Barthio: qui tamen vulgatum praefert. *D. Heins.*

63 *Ne perdat arem*] Ambrosius lib. v. Hexamer. c. 23. 'Deus avem unicam perire non passus, eam sui semine voluit reparari.'

Flammaeque fideles admonet] Fidem flammis tribuit. *Bart.*

64 *Admonet*] *Amovet* cum Isagrini codice Raphaelengius. Nihil mutandum videtur, potioribus scriptis pro vulgata scriptura stantibus. *D. Heins.*

66 *Venis recidivus sanguis inundat*] *Venas* scripti meliores, praeter prim. Vaticanum et Oiselianum; utrumque probum. Caeterum *recidivus sanguis* legendum jam olim animadverti; quod prim. Vatic. et unus Medic. cum Oiseliano confirmant. Corippus l. i. 'Ales ubi expositus cum Phœnix innovat artus A busto recidiva suo.' Idem eadem voce jam ante usus erat: 'Successorque boni recidivaque gloria Petri.' Vetus Poëta in laudem Solis in catalectis Pithœi: 'Idque docet Phœnix, istis reparata favillis Omnia Phœbeo vivescere corpora tactu. Hæc vitam de morte petit, post fata vigorem. Nascitur ut pereat, perit ut nascatur ab igni. Una cadit toties, surgitque ac deficit una. Rupe sedet, capitur radiis et lumine Phœbi: Suscipit immensum recidiva morte calorem.' Plusculos versus adscripsi, quod ad rem omnino faciunt. Primo versu videtur scribendum, *busti reparata favillis: recidivum*, quod post casum resurgit, aut renascitur. Servius *Æneid.* iv. ad illa Maronis: 'Et recidiva manu posuisssem Pergama victis.' 'Recidiva, post casum restituta: alii recidivum proprie dicunt, quod excisum de novo nascitur.' Sic *recidiva semina* apud Prudent. lib. ii. in Symmachum: 'Gignit, alit, reparat, recidivaque semina servat.' Idem Psychomach. 'victorem placidum recidiva in præ-

lia poscat: cum optimis membranis. Vetus auctor de gestis Berengarii ineditus: 'desertus amicis Stat rationis inops, utrumque inglorius armis Abscedat, recidivo animam servare duello Redditus, an pulchram propeperet per vulnera mortem.' Juvenal. Sat. vi. 'Ac velut exhausta recidivus pullulat arca Nummus:' ita enim prisca editiones. Noëter Gigantomachia: 'hinc volacrem recidivo pectore pascit Infelix Scythica fixus convalle Prometheus:' quomodo ingeniose scribendum conjicit doctissimus Barthius, cum *vivo sub pectore* illic circumferatur: quamquam *Abrepto pectore* videtur praefendum, ut suo loco diximus. Serenus Sammonicus cap. v. 'Lumbrici quoque terrestres miscentur olivo, Et juvenem præstant recidivo flore capillum:' sic et ibi lego, ut et c. 36. 'recidiva obducere tela,' et c. 51. 'alternis febris recidiva diebus.' De febris *recidiva* omnia jam nota sunt. Maximianus Elegia v. 'recidivam voluptatem' dixit. Paulinus carmine Sapphico ad Nicetam, 'Invidus Cain, recidivus Abel:' licet illic vulgati nonnulli et veterrima Isaaci Vossii membrana *recidivus* agnoscant. *Recidiva Pergama* apud Virgilium bis terve. Silio l. i. 'Gens recidiva Phrygum:' quomodo recte in Crepundiis conjecit parens meus, et confirmant veteres libri. Ovid. Fast. iii. 'Ille dedit captae recidiva vocabula Trojæ,' non *repetita*, ut nunc legitur. Auctor Moreti: 'Hortus erat junctus casulae, quem vimina pauca Et calamo recidiva levi munibat arundo:' ita enim scripti et primæ editiones, inter quas Aldina, ex fide optimi codicis expressa; non *redimita* vel *rediviva*: quod in scriptis nonnullis libris exstat *recidiva*, a viro maximo explodi non debuerat. Idem perperam *munibat* pro *munibat* reponit: *munibat* pro *capiebat*. *Arundinem* eleganter *recidivam* vocat, quæ demessa in so-

pena denno erecta erat. Sedulius lib. iv. Mirabilia Divinorum, ut quidem illi libri in antiquis codicibus inscribuntur: 'Nec poterat famulus domino clamante tacere, Nec vita præsentem mori: mox agmine verso Deponens trepidam recidivo tramite lactum Candida felicem revocavit turba parentem.' Vulgo et illic perperam *redicivo*. Apud Dracontium Hexamero: 'Et recidiva salus reduci per membra vapore Nascitur, et calidus repetit vitalia sanguis:' ita enim opinor scribendum esse, cum *redicivo* lumine paulo post sequatur. Idem eodem poemate: 'Vita gravis hominum subducitur impete mortis Quæ recidiva magis vivaci corde resurgit.' 'Recidiva feritas' de rebus Mediolanensibus Gunthero Ligurini libro ix. 'Injuria recidiva' apud Symmachum. Apud Sidonium Apollinarem, 'recidiva cinnama.' Emodius Itinerario Padi: 'Perfunctus primis recidiva pericula vidi.' Idem alibi: 'Tunc recidiva serit quæ portat germina Phoenix:' ita et illic scribendum esse censeo. Plura de hoc verbo ad Senecam Troadas Gronovius vs. 472. *D. Heins.*

67 *Victuri cineres*] Non amplius vivo alite, unde et alius et idem dicitur.

Nullo cogente] Propria vi. *Barth.*

68 *Plumaque rudem vestire favillam*] Traditio tamen communis vermem prius oriri, mox fieri, deinde interjecto dierum certorum spatio, fieri volucrem. *Idem.*

70 *Succeditque novus*] Suis sibi hæres, et nova eademque avis. *Idem.*

72 *Protinus ad Nilum*] Prima hæc cura cum parem se sentit labori.

Sacrare] Consecrare, velut rem debitam. Mela: 'Cum adolevit, ossa pristini corporis inclusa myrrha Ægyptum exportat, atque in urbem, quam Solis appellant, fragrantibus nardo bustis inferens, memorando funere consecrat.' *Barth.*

73 *Auctoremque globum*] Genitorem sibi. *Idem.*

74 *Alienum tendit in orbem*] A Patria. Omnia late loca pervolitare Phœnicem, nullibi sistere, nec perspicere clare hominibus, alia fabulatio est. *Idem.*

Pergit in orbem] *Tendit* recte cum Aldo et scriptis Raphelengius. vide notas lib. ii. in Stilich. 416. *pergit* tamen in primo Vat. et Oiscliano. *D. Heins.*

75 *Clausum velamine fumus*] Isingr. clarum, pro carum. *Idem.*

Fumus] Cadaver ipsum. *Barth.*

76 *Innumera comitantur aves*] Regem nimirum, quem mox appellat. Tacitus: 'Multo cæterarum avium comitatu, novam faciem mirantium.' *Idem.*

Innumera comitantur aves] *Glomerantur* Moreti codex. placet. Virgil. 'Quam multæ glomerantur aves, quas frigidas annus Trans Pontum fugat.' Lib. ii. in Eutrop. 'Innumeri glomerantur hæti:' et lib. ii. in Rufin. 'Commotæ glomerantur apes.' Mox *stipantque* Bononiensis, et *stupescita* pro *suspensa* opt. Ambros. *D. Heins.*

79 *Audet*] Metum a reverentia agnoscit et Ezechiel. *Barth.*

80 *Flagrantis adorant*] *Fragrantis* cum Opt. Ambr. et Hafniensi. *D. Heins.*

81 *Non ferus accipiter, non armiger ipse Tonantis*] Ait utcumque raptores atque crudeles volucres desinere bellandi cum vident Phœnicem.

Armiger Tonantis] Hic Aquilæ titulus accessit, quod fulmine non percutiatur. *Barth.*

83 *Flavio de Tigride*] *Elegantiam* gratia, exque more Romano addita vox *fluvii*, cum alioquin perspicua de eo locutio. *Idem.*

Flavio de Tigride turmas] *Flavo* olim conjeceram; quod opt. Ambros. confirmat, et Hafniensis liber. Dictum lib. iii. de Rapt. vs. 333. mox lego

gemmisque. D. Heins.

86 *Auro frenat equum*] Assyria acus texturam Babylonicam notat. *Tumidus* regendo est ille Maronianus: 'tumidus novo præcordia regno.' *Famula acies*, Dominium Parthorum Regum denotant, quibus pro servis omnes subditi. *Barth.*

88 *Celso per Tyrias acies*] Quid duci Partho cum Tyriis? scripti plerique *famulas*; recte: dictum supra; atque ita cnris secundis Barthius. *D. Heins.*

90 *Urbs Titana colis*] Heliopolin dicere clara res est. *Barth.*

Centumque immane columnis] *Ful-tumque* Gyrard. et Lucens. at prim. Vatic. et duo alii *centumque accline* cum Oisiliano. Virgil. *Æn.* vii. 'Tectum, augustum, ingens, centum sublime columnis.' Et Statius illa imitatus Sylvarum iv. Epulis Domitiani: 'Tectum, augustum, ingens, non centuminsigne columnis.' *Nixa colum-nis templa* apud Avienum ora maritima, ut ex veteri codice corrigendi versus: 'Hic inter densas late surgentia nubes Templa Sinopei Jovis adstant nixa columnis.' *D. Heins.*

91 *Thebano monte revulsis*] Thebas *Ægyptiacas* dicit, marmoris feraces. *Barth.*

Thebano monte revulsis] *Thabeo* opt. Ambros. et Hafn. *Lege Thebao*; hinc et Thebæi populi. Vetus inscriptio obelisci Constantiani: 'Hoc decus ornatum genitor cognominis urbis Esse volens, cæsa Thebis de rupe revellit.' Hinc et *Thebæa legio*, cujus Ammianus, Notitia Imperii, alii meminerunt. *D. Heins.*

95 *Mirata relucet Limina*] Scripti plerique *lumina*: puto *culmina*. *Myrrhata* etiam legendum Claverius et Raphelengius jam viderunt. Mox pro *dicino fumo* malim *divinos spirant altaria fumes*: vide notas iv. Cons. Hon. 591. Barthius tamen ex Belgico codice, *mirata relucet Lumina* tuetur. *Idem.*

Myrrhata limina] Inferiores partes Templi limina vocat. Quæ myrrhæ odore adflata autumet. Verissima codicis Belgici scriptura: *mirata relucet Lumina: divino spirant altaria fumo*. Ipsum ignem, ipsum Vulcanum miratum res tantas, et pleniore luce illuxisse autumat. *Barth.*

98 *Pervenit Indus odor, penetrat*] *Indus odor penetrat nares* prim. Vatic. et quatuor alii: pro *penetrat Claverius penitus* ex suo codice; frustra: lib. ii. in *Eutrop.* 'Contextit varius penetrans Chalcidona nidor.' Barthius: *Pervenit Indus odor Blemys, completque salubri Tempestate Phylas*. Sed hæc audacissima conjectura est. Puto: *Indus odor penetrat nares, completque salubri Tempestate viros*. *D. Heins.*

Penitus completque] Scribe: Et, *Pelusiacas productus adusque paludes, Pervenit Indus odor Blemias, completque salubri Tempestate Phylas*. *Phile urbs*, sive *Phylæ, Ægyptiaca*, Straboni lib. xvii. aliis. *Blemyses* moti populi. Longe ergo lateque dispersum vaporem tam magni nobilisque busti dicere voluit, indicatis diversi situs populis et urbibus. *Pelusium* situm in paludibus, et a luto ipsam dictum. Strabo lib. xvii. *Barth.*

99 *Tempestate*] Id est, temperie odorata: alibi dixit, 'tempestatem oris,' pro vultu bene composito. *Claverius.*

Nectare dulcor aura] A gustu ad odorem Nectaris suavitas transfer-tur. *Barth.*

100 *Ostia nigrantis Nilii*] Nihil mutandum: *nigras arenas* Nilo assignat Alcimus Avitus lib. i. 'perrumpit flumine ripas Alvens, et nigris campos perfundit arenis.' *D. Heins.*

Nigrantis Nilii] A pingui luto quod vehit, unde et pinguis-simus flaviorum perhibetur.

Vaporat] Adolet quodammodo, va-pore velut tingit. *Barth.*

101 *Harceque tui*] Auctor Elegiæ:

‘Ipse sibi proles, suus est pater, et suus heres.’

Solimus] Obimus. Mors enim solutio formæ. *Barth.*

100 *Scopulis stagnantibus*] Stagnante aqua effusis. *Idem.*

100 *Edemita tollere*] Terræ omni lege, quæ abscendit et in se recipit omnia quæ eam tetigerunt, tangunt, tangentque, sola hæc avi demta. *Idem.*

110 *Nec jus habuere nocendi*] *Habet hora nocendi* Barthius, qui huic poë-

matie multa arbitratur deesse. Conjecturam non probō: si quid mutandum sit, reponam, non *jus habuere nocentes*. *Nocentes Parca*: *jus habere in aliquem*, eleganter dicitur; de quo ad Nasonem initio Amerum multa congestimus. *D. Heins.*

Nec jus habuere nocendi] Omnino scribendum: *nec jus habet hora nocendi*. Id est, mors, mortis articulus. Hunc enim fatalem horam, et simpliciter horum dicunt scriptores. *Barth.*

XLV.

2. *Hystrix.*

De hoc animante vise Aristotelem, Plinium, &c. In Regno Taicam, civitate Scassem, copiam venatoribus offerri, et agmine facto, jaculisque confectim emissis, multum canibus nocere, auctor Paulus Venetus l. 33. *Barth.*

De hystrice] Excerpta Puteanae, ‘De hystrice quem porcum spinum dicimus:’ lege *spinum*. In primo Vaticano desiderabatur hoc carmen. *D. Heins.*

1 *Memorande Stymphele*] Malim memoranda: est enim *Στυμφήλιος* feruini generis apud Græcos. *Idem.*

Stymphele] *Stymphalis* palus Arcadiæ, *Stymphalos* ejusdem oppidum, ubi aves illas fatales domuit Hercules. *Barth.*

3 *Spicula vulnifico*] Ea monstrositas harum avium. Hyginus c. 20. Argonautæ cum ad insulam Diam venissent, et aves ex pennis suis eos conficerent pro sagittis, cum multitudini avium resistere non possent, ex Phine monitu clypeos et hastas sumserunt, exque morsa Curetum somitu eas fugarunt. *Idem.*

3 *Credibile fabula*] Narratio. *Idem.*

5 *Affermat*] Confirmat, probat, fidem iis facit.

Quæ longius illi Assimilat porcam] Qui in his oris visuatur capite leporem referunt potius. *Barth.*

6 *Assimilat porcam*] Nonnulli assimulat. *D. Heins.*

9 *Hanc tamen*] Præstet attamen. *Idem.*

Exiguam] Lupi tamen magnitudine facit Oppianus Cyneg. iii. *Barth.*

12 *Quorum cute fixa tenaci Altera succrescit*] Sic cum vulgatis alter Gyraldi codex, quæ corruptissima sunt: prior Gyrald. et Lucens. *Alba sub atraxit*. Aldus cum excerptis Puteanis *Albas* ubi traxit: quatuordecim alii *Altera subtraxit*. Bononiensis *Alve* subtraxit: unus Ambros. *Ardua* subtraxit: optimus cum secund. Vaticano *Aloum* subtraxit. Lege, *Picturata sepes dorsum, cute fixa tenaci, Ceu velle, obtexit*; vel *obtexens*, ut vitetur cæcursa. Næo de apro: ‘Stantque, velut vallum, velut alta hastilla, setæ.’ Sic et ‘vallum pectinis’ eidem. Barthius cum *cute mixta* in veteri codice inve-

nisset, amandat, *que cum cute missa tenaci, Altera succrescit* : sed et *crescit* jam superiori versu præcæserat, ut ferri hic *ad succrescit* non possit; et tela hæc cute emitti mox subjunget, ut bis idem dixerit, si *cute missa* admittamus: quod cum videret ipse, mutata sententia rescribit: *quorum cute fixa tenaci Alba subit radix*. Sed cur non *Alta radix*? Nostram lectionem nemo sanus damnabit. *D. Heins.*

14 *Cincta vices*] *Tincta* cum Lovaniensi scribendum: et *internigrantibus* non *intus nigrantibus*, ut præstantiores agnoscent. Scripti complures *Cincta vices*. Opinor *Picta vices*. Idem.

15 *Tenuatque fertim*] Sensim, occulte, ut decrescere spissitudinem vix sentias. *Barth.*

In solida speciem pinne] Perperam vulgo pugna: nos scriptos secuti sumus. *D. Heins.*

16 *Lavis in extremum*] Extremum acumen, acutissimum, summum: ut acutius fieri non possit. *Barth.*

18 *Propugnat jactibus ultro*] Scribendum *oppugnat*. *D. Heins.*

19 *Longe sua membra regit*] *Emaula longe sua membra tegit*. *Protegit*, inquit, e longinquo corpus, emissis eminus hastilibus sive jaculis suis. *Barth.*

Sua membra regit] *Lucens. opt. Ambros. et alii nonnulli tegit*: quod Barthio arrisit. Tamen infra: '*certique regit conamina pisus*.' *D. Heins.*

23 *Mucronem verberat unda*] *Mucronem* *Lucens.* forte *densam mucronem* *verberat undam*: vel, *Terrifici densam mucronis verberat undam*. Idem.

25 *Vibrataque rauco*] *Virgataque* *Barthius*: nil mutandum. Idem.

26 *Stimulusque accensa tubarum*] *Maronianum*: '*Ere ciere viros, Martemque accendere cantu*.' *Barth.*

Stimulis accensa tubarum] Male hæc distinguebantur. Mox *tolis* pro *signis* unus *Medic.* *D. Heins.*

20 *Parvusque sui timor*] *Tumor* vel

sine libris legendum supra *Epist. ad Hadrianum* monui. Idem.

Partusque sui tremor] Id ingenium habere feram prædicat. *Barth.*

32 *Error abest*] Ita quidem testantur et Neoterici, et Oppianus scribit ob certitudinem ictuum canes non admoventi feræ a venatoribus. Idem.

33 *Nil spatio fallente*] Non fallente prorsus. Idem.

Servatque tenorem Mula cutis] Scribo *Mota* etiam ex conjectura; quod Oiseliannus a manu secunda postmodum confirmavit. Lucani illa respexit lib. vi. '*Gætulas densis elephas oppressus ab armis Omne repercussam squallenti missile tergo Frangit, et hærentes mota cute discutit hastas*.' Quæ Sidonius Apollinaris carm. xxii. sic expressit: '*riget hispida dorso Vix ferrum passura cutis: quippe improba eratem Nativam nec tela forant: contracta vicissim Tenuaque terga feris crepitant, usuque cavendi Pellunt excussis impactum missile rugis*.' Lucanus Virgilli illa respiciebat *Æneidos* x. de apro: '*dentibus infrendens et tergo decutit hastas*.' *D. Heins.*

34 *Doctique tegit*] Scaliger *regit*. Visum miraculo dirigi a cutis certitudine ait. *Barth.*

Conamina visus] Imo *nisus* cum scriptis plerisque. *D. Heins.*

35 *Quis labor humanus*] *Quid recte Aldus* et veteres nonnulli. Idem.

38 *Taurinos viscere*] Omnino scripsit *Claudianus taurino viscere*. Nervos arcum dicit e taurino viscere intendi. *Barth.*

Taurinos mittere nervos] *Taurino viscere* *Lucens.* et excerpta *Pateana*: vidit *Raphelengius*, et probat *Barthius*. *Lequos* ex cervino nervo fieri solitos docet *Gratius Cynægetico*. *D. Heins.*

40 *Brevis bestia*] *Exiguâ*, minuta. *Barth.*

Bestia telis] *Bellua* rectius unus *Medic.* et *Potav.* *D. Heins.*

44 *Industria vita Fluxit ab exemplis*] Manilius: 'Per varios usus artem experientia fecit, Exemplo monstrante viam.' Paullatim dicit uten-

do ventis rerum usum in vigorem. *Barth.*

46 *Cydonas*] Cretenses, jaculis sagittisque celeberrimos. *Idem.*

XLVI.

3. *Torpedo.*

EPIGRAMMA acutum pulcrumque, *ῥῆσις τοῦ τάρπιδος ὀφθαλμοῦ*. Sunt de recentioribus, qui scribant, magnam ejus piscis copiam in Nilo reperiri, cui constet experientia tale inesse ingenium, ut si ab aliquo manu teneatur, si inmotus maneat, nihil efficiat, sin autem se paullulum moveat, adeo tenentis corpus eo motu torqueat, ut nervi, arteriæ, et quotquot habet in corpore membra, cum stupore ingentem sentiant cruciatum: ubi e manu dimittitur, omnis illico dolor et stupor recedat. Feruntque esse exploratum, si inter mortuos pisces *Torpedo* viva ponatur, et inibidem se moveat, eos quos tetigerit, interno quodam et arcano motu ita cieri, ut vivere videantur. *Barth.*

1 *Dixit torpedinis artem*] Sic Isingr. et prim. Vatic. cæteri *mira*. D. Heins.

2 *Audit, et merito*] Ita scripti potiores: vulgo *audit et emerito*. *Idem.*

3 *Mollis*] Cartilaginem pro spina habens. Plinius l. ix. c. 24.

Segnique obnixa natatu] Isingrini codex, prim. Vatic. et multi ex nostris *obnoxia tactu*: unus Ambros. *obnoxia tractu*: sic 'serpentum tractus:' duo Medicei *obnoxia natu*. Pro *mollis* malo *mollis*: in cæteris nil ausim mutare. D. Heins.

Obnixa natatu] An dicat facilem comprehendi, ob torpidum natatum manu prehendi obviam? *Barth.*

4 *Serpit arenis*] Oppianus Halieutic. ii. Unde hæc omnia. *Idem.*

6 *Animata, medullis*] Sic Raphelengius. Claverii editio et unus Ambros. *armenta*: cæteri cum vulgatis *animata*. D. Heins.

8 *Naturam jurat ipsa dolis*] Plin. l. ix. c. 42. 'Novit torpedo vim suam, ipsa non torpens: mersaque in limo se occultat, piscium, qui securi supernatantes obtorpuere, corripuens.' *Barth.*

10 *Hac confixa jacet: successu lata resurgit*] Hæc corruptissima sunt: undecim libri, *Attactu confixa jacet: successu lata resurgit*: duo *Ac tactu*: unus item cum Palatino *Tactu*. Editio Claverii, *Hac confixa jacet: successu lata resurgit*, ex veteri libro: idem ex Cajaciano codice notat: *Attactu confixa mo...Quæ tetigere jacent: successu lata resurgit*: et sic editio Parmensis cum primo Vaticano et uno Ambrosiano, nisi quod in iis *Ac tactu confixa*; et *nacent pro jacent* Ambrosianus: prim. Vatic. *Qui tetigere jacent: successu lata resurgunt*: Gyrardinus: *Qui tetigere jacent: successu lata resurgens Attactu confixa suo immobilis hæret*: atque ita Lucensis, nisi quod in eo *jacent et resurgit*, versusque transponuntur: opt. Ambros. et Hafn. et sec. Vatican. *Tactu fixa jacet: successu lata resurgit*: unus Medic. *Attactu confixa jacet et lata resurgit*. Petav. *Attactu confixa suo tum lata resurgit*: pro *attactu* legendum videtur *Ac tractu*, ut supra, vel *Ac natu*. D. Heins.

14 *Non fugit*] Quindecim *furit*,

quod Barthio probatur; nil muto: Lucens. *fuit*. Pro *propius* nonnulli *potius*: et pro *undas*, *herbas*. D. Heins.

17 *Flamina*] Ipsam auram torpore inficere, auctor Plinius l. xxxii. l. Barth.

18 *Setam*] Seta funiculus cui hamus adfixus. Martialis: 'Et piscem tremula salientem ducere seta.'

Vis alta meat] Mira sane efficacia torporis. Barth.

Vis alta meat] *Atra* opt. Ambros. D. Heins.

19 *Absentem vinctura virum*] Sic Claverii et Raphelengii editio, et Va-

ticanus unus cum duobus aliis. Vulgo *victura*: sex *tentura*: duo *nectura*, pro *nectura*. Lucens. et Gyrald. *tentura*, a teneo; quod placet: *nectura* Rottend. prim. Vatican. et cæteri scripti *victura*. An *nectura* pro *nectura*? Idem.

21 *Arcano frigore*] Aëre ipso infecto. Vide Cassiodorum Var. lib. 1. Epist. 35. Barth.

24 *Redit exarmatus*] Abjecto pisce abire ejus effectum, auctore ex præsentente supra retulimus. Idem.

Exarmatus habena] *Avena* Aldus et multi scripti. bene. *arundinem* supra vocavit. D. Heins.

XLVII.

4. Nilus.

IN Lucenai recte Nilus, non de Nilo, inscribitur hoc Idyllium, ut et *Phœnix*, *Torpedo*, *Magnus*, *Aponus*, et similia. In primo Vat. Nilus incipit. D. Heins.

2 *Non sperat*] Præstolatur, exoptat, invocatur, postulat. Non enim metuit sonat hoc loco. Observandum quod dicant auctores, omnium fluviorum solum Nilum vapores nullo exspirare. Barth.

3 *Pluviali frigore Coros*] Occidens ventus, contra Aquilonem flans. Gellius 11. 22. Idem.

4 *Invocat*] Tibullus eadem re: 'Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.' Idem.

5 *Ægyptus*] *Ægyptos* quinque libri: bene. Sequenti versu malo *tenens* quam *tenet*. D. Heins.

6 *Secura potit*] Plinius Panegyrico: 'Ægyptus augendis alendisque seminis ita gloriata est, ut nihil imbris cœloque deberet.' Barth.

7 *Gaudet aquis, quas ipsa vehit, Nilusque redundat*] Nilus omnium omnino bonorum dator celebratur scriptori-

bus, quorum nemo non sanctius et venerabilius aliquid de eo dicere contendit. Eo profuere bonorum omne genus velat proverbium erat. Idem.

8 *Mediis ab Austris*] Vide Scortiam 1. 3. Sane indigena fluvius minime eat, undecunque veniat. Idem.

Mediis clapsus ab Austris] *Elatas ab antris* scripti plerique. Statius Thebaid. iv. 'Sic ubi se magnis refusus suppressit in antris Nilus:' sed vulgata scriptura non est sollicitanda. Lucretius lib. vi. de Nilo: 'Ille ex æstifera parti venit amnis ab Austro Inter nigra virum percoctaque sæcla calore Exorians.' A Meridie enim fluere hunc amnem scriptores constanter asseverant. Paulo ante *redundant* non *redundat* lego; aquæ scilicet: atque ita unus Ambrosianus. D. Heins.

9 *Cancricque calentis*] *Æthiopum ducis*. Manilius l. v. 'colit India Cancrum: Ardent Æthiopes Cancro.' Barth.

10 *Fluctibus ignotis*] *Flexibus* ex Palatino Barthius; quod ego in illo

codice non observavi; nescio an oculis male usus. *D. Heins.*

Fluctibus ignotis] Scriptus noster *fluxibus*; quod melius. Non enim fluctus, sed profluxus, ipsumque iter fluminis indicat. *Procurrit* ad impetum pertinet. *Barth.*

11 *Secreto de fonte cadens]* Ita ignotus hic omni Antiquitati fuit, ut et proverbium fecerint inde. *Idem.*

18 *Hoc vidisse caput]* Origines fluviorum *capita*. Lucanus, l. x. 'Arcanum Natura caput non prodidit ulli.' *Idem.*

16 *Per mille ruit]* *Means* Buslid. Sic lib. i. in Rufin. de eodem Nilo: 'Par semper similisque meat.' Et l. i. in Eutrop. 'Nilusne meatu Deivus.' *D. Heins.*

20 *Hunc bibit effrenis Garamas]* *Infrenis* prim. Vatican. et sex alii; bene. Virgil. 'Hinc Numidæ infreni cingunt.' Silio: 'Numidæ gens inscia freni.' Alio significatu Ansonius Idyllio v. de Thracibus: 'Gens infrena virum, quibus in scelus omne ruit fas:' nisi *effrena* illic reponi placet. *Idem.*

21 *Cyrthæus]* Claverius *Carreus*: prim. Vatic. et excerpta Put. *Gyrreus*: alius *Gareus*: Lucens. et Rotund. et Hafn. *Cyrenus*: sex *Gireus*: duo *Cirreus*: tres *Girreus*: recte: atque ita doctissimus Sirmondus ad Sidonium, et in Adversariis Barthinus xi. 24. *Idem.*

23 *Compositis crinem sagittis]* *Nubianæ* aut Meroës incolæ dicit, quorum alibi nec semel meminit, cum suis sibi crinalibus sagittis. *Barth.*

Velata sagittis] Legendum *vallata* cum Scaligero et sec. Vatican. Patavinus certe *vellata*. Buslid. *religata*. Ovid. 'Quod sit avus radiis frontem vallatus acutis.' *D. Heins.*

25 *Ut tempus]* Lege aut ex scriptis. *Idem.*

Ut torrens mervit] Lege aut *tempus mervit*. Neque causas similes, neque tempus habet augmentis aliorum fin-

inum: neque enim soluta glacie, neque hiemali aut pluvio tempore increscit. *Barth.*

27 *Produxerit]* Anxerit, locupletaverit. Autumno abundare Nilum, Jordanem æstate, tradit Jesus Syracides c. 24. *Idem.*

29 *Mutato jure tumescit]* *Rure* Lucens. rite sec. Vatic. *more* Buslid. elegant. Lucan. lib. x. ut legendum alii jam viderunt: 'Hinc montes natura vagis circumdedit undis, Qui Libyæ te, Nile, negent: quos inter in alta It convallo tacens jam moribus unda receptis:' quomodo vir summus Hugo Grotius primus illum locum castigavit; nec aliter in optimis membranis exaratum offendi. *D. Heins.*

Tumescit] Augeatur undis. *Barth.*

32 *Revocatur in annem]* *Agmen* duo Medic. et Palatinus: *agmen* aquarum innuit. *D. Heins.*

33 *Quoque die Titane Canis]* Canis exortu increscere Nilum, res confessæ. Lucanus l. x. 'Nilus neque sæcitat undas Ante Canis radios.' *Armare diem*, id est, calorem. Titane Canem flagrantior dicit Claudianus, quod eo astro nullum sit ferventius, augeatque id geminetque Solis calorem. *Barth.*

Quoque die Titane Canis flagrantior armat] Barthinus emendat Advers. lib. xi. 24. 'Cumque diem Titane canis flagrantior armat:' nec dissentimus. Cumque certe non *quoque* prim. Vat. aliique complures. *D. Heins.*

34 *Et rapit humores madidos]* *Madidus* dno Medicei et Palatinus: *rubidus* non male Barthinus: curis tamen secundis vel *madidis* vel *sidus* reponit. Quid si legas, et *rapit humores avidus?* Pro venasque calore iidem libri *calorem*: decem *venasque calores*: Oxon. *Canesque calores*: opt. Ambros. et Hafn. *varioque calore*: latet aliquid. *Idem.*

Rapit humores madidos] Inscitum madidos dici, quasi essent et aridi. *Barth.*

36 *Nilo bruma venit*] Ut exerceat et effundatur, aliquia *hyemem*, quod frigus hiemale nunquam senerit. *Barth.*

Nilo bruma venit] Lege vehit cum Gyrard. *D. Heins.*

37 *Defectis solitum referens*] *Solitumque ferens* Lucens. cum Puteani excerptis et Aldo: quindecim alii *defectum solitumque ferens*. Vaticanus pro vulgatis stat. Forte *defectum solitis repetens*: ut *aquor* pro campis ponat, *cultores* pro colonis. *Idem.*

Defectis] Languentibus. *Barth.*

39 *Potentibus arvis*] Cave Palatini codicis scripturam audias cum Barthio, *potentibus arvis*: nam 'radii potentes' jam præcesserant. *Idem.*

40 *Remis sonare novalis*] Inventam esse Geometriam Ægyptii dicunt pro necessitate terminorum terræ, quos Nilus inundationis tempore effundebat. Nam a Nilo labefactatos terminos eos dicere vult. *Barth.*

41 *Æstivo jaceat*] *Jacuit* Rapolengius contra scriptos. Pro *sapore* sec. Vatic. *sapere*: quidam *sapere*. *D. Heins.*

XLVIII.

5. *Magnes.*

1 *Mundum ratione secutus*] Arcana ejus, velut fugientia hominem, nisi ratione inquirantur. Usum quem hodie lapis iste in re nautica habet, veteribus non incognitum fuisse, ipsis olim Tyriis, Chinensibusque nunc et ante nostra secula perspectum, docere vult Nicolaus Fullerius Miscellan. iv. 19. *Barth.*

6 *Commovet motus*] Lege *concutiat* ex scriptis. Mox pro *quæ origo*, prim. Vatican. et quatuor alii *quis hiatus*; probe: hiatus nubium intelligit, cum colliduntur. *D. Heins.*

8 *Si quid deprendere verum*] *Veri* potiores libri: et *hoc mihi quærenti*, non *hæc*. *Idem.*

9 *Mens valet, expedit*] Duo *expediam*. Virgilius sic sæpe. Posset et legi *experiar*. *Idem.*

Cognomine Magnes] A populis, Laetretio auctore l. vi. *Barth.*

10 *Decolor, obcurus, vilis*] Candidus tamen etiam invenitur, sed raro. *Idem.*

12 *Fibula morus*] Virginalis habitus

cum præcipuis ornamentum fibula ex gemma. *Idem.*

14 *Tuno pulchres superat cultus*] *Superet* cum primo Vaticano. Pro *tuno* multi veteres *tum*; utrumque Barthio suspectum, et merito. Censeo Claudianum ipsum nobis dedisse, *purpureos superet cultus*. *D. Heins.*

15 *Indus scrutatur*] *Indi scrutantur* Luc. et septem alii. Mox nam *ferro*, non *ex ferro* prim. Vatic. cum tribus nostris. *Idem.*

Rubra in alga] Erythræo mari. *Alga* autem et viridis et rubra. *Barth.*

16 *Ferrique rigore vescitur*] Pabulo suo quopiam. *Idem.*

17 *Has epulas, hæc pabula*] *Hec* retroque loco Aldus et meliores scripti: vide notas lib. i. in Rufin. 266. *D. Heins.*

Dulces epulas] Amatorias quasdam. *Barth.*

18 *Hinc renovat vires*] Famulatu ferri uti Magnetem aiunt alii. *Idem.*

Hinc sua per artus] *Infusa* unus Ambros. cum primo Vaticano et Oi-

seliano: ut apud Virgil. 'totamque infusa per artus Mens agitat molem.' *D. Heins.*

19 *Aspera secretum s. alimenta*] Aspera alimenta, rigidi ferri scobs, sine qua perire aiunt magneti vires. *Barth.*

Vigorem] *Vaporem* Moreti liber. *D. Heins.*

20 *Morientia torpent Membra fame*] Thaletis doctrina, magneti esse animam. Est vero et species magnetis, quæ ferrum repellit, cum altera retraxerit. Michaël Psellus. *Barth.*

22 *Marora*] Complexu horum simulacrorum conjugium Martis et Veneris lusisse sacerdotes in eo Templo autumat, ut infinitis talibus Veneris fabulas spectandas exhibebant populo. Magnete autem ferroque alia hujus generis olim pro prodigiis facta. Isidorus Orig. lib. xvi. cap. 20. ex aliis. Augustinus lib. xxi. cap. 6. de Civit. Dei: 'Unde factum est, ut in quodam Templo lapidibus magneticis in solo et in camera proportionem magnitudinis positis, simulacrum ferreum aëris illius medio inter utrumque lapidem, ignorantibus quid sorsum esset et deorsum, quasi nūminis potestate penderet.' *Idem.*

24 *Communia templi*] Conjugium Martis et Veneris tam Planetarum illorum suavioris naturæ prolem denotat, quam robur ipsum, strenuitatem, fortitudinem, temperari oportere otio, voluptate, clementia. Indidem præ Amore stellam Martis Veneris sidus sequi dicunt.

Aurati templi] Ex Fastu Romanæ superstitionis. *Barth.*

26 *Magnetica gemma figurat*] Tornatili materia. *Idem.*

Magnetica gemma figurat] Unus Med. et Hafniens. *magnetia*: alii nonnulli *magnetida* Forte *magnesia*; quomodo Lucret. lib. vi. 'Magnesi flamma saxi;' sic enim legendum, vel *magnesia flamine saxa*, non *flumine*, vel *semina*. Noster supra: 'Pectora las-

civo flatu Mavortia necit.' Mox *auram* quoque *tenacem* et *spiramen* vocat noster. Cicero Arateis: 'Nam quorum stirpes tellus amplexaprehendit, Hæc augens anima vitali flamine mulcet.' Ausonius in Mosella de Dinochare architecto: 'Jussus ob incesti qui quondam fœdus amoris Arsinoën Pharii suspendit in aëre templi: Spirat enim tecti testudine chorns Achatæ, Adflatamque trahit ferrato crine puellam:' ubi Achaten pro magnete videtur posuisse; sed legendum *Eous Achatæ*: ut apud Statium: 'Jaspide clarus Eoa.' Chorus iste *Achatæ* quid sibi velit, nemo nos docuit. Barthius reponebat *torvus Achatæ*. Verius nos, ut opinor: ex India quippe omnium præstantissimas ejusmodi generis adferri gemmas in confesso est. *D. Heins.*

28 *Ducit flamma chorns*] Fax nuptialis. Non enim mittebantur antiquitus nuptiæ citra prælatas faces, aut alioquin ignis ministerium.

Myrto limina cinguntur] Utsolitum nuptialibus festis. *Barth.*

30 *Floribus et thalamos*] *Thalamum* meliores præter prim. Vaticanum. *D. Heins.*

Dotalis] Dotalia, Latinis etiam, quæ maritus aut sponsus sponsæ uxore confert.

Purpura velat] Exstructus purpura thalamus. *Barth.*

32 *Sponte rapit*] Attrahit violentè. Augustinus de Civit. lib. xxi. cap. 4.

Cœlique thoros] Ubi a Vulcano Marti annexa reperta et affixa. *Barthius.*

35 *Vivis*] Vivos maxime referentibus. *Idem.*

36 *Spiraminis actu*] *Ictu* olim legēbam; nunc *æctu*: quomodo Lucretius sæpe, ubi de magnete agit. Tò *ictu* a Bushdiano rodice confirmatur. *D. Heins.*

37 *Gemma de conjuge*] Amat enim Magnes ferrum. *Barth.*

39 *Aura tenax*] Spiritus, exhalatio. Plinius lib. xxxii. cap. 1. *Barth.*

40 *Quis calor infundit*] *Infudit* pri. Vatic. rectius. Oisel. *insudet*. Forte pro *insadat*. D. Heins.

Geminis metallis] Metallorum late significat appellatio; nam et marmora et speriatim sic dicta hoc nomine comprehenduntur. *Barth.*

41 *Duras jungit concordia mentes*] Mea opinione scripsit Clandianna: *Quis calor infundit geminis alterna metallis Fœdera? quas duros jungit concordia montes?* Lapidem nimirum et ferum utrumque monte avulsam montis ipsius nomine Poëtice censet. *Idem.*

Duras jungit concordia mentes] *Duros montes* Barthius, cum saxo et ferro mentem posse adscribi neget: is adeatur hoc loco. Sic et *gelidas rupes* paulo post vocaturus eosdem noster, et *saxa* et *lapides*. Infra de quadriga marmorea: 'Una silex tot membra ligat, ductusque per artem Mons patiens ferri varios animatur in usus.' D. Heins.

43 *Cognoscit amores*] *Ignoscit* Vatican. Forte, *placidoque chalybs ignescit amore*: sed excerpta Pomponii Latini, *placitosque amores*; quomodo apud Maronem: 'placitone etiam pugnabilis amori?' *Idem.*

45 *Et vultum mollire solet*] *Lege vultu*, cum decem scriptis: *rd* in male geminatum erat. Infra de Perdicca similiter peccatum: 'Sanguinis affectum mater amare timet:' cum *affectu* sit legendum. *Idem.*

46 *Æstat, et strictis*] *Tristes* Lucens. opt. Ambros. et quindecim alii; perperam. Noster bello Getico: 'Ira furens strictis odium mucronibus explet.' *Idem.*

47 *Mollitque tumorem*] *Idem* verbum jam præcesserat. Recte igitur Aldus et scripti plerique *solvitque*: *solvere*, enim, idem quod *mollire*. *Idem.*

52 *Tu magnum superas fulmen*] *Numen* nonnulli veteres. *Idem.*

54 *Vivo carentia sensu Membra*] *Statuas ferreas et lapideas*. *Barth.*

XLIX.

6. *Aponus.*

Aponi apud plurimos mentio, Casiodorum imprimis Var. lib. ii. Ep. 39. Vetus epigramma ineditum: 'Exsultent Apono Veneti, Campania Baïis, Græcia Thermopylis; his ego balneolis.' D. Heins.

1 *Fons*] In Cujaciano inscriptio fuit de *Aponi Fonte*. Ennodius de eodem lib. v. Epist. 8. 'Infuso crepitat fons sacer inde rogo.'

Antenorea] Antenorens gurgis Ennodio dicta Epistola. Distant Patavio non integros quinque lapides. imo vix quatuor, ut nos mensi sumus.

Porrigis] *Extendis*. *Barth.*

4 *Cum tibi plebeius*] Imo *Pharbeius*; quomodo puer olim emendavi: confirmat Gyraldinus, Barthol. et sec. Vatic. In Lucensi *Pharbus* mendose pro diversa lectione notatum: *Pharbeus honos* ut alibi *patricius honos*: 'Oraque patricius nostra dicavit honos.' Et de Piis fratribus: 'Siculus templa dicavit honos.' D. Heins.

6 *Memores nota*] *Veteres* prim. Vatic. Mox pro *Nymphisque tenebor*, nonnulli *videbor*. *Idem.*

Memores nota] *Memoriae* ergo relictæ. *Barth.*

7 *Nymphisque*] *Fontium undarum*.

que præsidibus, ut et antrorum.
Barth.

9 *Indictum neque enim fas est taciturneque relinqui*] Aldus, Lucens. et quatuordecim præterea ex nostris: *Ludibrium quid enim fas est a vate relinqui.* Gyrald. et duo alii *Indictum quid enim fas est a vate relinqui.* Forte: *Ludibrium sit enim, nec fas a vate relinqui.* D. Heins.

10 *Hunc, qui tot populi provocat ora, locum*] Sic ex veteri libro Claverius, quod et Raphelengius secutus, et probat Barthius. Vulgo *populis provocat ore loqui*: atque ita multi etiam ex scriptis, quorum plerique tamen *ora* cum prim. Vaticano. Aldus cum Lucensi et Excerpt. Pat. *populis provolat ore locum.* Gyrald. *provolat ore loqui.* Buslid. *provolat omne loqui.* Florent. S. Marci, tert. Vatic. et Rottendorph. *pervolat omne locum*: unus Medic. *pervolat ecce locum*: opt. Ambros. alterque ejusdem Bibliothecæ cum aliis duobus *pervolat ore locum*: duo orbe. Lego: *Hunc, qui tot populi pervolat ora, locum.* Virgil. Georg. III. 'tentanda via est, qua me quoque possim Tolerare humo, victorque virum volitare per ora.' Palladius Epitaphio Ciceronis: 'Vivus in æternum docta per ora volat.' Ennius: 'volito vivu' per ora virum.' Vide notas IV. Cons. Honor. 270. Apud Apuleium I. I. Miles. 'quod ibidem passim sermo per ora populi jactetur.' Lib. VI. 'Per omnium ora populorum discurrens.' Lib. VIII. 'Quæ infamia per ora populi facile dilapsa.' Ammianus I. XX. 'Juliani virtutes per ora gentium diversarum fama celebrior effundebat.' Ovidius Tristium V. El. 7. 'profugi nomen in ora refert.' *Idem.*

11 *Alto colle minor*] Non erectum, sed suaviter acclivem dicit colliculum.
Barth.

Parvis erectior arvis] Legendum videtur *patulis*. Lucan. VI. 'Effusam patulis aciem committeret arvis.' Lib. VIII. 'patuloque jacens sine mor-

nibus arvo Fulginea.' Sic et *patulos campos* noster dixit I. II. de Raptu. et Avienus in descriptione Orbis: 'Fiumen et extento patulos premit aquare campos.' Et mox: 'Hic jacet in patulos projecta Calabria campos.' Postea: 'Et Locris, et patali salcator Thessalus agri.' *Patentibus arvis* Idyllio de Nilo: 'sesoque patentibus explicat arvis.' De eodem Statius Theb. VIII. 'Qualis ubi aversi secretus pabula cæli Nilus, et Eous magno bibit ore pruinas: Scindit fontis opes, septemque patentibus arvis In mare fert hyemes:' quòd in *aloris* hand temere mutandum. Posset et *planis* legi. Hæc ego olim, cum posterorem tandem conjecturam a duobus Ambrosianis et excerptis Puteaneis confirmatam deprehendi, etiam a secundo Vaticano: *planos campos* habes apud Avienum fab. XXVII. D. Heins.

12 *Conspicuo clivis*] *Clivis* quatuor libri. *Idem.*

Molliter orbe tumet] Non, ait, prærupto, sed molliter clemente jacenteque clivo. Contra *iniquus mons*, non facilis adscensu.

Tumet] Non erigitur, sed proturget quodammodo. Ita tumores terræ tumuli, minores collibus. *Barth.*

16 *Perforat unda vias*] Pnto *perfurit*; nam *perforat* præcemit; vel *perluit*. Præterea *rimosas vias* scribendum pro *limosas*, quod membranæ veteres confirmant. D. Heins.

18 *Ubera*] Loca terræ fecundiora.
Barth.

19 *Quis sterilem non credat humum*] Hæc duo disticha Claudiano sublegit Luxorius, cujus epigrammata inedita vidi apud V. Cl. Petrum Scriverium. Epigramma integrum adscribam: 'DE AQUIS CALIDIS CERNENSISIVS. 'Ardna montados inter splendentia lucos Culmina et indigenis unac metuenda feris, Qua deserta prius solam nemus antra tenebant, Tetræque inaccessam fecerat umbra viam; Qua vos laude capam, quantoque in car-

mine tollam? In quibus extracta est atque locata salus. Hic etiam ignotas stupet ad prætoris fervor Plenior, et calidas terra ministrat aquas. Quis sterilem non credat humum? fumantia vernant Pascua: luxuriat gramine cocta silex. Innocuos fatus membris parit intima tellus, Naturamque pio temperat igne calor. Et cum sic rigidæ cautes fervore liquescant, Contemptis audax ignibus herba vires. Versu tertio vetus codex mendosissime, Quo d. p. solo nemos tutra tenebat. Versu quarto, oederat umbra vem. Versu sexto, In quibus exstruco est. Versu undecimo lege, Innocuos fatus. D. Heins.

21 Et cum sic rigido] Rigidæ prim. Vatic. et quatuor alii; ut Luxorius. Idem contentis bene pro contentis. Idem.

23 Effossi marmore sulci] Effosso recte cum scriptis Aldus et Barthius. Pro longinquo limite putabam aliquando continuo limite, vel contiguo saucia saxa, quomodo alibi: 'Saucia dividiis rarescunt nubila sulcis.' Idem.

26 Semita; vel casus] Nec casus Patav. ni casus puto, vel seu casus. Male vir doctus Cacum hic nobis venditat, etiam secundis curis mira pertinacia. Fortuitam illam semitam vult esse. Statius, 'Casus agit virtutis opus.' Virgilius Calice: 'Namque illi dederitne viam casusne Densne Prodere sit dubium.' In Ciri: 'Nam nisi te nobis, malus, o malus optima Charme, Ante hunc conspectum casusve Deusve tulisset.' Idem.

Vel casus vomeris agit opus] Certa res emaculandum, ut nos olim conjectimus: Herculei, sic fama refert, monstratur aratri Semita, vel Cacus vomeris agit opus. Ille Vulcani filius, ignem ore spuens, solo Hercule viribus inferor, huc, inquit, fertur vomerem agere solitus. Barth.

27 Pelagi late flagrantis imago] Stagnantis opinabar: sed nil necesse. 'Ar-

dentem aquam' supra dixerat. D. Heins.

30 Arcana rupis] Arcata malim: vide notas vi. Cons. Hon. vs. 518. nihil tamen temere mutem, cum meminim horum Statianorum Theb. ix. 'At pater arcano residens Ismenos in antro.' Arcadia Palatinus. Idem.

31 Densus nube sua] Mersus duo Florentini, tert. Vat. et Rottendorph. et tum paulo post pro mersa, tota legendum, ut scripti nonnulli et priscae editiones cum prim. Vat. Idem.

33 Ne tota niteret] Corrige, ne tota lateret. Ait, ne tota vis sua, et lacus lateret ipse, instar non subsistentis, consuluisse sibi naturam, et oculis spectandum dedisse qua pedibus adiri non posset. Barth.

35 Turbidus impulsu venti cum spargitur aer] Puto impulsu Zephyri. Non enim omnis ventus nubila cælo dispellit. Fuit etiam cum scribendum opinarer, cum tergitur aer: nam in nonnullis scriptis conspergitur. Horat. 'Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus.' Noster ipse alibi: 'Principis et solis radiis deterasa removit Nubila.' D. Heins.

36 Glaucaeque funifera] Prim. Vatic. Mediol. Patav. claraque. Idem.

Terga aqua] Superficiem, supernam partem. Sic terga terræ pro planitie. Barth.

38 Veteres hasta regia dona patent] Coniiciebam aliquando veteres tali. Suetonius in Tiberio c. 14. 'Mox cum Illyricum petens juxta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret; evertit, ut snmmum numerum jacti ab eo ostenderent; hodieque sub aqua visntur ii tali.' Cæterum sortes ex Apono petitas patet ex Pollionis Claudio, ubi in Apono pro Apennino legendum. Vopiscus quoque in Firmo Aponinarum sortium meminit. Lucanus: 'Euganeo (si

vera fides memorantibus) augur Colle sedens; Aponus terris ubi fumifer exit, Venit summa dies: geritur res maxima dixit.' *D. Heins.*

Veteres hasta regia dona] Ob memoriam regum ibi a morbis curatorum. Hastæ, regia donaria, quia olim pro sceptrls. *Barth.*

39 *Tenebras obscurus*] *Tenebris* Aldus et scripti. *D. Heins.*

41 *Apparent intra latebræ*] *Infra* iidem scripti. *Idem.*

45 *Coronatos*] Incinctos, inclusos, circulo naturali clausos.

Viva scena] Theatrum velut quoddam. Virgilius: 'silvis scena coruscis Desuper,' &c. *Barth.*

46 *Exili cortice*] Non crassa, ait; tamen gradientes ferens. Tales apparent insulæ. *Idem.*

Cortice terra natal] Puto *fornice*: vel quod præstat, *cespite*; nisi mavis: *Ceu levis exili cortice terra natet.* Mox malo nusquam cessura, quam nunquam. *D. Heins.*

48 *Fida ruina*] Locus declivis, firmus tamen. Pariter de rotundo mundi sive terræ globo dixit Ovidius: 'fecitque cadendo Undique ne caderet.' *Barth.*

49 *Leves circuit oras Ambitus, et tenuis perpetuusque riget*] *Lege leves*; male alii *lenes*. Forte legendum: *sic leves circuit oras Alceus, et tenuis perspicuusque rigat.* vel, *ambitus, ligat.* *D. Heins.*

51 *Harrent stagna loco*] *Lacu* Gerald. Lucens, prim. Vatic. et quinque alii; lege deinde *planas ripas* vel contra libros. *Arent stagna* prim. Vatic. Cæterum hoc distichon superiori præponendum esse contendit Barthius. *Idem.*

52 *Transiluisse modum*] *Exiluisse* meliores; et sic Raphaelengius. *Idem.*

55 *Natico spuma meatu*] *Spina* Aldus et scripti potiores; at Barthius *sigma*, quod aqua in formam ejus literæ feratur. In tertio Vaticano mendose vicino *spuma* recurro. Opinor na-

tico *spira meatu*, pro gyro. *Idem.*

56 *In patulus plumbi labitur inde vias*] Scribendum videtur in *patulos tubos.* *Idem.*

Plumbi] Metallum hoc, ut nostris moribus, ita etiam olim usitatum ad fistulas. *Barth.*

57 *Nulla cum strepitu*] Tum Vatic. bene: et pro *madidis*, scripti *madidisque.* *D. Heins.*

Madidis favillis] Ferventissimæ aquæ ejectamentis. Pulchre dictum, sed contra vim sensus: favillæ enim cum madent jam non favillæ sunt. *Barth.*

59 *Artemque secutus*] Non magno labore opus fuisse autumat. *Idem.*

61 *Subtermeat eastu*] *Subtervehit* veteres, uno Mediceo excepto, in quo *prætervehit*: vulgata tamen in pr. Vatic. et Palatino exstat. Pro *pontes*, Moreti codex *fontes*: unus Med. *montes.* Forte *pontes subtervehit.* *D. Heins.*

62 *Tholos*] Impendentes pontium velut cameras. *Barth.*

63 *Acrius interius*] *Acrior* libri meliores: unus Med. *interea.* *D. Heins.*

65 *Hinc pigrus*] Quæ sunt illæ *pigræ lacunæ*? In duobus Florentinis *pingues*; quomodo et tert. Vatican. et Rottend. An *rigidas lacunas*, pro *frigidis*? an *nigras lacunas*, pro *specubus*? vid. vs. 39. *Idem.*

Lacunas] *Lacus.* *Barth.*

66 *Frigora quis longæ damna dedere moræ*] *Frigore* Lucens. Buslid. et tres alii cum Aldo. *Lege* ex opt. Ambros. et duobus Florentinis, ac aliis tribus: *Frigora quis longæ blanda dedere moræ*: nisi quod quis præstat. *D. Heins.*

Damna moræ] Amisso calore quem attulerant aquæ cum lacum ingrederentur. *Barth.*

67 *Salve Pæonia*] Usum jam Medicum commendat. *Idem.*

68 *Dardanii*] Ab Antenore Trojano. *Idem.*

70 *Auxilium*] Buslid. et Putean. *subsidium.* *D. Heins.*

Præsens nomen] Eo ipso in loco que

colitur, opitulans. *Barth.*

72 *Orbe calet*] *Latet* Gyrald. prim. Vatic. et sex alii. *D. Heins.*

74 *Accensusque fluit*] Sedecim ruit. *Idem.*

75 *Sive parca flammæ*] Scripti septem *parens*: lege *pari* cum duobus Ambrosianis. *Idem.*

Parca flammæ] Concordia disparium Elementorum. *Barth.*

79 *Remitteris ortu*] Aldus et scripti multi *emitteris*. Baslid. *emergitis*; puto, *emerseris*. Mox pro *currere* Lucens. *currito*. Pro *erit*, malo *erat*, vel *inest*. Deinde *ausit* et *neget* malo quam *audet* et *negat*. *D. Heins.*

80 *Consilio*] Certa numinis sen providentiæ auctoritate et cura. Sapienter ista contraque temeritatem et vulgi et multorum Philosophorum. *Barth.*

84 *Inter prima poli te quoque sacra dedit*] Vitiosa scriptura, quam pepererunt *astra* modo nominata, et telluris sequens mentio. Recte libri Cujaciani, noster, Belgicus: *Inter prima coli te quoque sacra dedit*. Prima coli, primo cultu digna. Sacri omnes autem fontes. *Idem.*

Poli te quoque sacra dedit] *Sacra colit* sex libri. Forte *coli te quoque sacra dedit*; atque ita curis secundis

Barthius. D. Heins.

86 *Telluri medicas*] *Tellurem* rectius Hafniensis. *Idem.*

90 *Fas quibus est Aponum*] *Aponon* Aldus et scripti plerique. *Idem.*

91 *Corrupta nec Austri Flamma*] Unde pestilentia. *Barth.*

92 *Flamina, nec sacro*] *Lavo* quatuordecim libri. *D. Heins.*

94 *Inde sibi fata*] *Fati* legendum quis non videt? atque ita Patavinus codex: sic 'prospera fati' bello Gildon. vers. 103. ubi plura. Vaticanus tamen *unda fata sibi*. Lucens. *inde fata sibi*; ut legendum forte sit, *undis sibi*: opt. Ambros. *inde sibi fato: satis* Barthius. *Idem.*

96 *Viscera felle rubent*] *Virent* septem libri; idque recte. Ovid. lib. 11. Met. 'livent rubigine dentes; Pectora felle virent.' Et lib. 11. Art. Amat. ex veteri libro: 'Quæ patimur multo spicula felle virent.' *Idem.*

97 *Non venas reserant*] *Reserant* multi ex scriptis. *Idem.*

98 *Tristi gramine*] *Anastero* suoco herbarum. *Barth.*

99 *Amianum lymphis*] *Nymphis* prim. et tert. Vatic. *D. Heins.*

Impune] Sine tormentis Medicorum. *Barth.*

L.

7. De Piis Fratribus, et eorum Statuis quæ sunt apud Catinam.

IDYLLIUM hoc in Lucensi codice et excerptis Pateaneis inscribitur: *De piis fratribus et eorum statuis quæ sunt apud Catinam*. In primo Vaticano desiderabatur totum id carmen: in Claverii libro: *De Siculis fratribus*, quod ille ex Martiali nititur probare, qui *Siculos fratres* eos vocet. Sic et *Siculos Juvenis* Seneca vocavit lib. 111.

Delph. et Var. Clas.

Claud.

de Benef. *Pii fratres* tamen per excellentiam dicti. Silius lib. xiv. 'Et Catane generasse pios celeberrima fratres.' Cornel. Severus in *Ætna*: 'Erubescere pios juvenes attingere flammæ.' Et paulo ante: 'nullis parsura incendia pascunt, Vel solis parura piis: quid quod locus, ubi sepulti, teste Solino, *Piorum campus*

5 Q

dictus? Græcis τῶν Ἑδσεβῶν χῶρος quomodo eum vocat Lycurgus oratione in Leocraten. Ἑδσεβεῖς etiam Strabo vocat lib. vi. Pausanias in Phocæicis: Περὶ πλείστου γὰρ δὴ ἐποιεῖτο οἱ πάλα γυνεάς, ὥσπερ ἐστὶν ἄλλοις τε τεκμήρασθαι καὶ ἐν Κατάρ τοῖς καλονύμοις Ἑδσεβέσιν qui locus etiam τὸ apud Catinam Lucensis libri confirmat. Catinenses enim fuisse constat, etsi Solinus testatur Syracusanos etiam sibi hos fratres vindicasse: præter locum ex Silio jam supra adductum Ausonius id abunde evincat carmine x. de claris civitatibus: 'Quis Catinam sileat, quis quadruplices Syracusas, Hanc ambustorum fratrum pietate celebrem, Illam complexam miracula fontis et amnis?' Videatur et Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. *D. Heins.*

1 *Fratres*] Historia hæc memorabilis omni ævo, et Ænææ magni pietati æquabilis, mutatis nominibus reperitur in multis scriptoribus. *Barth.*

2 *Honore colit*] Solinus: 'Juvenes duo sublatos parentes evexerunt inter flammam illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas munerata est, ut sepulchri locus nominaretur Campus Piorum.' *Idem.*

4 *Reppulit faces*] *Rettulit* forte rectius: retro egit. *D. Heins.*

6 *Attollant*] Malim ut tollant. Lucensis et decem alii *attollunt*, *accelerantque*; etiam bene: quod et Barthio deprehensum. *Idem.*

10 *Invocat ore Deos*] Pro liberis tam piis. *Barth.*

11 *Erexit formido comam*] Rectius videatur *arrexit*, si per codices scriptos liceat, ut in illo, 'Arrectæque horrore comæ.' Val. Flaccus lib. ii. 'taboque sinus perfusa recenti Arrectasque comas.' *D. Heins.*

12 *Palluit ore color*] Isingr. *are timor*: duodecim ex nostris *ore tremor*: Gyrald. *are color*: Lucens. et tres alii cum Aldo et sec. Vatic. *are tremor*; recte; quod et Barthio visum: vide

notas vi. Cons. Hon. 379. *Idem.*

15 *Dextram erigit ille*] Vatic. Lucens. et plurimi alii *egerit*: unde *exerit* conjiciebam, quod Gyraldinus confirmat. *Frezit* jam præcæserat. Cons. Olybr. 'Dextrum nuda latus, niveos exserta lacertos.' *Idem.*

21 *Consanguineos*] Vide maximum Cujacium Observat. libro xi. capite 26. *Barth.*

23 *Dissimiles annos*] Ut in senibus juvenum, in his senum vultus compareat. *Idem.*

Dissimiles annos] *Animos* Isingrin. Buslid. et duo Medicei cum Barthio. *D. Heins.*

25 *Discrimina præbens*] *Quærens* prim. Vatic. et Lovan. *Idem.*

28 *Juvenum numina*] Posset et scribi *lumina*: sic *lumina Senatus* et similia passim apud nostrum. *Idem.*

Juvenum numina] Pro talibus ad exemplum colendi. *Barth.*

29 *Medios properastis in ignes*] Melius membranæ: *medio properastis in igne*. Non enim redierunt in ignem tollere parentes. *Idem.*

Medios properastis in ignes] Cave mutes cum Barthio, cum hanc scripturam codices omnes præter unum Palatinum tueantur. *D. Heins.*

33 *Redundantem*] Undis, fluctibus, flumine flammaram. *Barth.*

34 *Exempli monumenta pii*] Rem cnius memoria futura pro pietatis exemplo omnibus posteris. *Exemplum*, res imitatione dignissima. *Idem.*

35 *Elementa fidem*] Fidelia fidelibus quasi ex compacto. *Idem.*

Pater affuit æther] Legebam olim *patri*, sed vix opus: ex Lucretii primo hæc deprompta: 'Postremo pereunt imbres, ubi eos pater æther In gremium matris terræ præcipitavit.' Quæ et Virgilius respexit Georg. ii. 'Tum pater omnipotens sæcandis imbris æther Conjungis in gremium lætæ descendit.' *D. Heins.*

37 *Lacones*] *Lacenas* cum scriptis. *Idem.*

39 *Vetus Argolices*] Cleobis et Biton. Vide Historiam apud Herodotum lib. i. Valerium Maximum lib. v. cap. 4. &c. *Barth.*

41 *Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Anapi*] ὃ Ἀναπὶ in στυλοπινακίοις templi Apolloniadis Eumenis et Attali regum matris, quod apud Cyzicum fuit, tabula etiam Anapis et Amphinomi insculpta erat cum epigrammate, cujus hoc lemma exstat in antiquissimis membranis. *Salmas.*

Fortis Anapi] Contemptu mortis, obsequio pietatis. *Barth.*

Fortis Anapi] *Anape* Gyraldinus et sec. Vat. Valerio certe Maximo lib. v. *Anapus* est. Sic fluvijs Anapis in antiquissimis membranjs Anapis nonnunquam appellatur. Strabo Ἀναπίαν alterum ex pijs fratribus vocat; ut et

Conon apud Photium in Bibliotheca. Solino quoque *Anapias* est. Sed in veterrimo codice epigrammatum Græcorum, qui Palatinæ olim bibliothecæ erat, nunc est Vaticanæ, lemma tale exstat: Ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ ἐβδόμῳ Ἀναπὶς καὶ Ἀμφινόμος, οἱ, ἀπαργέτων τῶν κατὰ Σικελίαν κρατήρων διὰ τοῦ πυρὸς, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοὺς ἐαυτῶν γορεῖς βαστάσαντες ἔσωσαν et in margine adscriptum, περὶ Ἀνάπιδος καὶ Ἀμφινόμου τῶν Σικελιωτῶν ζῆται τὸ λεῖπον ἐπίγραμμα. *Ælianus* in Varijs φιλονόμιον καὶ Καλλιῶν vocat, etiam apud Stobæum. *D. Heins.*

42 *Dicabit honos*] *Dicabit* vel *dica-rit* malo. *Idem.*

45 *Devotus ardor*] Late sparsus. A fluminibus cursu suo aberrantibus. *Barth.*

II.

EPIGRAMMATA.

1. *De Mulabus Gallicis.*

SATYRICUM esse hoc Epigramma satis patet ex Ennodii Epigram. 124. quod huic opponitur. Prim. Vaticanus inscribit, *De mulabus Gallis.* *D. Heins.*

Mirifice me venustas hujus Epigrammatis afficit, atque adeo quidem, ut quoties istud contemplan, audire mihi videar aut cominus videre agasonem quempiam sive mulionem Sequanicum, qui Lemani lacu piscem per Rhodani ripas Lugdunum vehat. Inter nempe equas mulasque suas ille non tam stimulis

aut verberibus sævit, quam murmure quodam et vario stridore imperat. *Barth.*

1 *Morigeras*] Dicto velut audientes.

Rhodani torrentis] Proprium hoc rapidissimi amnis epitheton, et ita Ennodius. *Barth.*

2 *Imperio*] Jussu herili. Malis ad rhedas et esseda usos Romanos constat. *Idem.*

3 *Dissona quam*] Ut unaquæque mirum suas proprias voces intelligeret. Aut ut ad varios flexus cursuque

variis mutatisque vocibus adigeretur. *Barth.*

Ad murmura curvus] *Munera* Lucens. et Gyrald. alii *mania* et *numina*: nil mutandum. Lege tantum *curvus*, quod sequentia evincunt. *D. Heins.*

5 Nullis discurret habenis] Prim. Vatic. et quinque alii *longis*; quod sequor. *Idem.*

7 Patiensque laborum] *Laporum* pro *lupatorum* puto. Pro *servit* codex Rottendorp. *serum*. Forte *constricta frenis*: sed et vulgatum, commode se habet; sic *vinculis famulas* post vocabit. *Idem.*

8 Barbaricos senos] Gallicos, quæ gens proxima Romanis. *Barth.*

9 Absentis] Male Raphelengius *absenti*. Pro *lingua* prim. Vat. *Absentis doctique valent*. Mox *vicem* pro *vice* scripti, præter prim. Vatican. *D. Heins.*

Absentis] Non enim in tergo aliqujus mulæ, sed in essedo, longius ab illis, considet. Agebantur enim iumenta longis habenis, quæ etiam implicari poterant, iis in alienum locum vertentibus. *Barth.*

10 Lingua virilis] Gravis, iracunda,

horrida. *Idem.*

11 Augustat sparsas] Contrahit.

12 Hæc sistit rapidas; hæc properare facit] *Hæc prosperat resides* Barthius, invitis membranis et me nolente. *D. Heins.*

Properare] *Properare aliquid* pro propere expedire, summi auctores usurpant, etiam pro *incitare*.

13 Lavo deducunt ordine currum] *Limite gressum* Raphelengius cum Isingrii codice et Claverii editione: *limite currum* plerique nostri: duo tamen Medicei *ordine gressum*, cum editione Parmensi, prim. Vat. et Palatino: unus *limite currum*. *D. Heins.*

14 Strepitum] Vocem quidem, sed non concinnam. *Barth.*

15 Vinculis famula] Coactæ servire per vincula et parere iubenti. *Idem.*

16 Ditione] Imperio. *Idem.*

17 Consensuque pares] *Concordes* tamen consensu et corporum colore similes dicit. *Idem.*

18 Eseda] Gallica vehicula.

Multisonora] A vario stridore rotarum et clangore ferramentorum. *Barth.*

LII.

2. De Sene Veronensi qui suburbium nunquam egressus est.

ALII De Senatore. Gyrald. et Lucens. *De Senatore Veronensi, qui suburbium nunquam egressus est*; quomodo et Puteanea excerpta, nisi quod *De Sene* in iis. prim. Vatic. et Oiselianus: *Epigramma de sene, qui juxta Veronam consistens, nec civitatem norat, nec villam unquam egressus est*. In Palatino: *De sene, qui villa sua, quam juxta Veronam habuit, nunquam egressus est*. *D. Heins.*

Unius agelli Dominus, contemptis

omnium rerum humanarum ex fastu et abundantia ludibriis, in eo consequeratur, nescius insidiarum, tumultuum, versutiarum, fraudum, scelearum, universæ denique amentię et malitię, quæ aliam omnem vitam versant, istam solam nec tanguit. *Barth.*

1 Felix, qui propriis] Pertinet enim ad felicitatem istam hæreditario agro insensuisse. Et inter ea quæ vitam felicem faciant, Martialis Hb. x.

epigr. 47. 'Vitam quæ faciunt beatiorum, Jucundissime Martialis, hæc sunt: Res non parta labore, sed relicta, Non ingratus ager, focus perennis.' Hasque opes agnoscit Hesiodus *χρηματα θεοδωρα* omnibus præferens. Barth.

Felix, qui propriis] Patriis lege cum scriptis plerisque et Barthio. Lucens. opt. Ambros. et quinque alii cum Aldo *agris*, non *arvis*; ut apud Horat. 'Gaudentem patrios findere sarculo Agros.' Seneca Hercule Cæto: 'patrioque sedens ales in agro.' Ovid. Met. lib. XIV. 'patriis sed rursus ab agris Pellor.' Propertius libro III. Eleg. 7. 'Quod si contentus patrios bove verteret agros:' ita scribe, non *patrio bove*, ex illo Horatiano: 'Paterna rura bubus exercet suis.' *Arvis* tamen in prim. Vatican. aliisque nonnullis; quomodo libro I. in Rufin. 'ævi Consumis florem patriis inglorius arvis.' Statius Theb. II. 'at si patriis Parthaonis arvis Inferar.' Virgilius Æneid. VII. 'patriis sed non et filius arvis Contentus.' Seneca Medea: 'sua quisque piger litora tangens Patrioque senex factus in arvo:' ita illic veterrimus liber Mediceus. Ausonius ludo septem sapientum; ubi Solon: 'inveni Aglaum, Fines qui agelli patrii nunquam excesserat.' Ita videtur scribendum, non *proprii*: quanquam Val. Maximus VII. 1. de hoc ipso Aglao: 'fines agelli sui nunquam excesserat.' Scholiastes Juvenalis Sat. XIV. vs. 118. 'Aglau Arcas qui nunquam patrium agellum excesserat.' Solinus cap. 1. 'Solum certe beatum Cortina Aglaum judicavit, qui in angustissimo Arcadiæ angulo pauperis soli dominus, nunquam egressus paterni cespitis terminos invenitur.' D. Heins.

2 *Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem*] Jucunda autem memoria locorum in quibus transacta prima pueritia. Barth.

3 *Baculo nitens*] Tripedis jam se-

nectæ subsidio. *Idem*.

4 *Unius numerat*] Buslid. et *numerat*. Lege *enumerat*. Mox pro *vario tumultu* possit et vano legi. D. Heins.

Unius numerat sæcula longa casæ] Sæcula, *comptuæ* longas ætates, multos annos indicant; sed et vere tamen dicantur. Jucundissimum autem illud *unius casæ*. Et quanta voluptate patet tale tugurium aspectum senem, tantæ secum ætatis! Deinde etiam *id numerat* peculiarem delectationem infert, est enim in eo exactio ad numerum prorsus digna senili curiositate et sollicitudine. Comparato etiam baculo cum reptatione, videbis speciem utriusque ætatis gratissimam. Ut enim decrepitæ niti baculo, sic est infantilis, reptare. Barth.

5 *Illam non vario traxit fortuna tumultu*] Ignotam, ait, habet fortunam omnem, ignotis ejus tumultus, quæ levat et deprimit absque ratione omnia vota ipsi se addicentium mortallum. *Tumultus*, omne quod extra citraque ordinem fit et contingit. *Idem*.

7 *Non freta mercator timuit*] *Tremuit* Aldus et nonnulli scripti; quo de verbo alibi. D. Heins.

Non freta mercator timuit] Summum mercaturæ periculum, quod mare metuere habent. Horatius: 'Luctantem Icaris fluctibus Africum Mercator metuens otium,' &c. Barth.

8 *Non rauci lites pertulit ille fori*] Causidicinam dicit, monstrum tranquillitati adversissimum. Martialis inter vitæ beatæ requisita: 'Lis nunquam, toga rara, mens quieta.' *Rauci* a perpetuis concertationibus. *Idem*.

9 *Indocilis rerum*] Negotiorum, turbarum. Noster omnem usum vitæ civilis rusticulo suo ignotum dicit.

Vicina nescius urbis] Nec ipsam novisse curans. Barth.

10 *Adspectu fruitor liberiore poli*] Quem quidem omnibus Regis palatiorum et laquearibus opponas et præponas unum. Quanti enim censeas semper intueri posse cælum ex quo ori-

undus sis, cuique natales tuos debeas ? unde spiritum duxeris ? *Barth.*

11 *Frugibus æternis, non Consule, computat annos*] Simpliciter rusticam cum innocenti ad rem attentione secundum naturalem temporum observationem innuit. Consulibus notare annos hominum cæterorum est. Tranquilli hujus et incuriosi negotiorum alia ratio est. *Idem.*

13 *Idem condit agor*] Nec cælestium corporum antspatiorum mundi curam animo admittit, quæ res aliquin agnata quodammodo agriculturæ est. *Idem.*

15 *Parvo gramine*] Meminit ingentem insignemquæ quercum parvum fuisse gramen. Hyperbole est ; tarde enim crescit quercus. *Idem.*

Gramine quercum] *Germinis cum*

membris integrioribus bene Rapphelengius, dissentiente licet Barthio. *D. Heins.*

17 *Verona remotior Indis*] Incrasso sermonum : neque enim alios populos, urbes, lacus, animo admisit unquam. *Barth.*

20 *Robustum acum*] Procul deliciis, procul etiam morbis urbanis et turbæ humanæ, secundum naturam vixerat ; itaque tertiam ætatem valente florenteque corpore tenebat, crudus senecta, integerque viribus. *Idem.*

23 *Plus habet hic vitæ*] Clausula elegantissima, et tali carmine digna. Vita, quæ sibi vivit, καὶ ἑωχθῆ, velut sola eo nomine digna.

Vitæ, vitæ] Vita, vitæ, velut proficiscentis transitus. *Barth.*

LIII.

3. De Apro et Leone.

1 *Torvus aper*] Id ei feræ perpetuum epitheton.

Superbis Viribus] Confisos enim pro se quemque ait summis suis inter feras viribus. Argumentum Epigrammatis est de Principatu certasse has bellas, sed utramque cecidisse. *Barth.*

3 *Hic setis*] Seta membranæ præter prim. Vaticanum. Mox pro uterque perperam ex veteri libro Claverius utrique. Versu primo Barthius coiere superbi Viribus, non superbis ; qui et finem epigrammati deesse arbitratur. *D. Heins.*

Hic setis savior, ille juba] Intelligit autem iracundiæ et crudelitatis conceptæ notam, in leone jubæ, in apro setarum surrectionem. *Barth.*

3 *Hunc Mars*] Aprum videlicet. Qui Marti consecratus, in cujus is effigie rivalem etiam suum occidit.

Dominatur uterque Montibus] Principium, ait, ferarum montanarum uterque habet. *Barth.*

4 *Herculeus sudor uterque fuit*] Id est, inter Herculis certamina Aper et Leo domiti referuntur. *Idem.*

LIV.

4. *Descriptio Armenti: Fragmentum.*

3 *In gurgite*] Quem facit ibi fons. Plinius Cæcilius lib. viii. Epist. 8.

4 *Pia vota Jovi*] Votivæ pecudes ibi lotæ, propter miraculum; siebant enim albæ exinde. *Barth.*

5 *Non tales*] Jovi ipsi in taurum mutato speciem sui armenti præfert Poëta. *Idem.*

Non tales] *Talis* cum scriptis. atque ita Barthius quoque. Versu secundo malim *tergemino Gerionæ*, quam *Gerioni*; sic enim loquebantur veteres: apud Maronem in optimis membranis *Tergemini nec Gerionæ*. D. Heins.

6 *Reverit*] *Avexit* potius. *Barth.*

7 *Non Cretæus*] *Fabula Pasiphaës* formosum taurum amantis intelligitur. *Idem.*

8 *Similes pacerit Ida feras*] *Feros* Rottendorphii codex, et Palatinus cum Oiselianus; rectius: de quo ad Nasonem: monuit et Barthius. D. Heins.

Feros] *Feri tauri*, velut speciatim, licet sæpius equi. *Barth.*

9 *Monstro diffusus in artus*] Sic Raphelengius; vulgo *diffusus*: unus ex nostris *confusus*: reliqui *commissus*; optime. Epithal. Hon. 'Qua Pristis commissa viro.' Manilius lib. i. 'du-

plici Centaurus imagine fulget Pars hominis, tergo pectus commissus equino.' Lib. ii. de eodem Centauro: 'Quoi commissus homo est,' ut bene legit Scaliger. Germanicus Cæsar Arateis: 'Sunt etiam flammis commissi immania membra Centauri:' male vulgo *commissa*. Sic et 'equos hominibus implexos' Centauros Minucius Felix Octavio. Ansonius: 'Scylla triplex, commissas tribus, cane, virgine, pisce.' Virgil. 'Delphinum candas utero commissa luporum.' Deprehendit Barthius quoque veram scripturam ex Palatino. D. Heins.

10 *Condidit ore novo*] Claverius *prodidit* ex veteri libro. confirmant Lucens. et Lovan. ex nostris. Miror pro vulgata scriptura digladiari Barthium. *Idem.*

Ore novo] Inusitata illa figura Minotauri. *Barth.*

12 *Portassent*] *Lege præstarent* cum Claverii codice. D. Heins.

Portarent totum] Omnino vera est scriptura Cujacianorum Codicum *præstarent totum*. Formositatem armenti talem facit, ut etiam ex Pasiphaë perfectus Taurus prodiens minime potuerit eam exæquare. *Barth.*

LV.

5. *Concha Serena.*

CONCHÆ vero in supellectili fœminarum alioquin, et generatim quicquid ad lotionem, fucum, aut talia spectat, designare videntur. Juve-

nalis Sat. vi. de Imperiosa matrona: 'conchas et castra moveri Nocte jubet.' Unde omne hoc genus Veneri dedicatum a nubentibus puellis uno

sub nomine. Vide notata doctissimo Casaubono ad Athenæum libro VII. Concha Mariæ Stilichonis Honorii conjugis, in sepulchro ejus inventa, celebratur oculatis testibus, ex Achate elaborata. Pertinere huc videtur, nimirum tales in usu conchas fuisse, ut totis inibi corporibus lavari poterint femine. Exemplo nimirum Veneris cum concha sua in mari cele-

berrimæ.

1 *Helicoma Nais*] Castalium fontem dicit, nomine eam colentis Nymphæ. *Barth.*

2 *Concha divitis*] Argenteam dicit, unde lavaretur Regina. *Idem.*

3 *Docta Serena*] Omnes suas Heroïnas eruditionis laudat et commendat. *Idem.*

LVI.

6. De Crystallo, cui aqua inerat.

De crystallo, cui aqua inerat] Lucens. et prim. Vatic. *De crystallo lapide, in quo ingolata latebat aqua.* Claverius et Raphelengius recte hoc carmen in septem epigrammata divisant; quod confirmat pri. Vaticanus, qui distinguit manifeste epigrammata, interjecto singulis *Aliter.* D. Heins.

1 *Possedit glacies*] Scriptum in semipræfectam crystallum, quæ continuerit in se aquam nondum in gemmam redactam. Glaciem in ea agnoscunt omnes.

Natura signa prioris] Ut non sit ea amplius, et videatur tamen instar aquæ pellucida; nec enim resolvitur in aquam aut nivem ista glacies.

Barth.

2 *Quæ fit*] *Et fit* scripti, præter tertium Vatican. et Rottendorph. D. Heins.

3 *Sollers lussit memis*] Per ludum adstrinxit. Ludo scilicet Naturæ insigni. *Barth.*

4 *Nobilior, miris*] *Mixtis* Claverius ex veteri libro et Raphelengius: nostri omnes, excepto uno *mixtis* præferente, *viciis*; ut infra in iisdem scriptis: 'Et reffnos ducunt pocula viva sinus.' D. Heins.

Mistis gemma tumescit] *Tumescit*, utrum velut fert, prægnans sua sibi aqua. *Barth.*

LVII.

7. *Aliter.*

1 *Lympha*] *Nympha* et *Nymphas* alii, ut ex veteri libro Claverius et Raphelengius. Sic infra: 'Vidi perspicuo deprensas marmore nymphas:' ubi tamen *lymphas* scripti. Pro corpore unus Moreti pectore: duo Medicei

et unus Ambros. cum Palatino, *cercere*; eleganter: confirmat primus Vaticanus. D. Heins.

2 *Quæ nunc estis*] Forma, colore, frigore. *Barth.*

3 *Quod eos ingentium iunxit*] Scali-

ger *vincit* : et sic tres Florentini cum Hafniensi chartaceo : potest nihilominus et vulgata lectio admitti. Martialis de vipera crystallo inclusa : 'Concreto riguit vincta repente gelu.' Priap. LXIII. 'Rigetque duro barba vincta crystallo.' sic lego. Ovid. Pont. III. El. 1. 'Tu glacie freta vincta tenes.' Et lib. II. 2. 'Terraque pacis inops, undaque vincta gelu.' Horat. 'Hebrusque nivali compede vinctus.' Petronius de bello civili : 'Prima quidem glacies et cana vincta pruina Non pugnavit humus :' sic lego ; quod sequentia confirmant, ubi

nimbos ligatos, et undarum vincula habes, et vinctu flumina. Paulinus carmine Sapphico ad Nicetam *alligare* dixit : 'Quaque Riphæis Boreas in oris Alligat densis fluvios pruinis.' Rutilius lib. I. Itiner. 'Vincta fluenta gelu conspecto sole rigescunt.' D. Heins.

5 *Securas vindicat undas*] Forte *secretas* ; quanquam et vulgatum commode potest ferri. *Idem.*

8 *Vel concreta fuit, vel resoluta gelu*] Acutius reddideris epigramma, si scribas : *Vel concreta fuit, vel resoluta gelu est* ? *Idem.*

LVIII.

8. *Aliter.*

2 *Nimio jam pretiosa gelu*] Quod miraculum nempè faciebat. Non tamen e gelu Crystallum oriri ex aliorum opinione supra indicatum. Vide Solinum capite 20. fine. Barth.

4 *Latez*] Hoc est summum mira-

culum horum Epigrammatum. Crystallum Indicum omnibus præfert Plinius ; 'Crystallo,' inquit, 'Indicæ nulla præferat.' *Idem.*

5 *Liquidi saxi*] Pars enim crystalli etiam aquæ reliquæ. *Idem.*

LIX.

9. *Aliter.*

1 *Aspice correptam*] Malo *collectam* : nam unus liber *correctam* : pri. Vatic. et Ambros. *porrectam* ; non male. Sed posset et castigari *concretam venam* ; ut Epigr. 7. 'Gemma quibus claustris arcano mobilis æstu Vel concreta, fuit, vel resoluta gelu est ?' Pro *fragmine* duo Medicei *sanguine* ; ut et Palatinus : at Hafniensis et Buslid. *flamine*. Fuit cum legerem *conseptam splendenti tegmine venam*. Mox *Boream* prim. Vaticanus. Barthius *splendenti fornice, vel margine*. D. Heins.

5 *Non Sirius axis*] *Ardens* prim.

Vat. et sex alii : noster libro I. in Rufin. 'non illum Sirius ardens Brumave Riphæo stridens Aquilone retardat.' Tamen *Sirius ardor* apud Maronem occurrit. Apud eundem : 'sitientes Sirius Indos Ardebat.' Pro *axis, arsit* opinor scribi debere, ut opponatur *q̄ constrinxit*. *Idem.*

6 *Ætatis spatium non tenuavit edax*] *Tenuabit* omnino legendum quomodo Barthius quoque curis secundis. *Idem.*

Non tenuavit edax] Cum jam dixerit, nec ventos timere, nec constringi ca-

lore aut frigore, de perennitate utique *Ætatis spatium nec tenuabit edax.*
in posterum hic loquatur, scribe: Barth.

LX.

10. *Aliter.*

1 *Immunis*] Nullius rei officio aut munere impeditus, quia sui semper sit similis. *Immunis*, qui nihil patitur. Barth.

3 *Nonne vides*] Digito certam et oculis subjectam rem commonstrantia, increpato velut visu.

Nonne vides propriis] Scribe propriis: sic et *mobilem gemmam* vocavit. Proximo versu malim, *Ut refluxus ducant*. Barthius ex Palatino codice: *Nonne vides, propriis cum spumet gemma lacunis, Ut refluxus ducant pecula viva sinus*: sed nihil opus ista mutatione, præsertim cæteris codicibus in contraria eantibus, si *propriis* supponatur *et propriis*. D. Heins.

Spumet] Infuso latice, vino puta. Sed de nativa intus aqua loquitur. In nostris membranis ita legitur: *Nonne vides propriis cum spumet gemma lacunis Ut refluxus ducant pecula viva*

sinus. Quæ ipsa omnino veritas est. *Viva pecula*, non manu facta, non arte expolita. *Pecula* vocat, quia humorem intus habent, vel et quod infundunt nativæ cavitati possit. Barth.

4 *Pecula bina sinus*] *Viva* ex scriptis: paulo ante monui. D. Heins.

7 *Qui flumina vincit, Nec lapis est merito*] Hæc Raphael. conjectura. Et lapis cum Aldo scripti fere omnes: duo et lapides merito: prim. Vatic. et flumina vincit Sed lapides. Locus corruptus. *Estque silex* Claverii liber: et lapides merito Palatin. Pulmannus codici suo adscripsit, *Estque latex merito*, nescio an ex conjectura: nam Belgicum codicem, quo ille usus, quod opinatur Barthius sic exhibuisse, frustra est; nec conjectura ejus mihi arridet. Forte: *Mira silex, miraque latex! quod flumina vincit, Fort lapidis merito: quod fuit, est laticis*. Idem.

LXI.

11. *Aliter.*

1 *Crystalla lubrica*] Prim. Vatic. *lucida*. Puta lucida; quanquam nil temere mutandum. Mox versu 3 vulgatum *Nymphas* non movendum loco satis evincunt, quæ de osculis sequuntur; quanquam scripti potiores *lymphas*. Versu ultimo Epigr. XII. quod sollicitavit illa Barthius, *sed rarus inter habetur opes, injurius*

est; cum scripti omnes pro recepta lectione stent; ut audiendas non sit Palatinus, omnium recentissimus ac mendosissimus, quanquam subinde scripturas castigatiores referat, sed raro. D. Heins.

2 *Onus*] Vides magnam molem fuisse, ut supra suspicabamur. Barth.

LXII.

12. *Aliter.*

1 *Marmoreum*] Hi versus in prim. Vaticano supra legebantur post *Auctus honos*. Græca quæ sequuntur, ex Anthologia deprompsit Raphelengius: cætera ex Vaticano codice descripta mecum communicavit Vir Cl. Leo Allatius. *D. Heins.*

2 *Rubro mari*] Omnibus gemmis inde oriundis. *Barth.*

4 *Sed raras inter habetur opes*] Ita plerique omnes libri, neque de immensissimo crystalli pretio ignota sunt quæ Plinius aliique tradunt. *Idem.*

LXIII.

13. *Ἔτι περὶ αἰθροῦ.*

Hoc ita interpretabamur adolescentuli: 'Crystallus nive nata, mannifabrefacta virili, Æternum in varia

tibi monstrat imagine mundum, Cœlum amplexum intus sævi fera marmora ponti.' *Barth.*

LXIV.

14. *Ἔτι περὶ αἰθροῦ.*

EADEM opera ita istud transtulimus: 'Dic, age, mi Crystalle, latex

lapidescere jussus: Quis strinxit? Boreas. Cui resoluta? Noto.' *Barth.*

LXVIII.

18. *In Sphæram Archimedis.*

CELEBRIS Sphæra hæc Archimedis, at res tum nova. Cujus usus rei-que fuerit indicat Lactantius lib. II. c. 5. *Barth.*

Alibi Claud. *In Archimedis sphæram, quæ fuit vitrea.* Per vitrum enim facile perspici poterat terra in medio globi librata ac suspensa. In cæteris solidis sphæris, quæ ex alia ma-

teria concinnantur, supervacaneum est terram in medio globo fingere, quia non conspicitur. Hodie globi seorsim cœlestes fiunt et terrestres; in sphæris *κρυπταῖς* terra instar puncti ex grano aliquo rotunde effigiata, in ipso centro collocatur. Sed hic non stetit miraculum Archimedæ sphæræ. Nec enim circulos tantum et

sidera, et quicquid in cœlo est, habuit imitatione expressum; sed etiam motus ipsos cœlestes, siderum ortus et occasus pari lege ac disciplina repræsentavit: quid enim illis verbis disertius? 'Inclusus variis famulatur spiritus astris, Et vivum certis motibus urget opus,' &c. *Salmas.* Plin. exercit.

1 *Vitre*] Miram si vitro facta ea sphaera. Ligneam memorat Sextus Empiricus contra Mathematicos libro IX. *Barth.*

5 *Rerumque fidem*] Constantiam.

Legesque virorum] Alii *legemque*. Aldus et tres ex nostris *legesque Deorum*: quomodo et Claverius, atque illum secutus Raphaelengius, profante Barthio. Posset nihilominus et scribi *legemque dierum*; quamvis apud Plinium de Mathematicis: 'Viri ingentes, supraque mortalium naturam

tantorum numinum lege deprehensa.' Mox *Syracusius senex*: nam *Syracusius* peccat in metrum. *D. Heins.*

Legesque Deorum] Quibus ipsi Dii adstringuntur. Hi enim gentiliam ab astrorum et mundi legibus pendere fingeantur. *Barth.*

6 *Syracusius senex*] Notum senum nomine conseri disciplinarum sectarumque Conditores. Sic *Magistrum Syracusium* eandem Archimedem appellat Priscianus. *Idem.*

7 *Famulatur spiritus astris*] Hoc omni ævo inimitabile Archimedi ingenium commentum fuisse tradit antiquitas. *Idem.*

9 *Proprium annum*] An *properum*? *D. Heins.*

12 *Humana mente*] Quæ divina alioqui regebantur. Deus enim mens mundi. *Barth.*

LXIX.

19. De Polycaste et Perdicca.

Sic meliores libri. Illustravit fabulam ex Fulgentio Barthius. Pro munere cogit, e Ms. Claverius *numine cogit*, ut et Gyraldin. et alii melioris notæ: nomine Rottend. pro vulgata scriptura stat Barthius. Martialis illa respexit libro v. Epigr. 49. 'Quid non cogit amor?' Pro *affectum, affectu* videri legendum supra monui. *Sanguinis affectum* pro materno affectu ponit; nec vulgata tamen scriptura incommoda; de qua videatur hoc loco Barthius: sed nostra omnino præstat. Non enim hoc vult, matrem timuisse amare filium, sed timuisse eum amare affectu materno, cum amaret libidinose. Male *amara* pro *amare* Claverius. *D. Heins.*

Fabulam vide apud Fulgentium Mytholog. l. III. c. 2. *Barth.*

1 *Flammarum numine*] Nos *numine flammaram*, totum enim nomen, tota vis amoris in flammis, quibus omnia illius arma constant. *Idem.*

Quid non sævus Amor flammaram munere cogit? Sanguinis affectum mater amare timet, &c.] Fabulam tangit hic, quæ talis est: Perdicca initio venator fuit, cui cum cruentum institutum et solitudo displicere cœpisset, et continuum currendi studium; et cum videret Actæona, Adonium, Hippolytum, alios ejus rei studiosos pessime interiisse; venatione spreta, agriculturæ se dedidit; quo nomine terram quasi matrem fertar adamasse, quo labore consumptus, macie est confectus: matrem quippe *Polycastem* vocitant, quæ *Polycarpe* a fructuum copia est interpretata: terra

mater omnium est, quæ in mortali-
um usus suos producit fructus. Gy-
rald.

2 *Sanguinis affectum mater amare
timet*] Ratione incestæ libidini pug-
nante. Caritatem maternam, libidi-
noso amore mutare timet. *Affectum
sanguinis* filium ipse intellige, hunc
enim amare horret mater, incensa in-
cesti cupidinis facibus: et sic lo-
quuntur integræ et inclinatæ Ro-
mænæ rei scriptores, *affectus* cognationem
agnationemque omnem per-
hibentes. Barth.

3 *Pectore dum niveo miserum*] *Puerum*
Thuanus, et ex suo codice Cla-
verius; nec dissensio: probatum et
Barthio. D. Heins.

Anxia nutrix] Mater eadem et nu-
trix, quæ mammam dedit, dum pec-
tori suo miserum applicat, amore
ejus percutitur. Barth.

6 *Et ipsa dolet*] Tui amore incesto.
Parce, ait, talibus facinoribus, ne
exemplo tuo incitata tui quoque im-
pio amore mater Venus incendatur.
Dolet, amat. Amor enim infan-
tium dolorum causa et principium. Idem.

LXX.

20. De Zona Equi regii missa Honorio Aug. a Serena.

LUCENS. De pheris equi a Serena
missis. lege phaleris cum Moretano
et Bononiensi. Vaticanus primus, De
zona equi regii missa Honorio Augusto
a Serena: probe. D. Heins.

1 *Princeps venerande*] *Memorande*
scripti plerique; nil muta tamen. vi.
Cons. Hon. 'Agnoscisne tuos, Prin-
ceps venerande, penates?' Idem.

6 *Turbidus*] *Turgidus* placebat Li-
vineio. quod et mihi olim in mentem
venerat. Horat. l. iv. Od. 12. 'nec
fluvii strepant Hiberna nive turgidi.'
Idem.

7 *Morsu versare smaragdos*] Hujus
gemmæ in ornamentis equorum tanta
post dignitas, ut præter Principes eis
uti nemini licuerit. Barth.

Versare smaragdos] Cl. Gronovius
in Observationib. vexare legit ex illo
Lucani lib. iv. 'rigidos vexantia fre-
nos Ora terens:' quod scripti fere
omnes confirmant; et vidit veram

lectionem curis secundis Barthius.
Silius lib. v. 'Stat sonipes vexatque
ferox humenta frena.' Hypsipyle de
Archemoro apud Statium Theb. v.
'modo te digressa reliqui Lascivum,
et prono vexantem gramina cursu.'
D. Heins.

8 *Tyrio terga rubere croco*] Mem-
branæ potiores toro: ut apud Catull.
'Vir tuus Tyrio in toro totus immi-
neat tibi.' Tibullus lib. i. Eleg. 2.
'Quid Tyrio recubare toro sine amore
secundo Prodest?' Torum tamen hic
pro stratis tergo equi impositis sumit.
Idem.

Tyrio croco] Purpura, flagrante in-
star crocearum flammaram. *Croceum*
omne quod pulchrum veteribus. Barth.

10 *Spargit et excussis*] Puto Spar-
git ut; admirantis est, nec uno alibi
loco corrupta vocula, ut jam monui-
mus. D. Heins.

11 *Brevitas doni*] Exiguitas. Barth.

LXXI.

21. De Zona ab eadem missa Arcadio Aug.

1 *Stamine repledens*] Novum hic epigramma incipit in prim. Vaticano et Ed. Parmensi. Vat. addit inscriptionem: *Idem de zona missa ab eadem Arcadio Augusto*: quod et nos sequi-

mur. A cæteris libris abest hoc epigramma. Vs. 2. pro *liget* Vatic. *liget*. D. Heins.

3 *Decus Eo fratri*] Clare vides ad Arcadium hæc pertinere. Barth.

LXXII.

22. De Chlamyde et Frænis.

VATIC. primus, *De chlamyde et frænis*: primus Med. *De chlamyde*. D. Heins.

Vitiosum titulum indicavit Claverius, cum de chlamyde sola argumentum habeat Epigramma. Commendat autem donum Serenæ, quo ornat Honorium, ut non minus quam a Stilichone exuviis hostilibus bellicus ejus cultus poliretur, uxor ejusdem pacificum Herois, pacificum Principis habitum excolere æquum bonumque duxerit. Barth.

1 *Non semper*] Remissiores curas exemplo Deorum inducto probat. Ita solent Poëtæ.

Metuendum gentibus] Barbaricis, quas circa Ilium plurimas subegisse Achillem Homerus aliique memorant. Barth.

3 *Ardentis Antra Dei*] Vulcanus ipse ignis. Idem autem numen et igni et ferro a veteribus præficebatur. Idem.

4 *Galeam factura comantem*] Fractura tres Florentini et tertius Vatic. et sane Thetis galeam non fecit, sed Vulcanus: forte *pactura* legendum; præcessit tamen et *clypeum fabricabat*.

Pro *mitia* quatuor libri *nuncia*. Patav. *tnenia*: forte *inermia*. D. Heins.

10 *Onerabat*] Infert veterum morem, adeo magnis molibus gemmarum vestimenta operire solitorum, ut etiam oneri essent gestantibus. Barth.

Onerabat sedula gemmis] Sic Lucensis cum primo Vaticano: alii fere omnes *ornabat*; quod minus placet, quia *ornamenta* præcesserant. D. Heins.

12 *Obsequiis: socer en Stilicho*] *Soceri Stilicho* veteres fere omnes. Distingue *obsequiis soceri*. *Soceros* vocat Stilichonem et Serenam: sic Epist. ad Serenam, 'Inflexit soceros,' pro parentibus sponsæ. Statius Theb. VIII. 'Quamvis Cirrha domus, soceros nec tristibus actis Aversatus erat.' Id est, Œdipum et Jocastam. Thebaid. XII. 'nec surda feræ pulsabimus urbis Limina, sunt illic soceri mihi, suntque sorores Conjugis.' Barthio codex Palatinus hic impositus, ut mendosissimam lectionem amplecteretur. Apud Maronem: 'Qua sese ad soceros ferre incommata solebat Audromache:' *ad soceros*, ad Priamum et Hecubam. Seneca Medea: 'Nunc primum soceris sponte volen-

tibus Concesso juvenes Indite iurgio.
D. Heins.

15 *Sollicitas urgens*] *Urget scripti.*
aliis jam visum. *Idem.*

LXXIII.

23. *De Frano, Phaleris, et Cingulo Equi Honorii a Serena missis.*

De equo dono dato prim. Vatic. et Medic. D. Heins.

2 *Numinis*] Ne mira hæc appellatio Christiani Principis videri possit, faciunt infinita loca utriusque Codicis, aliæque Principum posteriorum Constitutiones. *Barth.*

6 *Perstringere*] Non conculcare. Notæ Hyperbolæ Poëtarum, equos per aristas non inflexas currere. *Idem.*

Pascua saltu] *Cursu* scripti omnes. D. Heins.

9 *Gemmata monilia*] Notanda equis

dari solita. *Barth.*

12 *Manibus sudata*] Elaborata. Durior tamen locutio, nisi quod impensum studium elaborantis denotat. *Idem.*

13 *Persarum gentile decus*] Ad morem Persarum. Mille locis barbara pompa et superbia vestitus phalararumque Persicarum auctoribus celebratur. *Idem.*

14 *Maternis studiis*] Jam marito igitur Honorio hæc scripta. *Idem.*

LXXIV.

24. *Deprecatio ad Alethium Quæstorem.*

Deprecatio ad Alethium Quæstorem, Lucens. at prim. Vaticanus, Incipit excusatio apud Alethium Quæstorem dum objiceretur ei, quod epigramma ejus deprehendisset. Barthius Manlium Theodorum hoc epigrammate tangi arbitratur: eum vide pag. 1063. D. Heins.

Illud hic summo viro, qui ex magistratus dignitate Poëticam etiam præstantiam æstimabat, nemini obscurum. Palinodia hic est simulata Alethio Quætori cani, cujus carmina inscitia notaverat. Hunc *ελαρυχεῖς* deprecatur, ut Horatius Canidiam, seque deinceps plausurum ejus ingenio prædicat, interibi doctis modis hominis fastum traducens. *Barth.*

1 *Sic non Æthiopum*] Attestatio ironica damnorum aut miseriarum sustinendarum, si mentiatur. Si consideres tamen, ambigua sunt omnia; potest enim facile carere omnibus his periculis, locis periculosus abstinendo, quæ adire nemo illum cogat; nec tanti crimen istud ut propterea exilium metuere potuerit. *Idem.*

2 *Scythico sub Jove*] Ubi perpetuum frigus, hieme vero internecinum. *Idem.*

3 *Sic non imbriferam*] Scripti *imbriferis*, excepto prim. Vatic. et Ambros. malim *nubem ducentibus*. D. Heins.

Noctem ducentibus hædis] Hædi pluviale sidus. *Barth.*

5 *Furiarum verberare pulvis*] Grammatici infestam iracundiam æquiparant furiarum flagellis.

Verberare pulvis] Qualibus furiis fremunt Grammatici. *Barth.*

6 *Irati relegam*] *Lædam* prim. Vatic. et Ambr. rectius. *D. Heins.*

Carmina] Vel laboriosissimos et bonæ mentis inanissimos versus. *Barth.*

7 *Nulla mors traxit*] Intellige ex reipsa judicasse, non petulantia. *Idem.*

8 *Liberior iusto*] *Solito* scripti, exceptis prim. Vat. et Ambros. nil muta. Avienus fabula IX. 'Liberior iusto qui fuit ante fugax.' *D. Heins.*

9 *Voces notavi*] *Mente* unus Ambros. et sec. Vatic. Proximus versus, ne adulterinus sit, metuo. *Idem.*

11 *Orpheos alii libros*] Forte *Ascræos* alii *libros*; ut tres summos poëtas conjungat, Homerum, Hesiodum, et Maronem. *Idem.*

12 *Nec tua securum*] Magno etiam judicio Virgilium Homero præponit. Ille vero usque adeo non securus famæ fuit, ut neque vivo neque mortuo defuerint Zoili et Mastiges. *Barth.*

13 *Ipsæ parens*] Hoc distichon ab Ennodio citatur. *D. Heins.*

16 *Pauper uterque fuit*] *Pastor* Lucens. *Idem.*

17 *Et pallidus omnia laude*] *En pallidus* meliores scripti; et cum iis Barthius. Sequenti etiam versu malim *En clarum*. *Idem.*

18 *Sophos*] Acclamantium favoris vox, et laus summa. Martialis lib. I. 'Audieris cum grande Sophos dum basia captas.' *Barth.* •

19 *Ignoscet placidus*] Puto scribendum *ignoscas* et *remittas* et *recites*, ut Alethium alloquatur. *D. Heins.*

20 *Et tuto*] Plerique ex scriptis *toto*; recte: quod et Barthio curis secundis monitum: posset etiam retingi *tota urbe* pro *quodlibet ore*. Prim. Vatican. Ambros. et edit. Parm. *quicquid ab ore*; lege *quidlibet*: *quicquid ab ore pluit*, vel *fuit*, Claverii liber. Forte *ignoscas* et *remittas* et *recites* legendum: ut Alethium alloquatur. *Idem.*

Et tuto] Scribe: *Et toto recitet quodlibet ore*: *placet*. Toties illis inflatis buccis licet utatur, inquit, et fremat, tonet, clamet, vociferetur, baubetur quicquid volet, nos parati sumus *placet* hoc nostrum ubique illi offerre; ne videlicet tanti ponderis hominem cum tanto suo fastu nobis incumbentem ferre cogamur. *Barth.*

LXXV.

25. In Curetium.

PRIMUS Vaticanus, *Incipit locus de Curetio*. Pro *Fallaces vitreo stellas* Oisellanus, *Palantes vitreo stellas*. *D. Heins.*

1 *Fallaces*] Omnem genethliacem contemnit, more verorum Philosophorum. Ob plurimum abusu, usum fere nullum, male audivisse apud veteres, uti artem vanam et quæstus gratia dicacem. *Barth.*

2 *Vagæ Saturni*] Obesse Saturni inconstantiam, superventurum autem Jovem. Qualibus sententiis sperantibus, quod ait Tacitus, fallacias isti homines nectebant. Saturno autem adversatur Jupiter. *Idem.*

5 *Perfuria*] Senecæ in Apocolocyntosi pro miraculo est Mathematicum vel semel dicere. *Idem.*

7 *Nam spurcos avide*] *Avida*, Ald. et

Ambr. *Mox refundit opt.* Ambros. pro *refundit*. D. Heins.
 8 *Flagitiis*] Criminibus quæ nec dicere vellis. Barth.

10 *Has eadem*] *Eandem* linguam pro eodem membro duorum corporum dixit. *Idem*.

LXXVI.

26. In Eundem.

SANE et nos cum viro docto velle-
 mus nequitiam os illud fatale eximi-
 orum virorum præconiis, et rerum
 magnarum doctrina sporcitatibus du-
 orum Carminum contaminasse castis-
 simum aliquin vatem, neque poste-
 ritati se tradaxisse talibus vulgariam
 Poëtarum næmiis. Tamen non ideo
 bona cætera contemnemus, et ista
 ipsa non aliis adapiemur, quam illis
 oculis, quibus Satyricorum scripta
 nudioribus verbis vitia incessentia
 solemus. Barth.

2 *Patre tuo*] Talium notitiam pro-
 fesso, et inde victitante. *Idem*.

3 *Dedit inclementis Martis*] Militem
 et militari animo sanguineum homi-
 nem creans, furibundam. *Idem*.

4 *Debilis Arcas erat*] Nascenti vi-
 delicet; Mercurii enim sidus omni-
 bus ingenii orisque dotibus præses.

Quibus debilitate hujus astri excludit
 Curetium Claudianus. *Idem*.

5 *Morbum*] Obocœnam prurigi-
 nem, quæ tanta infectione contami-
 narat genus humanum, ut medici vi-
 ros curare cogerentur, ne virilitatem
 vulgo projicerent. Sic *morbum* vocat
 noster, exemplo Javenal. Sat. II. 'hunc
 ego fatis Imputo, qui vultu morbum
 incessuque fatetur.' *Idem*.

6 *Luna Venusque*] Lunæ naturalia,
 hoc est, libidinis partes in corpore
 humano adscribit. *Idem*.

7 *Attricuit Saturnus opes*] Mendica-
 tores facere Saturnum idem auctor
 inter tristes cæteros ejus astri effec-
 tus memorat. *Idem*.

8 *Lambere causa facit*] Cura fuit
 Patav. opt. Ambr. et duo alii. Patav.
causa fuit. D. Heins.

LXXVII.

27. In Jacobum Magistrum Equitum.

EPIGRAMMA utique ab homine Ido-
 lolatra scriptum ironice in Christia-
 num Ducem, ridens sanctorum in bel-
 licis rebus aliisque invocationes, tum
 suborientes, hominis simul bibacita-
 tem, et Poëticarum rerum inscitiam.
 Barth.

1 *Per cani limina Petri*] *Per sancti*
 scripti potiores: pro vulgato tamen
Delph. et Var. Clas.

stat prim. Vat. et recte; nam *sancta*
Susanna post sequitur. D. Heins.

2 *Dux Jacobo*] Metitur nomen ut
 debet, et enim extantum sit. Moscho-
 pulus, *Idem* sors scribendum proponit.
 Barth.

3 *Sic tua pro clypeo defendat*] *Per*
clypeum Ambros. Pro *defendat* scripti
 omnes *sustentet*, præter prim. Vati.

Claud.

5 R

opa. quo verbo et alibi non raro utitur. *D. Heins.*

8 *Sic ope sanctorum non barbarus intrant Alpes*] Puto *ne barbarus*. Pro *ope sanctorum* cum Barthius in veteri libro invenisset *ope ianthodi*, opinatur a Claudiano esse, *ope Judithæ*, quod sequatur proxime *Susanna*: hoc distinctio in primo Vaticano non exstat. Mox pro *feras* idem *ferus*. Idem.

9 *Feriat*] Perentiat velut cœlitas. Alludit Historiam qua Angelas Assyriorum centum octoginta quinque millia una nocte perimit. 4. Regum xix.

Rhomphæ] Notat *Rhomphæ* omnem vim bellicam, et maiorem gladium. *Barth.*

10 *Romanæque regunt*] Tela regant manus, quod contra solet. Divinam opem intelligit, qualis celebratur iii. Cons. Honorii: 'Obruit adversas acies, revolutaque tela Vertit in auctores, et turbine reppulit hastas.' Sal Epigrammatis in eo est, ut dicat, Parce carminum nostrorum notationi, sic agant pro te omnia Sancti omnes Sanctæque, dam tu potas et pergræcaris strenue, adeoque ut crapula et vino interficias in convivio homines, et sic non de funesto Martis opere, sed Comi et Bacchi triumphum strenuitate tua dignum ducas. *Idem.*

Romanæque regunt prospera tela manus] *Regat tela* quatuor libri: duo *teget tela*: Lucretius. *regat theda*: quinque *regat tela*: duo Gallici cum Rotendorphiano *regat Tecla*: Thuan. *teget Tecla*. Lego *regat Thecla*, cujus nominis non una martyr fuit: occurrit et id nomen frequenter in Inscriptionibus antiquis. Scaliger *Romanæque regant* ex Claverii libro, in quo *Romanæque gerant*. *Regere tela*, ut apud Statium Theb. viii. 'Sterneret

adversos etiamque Ismenius heros Inachidas: nam tela regit viresque ministrat Amphitryoniades.' Virgilius ad Phœbum: 'Dardana qui Paridis direxit tela manusque Corpus in Eacidae.' *D. Heins.*

11 *Magnos convicia triumphos*] *Magnus triumphus* scripti: *moriens magnos triumphos* prim. Vat. *Idem.*

12 *Atque tuum vincant dolia sua sitim*] *Ei tua perpetuo dolia vina fluant*, Claverii liber, et septem ex nostris, cum primo Vaticano; nec dissentit Palatinus: nisi quod in illo *sic tibi*; rectius, quam *tua*. *Vina fluere* Græcismus; sic apud Homerum *Odyss. ix. βόει ἀγλάει σθαρ κρήνη*. Noster lib. ii. in Stilich. 'palmito largo Vina fluens.' Cons. Olybr. 'Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venia Effluxere decus.' Florus in Epigrammatis: 'Bacche vitium repertor, plenus adsis vitibus, Effusus dulcem liquorem comparandum nectari.' Venantius Fortunatus in navigatione Masellana: 'Nec vacat hic rigidis sine fructibus esse lapillis; Denique parturiant, saxaque vina fluunt:' ut forsitan et supra de crystallo legendum sit, *quod flumina vinctis, Quodque fluxit lapides*, fuit cum *dolia vina pluant* legendum opinatus sum, ut *pluere poma, pluere glandes*: de quo loquendi modo dictum Notis ad Metamorphoses Nasonis lib. i. Vetus Glossarium, *Aluφ-pōō, sanguinem fluo*. *Idem.*

13 *Nunquam*] Nunquam tibi contingat tantum infortunium, ut commaculet illam tuam delicatam urbanamque manum hostili sanguine. *Barthius.*

Quæ sequuntur post Epigrammata in Theodorum et Hadrianum, Claudiani non videntur: quare et a cæteris separanda curavimus. *D. Heins.*

LXXVIII.

28. *Rimanti Telum Ira facit.*

Rimanti telum ira facti] Sic scripti plerique. bene. Thema est ex VII. Virgillii desumptum: 'quod cuique repertum Rimanti, telum ira facit.' D. Heins.

1 *Gerit, dementia mutat*] Hæc corrupta: alii codices *ferit*. Scribendum opinor: *In jaculum quodcumque rei dementia mutat*; pro, *quancumque rem*: deinde distingue et scribe: *Omnibus armatur rabies; pro cuspide ferri. Cuncta volant; dum dextra ferox in vulnera*

avolit, Pro telo ingeritur, quicquid sug- gesserit ira. Versu ultimo ingeritur pro geritur reposui, quod meminero frequenter apud poëtas occurrere, *telum ingerit*: ut in illo, 'crebras morientibus ingerit hastas.' *Idem.*

4 *Pro telo geritur*] *Lego ingeritur*, ut apud Silium: 'crebras fugientibus ingerit hastas:' et Virgil. 'raptas fugientibus ingerit hastas:' sic et alii. *Idem.*

LXXIX.

29. *In Podagrum.*

In Podagrum] Oiselianus, *In podagrum qui carmina culpabat, non stare dicebat. Dele rō culpabat.* D. Heins.

Videtur in Iacobum vibratum Epigramma, cum lacerandi verbo pariter utatur, et perpetuo belluone dignum sit præmium Podagra. *Barth.*

1 *Pedibus*] Pedestris tamen sermo Poëtico oppositus. *Idem.*

2 *Scandere qui necis*] Quos sec. Vaticanus; versiculos nempe laceras; et interrogationis notam addit. Deinde *inquis et putas*, non *inquit et putat*, idem secundus Vaticanus. D. Heins.

Laceras] Conviciis proscindis, extreme vituperas. *Barth.*

4 *Podager*] Podagricus. *Idem.*

LXXX.

30. *De Theodoro et Hadriano.*

SUSPICAMUR hoc illud esse Epigramma, quod ut expiaretur, Epistola ad Hadrianum deprecatoria opus habuit Claudianus. Nimis vero Poë-

tice viros illustres traducit, nebulas forte inimicitiarum Stilichoniarum secutus. Cum quo et concidisse videtur. *Barth.*

LXXXI.

31. *Ad Æternalem.*

3 *Carmina sunt*] Male vulgo *carmina fert*. Deinde lego et verba negant. Barthius ex Palatino, non verba *ferunt communia Musæ*. D. Heins.
4 *Sic me meus implet*] *Smyrneus Lacens*. Idem.

LXXXIII.

33. *De Locusta: Fragmentum.*

2 *Durescit amictus*] *Lego suorescit*. opt. Ambr. *deorescit*. Versu primo *lumina surgit*, non *surgunt* Palatinus. Pro medio *feru lumina surgunt Vertice*, fors scribendum, *medio duo cornua surgunt Vertice*. D. Heins.

3 *Dumique*] Scripti plerique *dubique*: *Lucens, dubique*: nonnulli *dubique rubentem*. Idem.

4 *Parvis multis acueri rubores*] *Multos alii*; idque rectius: *Bualid, parum multos*: liber Claverii, *parient multos ac vere colores*. Lege, *dumique rubentis Cuspidibus parient multos ac vepre dolores*. Barthius conjicit: *dubique rubentem Cuspidibus variant, Mito victore, colores*; quod non intelligo, nisi error subsit librarii. Huic epigrammati præfigebatur in Vaticano illud,

DE DULCIO: 'Nectareo muro dulces cinguntur arenæ.' In eodem codice duo alia epigrammata legebantur sub finem, quæ in vulgatis non extant. INCIPIT DE HIPPOPOTAMO: 'Utræque secundo nutritur bello Nilo, Quæque vorat morsu, quæque sub ore fremit.' Mox una linea vacua relicta, QUÆ IN MENSA DE SARDONYCHE LAPIDE: 'Mensa coloratis aquilæ sinuatur in alis, Quam floris distinguit honos, similique figuræ Texitur: implumem mentitur gemma volatum.' Qualia plura in illo occurrebant non magnæ rel. In titulo Epigrammatis pro QUÆ legendum AQUILA. Invenerat hæc epigrammata in Cnjacia nis quoque schedis Claverius: in quibus *similitque figura*. Idem.

LXXXV.

35. *Descriptio Portus Smyrnenensis.*

ITA scripti. *Insule portus Zariensis* ante legebatur, pro quo Barthius *Saronensis*. Cæterum primo versu opinor esse scribendum: *Urbis conspectum montana cacumina velant*; pro quo vulgati: *Urbs in conspectu montana cacumina velat*: inter montes enim

sita Smyrna, et deinde *sic exermatum* non hic. D. Heins.

2 *Præsentis*] *Παθηρικός*. Cui mare obtenditur. Illustrant exempla alibi data. Barth.

3 *Removent aquilonibus*] Ab his abscondunt, tutantur. Idem.

LXXXVI.

36. *Est in Conspectu longe Locus.*

Est longe spatii locus] Moretanus. Lucens. *est in conspectu longo locus*; optime; nisi quod *longe* scribendum. Thema rursus est Virgilianum, quæ supra habuimus, 'Rimanti telum ira facit.' Exstat autem hemistichion *Æneidos* primo: hujus notæ versus multi legebantur in antiquissimo Epigrammatum Latinorum codice, quem apud V. Cl. Petrum Scriverium vidi. etiam in vulgatis a Scaligero et Pithæo veterum poetarum catalectis ejusmodi nonnulla occurrant. Cæte-

rum versus primi sic videntur constitui: *Est procul ingenti regio sum-mota recessu, Insula qua reduces fluctus misescere cogit Tranquillo prætenta mari.* Video et Barthium curis secundis id occupasse; ante legebatur, *recessu Insula, quæ.* D. Heins.

2 *Insula quæ*] Curvam in portum insulam describit eodem cum superiore carmine argumento. *Barth.*

3 *Fractasque per undas*] Molem earum retusam. Horatius: 'Fractisque ranci fluctibus Adriæ.' *Idem.*

LXXXVII.

37. *De Quadriga marmorea.*

MENDOSISSIMUM est hoc epigramma, quod in primo Vaticano non comparet. Illustratum non inscite a Barthio *Advers.* xiv. 20. qui adeundus. *D. Heins.*

In quadrigis tantum studium veterum, ut etiam fuerint qui Magicas artes adhibuerint, tanta existimatio, tantum desiderium aurigationis dextræ inerat. Nam et illo fine tales effectas arbitror, qualis hoc carmine describitur. *Barth.*

1 *Innumeros*] Varios, inexpectatos. *Idem.*

2 *Surgit in aurigam currus*] Qui ante incedebat velut, ex curru fit currui imminens auriga. *Tortilis* et notabilis in varios vultus machina ex curru pariebat aurigam, ex auriga denovo currum. *Idem.*

Surgit in aurigam currus] Forte *vergit*; ut aurigam curru excussum designet, atque illi currum illapsus. Mox *Vir redit in currum* pro *Vix* bene Rosweidus teste Barthio: confirmant ex scriptis nonnulli. *D. Heins.*

5 *Vix redit in currum*] Ex viro denovo fit currus. *Barth.*

6 *Ex alto se quisque facit*] *Ex alto se quisque facit* codex Claverii. *D. Heins.*

Ex alto se quisque facit] Claverius *ex alto se quisque facit.* Non inepte, nec tamen vere. Suo velut motu se ex aliena figura, ea mutata, quisque facit. *Barth.*

7 *Ductusque per artem*] Per varium artificium in non unum os deductus. *Montem* pro frusto lapidis dictum jam supra notabamus ad Magnetem. *Idem.*

LXXXVIII.

38. *Fragmentum.*

Sordidus] *Incipit de lœnarie prim.*
Vatic. *D. Hein.*

2 *Colla comantia*] Alludit forte eo quod Philosophastri illi et pallio tenuis Sophi comam vulgo nutriebant longissimam, uti ex Luciano, Gellio, aliisque notum. Argumentum igitur hujus fragmenti sive Epigrammati

tale fingi poterit, quale est principii Satyræ secundæ penes Juvenalem. Videlicet ore tenuis et pallio philosophari istos nebulones, aut scientiarum rerum præferre memorabilium, postmodum cum soli sint, facere paria Cybeles. *Berth.*

LXXXIX.

39. *De paupere Amantē.*

SCRIPTA duo Epigrammata ad demonstrandas ærummas infelicitatemque amantis, qui extremo malo humanitatis, paupertate nimirum, pejora ferat, dum non potest amoris flammæ resistere. *Berth.*

1 *Diruæque Cupide*] De amoris in-

tolerabili cruciatu pleni omnes omnium amatorum utriusque et linguæ et stili libri. *Idem.*

2 *Toleranda*] Tolerabilis aliquo modo, comparata illa diritate. Alloquin fames jam inde ab Homeri testimonio omnium crudelissima pestis.

XC.

40. *De Eodem.*

2 *Deligo*] Summa autem nota miseris amoris, paupertate pejorem esse,

que summum alloquin et tale malum, ut et auditu sit gravis. *Berth.*

XCI.

41. *In Sepulcrum Speciosa.*

1 *Pulchris stare diu*] Effectum ad illud Lucani: 'summisque negatum Stare diu.'

Parvarum lege] Hæc ut immincat

omnibus, vitas fortunasque humanas Aranearum instar telis tenuissimis sustinens, nemo melius dixerit salissimo Philosophorum, Luciano. *Berth.*

3 *Veneris sortita figuram*] Quæ Dea fingitur nihil pariter invita pati, quam formæ suæ aliam quamcunque componi. Ejus ergo zelotypiæ interisse vult istam Claudianus. Summa autem formæ commendatio parem haberi Veneræ. *Barth.*

4 *Egregiumque decus*] Cnjaciana exemplaria: *Egregiumque decus, invidiamque tulit*. Simul scilicet, unde et formosissima fuit, et cito perijt. *Idem.*

Egregiumque decus, invidiamque tulit] Non *invidiam meruit*, Claverianus liber, probante Barthio. *D. Heins.*

XCII.

42. *De Birro Castoreo.*

VILEM vestem quæ pretiosæ nomen ferat, incessit. Birrum enim Bibrum Castoreum haberi dicit, se vero pro tali nescire agnoscere, tum quod materiem videat, tum quod villiori pretio emta sit quam tanta nomina feraut. Scio quod Birrus fuerit pretiosa vestis, utcunque tralatitia. *Birrum*, vestem crassam, Bibrum dicebant nonnulli. Isidorus xix. 24. Hoc est, quod ferre non poterat Claudianus, 'Castoream nimirum vestem, pretiosissimam illam, et fenerrimam, villi et crasso birro nomen suum tradere.' Idem enim animal bibrus sive fiber, aut biber et Castor. Scholiastes Juvenalis ad Sat. xii. 24. *Barth.*

1 *Umbra manet*] Nequaquam res ipsa, sed vile simulacrum. *Idem.*

2 *Si Castor nitet*] Omnino scribendum, *Ni Castor nitet*, nisi nitorem

Castoris præferat, neque enim dicere Castoreum. Sententia sic est plana. *Idem.*

Si Castor nitet] Hæc inquinatissima sunt. Lucens. et excerpt. Put. *juret*: Aldus *obret*: novem scripti *vitet*: Bonon. *incret*: duo opt. Ambros. *nitet*: Gyrald. cum vulgatis *nitet*, et mox non dicere pro nam. Barthius cum Claverianis libris, *Ni Castor nitet*: Scaliger, *Si textura vetat*. Forte, *Si Castor vivet* vel *vivat*. Pro *dicere birrum* in multis veterum *dicere*: et *Nomen verba manet* sec. Vatic. mendose. Sed tanti hæc non sunt, in quibus diu hæreamus. Videantur tamen, quæ ad illustrationem hujus epigrammatis contulit Barthius p. 1661. Pro *potestis* Aldus *potestur*: sed aliter nostri codices. *D. Heins.*

XCV.

45. *Carmen Paschale.*

Hoc carmen, quanquam elegans, Claudiani esse non persuadeor ut credam; sed nec Græcum: primus Vaticanus, *Incipit de Salvatore*. *D. Heinsius.*

1 *Redeuntis ævi*] Imitatio Pollionis Maroniani: 'Jam redit et virgo, redeunt Saturnia regna.' *Barth.*

Conditor ævi] Orbis prim. Vatic. et

quinque alii. Gyrald. *ami*. *D. Heins.*

2 *Quem fudit ab alta*] Indicat occulte τὸν ἄχρον χρόνον, æternitatem. *Semper enim fuderat*. *Barth.*

Fudit ab alta] *Fuderat alta* duo Florentini et Palatinus. *D. Heins.*

4 *Impia tu nostra*] *Qui nostra* Gyraldinus et secund. Vaticanus: et mox mundi pro mundum idem Gyrald.

finus. Barthius *Dominum*. Pro crimina *vita* prim. Vatic. *secula terre*. Idem.

6 *Hominemque fateri*] Humanam naturam. Sic in Laude Christi: 'corporis hujus Dissimiles perferre modos, hominemque subire.' Barth.

7 *Quemque utero inclusum*] *Quem* verbo excerpta Put. et Aldus et Lucens. et Pomponii Læti schedæ: forte *Tene utero*. Pro *numine* *riso*, *luminæ*, Gyrald. Lucens. *angeli* *riso* corrupte; quomodo et Pomponii Læti excerpta: alii nonnulli *angelo*. A primo Vaticano, et quibusdam præterea hic versus aberat; quem Barthius quoque censet tollendum esse. D. Heins.

8 *Virginei timuere*] *Timuere* Raphaelengius, ut Lucens. et duo alii. Oxon. *tenuere*; forte pro *tremuere*: opt. Ambros. *intymuere*. Pricæi *patuers*. Idem.

10 *Mortalia corda*] *Membra* Gyrald. Idem.

11 *Artificem texere*] *Fudere* Isingr. et sex ex nostris. Oxon. *cepere*. Idem.

Mundi repertor] *Opifex*, Excogitator. Barth.

12 *Latuitque sub imo*] *Uno* Aldus et scripti; bene: vide Notas lib. II. in Eutrop. 286. quomodo et Delrius ad Senecam et Barthius curis secundis. D. Heins.

15 *Nec capitur*] *Non* duo Florentini; quod effioacius. Idem.

16 *Quin et supplicii nomen*] *Supplicium* nomen unus Florent. *supplicium* nomen Bualid. *supplicium* mortis Priemans: *mancipii* nomen ex veteri libro Claverius. Pro *nequeque* forte *nequeque*, si *et* *mancipii* non admittit. Pro *surripere* scripti plerique *eripere*. Idem.

19 *Purgata repetens lætum tellure parentem*] *Repetis tellure* ex veteri codice Claverius, quod et Raphaelengius secutus: nostri codices aliter: unus *læta te luce*. Mox *Augustos Joveas* ex Palatino Barthius, et *celebrent*. Post hunc versum margini in uno Petaviano sequentia adscripta legebantur: EUGLERIUS COMES. *O pater omnipotens celsi dominator Olympi, O terre pelagique antor, qui sedibus olim Minos ab athereis, humano corpore nasci Non indignatus, cædis cruciatibus atra Mortales avidi rapuisti e faucibus orci. Dirige vela precor: curas diducere rectum, Densaue Romulæ dignoscere jura Senatus Ingenio permitta meo: qua luce reperta Fas mihi sit populis rescera reolvere jura, Atque inter nebulas legum dignoscere causas.* Cæteri versus, ut Laus et Miracula Christi, Laus Herculis, et in Sirenas, nullis in membranis; quas inspexerim, extant, nec tanti sunt, ut cum cura excuti ac examinari debeant. Opinor ea omnia ex Camerliti vetusto codice prodidisse. Idem.

XCVIII.

48. Laus Christi.

NEQUE istud neque sequens de Miraculis comparet in membranis nostris. Istud tamen ex antiquissimo codice se Claudiano asserere testatur Joan. Camers in vita Poëtæ, ejus editionem his Opusculis comparare nequivimus. Pariter neque Belgæ libri, nec Aldini hoc carmen agnoscunt. Utique tamen Claudiani est, par genio, acumine, eloquio, superiori. Barthius.

3 *Ante tuæ*] *Note* Barthius in Adversariis: posset et legi *Ante tuam*, lucem scilicet. D. Heins.

24 *Nocte refusa*] *Lego reclusa*, aut etiam *refusa*: de quo verbo alibi multis actum. Idem.

29 *Quid, nisi pro exactis*] *Hæc* corrupta. Scaliger notarat multa deesse. Miracula Christi in disticha dividenda contendit Claverius. Idem.

XCIX.

49. *Miracula Christi.*

Nec istud, ut jam monitum, agnoscunt nostræ membranæ. Neque ulla inest vel rebus vel sermoni difficultas. Claudiano non indignum, cujus æquabilitatem, facilitatem, amœnitatemque egregie exhibet. *Barth.*

2 *Salvata virginitate*] Vide Augustin. de Civ. Dei. lib. XXII. c. 6. *Idem.*

18 *Portitor*] Gestator, bajulus. *Idem.*

C.

50. *In Sirenas.*

1 *Dulce malum pelago*] Nantis imminens.

Volucres puellæ] Hæc earum forma pingebatur et scribebatur, ut pulchrum inter speciosissimas puellas, cantu gratæ inter aves maxime canoras haberentur. Ælianus lib. XVII. Animal. cap. 23. *Barth.*

3 *Dulcia monstra*] Initio 'dulce malum' appellavit. Boëthius 'usque in exitium dulces.' *Monstra*, quia omnia marina animantia hoc censebantur, ut supra monitum: vel et ob figuram. Gallinaceis enim subitus similes erant. Hyginus Fab. 125. *Idem.*

6 *Venti ferentes*] *Ferentes* manibus velut aut corpore supposito. Om-

nis adjuvandi conatus sic indicatur. *Idem.*

7 *Figebat vox una*] Obstupefaciens nempe.

Vox una] Concors plurium. *Barth.*

Tendere certum iter] *Lege, captum.* D. Heins.

8 *Odiunq[ue] juvabat*] Reditus putat, ut nihil dulce esset propter mortiferas illas voces. Vel et Sirenium, in cædem usque odia prosequentium. *Barth.*

9 *Mortem dabit ipsa voluptas*] Sirenes genus serpentium prius mortem inferunt quam dolorem, inquit B. Isidorus. *Idem.*

LAUDES HERCULIS.

6 *Namque tuam non nunc novus advena turbam Ingradior*] *Ingradi turbam*, an satis sit Latinum dubitare possis. Quid si castigemus *Cyrrham ingredior*? Malim etiam paulo ante *Hippocrenas victorem insistere fontes*: vel *Hippocrenas fonti Me fas, non fac*. D. Heins.

8 *Tempora victa tuis*] *Puto suis*. Ita Naso frequenter: si ad laurum refert, bis idem dixerit. *Idem*.

12 *Roboris actus*] *Artus aut actus præstulerim*. *Idem*.

16 *Ladis adhuc Cyrrhæa modis*] *Puto Cyrrhæa*; nam Phæbum alloquitur. *Idem*.

18 *Quo molliis amas*] Cum proximo versa sequatur molli lauro, alterutrum corruptum est. Gronovius Diatribes Statianæ cap. 50. miti lauro reponit. *Idem*.

21 *Quam ventris tempora vellent*] *An ferrent*? *Idem*.

27 *Oditis augmenta ministrans*] *Malim alimenta*: sic in distichis Catonis: 'Vitiis alimenta ministrare.' *Idem*.

31 *Tractus Tardantur spiria*] *Tractus spiræ*. *Idem*.

35 *Levat ira venenum*] *An pluit*? *Idem*.

36 *Invictis fraudes innectere fatis*] *Invictis fatis scribendum*. *Idem*.

43 *Miseroque furor*] *Putabam veroque*. *Idem*.

52 *Natum quæ exemplar habebas*] *Malim, natumque exemplar habeto*: et sic Claverius. *Idem*.

55 *De genitore tenes*] *Tenens puto, et lumine recto. nam lumine recto Ridebas tu, Dire, truces, animosque superbos De genitore tenens*. Sic recta oculorum acies apud Nasonem libro Metam. II. *Idem*.

58 *Et quamvis teneris cogens in brachia nodis Corripis*] *Corripis jam præcesserat*. *Puto*: *Et quamvis crebris co-*

gunt se in brachia nodis, Porrigis. vel, Projicis. De nodis serpentum dixi ad Nasonem enris secundis Ep. 9. *Idem*.

66 *Totis imbribus*] *Forte motis*: et *Dive, tibi, non Disa*; quomodo et jam ante. *Idem*.

74 *Puram fractis bibis annibus undam*] *Puto crudam*. *Idem*.

80 *Quam multas stravit cum gentibus apros*] *Inepte*. Quid si legas *quam multos stravit sementibus agros*? vel, *constravit mensibus*. *Idem*.

81 *Viduas montibus urbes*] *Imo manibus*: et sic ex veteri libro Claverius. *Idem*.

94 *Solisque lacertis*] *Opinor solidisque*. Dixi ad Nasonem Met. XV. *Idem*.

95 *Ellæ guttura moræ*] *Malim cluso*. *Idem*.

107 *Fundebat ornos*] *An fudebat*? puto etiam, *solidoque tremendus Robore*. *Idem*.

109 *Horrebant trifidis nigrantia corpora setis*] *Inepte*. Lego *rigidis setis horrebat*, ut cum sequentibus hæc melius cohæreant, usitato Græcismo. Etiam tutoque per artus scribendam. Tum malim *nigrantia tergora*. *Idem*.

112 *Clavato pondere robur*] Sic scribendum cum Pulmanno et And. Schotto: perperam *gravato* legebatur: *gravidato* Claverius. Apud Maronem de Hercule: 'rapit arma manu nodisque gravatum Robur.' *Idem*.

ELEGANTISSIMUS est usus secundi casus apud optimum quemque ex melioris sæculi scriptoribus: sed quia nonnunquam ab inscitis librariorum huic elegantie manus violenta illata est, reddemus eam, hac oblata occasione, ac revocabimus nonnullis locis male etiamnum affectis post magnam ho-

minum literatorum sollicitiam. Ac primum se nobis offert Apuleius, qui delicias hujusmodi cum passim ostendet, non licuit tamen per odiosas librariorum manus, ut ubique sui similis esset. Libro Milesiorum VIII. non longe ab initio, de Thrasylo Charites proco: 'Hic, cum primum Charite nubendo maturuisset, inter præcipuos procos, summo studio petitionis ejus [dele *et ejus*] munus oblerat: et quamquam cæteris omnibus is genere viris antistaret, eximisque muneribus parentes invitarer, judicio morum tamen improbatus, repulse contumelia fuerat aspersus.' At quanto rectius optimæ membranæ Florentinæ ac prima editio Romana ac Aldina, quæ penes me exstant, et quamquam cæteris

omnibus id genus viris antistaret, eximisque muneribus parentum invitarer judicium; morum tamen improbatus, repulse contumelia fuerat aspersus. Nihil poterat elegantius, aut magis perspicuum. Atque ita Beroaldus etiam agnoscebat. Desinamus igitur de barbarie et inscitia queri superiorum seculorum, quibus hic locus integer relictus, contaminari cepit postquam bonæ literæ emeruerunt. *Id genus*; nam de splendidis Thrasylli natalibus ac divitiis jam egerat. Sic apud eundem Apuleium libro I. 'esuriens alijus rei.' Libro II. 'saucius fatigationis et fatigatus cædis.' Libro IV. 'madidus nectaris' et 'fatigatus spei' et 'trepidus regionis et certus erroris.'

DE PHŒNICE.

Qua patet æterni janua cæles poli] Scripti codices constanter non *janua cæles*, sed *maxima porta*: etiam editio prima Romana, quod minime mutatum oportuit. Enniæna quippe illa cogitabat Lactantius, quæ et Divinis Institutionibus intexuit: 'Si fas endo plagas celesteis scandere quoiquam est, Mi solei cæli maxima porta patet:' ita enim versus illi corrigendi. Apud Maronem habemus, "quem super ingens Porta tonat cæli:" ubi observant Grammatici veteres Homerice esse imitationem, apud quem et *ἄλκιμος ὄψαρος* occurrant. Locus est Iliados E. *Ἀλκίμαρος δὲ πύλαι μέγας ὄψαρος*. Apud Silium Italicum, libro xv. 'At quis ætherii servatur seminis ortus, Cæli porta patet.' Lactantium Venantius Fortunatus emulatur carmine in pascha: 'Tempora florigero rutilant distincta sereno, Et majore poli lamina porta patet.' Tullius, libro

III. de Legibus: 'nam et Herculi eadem ipsa porta patuit.' De cælo Noster infra: 'Namque ubi Sol pepulit fulgentis limina portæ.' Macrobius Somnio Scipionis duo Tropica signa *Solis portas* appellat. Non inconcinne præterea in hoc Lactantii loco *ætherii poli* corrigas, licet et vulgatum ferri omnino possit.

7 *Sed nostros montes eminet iste locus]* Nescio an satis Latine *et eminerent* casu hic conjungatur. Quare minimum abest, quin *præminet* a Lactantiana manu esse contendam, etsi membranæ pro scriptura stantibus vulgata: imminet Bodleianus et alii duo.

10 *Frondis honore vires]* *Virens* in scriptis omnibus, ut præcedente proxime versus scribendum videatur, *stat consitus arbore multa Lucus*. Mox pro *Phæthontæis* ignibus, seni codices *Phæthontiadis*: unde faciebam *Phæ-*

thontiacis ignibus, quod Vaticanus unus postea confirmavit. Sic apud Nasonem, Metam. iv. in optimis membranis: 'Nil illo fertur volucrum moderator equorum Post Phaëthontiacos vidisse dolentius ignes.' Dicitur et Phaëthontius.

15 *Non huc exsangues morbi*] *Exsanguis morbus* in Vossiano. Mox 18. pro aut *Mars* scripti mira pertinacia mendose aut *metus*, cum *metus* jam præcesserit.

25 *Sed fons in medio est*] *Tò est* non exhibetur a mellioribus libris.

39 *Consedit*] Rectius *considit* legamus, et sic Hafniensis; in nonnullis *conscendit*.

46 *Et mira lucem voce ciere novam*] Metno ne quid clandestini nævi obrepserit. Vossianus: *Et mira luce voce referre nova*. Oxonius, *vociferare*. In multis *movere* vel *monere*, pro *ciere*. Opinor *lucem voce fovere*; *referre* tamen pro loqui, canere, nunciare; quomodo 'lucis prænunciis ales' frequenter apud poëtas occurrit.

47 *Quam nec Iuleæ voces*] Mirum quantas turbas excitaverint inter interpretes hæ *voces Iuleæ*. Magnus Tarnæbus Adversariorum xvii. 9. explosis aliorum commentis, ad canoras musicorum voces hoc refert, quæ in Capitolino audiebantur certamine. Sed certamen istud Capitolinum ætate Lactantii jam abiisse in desuetudinem quis nescit? Cælius Rhodiginus ad Simonidem trahebat, qui natus Iulide Cææ insulæ civitate. Sed hoc jam ante observarat Janus Parrhasius ad Claudiani Raptum Proserpinæ. Betuleius *Ἰούλων* cantilenam fuisse ex Apollodoro monet. Nonnulli aviculam intelligunt. Alii alia comminiscuntur. At quantilli laboris erat ad membranas veteres confugisse, quarum nulla *Iuleas voces* agnoscit! Vulgus codicum *Idoneas voces* exhibet promiscue, nisi quod in Lincolnensi libro *Idææ*, in Bartholiniano *Idioneæ voces*, occurrunt. Quapropter mihi

jam olim adolescentulo suboluit *ædonias voces* huc esse revocandas, hoc est, lusciniæ cantum tantopere celebratum, quod meminissem *Æ* et *I* vetustis exemplaribus frequenter confundi. Confirmatus sum nonnihil in hac sententia, inspectis Bodleianis membranis, quæ *Ydonens voces* ostentabant: magis autem excussio Vossiano codice pervetusto illo, qui *aidoniæ voces* manifeste scriptum exhibebat. Sic apud poëtas Græcos frequenter occurrit ἀιδόνειος ᾠδή, καὶ ἀιδόνειον μέλος. Nec sane rationis quicquam erat in promptu, cur Lactantius in numero hoc avium canorarum non recenseret lusciniam. Auctor carminis panegyrici ad Pisonem, quod Lucano adscribitur: 'Sic et ædonia superantur voce cicadæ.' Respexisse Lactantius videtur ad illud veteris poëtæ de Sirenium cantu: 'Illarum voces, illarum Musa movebat Omnia quæ Thy-mele carmina dulcis amat: Quod tibia, quod liui, quod cornua rauca querantur, Quodque foraminibus tibia mille sonat: Quodque leves calami, quod suavis cantat ædon, Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.' Calpurnius in Bucolicis: 'Vocalem superat sic dirus ædona bubo.' Apud Theocritum, Idyll. 7. ἄλκρε θυμὸν Μουσίου Δάφνης ταῖσιν ἀιδόνειον ut propemodum lusciniæ vox canora in proverbium abierit. Corruptum etiam ædonis nomen in Petronio, apud quem *silvester iason*, pro *silvestris ædon* circumfertur. Atque ita nitor pristinus loco pessime affecto plurimumque vexato per me jam olim est restitutus, applaudente Gronovio tum nostro, cui eam restitutionem acceptam referre maluit, quam mihi, nuperus Lactantii editor. Nec multum aberravit a scopo, quo collineare debebat, qui Mercurium pro Boscæ amplexus est, ac partem mei potiorum, hoc est, virum longe amicissimum pro me ipso mihi ostentavit. Versu proxime subsequenti rectius

Oxonienſes membranae et quatuor alii codices *assimulare*, quam *assimilare* cum vulgatis, quod minus Latinum est.

49 *Imitari posse putatur*] *Putetur* Vossianus liber, quod praecedentia requirunt. Mox pro *refundit* sex scripti *refundit*: unus Vaticanus *fundit*: Vossianus *diffundit*: opinor, in *aperta effundit Olympi*.

54 *Non errabilibus nocte dieque sonis*] *Enarrabilibus* Oxoniensis codex. *Non enarrabilibus* unus Vaticanus. Scribe cum Vossiano exemplari, *Inenarrabilibus sonis*; sic *inenarrabilis* apud Plinium occurrit Historiæ Naturalis xxxvii. 4. et alibi non semel apud eundem: *munus* etiam *inenarrabile* habes apud Martialem. Præterea hic versus in Ilium locum substitui debet: *Igniferumque caput ter venerata silet*: idque ex auctoritate scriptorum exemplarium.

57 *Antistes nemorum et luci veneranda sacerdos*] *Tò et tollatur* iubentibus membranis. Vossianus: *Antistes luci, nemorum veneranda sacerdos*.

61 *Ut reparat lapsum spatii urgentibus ævum*] *Lapsus ævum* in scriptis, et recte. Præterea *spatii urgentibus* Hafniensis et Bartholinianus cum Meranio: sed recte Vossianus atque unus eorum, *fatis urgentibus*. Sic 'anni vergente in senium' Lucano, et 'vergere annis' Tacito, similiaque passim apud optimos Latinitatis auctores. Mox *Assuetum* memoris scripti, nisi quod in Oxonio *assuetum nemus et dulce cubile*: nil mutandum.

64 *Mors ubi regna tenet*] *Mox*, in scriptis, non placet.

66 *Phænices nomen cui dedit ipsa Venus*] *Phænices* Vossianus cum editione Romana. In cæteris scriptis *Phænices*; haud dubie castigandum, *Phænices nomen cui dedit ipsa Venus*. Confirmant conjecturam Vaticanus unus cum Bartholiniano. Syrophœnicum regionem designat, quæ Phœnice vel Phœnicia dicebatur. Huius numen

tutelare Venus, inde Deæ Syriæ adepta cognomen. Hoc ergo vult: Phœnicas non a Phœnice Aegenoris sive filio sive patre, sed ab ave Phœnice nominatos, contra receptam opinionem. Venus Phœnicia præses, ut diximus. Hinc Phœnicia Veneris terram Æschylus in Supplicibus dixit: τὰς Ἀφροδίτας πολύτροπον αἶαν: ubi Scholiastes, Φοινίκην, ἣν ἱερὰν Ἀφροδίτης φησὶ διὰ Βύβλον καὶ Αἰβανον. Heliopolim autem in Syria Phœnicem senium sibi exuisse crediderunt veteres; in qua civitate et Veneris celebratissimum templum, quod a Constantino Magno fuisse eversum Sozomenus testatur. Auctor vitæ Constantini, et Zosimus, et Socrates Veneris quoque Aphacitidis templum memorarunt medio inter Heliopolim et Byblum itineris spatio. Aliud a Luciano laudatur libello de Dea Syria, quod Cinyras Veneri in monte Libano dedicarat: hinc Ἀφροδίτη Λιβανίτις Nonnæ in Dionysiis frequenter appellata.

70 *Quæ gratum Phœnix ex ave nomen habet*] *Gratum* opinor nomen reliquerat nobis hoc loco Lactantius: nam φοινῖξ Græcis arbor ea, quæ Latinis palma. Solemnis Librariorum error, *Gratum* et *gratum* promiscue confundentium, de quo ad Fastos Nasonis egi libro v. vs. 8. Plinius arborem hanc avi dedisse nomen, non avem arbori contendit.

71 *Quam nec dente nocens animal perrumpere possit*] *Prorumpere* Oxonius. *In quam nulla nocens animans perrumpere possit* Vossianus liber. *Et quam nulla nocens animans septem alii*; quorum unus *erumpere*, alter *prorumpere*; ut de Oxonio testabamur. Nos Vossiano codici subscribimus: sic 'perrumpere in arces' Silius, 'perrumpere in vestibulum templi' Livius dixerunt. Mox *pendentibus antris* interpretare concavis, fornicatis.

75 *Neu concreta Notis*] *Notus* in Vossiano, pro *Notis*, ni fallor.

81 *Quæ aut Pygmæa gentes*] Pygmæos alii in Æthiopia, alii in India aut Caria aut Thracia collocarunt; sed eorum regionem plantis odoratis abundante qui dicat, auctorem etiamnum quero. Persuasum ea propter habeo *Panchaia gentes* huc esse revocandas. Panchaia enim, quæcumque tandem sit hæc terra, cinnami, myrrhæ, costi feracissima passim a poetis commemoratur. Quid quod Plinius, in Naturali Historia, avem phœnicem prope Panchaiam in Solis urbe solere nidum deponere asseverat? Certe codex Bartholinus *Panchaia gentes* pro diversa lectione exhibebat *Pygmæa gentes*, vel *Panchaia*: in uno Vaticano *Pygmæa gentes*. Pro India quinque codices *India*; ut ad terram, quod mox subsequitur, referatur.

83 *Cinnama dehinc auramque procul spirantis amomi*] Vossianus, *Cinnamum hic*. Cæteri plerique *Cinnamum hinc*, vel, *Cinnamomum hinc*. Legendum *Cinnamom hinc* cum Bartholinio. Proxime verum etiam unus Vaticanus *Cinnamom hic*. Pro *aura amomi* quod Salmasius ad Solium *uram amomi* hic debere reponi contendit, neutiquam persuadet. *Aura amomi* nihil aliud, quam odor amomi. Lucanus, lib. x. 'multumque madenti Insudare comæ, cui nondum evanuit aura, Cinnamon, externæ nec perdidit aëra terræ:' sic castigandum videtur. Nam nunc minus eleganter circumfertur, *quod nondum evanuit. aurâ Cinnamon*. Priscianus Periegesi: 'Cinnama præterea jucundæ naribus auræ.' Apud Maronem Georgicon quarto: 'at olli Dulcis compositis spiravit crinibus aura.' De quo vocabulo hujus significationis ad Nasōnem jam nonnihil diximus Met. xv. 394. Perperam membranæ Vossianæ, *apumentis amomi*.

88 *Et sociat myrrha pascua grata nimis*] Ineptissimus profecto versus, sed nulla Lactantii nostri culpa. Vossianus: *Et sociat myrrha vini panacea*

turæ. Oxonius: *Et sociam mirre vin panacea thuriæ*. Maronius: *Et sociat mirra vin bachania tue*. Medicus: *Et sociam mirre cum baccharæ thure*. tres alii: *Et socia mire vin (vel cum) bachanæ thure*. Bartholinus: *Et sociam mirre vin bachanæ tuam*. Quis dubitet recte a nobis castigatum esse: *Et sociam myrrhæ vin, panacæ, tuam; vel, sociat?* Notum illud Maronis, 'Ambrosiæ succos et odoriferam panaceam.' Cæterum vel ex hoc unico loco eruditionem scriptoris nostri exquisitam æstimes ac venereris licet. Πάναξ καὶ πόνικος καὶ πόνικος καὶ πόνικος hic frutex a Græcis nuncupatur, tanta medendi facultate, quod et nomen satis evincit τὸ πᾶν ἀκρίβητος deductum, ut uni ex filiabus Æsculapii Πανάκτας nomen indiderit, quæ quaternæ numero fuere, ut Plinius adfirmat l. xxxv. c. 91. Ex iis Hippocrates in Juramento solas recenset duas, hanc videlicet nostram et Hygiam: 'Ὁμνῶμι Ἀπόλλωνα Ἱγίαν, καὶ Ἀσκληπιόν, καὶ Ὑγίαν, καὶ Πανάκειαν, καὶ Θεοὺς πάντας, καὶ πάσας, ἰατροῖς τοιοῦτους' hæc reliquæ Iasus et Ægles nomen præ se ferebant. Pausanias in Atticis Æglen omittit, ubi aram hisce Deabus ab Atheniensibus dedicatam describit, τετράρη δὲ ἐστὶ τοῦ βαιμοῦ μοῖρα Ἀφροδίτης καὶ Πανάκειας ἐστὶ δὲ Ἰάσους καὶ Ὑγίας καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας. Meminit Panacæ etiam Dem Aristophanes in Pluto. Porro hujusce plantæ species complures. Nam Πόνικος Ἠράκλειον, et πόνικος Ἀσκληπιόν, et πόνικος Χειρῶνιον a Dioscoride ubertim describuntur. Addit Plinius, l. xxv. c. 4. Pharnaceum Pharnacis regis inventum, et Heracleon siderion, et Chironium Centaureum. ut falsus fuisse Læcæus videatur, dum panaceam a centaureis distinguit, 'Et panacea potens et Thessala centaurea.' Nam Virgilius, cum 'grave olentia centaurea' dixit, panaceam innuisse existimandus est, seu Ligusticam, quam in Apennino

plurimam provenire Plinius testatur. Certe Scholiastes Nicandri *χαρπυρία* καὶ *κεραυπέλα* καὶ *πρωκεύα* easdem plantas manifeste facit: sed cum panacea nomen diversi generis plantis, nec vi ac potestate medendi nec forma sibi invicem satis respondentibus sit inditum, quarum etiam in numero, ut jam vidimus, centaureum, excusari Lacanus potest, defendi vix potest, qui speciem a genere distinguat: nam et Plinius cum Nicandro *centaureum* panaceæ speciebus accenset. Ut autem botanicis hæc discutienda relinquamus, quod maxime ad propositum et rem præsentem facit, Theophrastus Historiæ Plantarum l. ix. c. 12. quatuor panaceæ species recensens, primam omnium enumerat panaceam Syriacam, de qua Lactantius quoque noster nunc agit, ut et Plinius, l. xii. c. 26. ubi is immerito reprehenditur a Dalecampio, quod upgentis panacen annumerarit, ingrati odoris, si quid illi credimus, plantam. Atqui Theophrastus Hist. Plant. l. ix. c. 10. de panace: *χαρπυρία δὲ καὶ πρὸς τὸ ἰσχυρὸν μύρον, διὰ τὴν εὐωδίαν· λαχρυδίαρον δὲ τὸ στέγμα τῆς βλήνης γίνεσθαι δὲ περὶ θυλάκων*. Vides Theophrastum cum Plinio sentire. Agere autem Plinium de Syriaca Panacea, vel inde liquidum fit, quod plantas Syriæ odoratas eo ipso ac proxime præcedenti capite describat. Nec dubitandum, quin et Maronis locus jam a me in medium prolatus, de Syriaca panacea intelligendus sit, quod *odoriferam* eam illic appellet. Syriacam aut nihil aut minimum differre ab Heraclea facile agnoscat, qui utriusque descriptionem in Dioscoride Plinioque accuratius paullo perpendet. Certe opopanax sive lacryma suavissimi odoris ex hac et illa colligebatur. De oleo panacite agit idem Plinius, l. xiii. c. 7. Scite igitur, Lactantius Phœnici in Syria nidificanti panaceæ plantæ Syriacæ, et quidem, ut jam vidimus, odoratissimæ copiam

inter cæteras herbas suaveolentes jam recensitas facit. Videor alicubi legisse panaceam cum myrrha vim nonnihil fuisse communem, sed locus nunc quidem non succurrit aut in promptu est. Gaudeat interim Lactantius fœdissimo nævo liberatus. Nunc ad reliqua pergamus.

89 *Protinus in strato corpus mutabile nido*] *Instractus corpus mobile* Vossianus, et *Nidalique toro*: sed *vitalium torum* argute *mortuali toro*, in quem cadavera componebantur, opponit *corpus indotabile* Hafniensis. Lincolnien-sis *corpus mortabile*, ut et Medicus: unus Vaticanus, *stratis corpus mirabile*. forsitan pro *reparabile*. Viderint sagaciores an vulgata scriptura loco sit movenda.

96 *Flammæ parturit ipse calor*] *Flammam* scripti, et *Ætherique* pro *Aërioque*; recte.

99 *Hos velut in massam cineres in morte coactos*] Codices nostri, *Quos velut*. Præterea Vossianus *cineres in more coactus*: unus Vaticanus *cineres de more*; alter, *caelesti rore coactus*: in mente Oxonius. Forte, in *massam cineres sine more coactus*; hoc est, in massam inconditam atque indigestam: sic *sine more furere, currere, simillique*. Possis etiam in *massam cineres orbemque*, vel *cumulumque coactus*: sed *sine more* propius respondet Vossianæ scripturæ. Sic apud Maronem, 'Tempestas sine more furit.' Max corrigendum, et *effectum seminis instar habent*; cineres nempe; quod codex Hafniensis et Bartholinus confirmant, *habet* in vulgatis perperam circumfertur.

102 *Sed fertur vermis*] *Vermis* in prioris exemplaribus. concinne.

103 *Crevit in immensum*] *Creverit immensum* Vossianus, cum editione Romana, cum quatuor codicibus: quo alludit et Oxoniensis libri illud, *Creverit in massam. Creverit immensum*, et in *immensum* dicitur. Naso Fastorum l. v. 'Creverat immensum; co-

mitem sibi Delia sumpat.' Idem 'in immensum crescere' Metamorphoseon iv. dixerat: 'ardere immensum,' et 'immensum vivere' in Tacito occurrit: cum idem Naso Metamorph. ii. alterum sit secutus: 'Ardet in immensum geminatis ignibus Ætnæ.' Recte igitur Creverit immensum, libri veteres. Sed tunc versu proximo reponendum *Seas ovi teretis colligit in speciem*; quamquam scripti cum vulgatis, *seque* agnoscant.

105 *Qualis fuit ante figura*] *Quali figura* scribendum, vel *qualis figura*.

107 *Ac velut agratæ, cum filo ad saxa tenentur*] Cum solo Vossianus; mendose, si quid video. Nec bene homines eruditi, *ad saxa tenentur*: *saxus* enim non *saxum* dicitur. Mox bene lidem *tineas* pro *pennis* reponere, quod scripti editique codices perperam amplectuntur. Est enim Naso hic imitatus Lactantius, ut alii jam monuere.

113 *Stellifero teneri*] *Tenuis* Vossianus et Oxonijs; bene. Mox ex scriptis, *his aliter mediis in odoribus ales*.

116 *Evocat ad primas jam redditura domos*] *Ad patrias domos* cum scriptis potioribus et prima editione. Mox *thure soluta* non *soluta* Oxonijs. Pro *ponit in arde sacra*, codices scripti, *promit*. Pro *contendit Solis ad ortus*, Hafniensis, *intendit*; venuste: ut *iter* subintelligatur.

123 *Mirandum seas præstat, præbetque videnti*] Pro *videnti* Vossianus *vehementis* cum Mediceo: *vehementem* Hafniensis: *vehentis* Oxonijs: editio Romana *vehenti*: unus Vaticanus *vehucris*. Locus mendosus; nam aut *præbet* aut *præstat* erat dicendum, alterutro omisso: aut hoc aut illud ex scriptura codicem variante videtur obrepisse huic loco, ac alius nescio quid vocabuli excidisse: puto *tuenti* pro *videnti* legendum. Præterea *Mirandum seas præstat* Vossianus, et alii nonnulli; nil muto. Versu proxime subsequenti corrigendum, *Tantus avi*

decor est. avi scriptum fuerat antiquitus. hinc ibi factum. Faciant tamen cum vulgatis scripti codices; nisi quod unus Vaticanus *ei*.

125 *Principio color est, qualis sub ardere celi Mitia quem croceo Punica grana legunt*] Hæc quoque sunt inquisitissima. Proponam primo diversas veterum exemplarium lectiones, si harum fortassis adjumento ad pristinum nitorem hic locus revocari possit. Pro *Mitia quem*, Vossianus et tres alii qui. legit Bartholinus: Hafniensis, *sub federe celi Mitia* cum: unus Vaticanus, *Mitia sub*. Scribendum utique, ni conjectura me fallit: *Principio color est, qualis sub cortice lavi Mitia quem croceum Punica grana legunt*: possis et *sub cortice lento*; quomodo apud Nasonem sub finem Met. lib. x. 'Qualem quæ lento celant se cortice grana Punica ferre solent:' qui locus etiam mendosus circumferebatur; ubi plura ad rem curis secundis proferemus. Per *Mitia grana Punica*, matura intellige.

128 *Cum pendens vestit Sole rubente polo*] Ne hæc quidem præcedentibus sunt saniora. Vossianus: *Cum pandit vestes flore rubente calo*. Oxonijs: *Cum pandit vestes flore rubente polo*: quomodo et Hafniensis cum Bartholinio, duobus Vaticanis et uno meo. Nimirum scripserat Lactantius: *Cum pandit vestes Flora rubente solo*. Quam conjecturam cum ex meo codice transcripsisset in suum vir eximius Isaacus Vossius, ac cum nupero hujus elegiæ editore communicasset, is conjecturam hanc nostram sibi vindicavit parum ingenue, nisi quod pro *polo* scribendum esse *solo* monere neglexit. Per vestes *Floræ* intelligit flores, quibus solum vernum vestitur. Credibile autem est tunicam *Floræ* ex floribus fuisse contextam. Floris certe *Floræ* satellitibus *floræ* vestia dabatur, quæ de re copiose egimus ad Fastos Nasonianos l. v. vs. 217. hinc Orpheo dicuntur *Πέλοπος ἀνδρὶ περὶ*

ἑσπερος ἀνθῶν πολυρέπτων. Flore etiam vestiti Sileni in theatra induebantur dramate Satyrico. 'Vestiti floribus agri' apud poëtas frequenter occurrunt, et 'vestiti messibus,' similiaque. Hinc corrigendus auctor Pervigilii Veneris loco penitus conclamato. Quem post Pithœum ex membranâ longe veterrimis Petrus Scriverius sic edendum curavit: 'Hybla totos funde flores, quotquot annus attulit. Hybla florum *superestem, quantus Etnæ campus est.' Priori versu maluerim, *totus funde flores*, quotquot totus annus attulit; certe in optimis membranâ *totus*, sed omissio τῶ *flores*. Posteriori versu quantillâ erat mutationis, *Hybla florum sume vestem*; vel etiam *promovestem*: nam in Pithœano codice *florum rumpere*ste. Male Scriverius *subdamessem*, vel, *funde messem*. Mox *velamine fulget* Vossianus et alii complures. Oxonius, *umerus velamine fulget*. [131 *Fulco distincta metallo*] Bene *distincta* Vossianus; ne bis eadem locutione usum esse Lactantium culpemus. Subjungantur enim mox *crura flavo distincta metallo*.

[133 *Clarum inter pennas insigne est desuper, Iris*] Vossianus mutilato versu, *Harum pennas insigne superaris*: tres alii etiam codices *Harum* pro *clarum*: totidem *insigneque desuper*. Hafniensis, *Has inter pennas insignes desuper*. Deinde pro *alta solet*, Vossianus et Oxonius *aura solet*. Medicus *axa*: Hafniensis *archa*: tres alii *ara*: in uno Vaticano, *atra*. Totus locus sic videtur constituendus: *At varium pennas insigne interviret, Iris Pingere cœu nubem desuper acta solet*. Possis etiam: *Aërium pennas insigne super nitet*. Iridis nomen Statio reddendum opinor Sylvarum IV. via Domitiana: 'Hujus janna prosperumque limen Arcus belligeri Ducis trophæis Et totis Ligurum nitet metallis: Quantus nubila quo coronat Iris. Illic fœctitur exitus viarum. Illic

Delph. et Var. Clas.

Appia se dolet relinqui.' Nam nunc minus concinne circumfertur: *Quantus nubila qui coronat arcus. Illic fœctitur exitus viator*: parum concinne; arcus enim imbre non coronat nubila, sed Iris arcem. *Aris* pro *iris* in Statio exaratum primo fuerat, ut in hoc Lactantii loco codex Vossianus, inde *arcus* prognatus.

[136 *Et puro cornu* Et *patulo cornu gemmea cuspis hiat*, opinor ab auctoris manu fuisse.

[137 *Ingentes oculos credas gemitosque hyacinthos*] Recte omnino Vossianus: *Ingentes oculi: credas gemitos hyacinthos*.

[139 *Æquatur toto capiti radiata corona*] *Æquaturque notho* Vossianus et quatuor alii: Oxonius *Æquaturque nota*: unus Vaticanus, *Æquaturque notho*: alius, *Æquaturque roteo*; etiam *capitis*. Videtur dedisse Lactantius: *Æquaturque rota capitis radiata corona*; vel *Æquatura rotam*.

[141 *Flavo distincta metallo*] *Fulco* Vossianus et tres alii, quomodo et supra. Mox codices prisci, *roseo pingit honore color*, non *roseus*.

[144 *Et mistam Phasidis inter avem*] Scribendum *pictam avem* ex Vossiano; nec Oxonius abludit, in quo *picta*. Certat nimirum cum pavone ipso phasianus pennarum versicolorum mira pulchritudine; et jam *τὸ mista* proxime præcesserat.

[145 *Magnitiem terris Arabum quæ gignitur ales*] *Magnitiem* (ita enim scripti codices fere, nisi quod in Bartholiniano *Magniem*) nomen avis Arabicæ esse contendunt interpretes, nec tamen de qua ave locus hic intelligendus sit, nobis palam faciunt; imo id se prorsus ignorare non diffidentur. *Magnitiem* a Lactantio poni pro magnitudine sum certus, vocabulum insolens fateor nec usitatum, quomodo et *magnitatem* pro magnitudine Nonius Marcellus ex vetusto scriptore. Fuit cum arbitrarer exaratum primo hic loci fuisse *Mole etiam*; cui voca-

Claud.

5 S

bulo cum semibarbarus litterator interpretamentum adiecisset interlinere *magnitū*, id Lactantiano carmini postea temere inculcatum fuisse. Potuit etiam *magnitū* contracte pro *magnitudine* adscriptum fuisse rō *Moli*. Cæterum per avem hanc Arabicam nihil aliud intelligebat Lactantius, quam struthiocamelum, sive passerem marianum. Qui licet in Africæ desertis frequentissimus occurrat, ut propterea etiam *Libya avis* poetis Latinis, et Græcis *ὄρνις Λιβυῶνα* passim dicatur, quomodo apud Julium Capitolinum *struthiones Maurus* habes, tamen horum venatus haud rarus et in Arabia, præsertim in Arabia deserta, occurrebat. Certe apud Xenophontem, libro primo de expeditione Cyri in descriptione Arabiæ, *πλείους μὲν οἱ ἑρπυῖες ὄρνις, οὐκ ὀλίγαι δὲ στρουθὶ αἱ μεγάλαι*. Hinc Herodoto *στρουθὸς δ' Ἀράβιος*. Athenæus, l. iv. ubi agit de Persarum conviviis et luxu: *πολλὰ δὲ καὶ ἑρπυῖες ἀναλίσκονται, οἱ τε στρουθὶ οἱ Ἀράβιοι, καὶ χῆρες*. Pollux in Onomastico: *Ἀραβες δὲ καὶ στρουθὸν ὀρνῆα ἀντὶ θυρῶν καὶ δοντῶν ἐρρίπτουσι*. Struthiocameli igitur tam Arabiæ quam Libyæ communes. In India quoque Struthios inveniri Ælianus iv. 37. Historiæ Animalium testatur, et Philostratus de vita Apollonii. In Æthiopia esse complures Strabo et Diodorus Siculus adfirmant, unde Struthiophagi, gens in illo terrarum tractu haud ignota, nomen sint mutuati. Garamantibus dat Struthiones Lucianus, Herodotus Macis. Illud autem egregie sententiam nostram confirmat, quod a Lactantio subiungitur, *seu fera, seu sit avis*. Rerum quippe naturalium scriptores ad unum omnes, qui de Struthiocamelo egerunt, dubitant vehementer, nec satis in comperto habent, ferisne terrestribus an avibus id animal sit accensendum, uti et de vespertione ab iisdem ambigitur. Hæc cum ita sese ha-

beant, nec de alio animali quam de passere marino locus, de quo nunc agimus, Lactantii possit intelligi, persuadeor omnino pro vocabulo nihili pro rō, inquam, *magnitū*, scribi oportere: *Magna etiam terris Arabum quæ gignitur ales*. Nam et apud Græcos *ὄρνις μεγάλη*, vel etiam *στρουθὸς ἡ μεγάλη*, ut ex loco Xenophontis jam quodammodo vidimus. Neque aliter Aristophanes in Avibus, Ælianus historiæ animalium locis compluribus, Philes in Iambis, alii; nimirum, ut a strutho minore sive passero distinguant. *Vastam alitem* Claudianns l. ii. in Eutropium dixit, quomodo *magnam alitem* noster: 'Vasta velut Libyes venantium vocibus ales Cum premitur:' et hæc hactenus.

147 *Non tamen est tarda*] Male Vossianus et alii complures, *perum*.

150 *Talis in aspectu se exhibet usque hominum*] Verans paullo durior. nonnulli codices in *aspectum*: in *aspectu se tenet* Vossianus cum Oxonio, quod præstat. *Se præbet* editio Romana cum tribus scriptis; quod est *se præbet*; quomodo Hafniensis et Bartholinus: ex Vaticanis unus *se dedit*.

151 *Convenit Ægyptus*] *Hic venit* Vossianus et Medicus: sex alii *Huc venit*. Pro *salutat* Vossianus *resultat*.

153 *Protinus inculpunt*] *Exerculpunt* Vossianus, Oxonius, cæterique magna ex parte, nisi quod in quibusdam *inculpunt*: diximus ad Epist. xiv. Heroidum Nasonis, 128.

156 *Ulla, nec ulla metus*] *Nec minor ulla metus* Bartholinus et Vaticanus unus. Paulo ante ex Vossiano *Contrahit in cæsus*.

158 *Munere lora pio*] Ita et scripti; corrigendum nihilominus *marmore pio*.

160 *Max redit ieta, suis conditur ille locis*] Castigatus omnino scripti: *Max redit illa; suis conditur inde locis*; nisi quod unde codices nonnulli. mendose.

161 *Hæc fortunata sortis fatique vo-*

luerie] *At fortunata sortis* Vossianus et cæterorum pars major. Deinde Vossianus idem *filique volucrum*: *filique volucrum* Mediceus cum Hafniensi: *natiq[ue] volucris* editio Romana: *felixque volucris* Mæranius: *felixque volucrum* duo Vaticani cum Bartholinio. Scribe: *At fortunata sortis filique volucrum!* et refer ad Parcarum filum. Vide annotata ad Nasonis Heroida XII. 3.

163 *Fæmina vel mas hæc vel neutrum sit mage felix*] Locus mirifice interpolatus. Versum mutilum sic exhibet Vossianus, *Fæmina seu masculus est seu neutrum*. Oxonius, *Fæmina sit aut masculus seu forte neutrum*; neque aliter Mærianus et Mediceus; nisi quod in illis, vel *masculus*; etiam Hafniensis et alter ex meis: sed ille *neutrumque*, hic *utrumq[ue]*: unde editio Romana, *Fæmina sit vel masculus hæc seu forteque neutrum*: unus ex meis, *Fæmina sit seu masculus seu sit forte neutrum*: Vaticanus prior, *Fæmina sit vel sit masculus seu forte neutrum*: alter Vaticanus, *Forma sit vel masculus est aut nescio neutrum*: Bartholinus, *Masculus an hæc sit vel fæmina forteve neutrum*. Omnia mendose et ab interpolari manu. Ut propius Vossiani omnium veterrimi vestigiis insistamus, excidisse post τὸ neutrum ob cognitionem syllabarum *utrumque* existimo; ut scripserit Lactantius, *Fæmina, seu mas hæc, seu neutrum, seu sit utrumque*. Prorsus eodem modo, quo apud Nasonem de Hermaphrodito Metamorph. IV. 'nec fæmina dici Nec puer ut possit: neutrumque et utrumque videtur.' In catalectis Pithæanis antiquus poëta nescio quis de Juliano, dum puellas muliebri veste induta venatur, castrato: 'Fæmina virque prius, nec vir nec fæmina nunc est. Fit neutrum credi fæmina dum voluit.' Sic et Epitaphio colicis in iisdem catalectis. Ausonius Mosella: 'Teque inter geminæ species neutrumque et utrumque.'

Nec abluunt illa Nasonis: 'Et quanquam neuter, mixtus uterque color.' Nec dubito cognitionem Litterarum in utroque hoc vocabulo occasionem dedisse corrumpendo apud Lucretium loco, qui libro quinto mendosissimus nunc circumfertur, sive is ipsius est Lucretii, sive ab alio quoniam inculcatus, uti Lambinus non immerito censebat, qui sic edidit ex vestigiis membranarum: *Androgynum neutrum, inter utrumque, ab utroque remotum*. Giphanius: *Androgynum inter utras nec utraque utrimque remotum*. Codex membranæ: *Androgynem inter utras nec utramque utrumque remoti*. Alii aliter. Forte: *Androgynem inter neutra atque ab utroque remotum*: dicitur enim Ἀνδρόγυνος καὶ ἀνδρόγυνος; et certe membranæ etiam Vossianæ in hoc Lucretii loco *Androgynem*. Huc refer, quæ in veteri inscriptione de Ælia Lælia Crispi, quæ apud Claudianum de Eutropio occurrunt.

166 *Ut possit nasci, hæc appetit usque mori*] Τὸ hæc abest a scriptis omnibus; unus Vaticanus ejus loco, *quæ appetit*: alter Vaticanus cum Bartholinio *ut nasci possit, appetit*: sed hujusmodi hiatus poëtis fuisse familiares, præsertim sub posteriora tempora, ignorare nemo equidem potest, qui Christianæ poësis conditores diligenter evolvit: possis nihilominus, *percipit usque mori*. Paulo post etiam malim, *Nutrix ipsa sui semper, alumna sui*, pro, *alumna sibi*.

167 *Quia et ipsa nec ipsa est*] *Qua nec ipsa est mutilata* versu Vossianus, cum uno ex meis. Bartholinus, *quæ est ipsa nec ipsa est*. Proximo pentametro vel invitae codicibus antiquis rescripserim, *mortis adepta loco*, non *bono*.

HABES, politissime Walli, quæ ac concinnum ac venustum Lactantii poematum jam olim mihi observata huic chartæ illinenda duxi. In ple-

1748 NOTÆ VARIORUM IN ELEGIAM DE PHŒNICE.

risque operosior fui fortasse, ac liberalius mihi tibiue indulgi, quam par erat. Sed et tecum homine amicissimo colloquente nihil nimium videri solet, et die hoc feriato rerum otio-

sarum plus satis actum, quam nil actum, malui. Vale. Scribebam Holmiæ Suecorum, Ann. cto lcc Lxiv. a. d. xx. Quintilis mensis.

FINIS NOTARUM VARIORUM.

RECENSUS EDITIONUM

CL. CLAUDIANI,

A DOCT. NICOLAO NICLAS CONSCRIPTUS, ET A CLAR. JO.
MATTH. GESNERO ILLUSTRATUS, NUNC IPSO FABRI-
CIANO AUCTION ET IN IV. ÆTATES DIGESTUS.

[EX ED. BIPONT. 1784.]

ÆTAS I. an. 1470—1510.

Post primam Venetam, uni Dempstero memoratam, Barnabas Celsanus Vicentinam I. curavit, quem superavit critica cura Thadæus Ugoletus; unde ejus prima editio Parmensis *vere princeps* habetur, et aliquoties repetita est. Poëma de Raptu Proserpinæ commentario illustravit Janus Parrhasius.

1470 Ed. Princeps I. s. Veneta I. Memoratur hæc passim a Thoma Dempstero in notis ad Corippum; dubitatur autem an vere, cum a nemine præterea visa aut memorata sit. Etiam Heinsius se negat vidisse, et fide Dempsteri eam commemorat: nec habent Catalogi nobiliores.

1482 Vicentina I. Celsani: Cl. Claudiani opera fol.—Finis operum Cl. Claudiani, quæ non minus eleganter quam diligenter impressit Jacobus Dusensis Milesimo quadringentesimo octogesimo secundo sex. Cal. Jun. Habet Bibl. Gætting. Præfatio est Barnabæ Celsani ad Barth. Pajellum Equitem Vicentinum, quem

excitat, ut sua carmina velit edere, quæ Claudiano adjecturum se fuisse sit, si exorari Pajellus potuisset. De Claudiano nihil. In hac edit. desiderantur Carmina majora omnia, quorum nihil in suis libris habuit Celsanus. Libro de Bello Gildonico hic titulus ponitur: 'In Rufinum liber III.'

[149...Ludovicus Ponticus Virunius circa finem sæculi xv. in urbe Regiensi (Reggio) explicavit et primum quasi propinavit Italis Claudianum. Hinc forte est, quod passim editi ab illo Claudiani mentionem faciunt viri docti, Gesnerus in Bibliotheca, Barthius, Heinsius. Sed nemo se vidisse dicit opus, nemo locum, annum, typographum indicat. Verbo, videtur omnis ea memoria deberi Catalogo scriptorum viri, maximam partem in-editorum, quem vitæ illius intexuit Andreas Ubaldus, cum cujus sorore vixit Ponticus: unde sua repetiit iceromus T. VIII. p. 39. Hæc Gesnerus.]

1493 Princeps altera, Parmensis I., emendata per Thadæum Ugoletum, impressa per Angelum Ugoletum, 4. Memorant Cat. Bibl. reg. Paris. et Maittaire, cet. Hæc est prima recensio Critica. Usus scil. est Codd. antiquis, inprimis vetustissimo e Germania ad corrigendum et explendum. Addidit et alia carmina, quæ in superiori ed. non erant. Est igitur hæc vere princeps editio. Volebat Ugoletus et alterius Claudiani opera addere: sed ad Regem Hung. Matthiam vocatus abjicere consilium coactus est.

1495 Veneta II. Ugoleti, impressit Jo. de Tridino, alias Tacuinus, 4. Laudatur in Catal. Bibl. Harles.

1496 Vicentina II. Celsani, fol. Laudatur Maittario; sed a Fabricio in ed. vet. falso ad an. 1498. refertur.

1500 Veneta III. Ugoleti, impressa per Christoph. de Pensis, 4. Cujus exemplum habuit clar. J. A. Ernesti, et laudat Catal. Bibl. Harles.

— Mediolan. I. Parrhasii: Cl. Claudiani Raptus Proserpinæ c. n. Jani Parrhasii. fol. (vid. Jos. Ant. Saxii hist. literario-typogr. Mediol. pag. 608—612.) Habet hæc ed. epistolam A. Jani Parrhasii ad C. Catullianum Cottam Mediolanensem patricium, Mediolani VII. Kalend. Januariæ scriptam.

1505 Mediol. II. Parrhasii auctor, fol. De raptu Proserpinæ c. J. Parrhasii Commentar. Sequitur: Apologia Jani contra obtrectatores per Furium Vallum Echinatum ejus auditorem. impr. per Jo. Angel. Scinzenzeler, sub impensis Jo. Jacobi et fratrum de

Lignano. Epistola dedicatoria data est ad amplissimum virum Jafredum Carolum, humani divinique juris consuktissimum, Delphinatus præsidem, sanctissimique Senatus Insubrum principem — Mediolani pridie eidus Decembris.

Subjungimus huic ætati duas carminis de R. Pros. edd. s. a. Niclasio memoratas :

- s. a. Lipsiæ, 4. Cl. opusculum de raptu Pros. quale invenitur, nam ultimum volumen apud nos non extat. Vid. Jo. H. Leichium de orig. et increm. typogr. Lipsiensis.
- s. s. et l. fol. Claudiani Siculi viri inprimis doctissimi, de raptu Pros. Tragœdiæ duæ heroicæ. De cujus libri characterè Maïttario Ann. typ. T. I. p. 753. conjiciente, characterem Joannis de Westphalen (typographi Alostani in Flandria) ferme refert. Quamvis autem tres libri de R. P. in duas tragœdias, constantes tribus actibus singulas artificiose distributi sint, poëtæ tamen verba integra servantur ordoque inviolatus.

ÆTAS II. 1510—1571.

A Jo. Camerte ordiens, per Juntinam s. ejus curatorem Ant. Franc. Varchiensem, et Aldinam, cui præfuit Franc. Asulanus, ornata ; præter quos Mich. Isingrinus cum Mich. Bentino et Jo. Hontero Basileensi i. operam navavit. Laudem vero etiam habent Parisiensis Colinæi, ut curatissima, et Gryphianæ, a Petro Crinito curatæ. Parrhasii Comm. in L. de raptu Pros. repetitus, sed mox cessit ille notis in Claudianum a M. Ant. Delrio an. 1538. edi cœptis.

1510 Camertina I. Viennæ, 4. Claudiani opera novissime per D. Jo. Camertem accuratissime recognita. In fine : Elimatissimum hoc Claudiani opus elaboratum est Viennæ Austriæ, Hieronymi Victoris Philovallis Calcographi : Et Joannis Singrenii sociorum solertia : Expensis vero Leonharti Alantse Bibliopolæ Viennensis. Anno M^oDX. pridie Nonas Octobris.—Charta candida, literæ Jensonianæ pulcherrimæ, versus per denaria intervalla dinumerati.

Fuit tum Jo. Camers, ut intelligitur ex versiculis a Joachimo Vadiano adjectis, sacræ Theologiæ simul et optimarum literarum Professor, ordinis Divi Francisci. Ponamus majorem præfationis partem : ‘ Jo. Camers lectoribus felicitatem. Claudianum

poetam candidissimum: sed mendis innumeris denigratum; his paucis diebus ea qua potuimus diligentia in pristinam redegitur majestatem: eumque suo (ut possibile fuit) candori restitutum ad studiosorum commodum imprimendum curavimus.—Edidimus præterea in hunc ipsum poetam locorum difficultium commentariolum: quod propediem eodem moti fine favente Deo maximo publicabimus.’ *Edidimus* credo ita interpretandum, dictavimus auditoribus nostris: *publicabimus*, typis curabimus vulgandum. Hoc posterius utrum factum sit, non habeo dicere. Per temporum rationem fieri potuit: diu enim supervixit. Testante Gesnero, neque Barthius neque Nicolaus Heinsius hac usi sunt editione, sed laudarunt eam Isingrinus Basileensis editionis curator, et Claverius Parisinæ editor. Ipse Gesn. varietatem lectionis Viennensis diligenter enotavit, fatetur tamen ingenue spicilegio locum esse relictum. Camers vero ad Victoriam Stil. contra Alaricum scribit: ‘Correximus ex vetusto exemplari toto: in alio vetustissimo Codice, quem apud Aldum Ro. reliquimus Tomari.’ Unde huic editioni a Camerte addita sunt antehæ nondum impressa:

Claudiani laus Christi. Proles.

. . . . miracula Christi. Angelus.

. . . . laudes Herculis. Pieridum.

Claudianus in Sirenas. Dulce.

- 1511 Parisina I. Cl. Claudiani Proserpinæ raptus cum Jani Parrhasii commentariis ab eo castigatis et auctis accessione multarum rerum cognitu dignarum.—In imo insigni typographi inscriptum est ejus nomen: Ponset Le Preux. tum additum: ‘Venundantur a Pontio probo Bibliopola in ædibus Potistannei commorante.’ In fine: ‘Impressum Parisiis per Antonium Bonnemere Impensis Pontii le Preux. Anno Domini MCCCCCXI.’ Die vero XVIII. Decembris. Est in bibl. Gymn. Bip.
- 1514 Erphurdia: Claud. de R. Pros.—in officina Industrii Joannis Cnappii, 4. quam penes ampl. Duvium Hannoveræ esse refert Gesnerus.
- 1517 Paris. II. de R. Pros. c. Comment. Parrhasii per Jo. Gourmontium, 4. ex Cat. Bibl. Bunav.
- 1518 Lips. de R. Pr. 4. Memoratur in Cat. Bibl. clar. Ernestii, forsân eadem eum illa s. a sub finem ætatis 1.

- Vindobonæ. 4. In Rufinum libri II. Est in Bibl. Gœtting.
- Noribergæ. 4.—de raptu Proserpinæ, ed. Philomusi, per Frid. Peyp.
- 1519 Juntina. 8. Per hæredes Philippi Juntæ. Florentiæ, MDXIX. Leone decimo Pontifice. Habet Bibl. Gœtting. Præfatur Ant. Franciscus Varchiensis ad Franc. Spinellum, eruditissimum juvenem :—‘ Florentiam reversus statim Bernardo Juntæ nostro—persuadeo—Collatis ergo in unum antiquissimis exemplaribus, quæ potuimus vulnera Claudiano sanavimus, ad hoc acri Daxii judicio usi, adeo ut compertum habeam, te non amplius eum Claudum nuncupaturum.’ Non usum esse Juntam Camertis editione, apparet, quod non habet quatuor illa carmina ab illo primum edita.
- 1523 Aldina. 8. Cl. Claudiani opera quam diligentissime castigata. In fine: Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Asulani soceri, mense Martio MDXXIII. Præfatur Franc. Asulanus ad Nicol. de Guttis Florentinum, Episcopum Firmen: ‘ Non solum multa, quæ perverse legebantur, curavimus restituenda: sed totum plane opus diffusum antea ita disposuimus: ut summam possit legentibus jucunditatem afferre. Huc adde, quod in Herculem carmen non inelegans, et de Sirenis epigramma nos primi ex fragmento quodam vetustissimo in medium protulimus, nec tamen negamus, hæc omnia meliora melioribus exemplaribus effici posse.’ Ex eo, quod a se primum carmen in Herculem et de Sirenibus epigramma prolatum ait, colligitur, ipsi Camertis edit. non esse visam.
- Veneta Opp. 4.
- 1530 Paris. 8. Cl. Claudiani Alexandrini, quotquot nostra hac tempestate extant, Opuscula ap. Simon. Colinæum. (In Catal. Bibl. Sarrazianæ editio summopere accurata dicitur.)
- 1534 Basileæ. 8. Cl. Claudiani poëtæ celeberrimi omnia, quæ quidem extant, opera ad veterum exemplarium fidem quam fieri potuit emendatissime excusa, versibus etiam aliquot, eorundem beneficio, super omnes hactenus editiones sparsim locupletata, ex æd. Jo. Bebelii.—Michael Isingrinus præfatus est, laudatque Viennensi ed. Jo. Camertis, emendatorem Mich. Bentinum, qui exemplar a Capitone suppeditatum contulerat, ejusque Claudiano immortalui successorem Jo. Honterum huic editioni præfuisse memorat. Bentinus Erasmo non laudatur. Plura

- Gesnerus de hac ed. refert, ex quibus haud adeo contemnenda videtur, atque Heinsius in præf. ad Claud. suum posteriorem.
- 1535 Gryphiana I. Lugd. 8. ap. Seb. Gryphium. (per Pet. Crinitum et R. M. Volaterranum, qui Basileensem fecere basin.) Est in Bibl. Cassellana. Vid. et Catal. Bibl. Schwarz. in coll. ed. Gryph. n. 2860. p. 153.
- 1536 Bascidecis, 4. de raptu Proserpinæ. Ex Cat. Bibl. Hulsianæ. Leidæ 1730.
- 1538 Cl. Opp. Lugd. 8. c. n. M. Ant. Delrio. Ex Cat. Bibl. Bodlei. Oxon. 1738.
- 1539 Basil. 4. Jan. Parrhasii in Claudiani de raptu Proserpinæ libros Commentarius cum textu: accessit Claudiani vita ab eodem scripta, in officina Roberti Winter. Est in Bibl. reg. Paris.
- 1548 Gryphiana II. Lugd. 12. ap. Seb. Gryphium; repetitio primæ 1535.
- 1551 Lugd. 8. Opp. c. n. M. A. Delrio, ap. Beringos fratres.
- 1561 Gryphiana III. Lugd. ap. hæred. Seb. Gryphii. 12.

ÆTAS III. 1571—1650.

Cum Theod. Pulmanno illuxit, cujus recensionem Plantiniana officina protulit junctam Delrii notis. Lumen etiam majus attulere Claudiano Steph. Claverius, qui eum ex fide Godd. vett. Bibl. Cujacianæ collatum emendavit, suisque et aliorum, ut Parrhasii et Delrii, selectis annotationibus ornavit; unde editio ejus Parisina 1602. princeps habenda est; cujus textum Jos. Scaliger prætulisse fertur, prouti in ed. Raphelengiana ab an. 1603. mox expressus legitur. Quare hanc basin fecit Casp. Barthius deserto Pulmanniano exemplo, quod in priori sua ed. 1612. unice secutus erat, excussis denuo XVII. Mss. et edd. prioribus, maxime Claveriana, commentarioque locupletiori alterius suæ ed. majoris an. 1650. Præterea commendationem quoque suam habet Janssoniana an. 1620. bis dein repetita, quæ passim a Raphelengiana discedit. Th. Dempsteri curis in Claud. parum tribuit Nic. Heinsius.

- 1571 et 72 Plantiniana, Pulmanni I. Cl. Claudianus, Theod. Pulmanni Craneburgii diligentia et fide summa e vetustis codicibus restitutus. Antverpiæ ex officina Christoph. Plantini 1571. 16. Prima hæc Pulmanni editio, quod docet epistola præfixa, cui dies

- ascriptus VI. Kal. Jan. A. CIO IO LXX. Privilegii tenor habet 22. Nov. MDLXXI : ultima pagina CIO IO LXXII. Ad Claudiani V. C. opera Martini Antonii Delrio notæ, ibid. 1572. Epistolæ, qua auctor patri dedicavit libellum, subscriptum Lovanii A. D. IV. Nonas Martias CIO IO LXXII. Hic auctor est ordinis carminum majorum historici, cujus rationem reddit in præfatione : qui in eo tantum ab Heinsiano differt, quod de laudibus vel Consulatu Stilichonis tertium, vocat ' in Consulatum secundum Stilichonis,' et subjicit sexto Consulatu Honorii.
- 1585 Plantiniana, Pulmanni II. c. n. M. Ant. Delrio. 16. Repetitio primæ.
- 1589 Gryphiana IV. ap. Anton. Gryphium. 12. Hæc et 1598. sunt meræ repetitiones primæ illius ; nam et in ultima Petro Crinito tribuitur cura textus.
- 1590 Paris. 8. ap. S. Colinæum. Repetitio primæ Colinæi an. 1530. Ex Cat. Bibl. Huls.
- 1596 Plantiniana, Pulmanni III. c. n. Delrio, ex offic. Plantin. apud vid. et Joh. Moretum Antv. 12. Hæc recensio tum fuit accuratissima.
- 1598 Gryphiana V. ap. Ant. Gryphium. 12.
- 1602 Paris. 4. Cl. Claudiani, poëtæ in suo genere principis, opera serio emendata, neque non aucta, ex fide vet. Codicum, qui olim in Bibliotheca Cujaciana. Cum annotationibus perpetuis St. Claverii in suprema Curia (Biturigis) Advocati. Ad Sereniss. divinæque originis principem Franciæ Delphinum. Adjecta est coronis miscella, J. Parrhasii selecta, et M. Antonii Delrii notæ, ne quid huic editioni deesse videatur. Parisiis, ap. Nicol. Buon, in monte D. Hilarii sub signo D. Claudii MDCII. c. priv. regis. Habet Biblioth. Gœtting. De præfatione hæc delibat Gesnerus : ' Quis Jo. Camertem digne laudaverit, e cujus epomide[sic, puto, vocat cucullam S. Francisci] quod rarum simul ac præclarum est, hic poëta quantus quantus mira luce et candore, quantumvis senili conspicuus se mihi vel in transitu exeruit !' Deinde Parrhasium, Delrium, Pulmannum suis mactat elogiis, sed nihil singulare aut ignotum habentibus. De Cujacio quid dicat, cum rarus jam olim fuerit liber, ponamus : ' Cum præsertim apud Jacobum Cujacium, virum omni modo illustrem, agenti duo Claudiani exemplaria, antiqua manu exarata, se obtulerint, unde

